# P. VERGILI MARONIS

# OPERA

APPARATV CRITICO IN ARTIVS CONTRACTO

ITERVM RECENSVIT

**OTTO RIBBECK.**

VOL. I.

BVCOLICA ET GEORGICA.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCXCIV.

# P. VERGILI MARONIS

# BVCOLICA ET GEORGICA

APPARATV CRITICO IN ARTIVS CONTRACTO

ITERVM RECENSVIT

OTTO RIBBECK.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCCXCIV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

REGIAE LITTERARVM ACADEMIAE

# MONACENSI

D·D·L·M

EDITOR.

# Praefatio.

Vergilianorum poematum recensionis quam intra annos 1854/60 eruditorum usui obtuleram exemplaria cum deficerent, redemptor iterari quidem, sed quae sunt studiorum optimorum hac tempestate angustiae, in artius contracta et modestiore pretio parabilia proponi voluit. cui consilio quamvis recoquendi vetera minime cupidus tamen obtemperare malui quam demetendas mercenaria opera segetes meas aliis relinquere.

Rescidi igitur ex varia quam subieceram lectione quidquid ad verba ipsa poetae certa fide constituenda nullius momenti esse intellegerem, planos et vulgares dico librariorum errores, tritas orthographici generis quisquilias, quidquid denique olim in prolegomenon, quae non repetenda erant, horreis ad cognoscendam librorum indolem farraginis congesseram. retinui eas scripturas, quae ad ipsius poetae consuetudinem scribendi pertinere viderentur; pauca semel enotavisse satis habui. sed quoniam in hoc cribrandi opere vel fastidio motus vel aliis curis distractus non ita raro pausas passus sum intercedere, facile inconstantia quadam non tam consilii quam calami fieri potuit, ut intactas hic illic minutias aliquas relinquerem, quas alibi oblitterare non dubitassem. contra spondere audeo, nihil a me omissum esse quod intra fines supra constitutos scitu vere dignum esset. plenam quidem de singulis codicum litteris et versibus sive integris sive mutilatis memoriam hauriat si quis volet ex vasta prioris editionis congerie. accessit ad ceterorum, quos olim adhibui, codicum auctoritatem Pragensis ($\pi$) a Ioanne Kvičala conlatus, cuius hic illic saltem mentionem feci.

Testimoniorum vero veterum struem deminuere, ne textus fidei detraherem, ita veritus sum, ut paucissimos magistellorum noviciorum locos omitterem, alios autem partim neglectos olim, postea prolegomenôn p. XVI—XXX coacervatos, partim non ita multos novis e fontibus haustos adderem. nam glossaria raro laudavi, si quid ad firmandam memoriam conferre viderentur. ceterum testimonia omnia ad recentiorum optimarumque editionum auctoritatem et numeros, quantum commodum videretur, revocavi. atque in toto hoc testimoniorum colligendorum excutiendorumque labore fastidii pleno idoneus adiutor mihi adfuit **Eugenius Dittrich**, Lipsiensis, idem in doctorum hominum de emendando poeta coniecturis perquirendis operam mihi praestitit. quae tamen cum magna ex parte vel inutiles vel adeo ineptae visae sint, paucas sive nominis auctoritate sive ingenii lumine quodam insignes selegi, ceteras silentio praetermisi. ipse in recensendo textu, qui quam dubius multis locis sit, testes satis fatentur, nec superstitionis ignaviae nec novarum rerum libidini indulgere constitui.

Restat, ut **Georgio Goetz**, collegae Ienensi coniunctissimo, gratias agam, qui plagulas corrigendas amice perlustravit.

Dabam Lipsiae mense Aprili a. MDCCCLXXXXIV.

P. VERGILI MARONIS

# BVCOLICA

| | |
|---|---|
| ***F*** | schedae Vaticanae. |
| ***G*** | schedae Sangallenses rescriptae. |
| ***M*** | codex Mediceus. |
| ***P*** | codex Palatinus. |
| ***R*** | codex Romanus. |
| ***V*** | schedae Veronenses rescriptae. |
| *γ* | codex Gudianus fol. 70. |
| *a* | codex Bernensis 172 (conlatus ubi deficit ***R***). |
| *b* | codex Bernensis 165. |
| *c* | codex Bernensis 184. |
| *m* | codex Minoraugiensis. |
| *π* | codicis Pragensis m. ant. |
| *ψ* | ceterorum librorum vel omnes vel plerique. |
| *χ* | deteriorum librorum pauci quidam. |
| *ω* | auctorum, quorum testimonia laudantur, boni libri plerique omnes. |
| *φ* | eorundem boni libri aliquot. |

# ECLOGA I

MELIBOEVS TITYRVS

*M.* Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi
silvestrem tenui musam meditaris avena:
nos patriae finis et dulcia linquimus arva.
nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra
formonsam resonare doces Amaryllida silvas.

*T.* O Meliboee, deus nobis haec otia fecit.
namque erit ille mihi semper deus, illius aram
saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum
ludere quae vellem calamo permisit agresti.

---

TESTIMONIA. ECL. I. 1 'Tityre tu p.' Terentianus Maurus v. 1675 'Tityre . . . sub' Sacerdos VI 513 K. 'patulae . . . fagi' Porphyr. Hor. serm. II 4, 34 Servius Aen. VI 283 'recubans . . . fagi' anthol. Lat. 17, 131 R. 2 Asper 115, 7 K. Quintilianus IX 4, 86 3 'nos . . . dulcia' Marius Victorinus VI 73 K. 'dulcia l. a.' schol. Bern. ge. II 511. 4 Nonius 338, 3 'nos p. f.' Macrobius Sat. IV 3, 11 comm. Lucani II 488 U. 'tu . . . umbra' Servius Aen. XII 237 5 Asper 115, 18 K. ult. syll. IV 236 K. Arusianus VII 505 K. Servius ecl. VIII 22 6—10 'deus . . . agresti' Seneca de benef. IV 6 6 sq. 'o Meliboee . . . semper deus.' Seneca epist. 73, 10 7 'illius a.' ult. syll. IV 234 K. 9 sq. Seneca epist. 73, 11 schol. Hor. carm. IV 5, 17 'et . . . agresti' Servius ecl. X 1 9 Priscianus 773 P. 'ille . . . boves' schol. Hor. epod. 2, 12 9 sq. 'ipsum . . . agresti' Servius ecl. VII 17 10 Diomedes I 346 K. schol. Hor. carm. I 32, 2 'ludere q. v.' Arusianus VII 489 K.

---

VARIA LECTIO. ECL. I. *De compositione huius eclogae dixi in Fleckeiseni ann. philol.* LXXV 74 2 agrestem *Quintilianus: cf. v.* 10 *et ecl.* VI 8 3 finis *b* 5 formonsam *Asper: cf. prol.* 434 FORMOSAM *PRγb*

*M.* Non equidem invideo, miror magis: undique totis
usque adeo turbatur agris. en ipse capellas
protenus aeger ago: hanc etiam vix, Tityre, duco.

hic inter densas corulos modo namque gemellos
spem gregis, a, silice in nuda conixa reliquit.

saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisset,
de caelo tactas memini praedicere quercus.

set tamen iste deus qui sit da, Tityre, nobis.

*T.* Vrbem quam dicunt Romam, Meliboee, putavi
stultus ego huic nostrae similem, quo saepe solemus
pastores ovium teneros depellere fetus.

sic canibus catulos similes, sic matribus aedos
noram, sic parvis componere magna solebam.

verum haec tantum alias inter caput extulit urbes,
quantum lenta solent inter viburna cupressi.

TESTIMONIA. 11 'non equidem i.' Marius Victorinus VI 22 K. 11 sq. 'totis . . . agris' Quintilianus I 4, 28 12 'usque . . . agris' Consentius V 372 K. Servius Dan. Aen. I 272 12 sq. 'en . . . ago' Nonius 377, 20 ('protenus, valde . . . . . ut sit et animo et corpore valde aeger, aut si aliud enuntiat, refertur ad illud *ago*, ut sit longe, porro ago') 14 sq. Augustinus reg. V. 524 K. 'modo . . . gregis' Servius Aen. II 504 15 'a . . . reliquit' Priscianus 1024 Diomedes I 427 K. anecd. Helv. 237 H. 'a! silice in nuda' Nonius 225, 18 Phocae ars V 420 K. 'silice in n.' Quintilianus I 6, 2 Probus de nom. IV 209 K. 16 sq. Philargyrius ge. IV 7 16 Nonius 331, 20 17 Servius Aen. I 230 X 177 18 Nonius 278, 29 'da T. nobis' schol. Lucani I 559 Servius Aen. I 676 II 65 VI 66 19 sq. 'urbem . . . similem' Priscianus 1192 P. 21 'ovium . . . fetus' schol. Bern. ecl. VII 15 22 'canibus catulos *et* matribus haedos' Quintilianus V 11, 30 22 sq. 'sic . . . noram' Columella de r. r. III 9, 4 23 'sic . . . solebam' Servius Aen. I 374

VARIA LECTIO. 12 '*sane vera lectio est* turbatur . . . *si enim* turbamur *legeris, videtur ad paucos referri*' *Servius: cf. idem ad Aen.* I 272 turbatur *b*2*π*, *Quintilianus*, *Consentius* TVRBAMVR *PRb*1? turbā (*suprascr. glossa:* expellimur) *γ* 13 PROTENVS *Pγb*, *Servius, Nonius* PROTINVS *R* ago] *cf. Lachmannus Lucr. p.* 196 14 CORYLOS *P* corilof *b* 18 SED *Rb: cf. prol.* 398 20 QV[OS]AEPE *P* 22 AEDOS *Pγ* HAEDOS *Rb: cf. prol.* 422 23 conponere *γ* *cf. prol.* 394

*M.* et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?

*T.* Libertas, quae sera tamen respexit inertem,
candidior postquam tondenti barba cadebat,

respexit tamen et longo pos tempore venit,
postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.

namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,
nec spes libertatis erat nec cura peculi.

quamvis multa meis exiret victima saeptis,
pinguis et ingratae premeretur caseus urbi,
non umquam gravis aere domum mihi dextra redibat.

*M.* Mirabar quid maesta deos, Amarylli, vocares;
cui pendere sua patereris in arbore poma:

---

TESTIMONIA. 26 Diomedes I 417 K. 'et quae Romam tibi fuit c. v.' Donatus in Ter. Andr. I 1, 21 Augustinus regul. V 521 K. 27 Philargyrius ad ge. IV 25 Servius Aen. XI 3 28 schol. Med. ecl. X 7 schol. Persii I 15 29 Marius Victorinus VI 116 K. 'longo . . . venit' Servius in Don. IV 420. 443 K. Cledonius V 24. 75 K. Pompeius V 270. 279 K. anecd. Helv. 171 'et . . . venit' Diomedes I 455 K. 30 Donatus in Ter. Phorm. prol. 1 32 Priscianus p. 735 P. fr. Bob. V 556 K. 'nec c. p.' Consentius V 359 K. Servius Aen. I 332 X 167 34 Charisius I 79 K. Nonius 200, 7 'pingues premere caseos' dub. nom. V 576 K.

---

VARIA LECTIO. 27 *sq.* 'candidior postquam . . . *aut mutatio personae est, ut quendam rusticum accipiamus loquentem, non Vergilium . . . aut certe est mutanda distinctio, ut sit non* barba candidior, *sed* libertas . . . *et bene* candidior libertas' *Servius: cf. Probus p.* 7, 4 *K.* 29 *sq.* 'et longo . . . Galatea reliquit: *iungendum est hoc totum' Servius* 29 POSTEMPORE (*T suprascr. m. ant.*) *P: cf. prol.* 442 POSTTEMPORE *Ryb* 'longo post, *ut postposita videatur esse praepositio et in unitatem coacta' Servius, ut fortasse etiam scribi voluerit* longopos tempore, *sicut in inscriptionibus praepositiones cum suis nominibus coalescunt: cf. Ritschelius opusc.* II 548 *sqq.* 572 *sq.* 34 'pinguis *melius ad* victimam, *quam ad* caseum *refertur' Servius* CAESEVS (*del.* E *pr.*) *P* 35 NVMQVAM (*del.* N) *R* DEXTERA (*del.* E *altera*) *R* 36 maesta Amarylli *iungit Servius* 37 MALA (AL *m. rec. corr. in* M, PO *suprascr. m. rec.*) *R* poma *in ras. γ*

Tityrus hinc aberat. ipsae te, Tityre, pinus,
ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant.

*T.* Quid facerem? neque servitio me exire licebat
nec tam praesentis alibi cognoscere divos.

hic illum vidi iuvenem, Meliboee, quodannis
bis senos cui nostra dies altaria fumant.

hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
'pascite ut ante boves, pueri: summittite tauros.'

*M.* Fortunate senex! ergo tua rura manebunt.

et tibi magna satis, quamvis lapis omnia nudus
limosoque palus obducat pascua iunco.

non insueta gravis temptabunt pabula fetas,
nec mala vicini pecoris contagia laedent.

fortunate senex! hic inter flumina nota
et fontis sacros frigus captabis opacum.

hinc tibi, quae semper, vicino ab limite saepes

---

TESTIMONIA. 38 sq. 'ipsae . . . vocabant' Servius Aen. VIII 38 41 Servius ge. I 10 42 sq. 'hic . . . dies' Quintilianus IX 3, 53 'hic i. v. i.' schol. Bern. ecl. VII 7 44 Quintilianus IX 3, 53 'hic . . . dedit' Servius Aen. I 1 'responsum . . . petenti' schol. Bern. ecl. VII 9 45 Nonius 390, 6 'pascite boves p.' Consentius V 369 K. 'pascite . . . pueri' schol. Bern. ecl. VII 10 47 Servius ecl. IX 7 48 'obducat p. i.' Nonius 360, 30 49 Nonius 313, 33 Servius Aen. I 51. 274 'gravis t. p. f.' Servius Aen. VI 516 'temptabunt p. f.' Servius Aen. II 238 50 Charisius I 71 K. Nonius 199, 6 schol. Iuvenalis II 80 schol. Hor. epod. 16, 61 51 'hic . . . nota' Servius Aen. VI 221 ge. IV 155 52 'frigus c. o.' schol. Hor. carm. III 13, 10 53 sq. Priscianus 1176 P. 53 'vicina . . . seps' de dub. nom. V 590 K. 'saepes' Ausonius grammaticomast. 11

---

VARIA LECTIO. 38 NOBIS (*suprascr.* PINV) *P: cf.* 18 *prol.* 312 40 ME SERVITIO *R* 41 PRAESENTES *Pyb* 42 QVODANNIS *P: cf. prol.* 398 QVOTANNIS (*sed corr.* T *ex* D) *R*, *ybc* 45 SVBMITTITE *Ry*: *cf. prol.* 389 bouis *Nonii Guelf.* pueri et *Nonii* (*praeter Bern. B*) *exempl.* tauris *Peerlkampus Mnem.* X 8 49 graueſ *b* 50 ne . . . laedant *schol. Iuvenalis* 52 fonteſ *ybc* 53 a *c* *Intellego:* hinc tibi, quae semper suasit, saepes etiam postea suadebit somnum. seps *dub. nom.* 'legitne grammaticus seps est?' *Hauptius*

Hyblaeis apibus florem depasta salicti
saepe levi somnum suadebit inire susurro.
hinc alta sub rupe canet frondator ad auras:
nec tamen interea raucae tua cura palumbes
nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

*T.* Ante leves ergo pascentur in aequore cervi,
et freta destituent nudos in litore pisces;
ante pererratis amborum finibus exul
aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim,
quam nostro illius labatur pectore voltus.

*M.* At nos hinc alii sitientis ibimus Afros,

---

TESTIMONIA. 54 'florem d. s.' Servius Aen. I 194 55 schol. Hor. epod. 2, 27 57 Nonius 219, 4 Cassiodorius VII 191 K. Servius Aen. IX 85 'raucae . . . palumbes' Charisius I 106 K. 58 ult. syll. IV 225 K. 59—62 Aldhelmi prologus de septenario in A. Mai auct. class. V 514 59 sq. Probus 5, 13 K. 59 Priscianus 976 P. Probi inst. IV 149 K. 60 Servius Aen. V 871 61 sq. Priscianus 989 P. 61 Priscianus 976 P. 62 Priscianus 645 P. Victorinus de metr. VI 215 K. Audacis exc. VII 340 K. 'Ararim . . . Tigrim' schol. Bern. ge. I 509 'Tigrim' Charisius I 89 K. 64 sq. Macrobius Sat. IV 3, 9 64 Servius ecl. I 13 'sitientes i. A.' schol. Lucani IV 588

---

VARIA LECTIO. 54 rorem *schol. Bern.* 55 saepe levi] et laeto *thesaurus nov. lat.* 57 palumbae *Cassiod.* 59 PASCVNTVR *P* aequore *Moretanus quartus, Probi Vat., probavit H. Keilius philol. II* 166 *cf. Herodotus* V 92, *Ovidius metam.* XIV 37 *Calpurnius ecl. VIII* 75 AETHERE *PRabcπ, Servius, Probi inst., Prisciani ex., Probi comm. Par. et ed. pr.* etera *γ*1. aethere *tuebatur cum aliis Amcisius spicileg. explic. Verg.* 3 *cf. Wagnerus lectt. Verg.* 311 *De permutatis his vocibus vide quos laudat Ungerus in Valgio p.* 484 61 PERERRANTIS *R* EXSVL *P prol.* 445 62 ARARIM *Rabcπ, testatur Priscianus* ARAREM *Pγ, Victorini Gothanus* Albim Parthis *Schraderus* bibat *Prisc. Bamb. Halb.* 63 LABATVR (N *sup.*) *P, quod Aeneidis locis velut* I 684 IV 4 VII 416 *commendatur* VVLTVS *P2γbc: cf. prol.* 438 *sq.* 64 ſitienteſ *c*

pars Scythiam et rapidum cretae veniemus Oaxen
et penitus toto divisos orbe Britannos.
en umquam patrios longo post tempore finis
pauperis et tuguri congestum caespite culmen
post aliquot mea regna videns mirabor aristas?
impius haec tam culta novalia miles habebit,
barbarus has segetes: en quo discordia civis
produxit miseros, his nos consevimus agros!
insere nunc, Meliboee, piros; pone ordine vites.
ite meae quondam felix pecus, ite capellae.
non ego vos posthac viridi proiectus in antro
dumosa pendere procul de rupe videbo;

---

TESTIMONIA. 65 'rapidum . . . Oaxen' Aldhelmus de re gramm. et metr. l. l. 579 66 schol. Hor. carm. IV 14, 48 'toto . . . Britannos' Isidorus orig. IX 2, 102 68 Priscianus 735. 747 P. 'pauperis et t.' Probi cathol. IV 16 K. Consentius V 359 K. 'pauperis . . . congestum' fr. Bob. V 555 K. 69 Donati ars IV 400 K. Augustinus quaest. I 95 Pompeius V 306 K. Servius Aen. I 141 'post . . . videns' de ult. syll. IV 261 K. 70 Nonius 215, 19 schol. Bern. ge. I 511 'impius . . . miles' ult. syll. IV 230 K. 73 Servius ecl. IX 50 Seneca epist. 101, 4 Priscianus 900 P. 'insere . . . piros' Probi inst. IV 183 K. 74 Servius Aen. IX 86 75 Nonius 373, 19 'viridi . . . antro' Arusianus VII 500 K. 76 Arusianus VII 500 K.

---

VARIA LECTIO. 65 SCYTIAM (H *suprascr. m. rec.*) *R* CYTHIAM (S *suprascr. m. ead. ut vid.*) *P* cretae *an* Cretae *scribendum esset dubitarunt iam Servii aetate: cf. Serv. ad ecl.* II 24 oaxem *bπ Macrobii exempl.* ad Oxum *prop. Ladevicus contra Servii test.* Geticae veniemus ad Oxum *Heller Philol.* XLV 685 certe v. ad Oxum *Schaperus* 67 FINES *Pγc* 68 TVGVRII *Rbc*1 *cf. prol.* 426 69 mea] MEAMA *P* aristas, *i. e.* πολας: *cf. Meinekius anal. Alex.* 193 *et ad Theocr.* 3, 31. *Imitatus est Claudianus VIII* 372 B. 71 ciueſ *γπ* 72 perduxit *γb* HISNOS *PR* . . . (*in mg.* en quiſ) *b* en quiſ *cπψ*, *schol. Bern.* en quis . . . (*in ras.*, *vid. fuisse* his nos) *γa* CONSVEVIMVS *R* conſedimuſ (u *suprascr.*) *c* agriſ (o *suprascr.*) *γa* AGRIS *R* 74 QVONDAM FELIX *Pγ*, *Servii exemplaria.* FELIXQVONDAM *Rabcπ* 75 poshac *Non. Lugd.* 76 dumosa de rupe procul pendere videbo *Servius ad ecl.* IX 50

carmina nulla canam; non me pascente, capellae,
florentem cytisum et salices carpetis amaras.

*T.* Hic tamen hanc mecum poteras requiescere noctem
fronde super viridi: sunt nobis mitia poma,
castaneae molles et pressi copia lactis.
et iam summa procul villarum culmina fumant,
maioresque cadunt altis de montibus umbrae.

---

## II

Formonsum pastor Corydon ardebat Alexim,
delicias domini; nec quid speraret habebat.
tantum inter densas umbrosa cacumina fagos
adsidue veniebat. ibi haec incondita solus
montibus et silvis studio iactabat inani.

---

TESTIMONIA. 78 'et ... amaras' comm. Lucani IX 287 Servius Aen. IV 486 79 Arusianus VII 505 K. schol. Hor. carm. II 7, 19 80 sq. Terentianus Maurus 2772 Marius Victorinus VI 151 K. 80 Priscianus 1212 P. 'fronde s. v.' Charisius I 36 K. Arusianus VII 508 K. Alcuini gramm. 2141 P. 'sunt ... poma' Nonius 343, 14 schol. Bern. ge. I 448 80 sq. 'sunt ... molles' Nonius 346, 30 'sunt ... lactis' Charisius I 281 K. Diomedes I 445 K. Isidorus orig. I 35, 5 81 'et pressi c. l.' Quintilianus X 1, 12 82 Sacerdos VI 468 K.

ECL. II. Cf. Apuleius apolog. c. 10 Propertius II 34, 73 1 Priscianus 1158. 1166. 1176 P. schol. Hor. carm. IV 9, 13 Servius Aen. I 515 Marius Victorinus VI 72 K. Arusianus VII 449 K. 'form. p.' in Don. IV 487 K. 'formosum p. C.' Agroecius VII 119 K. 'ardebat A.' Priscianus p. 709 P. 1 sq. 'formosum ... domini' Donatus in Ter. eun. V 9, 23 3 sq. 'tantum ... veniebat' Arusianus VII 481 K. 3 anecd. Helv. 184

---

VARIA LECTIO. 78 CALICES (C *pr. corr. in* S) *P* 79 HINC *P* hac *a2b2cπ*, *schol. Hor.* poteris *π Arusianus, schol. Hor.* NOCTEM *Pab* noctae *c* nocte *π schol. Hor.* 83 de] A (*suprascr.* DE) *P*

ECL. II. *De structura huius carminis vide annal. philol.* LXXV 66 *sqq.* POETA CORYDON *PRb* DE AMORE PUERI POETA CORIDON *γ* 1 POE *Rb* CORYDON PASTOR *Rγ* ALEXIN *Rabc, Prisciani exempl. praeter Voss. et Par., Mar. Vict., schol. Hor. cf. prol.* 403

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?
nil nostri miserere? mori me denique coges.

nunc etiam pecudes umbras et frigora captant;
nunc virides etiam occultant spineta lacertos,

Thestylis et rapido fessis messoribus aestu
alia serpullumque herbas contundit olentis.

at me cum raucis, tua dum vestigia lustro,
sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

nonne fuit satius, tristis Amaryllidis iras
atque superba pati fastidia? nonne Menalcan,
quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses?

O formonse puer, nimium ne crede colori!
alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

despectus tibi sum, nec qui sim quaeris, Alexi,

---

TESTIMONIA. 6 Probus p. 6, 25 K. Marius Victorinus VI 115. 142 K. schol. Hor. carm. IV 10, 1 'o c. A.' de ult. syll. IV 229 K. in Don. IV 520 K. 'nihil m. c. c.' de ult. syll. IV 250 K. schol. Dan. ge. I 125 7 'nil n. m.' de ult. syll. IV 232 K. 8 schol. Persii III 69 schol. Hor. carm. I 23, 7 'cum Virgilius masculino dixerit lacertos' schol. Iuvenal. III 231 10 sq. schol. Hor. epod. 3, 4 10 comm. Lucani VIII 166 'Thestylis' Sacerdos VI 450. 466 K. 11 'alia serpyllumque' Charisius I 71 K. Beda VII 263 Albinus VII 295 K. 'alia . . . olentes' de ult. syll. IV 260 K. 12 Nonius 335, 25 14 'nonne f. s.' de ult. syll. IV 250 K. 18 Diomedes I 499 K. 19 Nonius 288, 16 'despectus . . . *quaeris*' Arusianus VII 463 K.

---

VARIA LECTIO. 6 COR *Rb* 7 COGIS *Pybc* ἀπάγξασθαί με ποιήσεις *Theocritus* III 9 9 uiridiſ *c, schol. Hor.* LACERTAS (O *sup.*) *P* lacertos *testatur schol. Iuvenal.* 11 alia *per* i *testatur Charisius cum pedisequis* serpyllum *y*, *Charisii cod.* serpillum *bc, ceteri grammatici* olenteſ *ybc* 12 AD *P*, *Nonii Gen. Lugd. pr.* AC *R* 'at *si per* d *fuerit, erit hyperbaton . . . sed melius est ut* at *coniunctio* sit' *Servius* me cum *Bentleius* (*mus. Rhen.* XXXV 312) mecum *vulgo* dum] ~~NVNC~~ (*suprascr.* DVM) *P* 14 AMARYLLIDOS (*O corr. in* V) *P* 15 MENALCAM *R*: *cf. prol.* 402 18 LIGVSTA *P* 19 qui (ſ *suprascr. m.* 2) ſim *y* quiſ ſim *c*

quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans:

mille meae Siculis errant in montibus agnae;
lac mihi non aestate novom, non frigore defit.

canto, quae solitus, siquando armenta vocabat,
Amphion Dircaeus in Actaeo Aracintho.

nec sum adeo informis: nuper me in litore vidi,
cum placidum ventis staret mare; non ego Daphnim
iudice te metuam, si numquam fallit imago.

O tantum libeat mecum tibi sordida rura
atque humilis habitare casas et figere cervos,
haedorumque gregem viridi compellere hibisco!

mecum una in silvis imitabere Pana canendo.

---

TESTIMONIA. 20 Priscianus 1123 P. 'quam d. p.' Arusianus VII 449 K. 'nivei q. l. a.' Arusianus VII 463 K. 21 Servius in Aen. I 184 VII 491 ecl. I 9 22 Martianus Capella III 307 •Probi cath. IV 7 K. Sacerdos VI 472 K. anecd. Helv. 120 Servius ge. I 43 II 150 'lac . . . novum' Consentius V 348 K. 23 'canto q. s.' Martianus Capella III 283 Marius Victorinus VI 28 K. 'canto . . . quando' Pompeius V 232 K. 23 sq. 'canto . . . Amphion' schol. Statii Theb. I 10 24 Macrobius V 17, 17 in Don. IV 523. 528 fr. Sangall. VI 638 K. 25 'nec . . . informis' schol. Dan. Aen. III 431 25 sq. 'nuper . . . mare' Seneca n. q. I 17, 5 26 'cum . . . mare' Philargyrius in ge. IV 484 26 sq. 'non ego . . . metuam' schem. dian. 61 H. 27 'si . . . imago' schol. Hor. carm. III 27, 40 28 Servius Aen. IV 432 'sordida r.' schol. Dan. ge. I 177 29 'atque . . . casas' Arusianus VII 477 K. Servius Aen. I 452 ecl. VI 2 'atque h. h. c.' comm. Lucani V 87

---

VARIA LECTIO. •20 *Post* nivei *interp. Py* '*multi . . . legunt* nivei quam lactis; *sed melius est:* quam dives pecoris nivei' *Servius: cf. schol. Bern. Ovidius metam.* XIII 828 22 LACT *P: vid. Probi cathol., Pompeius, Charisius, Caper, Ausonius grammaticomast.* 12 *laudati Ritschelio mus. philol.* VII 606 *adn.* (*cf. opusc.* II 331) lac *testantur Martianus Capella, Cledonius, Cassiodorius: cf. prol.* 430 •NVOM (O *m.* 2 *corr. in* V) *P* NOVVM *Rbc* '*sane hunc versum male distinguens Vergiliomastix vituperat:* lac mihi non aestate novum, non frigore: defit' *Servius* 24 in] ETIN *P* 'actaeo *litorali debemus accipere . . . quamquam plerique* Actaeo Aracyntho *Atheniensi accipiant' Servius. De hiatu cf. Lachmannus in Lucr. p.* 162 26 DAPHNI *R* dapni *c*1 DAPHNIN *Pyb* 27 FALLIT *P* FALLAT *Ryb*2, *schol. Hor.* fallet *b*1 29 humilef *ybc*

nec te paeniteat calamo trivisse labellum:
haec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
fistula, Damoetas dono mihi quam dedit olim
et dixit moriens: 'te nunc habet ista secundum.'

praeterea duo nec tuta mihi valle reperti
capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo;
bina die siccant ovis ubera: quos tibi servo.

iam pridem a me illos abducere Thestylis orat;
et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.

Huc ades, o formonse puer: tibi lilia plenis
ecce ferunt nymphae calathis; tibi candida nais,
pallentis violas et summa papavera carpens,
narcissum et florem iungit bene olentis anethi;

---

Pan primum calamos cera coniungere pluris 32
instituit, Pan curat ovis oviumque magistros

dixit Damoetas, invidit stultus Amyntas 39

---

TESTIMONIA. 32 sq. Isidorus orig. III 20, 8 'Pan ... instituit' schol. Hor. carm. IV 12, 10 Servius ecl. III 25 33 'Pan ... magistros' schol. Hor. carm. IV 12, 11 34 Velius Longus VII 74 K. Arusianus VII 501 K. 'calamo t. l.' Charisius I 103 K. 36 sq. 'est ... fistula' Asper 115 K. Boethius introd. ad syllogismos p. 561 ed. Basil. 'septem c. c.' Servius ecl. V 85 40 Marius Victorinus VI 123 K. 'nec ... reperti' Servius in Aen. I 647 41 'sparsis ... albo' Philargyrius ge. III 56 43 Asper 115, 20 K. 44 'quoniam ... nostra' schol. Hor. carm. III 10, 13 45 – 58 Probus 5, 17 K. 45 'huc ... puer' Probi inst. IV 154 K.

---

VARIA LECTIO. 32 *sq. interpolatione additos esse conicio: cf. ecl.* VIII 24 32 primuſ *bc, schol. Hor., Servius* PLVRES *Pybcπ* 33 oueſ *γ* 36 CONPACTA *Pbc* 39 *interpolatus videtur*: *cf.* 35 41 pellibus albo *γb*, *Servius, Philargyrius: cf. ge.* III 56 ~~HABET ISTA SECVNDVM~~ (*suprascr.* PELLIBVS ALBO) *P* PELLIBVS · AMBO *Rac* 42 QVOD *Ra*1 43 optat *Schraderus* 46 ferant *Bentleius teste Hedickio progr. Quedlinb.* 1879 47 PALLETIS *Ra* pallenteſ *b* PAPAVERE *P*

tum casia atque aliis intexens suavibus herbis
mollia luteola pingit vaccinia calta.

ipse ego cana legam tenera lanugine mala
. . . . . . . . . . . . . . . . .
castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat;
addam cerea pruna (honos erit huic quoque pomo);
et vos, o lauri, carpam et te, proxuma myrte,
sic positae quoniam suavis miscetis odores.

Rusticus es, Corydon: nec munera curat Alexis,
nec, si muneribus certes, concedat Iollas.

heu heu! quid volui misero mihi? floribus austrum
perditus et liquidis inmisi fontibus apros.

Quem fugis, a, demens? habitarunt di quoque silvas
Dardaniusque Paris. Pallas quas condidit arces
ipsa colat: nobis placeant ante omnia silvae.

torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam,

---

TESTIMONIA. 50 Nonius 548, 23 Priscianus 617 P. 51 Nonius 332, 18 cf. Isidorus orig. XVII 7, 3 'Virgilius amantibus quid ex malo quaeri soleat ostendit. malus Cydonia nomen sumpsit' e. q. s. 52 cf. Ovidius art. am. II 267 III 183 'castaneasque nuces' Macrobius III 18, 7 53 'cerea pruna' Priscianus p. 640 P. anecd. Helv. 105 54 Charisius I 22 K. Priscianus 1250 'et ... carpam' Charisius I 136 K. 'et tu p. m.' Phocae ars V 429 K. 55 schol. Dan. Aen. V 72 ecl. VII 62 56 'rusticus est C.' inscr. Pompeiana CIL IV 1527 'nec ... Alexis' schol. Hor. carm. III 10, 13 57 Servius Aen. VIII 40 58 'eheu ... mihi' schol. Hor. epist. I 20, 5 61 'Pallas ... arces' Servius Aen. II 610 schol. Dan. 615 63 'torva l.' Isidorus orig. X 269 'leaena' Probi inst. IV 82 K. 'torva ... sequitur' in Don. IV 432 K. 63 sq. schem. lex. 52 H. 63–65 'torva ... Alexi' Diomedes I 449 K.

---

VARIA LECTIO. 50 PINGINT *P* CALTHA *Ra* *Post v.* 51 *unum versum excidisse suspicatus sum l. l.: cf. Isidorus* 53 pruna et honos $\chi$, *quod probavit etiam Hauptius. An* pruna: nam honos? 54 PROXIMA *Rγbc* 55 SVAVES *Rγ* 56 POET *praem. γc* ESTF *P* EST *Ra*1, *inscr. Pomp., probavit Buechelerus mus. Rhen.* XII 251 eso *π* 57 CERTET *R* concedet *π* 58 COR *praem. γb* HEHEV *P* eheu *γab, Servii exempl., schol. Hor.* heu *c* 59 PERDITOS *R* IMMISSI *P cf. prol.* 445 60 DEOMENS *Ra*1 61 QVASE (E *cras.*) *P* QVAE *R* 62 COLANT Ra1 63 CAPELLAS *R*

florentem cytisum sequitur lasciva capella,
te Corydon, o Alexi: trahit sua quemque voluptas.

Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci,
et sol crescentis decedens duplicat umbras.
me tamen urit amor: quis enim modus adsit amori?
a Corydon Corydon, quae te dementia cepit!

semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.
quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus,
viminibus mollique paras detexere iunco?
invenies alium, si te hic fastidit, Alexim.

---

# III

MENALCAS. DAMOETAS. PALAEMON.

*M.* Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?
*D.* Non, verum Aegonis; nuper mihi tradidit Aegon.
*M.* Infelix o semper ovis pecus! ipse Neaeram

---

TESTIMONIA. 65 Charisius I 14 K. Marius Victorinus VI 30 K. 'te . . . Alexi' Diomedes I 429 K. de ult. syll. IV 285 K. Pompeius V 119 K. Consentius V 399 K. Maximus Vict. VI 218 K. Marius Victorinus VI 27 K. Mallius Theodorus VI 587 K. Beda VII 232 K. Dositheus VII 388 K. 'trahit . . . voluptas' Donatus in Ter. Phorm. I 2, 36 schol. Persii V 53. 66 Quintilianus VIII 6, 21 schol. Hor. carm. III 6, 43 67 schol. Hor. carm. III 6, 41 68 'quis . . . amori' Sacerdos VI 445 K. 69 schem. lex. 50 H. schol. Hor. carm. III 3, 18 'a Corydon Corydon' Quintilianus IX 3, 28 71 schol. Hor. carm. I 19, 12 'quorum i. u.' Arusianus VII 483 K. 73 Sacerdos VI 457 K.

ECL. III. 1 Priscianus 1095 P. anecd. Helv. 142 Boethius in librum de interpretatione ed. sec. I p. 291 ed. Basil. 'dic . . . pecus' Charisius I 116 K. Nonius 280, 13 Pompeius V 210 K. Donatus in Ter. Andr. IV 1, 44 hecyr. III 2, 21 Phorm. II 3, 82 'cuium p.' Cledonius V 51. 53 K. Servius ecl. III 32 1 sq. Terentianus Maurus 2133.

---

VARIA LECTIO. 64 CVTISVB *R*, *scriptum fuit* cutisum 67 CRESCENTES *P2γb* 69 O *R*, *schem. lex.* 70 est *om. P* 71 SALTIM *P2Rγab* 73 FASTIDIAT (A *post. eras.*) *P* FASTIDAT *Ra* ALEXIM (M *eras.*, S *suprascr.*) *P* alexiſ *γbcπ*, *Sacerdos*

ECL. III. 3 oueſ *a*1

dum fovet ac ne me sibi praeferat illa veretur,
hic alienus ovis custos bis mulget in hora;
et sucus pecori et lac subducitur agnis.
*D.* Parcius ista viris tamen obicienda memento.
novimus et qui te transversa tuentibus hirquis,
et quo — set faciles nymphae risere — sacello.
*M.* Tum, credo, cum me arbustum videre Miconis
atque mala vitis incidere falce novellas.
*D.* Aut hic ad veteres fagos cum Daphnidis arcum
fregisti et calamos: quae tu, perverse Menalca,
et cum vidisti puero donata, dolebas,
et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.
*M.* Quid domini faciant, audent cum talia fures?
non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
excipere insidiis, multum latrante Lycisca?
et cum clamarem 'quo nunc se proripit ille?
Tityre, coge pecus!' tu post carecta latebas.

---

TESTIMONIA. 5 Marius Victorinus VI 22 K. Sacerdos VI 505 K. 'hic . . . custos' Servius Aen. IV 370 6 Charisius I 36 K. de ult. syll. IV 264 K. Sacerdos VI 448 K. Donatus in Ter. eun. II 3, 26 Nonius 399, 21 'et lac . . . agnis' idem 331, 25 8 Iulius Rufinianus 40 H. 'novimus et qui te' Donatus in Ter. eun. III 2, 26 'transversa t. h.' de ult. syll. IV 250 K. 8 sq. Quintilianus IX 3, 59 Donatus in Ter. hec. V 26 Macrobius IV 6, 21 9 schol. Hor. carm. II 8, 14 10 sq. Charisius I 285 K. 11 schol. Lucani VII 160 12 'aut . . . fagos' Charisius I 268 K. 'cum D. a.' de ult. syll. IV 228 K. 14 'quae tu puero donata d.' Arusianus VII 463 K. 16 Nonius 310, 18 17 Iulius Rufinianus 44 H. 'non ego . . . insidiis' Nonius 293, 27 Quintilianus IX 2, 13 17 sq. anecd. Paris. Ecksteinii 22 20 'Tityre c. p.' schol. Hor. carm. II 3, 25 Servius ecl. III 98 Aen. VII 43 'tu . . . latebas' de dub. nom. V 573 K.

---

VARIA LECTIO. 4 ILLE *R* 5 hice *praecipit Victorinus* ouef *c* MVLGIT *P* 6 LACT *P: cf.* II 22 7 'parcius: *melius hic distinguitur*' (*ita* $\pi$), '*licet possit dici etiam* parcius ista' *Servius* 8 hirquis *Oblongus Pierii* HIRCVIS *P* HIRCIS *Ryabc* 'hircis . . . *alii hoc improbant et legunt* hirquis. *hirqui autem sunt oculorum anguli*' *e. q. s. Servius* 10 tunc *c*$\pi$, *Charisii ed. pr.* arbusta *Charisii ed. pr.* ta *cod.* arbustum *confirmat Servius* videre arbusta *fuit qui praeponeret* MYCONIS *Rb*, *Charisii cod.* 11 uitef *yb* 12 Daphnidos *testatur gramm. de ult. syll.* 16 facient *y*2$\pi$ 18 LVCISCA *R* 19 CLAMERE (M *suprascr.*) *P* 20 post] sub *de dub. nom.*

*D.* An mihi cantando victus non redderet ille
quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
si nescis, meus ille caper fuit; et mihi Damon
ipse fatebatur; set reddere posse negabat.
*M.* Cantando tu illum? aut umquam tibi fistula cera
iuncta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas
stridenti miserum stipula disperdere carmen?
*D.* Vis ergo inter nos quid possit uterque vicissim
experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuses,
bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus)
depono: tu dic, mecum quo pignore certes.
*M.* De grege non ausim quicquam deponere tecum:
est mihi namque domi pater, est iniusta noverca;
bisque die numerant ambo pecus, alter et haedos.
verum, id quod multo tute ipse fatebere maius,
(insanire libet quoniam tibi) pocula ponam
fagina, caelatum divini opus Alcimedontis:

---

TESTIMONIA. 21 Quintilianus IX 2, 13 Iulius Rufinianus 40 H. 21 sq. Charisius I 229 K. anecd. Paris. Ecksteinii 22 22 Terentianus Maurus 1242 23 Sacerdos VI 507 K. 'si . . . fuit' Priscianus 1120 P. 25 'cantando tu i.' Quintilianus XI 3, 176 Servius in Don. IV 412 K. Donatus in Ter. eun. IV 7, 27 hec. III 5, 50 Servius Aen. I 713 II 657 IV 413 XI 383 anecd. Helv. 210 'cantando . . . fuit' Iulius Rufinianus 42 H. schem. dian. 61 H. Priscianus p. 811 P. Pompeius V 218 K. 27 Apuleius florid. I 3 Donatus in Ter. eun. I 1, 23 Servius ecl. I 2 'stipula d. c.' schol. Veron. 71, 1 K. 29 cf. schol. Veron. 71, 22 K. 30 schol. Veron. 71, 5 K. 31 'quo p. c.' schol. Veron. 71, 8 K. 32 Nonius 279, 7 Probi inst. IV 186 K. Sacerdos VI 504 K. 33 Priscianus 1121 P. Victorinus VI 215 K. Audacis exc. VII 340 K. schol. Lucani VII 662 'est mihi n. d.' ult. syll. IV 232 K.
34 'bis . . . pecus' schol. Veron. 71, 14 K. 35 Donatus in Ter. Phorm. II 1, 66 Priscianus 1111 P. 37 'Alcimedontis' schol. Veron. 71, 18 K. 'divini o. A.' Servius Aen. V 47. 359 X 85. 499

---

VARIA LECTIO. 25 haud *c*, *Prisciani ex. quaedam* 26 VINCTA *Rγbc*, *Prisciani φ* 27—39 *V fol.* 224 *a* 27 STIPVLAMISERVM *V* 28 *nomen om. V, item* 32. 44 QVIDSITPOSSIT *V*
29 'ego hanc vitulam: *subdistingue*' *Servius. alii teste codem* vitulam *ad sequentia trahebant* 31 certaſ *c* 32 componere *Sacerdotis Leid.* 33 MII *V* infesta *Schraderus* 34 HEDOS *Vc: cf. prol.* 414

lenta quibus torno facili super addita vitis
diffusos edera vestit pallente corymbos.
in medio duo signa, Conon et — quis fuit alter,
descripsit radio totum qui gentibus orbem,
tempora quae messor, quae curvos arator haberet?
necdum illis labra admovi, set condita servo.
*D.* Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
et molli circum est ansas amplexus acantho,
Orpheaque in medio posuit silvasque sequentis;
necdum illis labra admovi, set condita servo:
si ad vitulam spectas, nihil est quod pocula laudes.
*M.* Numquam hodie effugies; veniam quocumque vocaris.
audiat haec tantum — vel qui venit ecce Palaemon.
efficiam, posthac ne quemquam voce lacessas.
*D.* Quin age, siquid habes; in me mora non erit ulla,
nec quemquam fugio: tantum, vicine Palaemon,
sensibus haec imis (res est non parva) reponas.
*P.* Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba.

TESTIMONIA. 38 Servius Aen. II 392 VI 137 'torno facili' schol. Veron. 71, 25 K. 39 'corymbi' schol. Veron. 71, 26 K. 40 'duo s.' schol. Veron. 72, 5 K. 'et . . . alter' schol. Veron. 72, 1 K. 42 Probus 9, 1 44 et 47, om. 45 sq. Servius Aen. IV 377 44 cf. schol. Veron. 72, 7 K. 'et . . . duo' Sacerdos VI 513 K. 46 cf. schol. Veron. 72, 12 K. 49 Macrobius Sat. VI 1, 38 'numquam h. e.' Probus 89, 28 Servius Aen. II 670 50 cf. schol. Veron. 72, 15 K. Suetonius de gramm. 23 50 Priscianus 1174 52 Sacerdos VI 506 'quin . . . mora' Sacerdos VI 513 K.

VARIA LECTIO. 38 FACTI (T *corr. in* L *ut vid.*) *P* FACILIS *Vb*1*c*1 FRAGILIS *Ra*1 'facilis: *Donatus sic legit. legitur tamen et* torno facili' *Servius: cf. ad Aen.* II 392 39 EDERA (H *sup.*) *V* hedera *c* HAEDERA *Rb* h.edera *γ* '*legitur et* haedera *ab haerendo arboribus, set sine aspiratione dici debet*' *Philargyrius: cf. Paulus Festi brev. p.* 100 *M prol.* 422 PALLANTE *Vc* 40—52 *V fol.* 224 *b* 40 Im *b*1: *cf. prol.* 433 41 TOTO (VM *sup.*) *V* 44 dua *γ* 46 SEQVENTES *Pb* 48 ſpecteſ *b*
50 *Post* qui *interp. P* 'vel qui *quasi requirentis est, cum subito Palaemon adveniat. alii distinguunt:* vel qui venit' *Servius*
PALAEMO *V* 52 I$\overset{\mathrm{N}}{\mathrm{M}}$ *P: cf.* 40

et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos;
nunc frondent silvae, nunc formonsissimus annus.
incipe, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca.
alternis dicetis: amant alterna camenae.

*D.* Ab Iove principium musae: Iovis omnia plena;
ille colit terras; illi mea carmina curae.
*M.* Et me Phoebus amat; Phoebo sua semper aput me
munera sunt, lauri et suave rubens hyacinthus.

*D.* Malo me Galatea petit, lasciva puella,
et fugit ad salices, et se cupit ante videri.
*M.* At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas,
notior ut iam sit canibus non Delia nostris.

*D.* Parta meae Veneri sunt munera: namque notavi
ipse locum, aëriae quo congessere palumbes.
*M.* Quod potui, puero silvestri ex arbore lecta
aurea mala decem misi; cras altera mittam.

*D.* O quotiens et quae nobis Galatea locuta est!
partem aliquam, venti, divom referatis ad auris!

---

TESTIMONIA. 57 schol. Hor. epod. II 29 59 Priscianus 1006. 1132 'amant a. c.' Servius ecl. VII 19 60 Macrobius s. Sc. I 17, 14 Atilius Fortunatianus VI 292. 303 K. 'ab Iove p. m.' Servius Aen. IX 624 'Iovis o. p.' Arusianus VII 497 K. comm. Lucani IX 580 60 sq. Probus 6, 28 K. Augustinus de consensu evang. I 31. 35 61 Nonius 250, 15 'ille c. t.' Servius ad Aen. I 16 ge. I 123 62 Sacerdos VI 507 'et . . . sua' Sacerdos VI 446 K. 62 sq. Priscianus 1089 'et . . . lauri' Servius ecl. VII 5 'Phoebo . . . hyacinthus' Servius Aen. V 54 63 'munera s. l.' Charisius I 136 K. 64 ult. syll. IV 260 K. 64 sq. Gellius IX 9 65 schol. Hor. carm. I 9, 21 66 Donatus in Ter. eun. I 2, 5 Phorm. I 2, 57 68 'parta . . . munera' schol. Hor. carm. I 27, 14 68 sq. 'namque . . . palumbes' Priscianus p. 826 P. 'notavi . . . palumbes' Arusianus VII 461 K. 69 'aeriae . . . palumbes' Quintilianus I 6, 2 Charisius I 106 K. Beda VII 285 K. 'aereae palumbes' de dub. nom. V 586 K. 'palumbes' Charisius I 140 K. 71 cf. Propertius II 34, 69 'aurea . . . misi' Isidorus orig. I 36, 22

---

VARIA LECTIO. 59 DAM *P* AMANS (T *suprascr.*) *P* 60 D *om. P* principio *c*1 '*vel* musae meae ab Iove est principium, *vel* o musae, sumamus ab Iove principium' *Servius* 62 apud *γbc* 66 AD *PRc: cf. prol.* 395 69 conceſſere *b*1, *Beda* 70 TECTA *P*1*b*1 71 DECIM *R* 72—IV 52 *deficit P*
72 locutuſ eſt *c* (*fuit* locutaſt) 73 referetis *π m.* 1 aureſ *γ*1*c*

*M.* Quid prodest, quod me ipse animo non spernis, Amynta,
si, dum tu sectaris apros, ego retia servo?
*D.* Phyllida mitte mihi: meus est natalis, Iolla;
cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.
*M.* Phyllida amo ante alias: nam me discedere flevit,
et longum 'formonse, vale vale', inquit, 'Iolla.'
*D.* Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.
*M.* Dulce satis umor, depulsis arbutus haedis,
lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas.
*D.* Polio amat nostram, quamvis est rustica, musam:
Pierides, vitulam lectori pascite vestro.
*M.* Polio et ipse facit nova carmina: pascite taurum,
iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.

---

TESTIMONIA. 75 'ego r. s.' Charisius I 61 K. 76 Servius Aen. IX 641 'meus est n. I.' Donatus in Ter. Phorm. I 1, 14 77 Nonius 313, 27 schol. Iuvenal. IX 117 Priscianus p. 821. 1028. 1114. 1141 P. exc. Bob. V 643 K. 'quod ait Vergilius: cum . . . venito, ut vitulam dixerit pro vitulatione . . . meminerimus tamen sic legendum per ablativum: cum faciam vitula pro frugibus.' Macrobius III 2, 15 cf. Servius ecl. V 75 79 Charisius I 204 K. de schem. dian. 50 H. Sacerdos VI 507 K. 'et l. f.' Sacerdos VI 516 K. 'et . . . vale vale' Sacerdos VI 513 K. 'vale . . . Iolla' Pompeius V 119 K. Servius Aen. IV 409
80 Nonius 349, 11. 409, 15 80 sq. Priscianus 1100 schem. lex. 53 H. Servius ecl. III 109 82 schem. lex. 53 H. schol. Hor. carm. I 17, 5 82 sq. schem. lex. 53 H. Priscianus 1100 P. Servius ecl. III 109 'dulce s. u.' Servius ecl. V 46 83 Sacerdos VI 507 K. 'lenta . . . pecori' Augustinus reg. V 506 K. 'lenta . . . mihi' Sacerdos VI 513 K.
86 Donatus in Ter. Andr. prol. 3 adelph. IV 7, 4 'Polio . . . carmina' schol. Hor. carm. II 1, 15 Servius Aen. II 228 III 181. 240 IX 641 ge. I 43 IV 357 ecl. V 71 schol. Bern. ecl. VIII 13 schol. Lucani V 451 87 Nonius 366, 25 Servius Aen. III 21 'iam c. p.' Servius Aen. II 202

---

VARIA LECTIO. 74 me *om. R* amyntaſ *γ* 77 uitula *'antiqua aliquot exempl.' Pierii, Prisciani* 1028 *Bong., exc. Bob. testantur Servius et Macrobius.* VITVLAM *Ryabcψ Nonii, Prisciani, Servii ecl.* V 75 *ω* 79 multum *Beda* 84 POLLIO *Rybπ*: *item* 86 *et* 88 Po.llio *c* EST *Ryb in ras.*, *ψ* ſit *cmπχ, Servii exempl.* 85 lectori *Servius quoque, displicebat Heynio*
86 Pollio *c*, *item* 88. *'alii legunt* Pollio, *ut prima producatur, alii* Polio' *Servius: cf. Lachmannus Lucr. p.* 33 87 = *Aen.* IX 629 CORNVM *R*

*D.* Qui te, Polio, amat, veniat quo te quoque gaudet;
mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum.
*M.* Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi,
atque idem iungat volpes et mulgeat hircos.

*D.* Qui legitis flores et humi nascentia fraga,
frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.
*M.* Parcite, oves, nimium procedere: non bene ripae
creditur; ipse aries etiam nunc vellera siccat.

*D.* Tityre, pascentes a flumine reice capellas:
ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lavabo.
*M.* Cogite oves, pueri; si lac praeceperit aestus,
ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.

*D.* Heu heu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo!
idem amor exitium pecori pecorisque magistro.

---

TESTIMONIA. 88 Priscianus 1180 P. 'veniat . . . gaudet' Servius Aen. II 239 89 de nom. V 558 K. 'quamvis Vergilius mella dixerit' Charisius I 34 K. (cf. Priscianus 662 P.) 'mella f. i.' Pompeius V 177 K. (cf. de dub. nom. V 579 K. anecd. Helv. 47. 85) 'ferat . . . amomum' Servius ge. I 266 90 cf. Hieronymi chron. de Bavio (Suetonii fragm. p. 41 R.) Pompeius V 312 K. schol. Hor. epod. X 1 90 sq. Isidorus orig. I 36, 30 Donati ars IV 402 K. Diomedes I 463 K. 91 Pompeius V 312 K. Servius Aen. II 547 92 'qui legitis f.' Isidorus orig. X 154 'et humi n. f.' schol. Iuvenal. XIII 57 Arusianus VII 477 K. 93 Servius ge. I 336 94 sq. 'parcite . . . creditur' Asper 115, 24 K. 'non . . . creditur' Cledonius V 66 K. schol. Hor. serm. II 4, 21 95 'ipse . . . siccat' ult. syll. IV 225 K. 'vellera s.' Probi inst. IV 129 K. 96 Priscianus 545 P. Beda VII 250 K. Audacis exc. VII 329 K. 97 Audacis exc. VII 328 K. 98 sq. Nonius 265, 5 100 Servius Aen. II 69 anecd. Helv. 218 (cf. 265) 'heu . . . est' ult. syll. IV 256 K. 101 anecd. Helv. 205 'pecorisque m.' Charisius I 36 K.

---

VARIA LECTIO. 89 fluunt rivis *anecd. Helv.* 48 robus *Leid., Servius Dan. ge.* I 266 91 MVLCEAT *R, Pompeius* 92 fragra *Arusianus* 96 PASCENTES *Rγac*, *Prisciani exempl.* paſcentiſ *b* 97 omneſ *c* FRONTE *R* 98 ouiſ *b* AESTAS *R* 99 frauſtra *a1*: *cf. prol.* 420 100 heheu *c* eheu *bmπ*, *de ult. syll., Servius Aen.* II 69 heu *semel γ* eruo (er *in ras.*) *b* ARVO *R* 101 exitium pecori *cχ*, *anecd. Helv. cf. prol.* XI EXITIVM ESTPECORI *Ra* exitiū·e· pecori eſt (eſt *cras.*) *γ* exitium pecori est *bm* magiſt.ro ē *c*

*M.* His certe neque amor causa est: vix ossibus haerent.
nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

*D.* Dic, quibus in terris — et eris mihi magnus Apollo —
tris pateat Caeli spatium non amplius ulnas.
*M.* Dic, quibus in terris inscripti nomina regum
nascantur flores: et Phyllida solus habeto.

*P.* Non nostrum inter vos tantas componere lites:
et vitula tu dignus et hic, et quisquis amores
hau temnet dulcis, haut experietur amaros.
claudite iam rivos, pueri: sat prata biberunt.

---

TESTIMONIA. 102 'hice *pro* hi. *vetuste Virgilius:* his certe . . . haerent; *quia* hisce *debebat dicere.*' Donatus in Ter. eun. II 2, 38 'vix o. h.' Quintilianus VIII 6, 73 103 Priscianus 1169 P. schol. Persii II 34 Marius Victorinus VI 37 K. fr. Bob. VI 626 K. Servius Aen. VI 104 104 Augustinus contra acad. III 3, 9 Diomedes I 417 K. 104 sq. Quintilianus VIII 6, 52 Dositheus VII 422 K. 104—107 'dic . . . flores' Servius Aen. X 74 105 Arusianus VII 500 K. Sacerdos III 462 K. schol. Lucani III 664 'tris p. c. s.' anecd. Helv. 184 106 sq. 'inscripti . . . flores' Arusianus VII 481 K. Probus de nom. IV 213 K. 108 Nonius 257, 4 Servius Aen. I 374 109 'et vitula . . . hic' Arusianus VII 463 K. Servius ecl. III 30 111 'sat p. b.' Nonius 453, 12

---

VARIA LECTIO. 102 his certe — neque amor causa est — vix ossibus haerent *nominativum* his *interpretans legit Donatus ad Ter.: probavit structuram post Stephanum et Heinsium Madvicus ad Cic. de fin. p.* 808 105 Caeli: *cf. Servius et Philargyrius cum Lachmanno Lucr.* 328 caeli *alii* caelo *c*1 VLLAS *R* ulnaſ (ſ *corr. ex* m) *γ* 107 naſcuntur *b*1*π*1*χ*, *de nom.* 108 'non: *hic distinguendum est . . . . male quidam totum iungunt' Servius* 110 hau temnet *proposui in Fleckeiseni ann. phil.* LXXV 72 AVTMETVET *libri, Servius* (*sic Aen.* X 737 metuenda *Menag. uterq. pro* temnenda) contemnet *amicus quidam* dulceſ *γc* haut] AVT *libri, Servius* amaroſ (a *post. corr. ex* o) *γ* haud metuet, dulcis aut experietur amaros *Wagnerus* haud metuet d., haud *Graserus et* dulcis *nominativum interpretatus Madvicus adv.* II 50. *Mira protulit Rothstein Herm.* XXIV 24 *sqq.*

# IV

Sicelides Musae, paulo maiora canamus!
non omnis arbusta iuvant humilesque myricae:
si canimus silvas, silvae sint consule dignae.

Ultima Cumaei venit iam carminis aetas;
magnus ab integro saeclorum nascitur ordo.

iam redit et virgo, redeunt Saturnia regna;
iam nova progenies caelo demittitur alto.

tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
desinet ac toto surget gens aurea mundo,
casta fave Lucina: tuus iam regnat Apollo.

Teque adeo decus hoc aevi, te consule inibit,
Polio, et incipient magni procedere menses;

te duce, siqua manent sceleris vestigia nostri,
inrita perpetua solvent formidine terras.

ille deum vitam accipiet divisque videbit
permixtos heroas, et ipse videbitur illis,
pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu

---

TESTIMONIA. ECL. IV. cf. Suetonii fr. 30 p. 42 R. 1 Probus 7, 16 K. Servius ecl. III 1 Eusebius Constantini or. ad sanctum coetum 20 · 'Sicelides m.' expl. in Don. IV 487 K. 4 Augustinus de civ. dei X 27 Isidorus orig. VIII 8, 5 4—7 Eusebius l. l. 5 schol. Hor. carm. saec. 59, 7 Grillii comm. 598 H. · 'magnus a. i. s.' Arusianus VII 454 K. 8 'tu m. n. p.' ult. syll. IV 250 K. 8—10 'tu . . . Lucina' Eusebius l. l. 10 'casta f. L.' Isidorus orig. III 70, 2 cf. Donatus in Ter. Andr. III 1, 15 12 'et incipient m. p. m.' Pseudoasconius in Cic. Verr. I 31 Servius ge. I 32 13—37 Eusebius l. l. 13 sq. Augustinus epist. 104. 137. 258 de civ. dei X 27

---

VARIA LECTIO. ECL. IV. *Cf. Fleckeiseni ann.* LXXV 66 SAECVLI NOVI INTERPRAETATIO *Ryabc* 2 OMNES *R* 7 DIMITTITVR *R* 9 Definit *b1* ſurgit *b* 12 POLLIO *Ryabc* 17 PATRIS *R* 18 AC *R* NVLLAPATER PRIMO *R*

errantis hederas passim cum baccare tellus
mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.

ipsae lacte domum referent distenta capellae
ubera, nec magnos metuent armenta leones.
ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

occidet et serpens, et fallax herba veneni
occidet; Assyrium volgo nascetur amomum.

At simul heroum laudes et facta parentis
iam legere et quae sit poteris cognoscere virtus:

molli paulatim flavescet campus arista,
incultisque rubens pendebit sentibus uva,
et durae quercus sudabunt roscida mella.

pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,
quae temptare Thetim ratibus, quae cingere muris
oppida, quae iubeant telluri infindere sulcos.

alter erit tum Tiphys, et altera quae vehat Argo
delectos heroas; erunt etiam altera bella,
atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

---

TESTIMONIA. 20 schol. Hor. carm. II 6, 14 Macrobius VI 6, 18 Servius ecl. VII 55 21 sq. Lactantius inst. VII 24 'ipsae . . . ubera' schol. Lucani IV 314 schol. Hor. epod. XVI 50 21 'ipsae l. d.' Servius ge. I 127 23 Nonius 312, 30 26 sq. 'at . . . legere' Nonius 331, 32 26 Grillii comm. 598 H. 28—30. 42—45 sq. Lactantius inst. VII 24 cf. Symmachi laud. in Gratianum Augustum 9 30 schol. Hor. carm. II 19, 12 31—33 Pseudoacro ad Hor. carm. I 24, 40 34 schol. Lucani II 715 34 sq. 'alter . . . heroas' Servius Aen. VI 89

---

VARIA LECTIO. 19 Erranteſ *c* 20 FVNDET *Rγ2abc, schol. Hor. Macrobii Med.* 2 fundit *γ1, Macrobii ω* fundat *Macr. Par.* 21 referant *γ1, schol. Lucani* 23 *post* 20 *poni voluit Kloučk progr. Leitmeritiano* 1873, *non inepte* fundunt *c1* 26 at *γb Nonius* AC *Rc2* ad *c1* parentiſ *γ1bc, Servius, Nonius* PARENTVM *Rγ2* 28 FLAVESCIT *Rγ1b1, Lactantii Bonon.* 30 edurae *Vossius* 31 FRVSDIS *R* fraufdiſ *c1* 32 THETIN *R, schol. Hor.* 33 telluri infindere ſulcoſ *γbcχ*: *cf. Aen.* V 142 TELLVREMINFINDERESVLCO *R* 34 tunc *Servii ad Aen.* VI 89 *ex.* 35 Dilectoſ *b1*

Hinc, ubi iam firmata virum te fecerit aetas,
cedet et ipse mari vector, nec nautica pinus
mutabit merces: omnis feret omnia tellus.

non rastros patietur humus, non vinea falcem;
robustus quoque iam tauris iuga solvet arator;
nec varios discet mentiri lana colores,

ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
murice, iam croceo mutabit vellera luto;
sponte sua sandyx pascentis vestiet agnos.

'Talia saecla' suis dixerunt 'currite' fusis
concordes stabili fatorum numine Parcae.

Adgredere o magnos (aderit iam tempus) honores,
cara deum suboles, magnum Iovis incrementum!

aspice convexo nutantem pondere mundum,
terrasque tractusque maris caelumque profundum,
aspice, venturo laetentur ut omnia saeclo!

o mihi tum longae maneat pars ultima vitae,
spiritus et quantum sat erit tua dicere facta:

---

TESTIMONIA. 37 'ubi . . . aetas' Servius Aen. I 283 38 sq. 'cedet merces' schol. Hor. serm. I 4, 28 38—41 Lactantius inst. VII 24 38—42 (om. 41) Eusebius l. l. 39 Sacerdos VI 506 K. 'mutabit . . . feret' idem VI 513 K. 'omnis . . . tellus' Servius Aen. I 184 42 'discet m. l. c.' Isidorus orig. XVII 9, 98 43 sq. Macrobius III 7, 1 'ipse . . . murice' Nonius 549, 14 44 'iam . . . luto' Nonius 549, 19 'croceo m. v. l.' Isidorus orig. XIX 28, 8 Servius Aen. VII 26 45 Plinius n. h. XXXV 6, 23 Eusebius l. l. 46 cf. Symmachus l. l. ad 28 Macrobius VI 1, 41 'talia . . . dixerunt' Sacerdos VI 513 K. 48—56 Eusebius l. l. 49 Festus 309 M. (suboles) Sacerdos VI 505 K. 51 'caelumque p.' Servius Aen. II 758 ge. II 288 53 sq. schol. Hor. carm. IV 2, 45 54 cf. Priscianus p. 1018 P. (vid. ecl. VIII 7)

---

VARIA LECTIO. 41 robuſtiſ *b2* 44 fucabit *Io. Schraderus, sed cf. Claudianus laud. Serenae* 73 45 paſcenteſ *c* nascentes *Bentleius bibl. Angl.* I 186 46 *in ras. b* currere *Medic. Pierii* 48 MAGNVS *R* IAM *m. rec. sup. R* 51 = *ge.* IV 222 52 LAETANTVR *R, post Wagnerum commendavit Em. Hoffmann eph. Austr.* 1865 *p.* 486 OMNISA *P* 53 tam *χ, Pseudoacro: fluctuant inter* tum *et* tam *etiam Servii codd.* longae *etiam Servius* LONGE *Pγ, Pseudoacro, quod placuit Spohnio* 54 sat erit quondam *Prisciani ex.*

non me carminibus vincat nec Thracius Orpheus,
nec Linus, huic mater quamvis atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formonsus Apollo.

Pan etiam, Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

incipe, parve puer, risu cognoscere matrem:
matri longa decem tulerunt fastidia menses.

incipe, parve puer: cui non risere parentes,
nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubilist.

---

TESTIMONIA. 55 Marius Victorinus VI 66 K. cf. Sacerdos VI 504 K. 57 Macrobius V 17, 19 Priscianus p. 732. 736 P. 'Orphei C. L.' Phocae ars V 423 K. 'Orphei C.' Consentius V 389 K. 58 Donatus in Ter. hecyr. II 2, 13 58 sq. Macrobius V 14, 6 schem. lex. 51 H. 58—63 Eusebius l. l. 60 Nonius 276, 4 Servius Aen. VI 863 schol. Bern. ecl. IV pr. 61 Donatus in Ter. eun. prol. 20 ult. syll. IV 259 K. 'decem . . . menses' schol. Statii Theb. I 576 III 302 62 Quintilianus IX 3, 8 'est figura et in numero: vel cum singulari pluralis subiungitur . . . vel ex diverso: qui non risere . . . cubili est. Ex illis enim, qui non risere, hic quem non dignata.' 63 Donatus ad Ter. Phorm. I 1, 15 Servius Aen. I 79

---

VARIA LECTIO. 55 uincat *Marii Victorini Paris.* VINCAT (E *sup.*) *P* VINCET *Rabcπψ* uinc& (a *sup.*) *γ* TRACIVS *P1γ* 56 FVIT PATER *R* 57 ORPHI *Rγ2b2c*, *Macrobius et Priscianus* CA(L)LIOPEA *P* CALLIOPEA *Ryb* LIENO *R* 58 *in mg. add. c* Pan etiam *legit Probus quoque.* Pan deus *mχ*, *Donatus, Bentleius* ARCADIEDIGAGAT (AMEOVM) (*corr. fort. m. ead.*) *P* Pan &iã arcadia mecũ ſi iudice cert& Pan &iã (*sequentia in mg.*) arcadia dicat ſe iudice uictũ: *in quibus* mecũ — cert& *verba in ras. γ* 59 arcadia dicat *γbc* ARCADIAEDICAT *R* ARCADIEDIGACAT (A, E) (*corr. fort. m. ead.*) *P* Arcadia dicet *Macrobii exempl.* VICTAM (V *supra* A *fort. m. ead.*) *P* 60 MATER (EM *sup. fort. m. ead.*) *P* 61 MATRI (S *sup.*) *P* matriſ *γ1* DECIM *Rc* tulerint *b2χ* tuleř *c1* tulerant *c2π* TVLERVM (N*τ supra* M) *P: fortasse a m. pr.* TVLERINT *fuit.* 'tulerunt: *alii* abstulerint *legunt*' *Servius* 62 parve] P *corr. ex* R *P* quoi *Pierii χ* qui non risere parenti, Nec deus hunc *Quintilianus* cui . . . parentes, nec d. h. *Servius* qui non risere parenti, Nec deus hos *Schraderus* qui . . . parentes, *ut* parentes *accusativus sit, Scaliger.* qui non risere, parentes Nec deus h. *Nauckius spicileg. philol.* 6 63 cubili eſt *γ2acχ* CVBILEEST (*an* cubileist?) *Pγ1* CVBILEST *R* cubil.ẽ *b*

# V

MENALCAS. MOPSUS.

*ME.* Cur non, Mopse, boni quoniam convenimus ambo,
tu calamos inflare levis, ego dicere versus,
hic corylis mixtas inter consedimus ulmos?
*MO.* Tu maior; tibi me est aecum parere, Menalca,
sive sub incertas zephyris motantibus umbras,
sive antro potius succedimus. aspice, ut antrum
silvestris raris sparsit labrusca racemis.

*ME.* Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas.
*MO.* Quid, si idem certet Phoebum superare canendo?
*ME.* Incipe, Mopse, prior, siquos aut Phyllidis ignes
aut Alconis habes laudes aut iurgia Codri.
incipe; pascentis servabit Tityrus haedos.
*MO.* Immo haec, in viridi nuper quae cortice fagi
carmina descripsi et modulans alterna notavi,
experiar. tu deinde iubeto ut certet Amyntas.
*ME.* Lenta salix quantum pallenti cedit olivae,

---

TESTIMONIA. ECL. V. 1 sq. Priscianus 1097. 1137. 1199 P. 1 'cur . . . boni' Sacerdos VI 443 K. 2 idem VI 503 K. ult. syll. IV 241 K. 'tu c. i. leves' schem. lex. 57 H. 5 ult. syll. IV 252 K. Augustinus reg. V 523 K. 6 'sive . . . succedimus' ult. syll. IV 248 K. 7 Nonius 211, 24 Sacerdos VI 503 K. 8 Iulius Rufinianus p. 56 H. 'solus t. c. A.' Arusianus VII 459 K. 'tibi c. A.' Porphyrio Hor. epod. XI 18 9 Nonius 388, 26 11 'Alconis' Diomedes I 118 K. 'aut iurgia C.' Augustinus de civ. dei XVIII 19 schol. Hor. carm. III 19, 2 16 Nonius 338, 4

---

VARIA LECTIO. ECL. V. *Cf. Fleckeiseni ann.* LXXV 73 MENALCAS MOPSVS *PRγabc* 2 LEVES *Rb* 3 conſidimuſ *γ*2 4 AEQVM *R* 5 TEPHYRIS (Z *sup.*) *P*: *cf. mus. Rhen.* XII 422 7 LABRISCA *P*1 lambuſca *c* 8 CERTET *Pγχ*, *Rufiniani et Arusiani exempl.* 9 Phoebum certet *m* 10 PHYLLIDES *R* 12 PASCENTES *Rbc* 14 DESCRIBSI *Pγ*2: *cf. prol.* 390 15 ut *om. Pγcm, servari iubet Lachmannus in Prop.* III 6, 43

puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.

set tu desine plura, puer; successimus antro.

α *MO.* Extinctum nymphae crudeli funere Daphnim
flebant (vos coryli testes et flumina nymphis),
α cum complexa sui corpus miserabile nati,
atque deos atque astra vocat crudelia mater.

β Non ulli pastos illis egere diebus
frigida, Daphni, boves ad flumina; nulla neque amnem
libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.
Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones
interitum montesque feri silvaeque locuntur.

γ Daphnis et Armenias curru subiungere tigris
instituit, Daphnis thiasos inducere Bacchi
et foliis lentas intexere mollibus hastas.
vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae,
ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis:

---

TESTIMONIA. 18 Sacerdos VI 507 K. 'iudicio . . . tibi' idem VI 513 K. 20 et 23 continuat Donatus in Ter. Andr. I 1, 103 20 sq. 'extinctum . . . flebant' schol. Hor. carm. I 2, 1 20 Servius ecl. V 14 VII 5 22 sq. Donatus Ter. adelph. III 2, 6 23 Donatus Ter. adelph. V 3, 4 comm. Lucani V 204 25 sq. 'nulla . . . quadrupes' Sacerdos VI 450 K. 26 'nec . . . herbam' Servius ge. I 134 27 sq. 'Daphni . . . interitum' Macrobius IV 6, 15 29 Asper 112, 20 K.

---

VARIA LECTIO. 18 IVDICIOS *P*1 19 *continuant Menalcae PRγabcπ*, *Mopso vulgo tribuitur* ALTRO (N *sup.*) *P* 20 *Mopsi nomen add. in PRγabcπ* EXSTINCTVM *R: cf. prol.* 446 DAPHNIN *R* 21 OCRYLI *R* 22 *Ad* complexa *arcessi debere* est *monet Lachmannus ad Prop.* I 8, 11 p. 39: *cf. Tibullus* II 5, 73 *Silius* I 93 *Nackius Catonis carm. p.* 299 25 NECQ· (*corr. m. ead.*) *P* 26 HERBA *R* 27 GEMVISSE *R* 28 montiſ *γ* feri] FERVNT *P* SILVAE.Q· (S *eras. inter* E *et* Q) *P* *Itaque et fuerunt qui* montesque ferunt silvasque locuntur *et qui* montesque ferunt silvaeque l. *et qui* montesque feri silvaeque l. *scriberent: cf. v.* 62 *sqq.* feros silvasque *Marklandus ad Stat. silv.* II 5, 13 29 ARMENIA *R* 32 fetus *Schraderus*

tu decus omne tuis. postquam te fata tulerunt,
ipsa Pales agros atque ipse reliquit Apollo.

δ Grandia saepe quibus mandavimus hordea sulcis,
infelix lolium et steriles nascuntur avenae;
pro molli viola, pro purpurea narcisso
carduos et spinis surgit paliurus acutis.

ε Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras,
pastores, (mandat fieri sibi talia Daphnis)
ζ et tumulum facite, et tumulo super addite carmen:
ε 'Daphnis ego in silvis, hinc usque ad sidera notus,
formonsi pecoris custos, formonsior ipse.'

*ME.* Tale tuum nobis carmen, divine poeta,
quale sopor fessis in gramine, quale per aestum
dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.
nec calamis solum aequiperas, set voce magistrum.

---

Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo 49

---

TESTIMONIA. 34 'tu . . . tuis' Arusianus VII 463 K. 36 hordea: cf. Priscianus 662 P. Consentius V 348 K. 37 'infelix l.' dub. nom. V 581 K. 38 'purpurea narcissus' Diomedes I 453 K. 39 'carduus' ult. syll. IV 227 K. 40 Pseudoacro Hor. carm. III 18, 14 'spargite h. f.' Donatus in Ter. adelph. III 2, 19 'inducite . . . pastores' Servius Aen. V 760 42—44 'et tumulo . . . ipse' Servius Aen. III 287 45 'tale . . . nobis' ult. syll. IV 233 K. 45 sq. 'tale . . . gramine' schem. lex. 58 H. 45—47 Priscianus 761 P. 46 'quale s. f.' ult. syll. IV 233 K. 46 sq. 'quale per . . . rivo' schem. lex. 58 H. 47 Priscianus p. 757. 905 P. 48 Arusianus VII 454 K. 'nec . . . aequiparas' Servius ecl. VI 69

---

VARIA LECTIO. 37 dominantur, *ut gc.* I 154, *m* 38 VIOLAE *P* VIOLAET *R* purpurea *testatur Diomedes* PVRPVREO *libri,* V *Servius Dan.* 39 CARDOS (O *corr. in* V) *P:* carduos *scriptum erat* CARDVVS *Rγbc*, *ult. syll.* ut *γ* surget *π* PALINVRVS (N *eras.*) *P* acutuſ *γ*1 40 frondibus *m*, *Pierii χ* ARAS *R: cf.* 65 42 FACIT *R* 43 SILLIS (L *post. eras.*, V *sup.*) *P* 44 PECORI (S *sup.*) *Pγ* 45 nobis carmen *Haun.*, *de ult. syll.: probavit Lachmannus ad Prop.* I 6, 25 CARMEN NOBIS *PR γabcπψ*, *schem. lex.*, *Priscianus* 46 LASSIS *Ra* 49. 51. 50 *Pγ*, *sed in mg.* ACB *P* 49 *interpolatus videtur ad* II 38 *exemplum* APOLLO *Ra*1

nos tamen haec quocumque modo tibi nostra vicissim
dicemus, Daphnimque tuum tollemus ad astra;
Daphnin ad astra feremus: amavit nos quoque Daphnis.
*MO.* An quicquam nobis tali sit munere maius?
et puer ipse fuit cantari dignus, et ista
iam pridem Stimichon laudavit carmina nobis.

α′ *ME.* Candidus insuetum miratur limen Olympi
sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis.
α′ ergo alacris silvas et cetera rura voluptas
Panaque pastoresque tenet dryadasque puellas.
β′ Nec lupus insidias pecori nec retia cervis
ulla dolum meditantur; amat bonus otia Daphnis.
ipsi laetitia voces ad sidera iactant
intonsi montes; ipsae iam carmina rupes,
ipsa sonant arbusta: 'deus, deus ille, Menalca!'
γ′ Sis bonus o felixque tuis! en quattuor aras:
ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phoebo.
pocula bina novo spumantia lacte quodannis
craterasque duo statuam tibi pinguis olivi,

TESTIMONIA. 50 'nos t. h.' ult. syll. VI 250 K. 54 'et ... dignus' Arusianus VII 463 K. 56 Servius ecl. II 46 VII 5 Porphyrio Hor. epod. III 10 'candidus i. m.' Sacerdos VI 513 K. 61 idem VI 506 K. 'ulla ... bonus' idem VI 513 K. 63 'intonsi m.' Servius ge. IV 277 65 'sis ... tuis' Servius Aen. I 330. 734 'o f. t.' anecd. Helv. 235 65 sq. Servius Aen. III 305 67 Plotius VI 503 K. 68 Nonius 546, 1 'craterasque d. s.' Servius Dan. ecl. VI 18

VARIA LECTIO. 51 DAPHNIN *Rb* 52 DAPHNIM *Pγa: cf. prol.* 403 *Lachmannus in Lucr.* 131 Dãpnim *c* feramuſ *c*1 53 quicquid *γ* tale *b*1*c*1 MVNERA *Pγ*1*c*1 55 TIMICHON (S *sup.*) *P* ſtimicon *c* 56 lumen *Servius ad ecl.* VII 5 58 ALACRES *R* et cetera] secretaque *vel* securaque *Schraderus* et agros et *prop. Heynius* 59 DRYADES *R* 60 inſidiiſ *γ*1 61 MODVM (D *m. rec. corr. in* L, *etiam* D *supra* M *m. rec.*) *R* malum *χ* 63 IPSE (A *sup.*) IAM *P* IPSAETIAM *Ra* carmine *Peerlkampus* 64 arbusta sonant *π* '*multi sic distinguunt:* ipsa arbusta sonant deus, *et subiungunt:* deus ille Menalca' *Servius Dan.* 65 MOP *P* 66 duoque *Servius Aen.* III 305 68 DVO *PRγ*, *Nonii exempl. praeter Harl., test. Servius Dan. et hic et ad ecl.* VI 18 duo (ſ *sup.*) *a* duoſ *cπ*, *suadet Wagnerus quaest. Verg.* XII 14 OLIBI *add. m.* 2 *P: cf. prol.* 390

et multo in primis hilarans convivia Baccho
ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra
vina novom fundam calathis Ariusia nectar.
δ′ Cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon;
saltantis saturos imitabitur Alphesiboeus.
haec tibi semper erunt et cum sollemnia vota
reddemus nymphis, et cum lustrabimus agros.
ε′ Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae,
ζ′ semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.
ε′ ut Baccho Cererique, tibi sic vota quodannis
agricolae facient; damnabis tu quoque votis.

*MO.* Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?
nam neque me tantum venientis sibilus austri
nec percussa iuvant fluctu tam litora, nec quae
saxosas inter decurrunt flumina valles.
*ME.* Hac te nos fragili donabimus ante cicuta.
haec nos 'formonsum Corydon ardebat Alexim,'
haec eadem docuit 'cuium pecus? an Meliboei?'

---

TESTIMONIA. 70 schol. Hor. carm. I 4, 3 III 17, 16 'ante . . . erit' Maximi Victorini ars VI 203 K. 72 Marius Victorinus VI 116. 142 K. Terentianus Maurus v. 2096 'Lyctius A.' schol. Bern. ecl. III 2 73 Sacerdos VI 505 K. 'saltantis s. i.' Marius Victorinus VI 164 K. Plotius VI 514 K. 74 sq. Macrobius III 5, 7 'et cum . . . agros' Nonius 335, 12 77 schol. Med. ecl. VIII 15 78 de dub. nom. V 580 K. 80 'damnabis . . . votis' Nonius 277, 10 Agroecius VII 120 K. Servius Aen. IV 699 V 237 XII 727 82—84 Servius buc. pr. 82 Charisius I 81 K. Nonius 223, 27 Servius Aen. II 211 85 Arusianus VII 463 K. schol. Persii I 54 'hac . . . donabimus' ult. syll. IV 238 K.

---

VARIA LECTIO. 73 SALTANTES *Ryb*1*c* SATVROS *Ra* ſatiroſ *γc* SATYROS *Pb* alpeſiboeuſ *c* 76 MEN *P* 77 paſcuntur *γ* 78 = *Aen.* I 609 nome[n] *in ras. b* regnum *de dub. nom.* 79 ſi[o] *γ* 80 VOTIS (S *m. rec.*) *R* 81 DONA·M (*corr. m. cad. ut vid.*) *P* 85 NVOS (V *cras.*) *P* NVS (V *corr. in* O) *R* donabimus] B *cras., corr. in* V *R* donauimus *a*1*b*1 ante] ecce *Schraderus* 86—VI 19 *Veron. fol.* 219 a 86 ALEXIN *Pbc*

*MO.* At tu sume pedum, quod, me cum saepe rogaret,
non tulit Antigenes (et erat tunc dignus amari)
formonsum paribus nodis atque aere, Menalca.

---

## VI

Prima Syracosio dignata est ludere versu
nostra neque erubuit silvas habitare Thalea.
cum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
vellit et admonuit: 'pastorem, Tityre, pinguis
pascere oportet ovis, deductum dicere carmen.'
nunc ego (namque super tibi erunt qui dicere laudes,

---

TESTIMONIA. 88 cf. schol. Veron. 72, 18 K. 'at tu s. p.' Festus p. 210. 249 M. v. pedum. Terentianus Maurus 1026 89 'et . . . amari' Arusianus VII 463 K. Pseudoacro Hor. carm. II 4, 3

ECL. VI. 1 Probus 7, 17 K. 'prima S. d.' schol. Veron. 72, 26 K. 3 sq. 'cum canerem . . . admonuit' Priscianus p. 896 P. schol. Hor. carm. I 21, 2 IV 15, 1 'cum . . . proelia' Servius Aen. II 111 'Cynthius . . . admonuit' Servius Aen. II 480 III 607 4 'vellit' schol. Veron. 73, 17 4 sq. 'pastorem . . . carmen' Macrobius VI 4, 12 5 anecd. Helv. 295 'deductum' fr. Bob. VII 542 K. 'deductum carmen' schol. Veron. 73, 19 K. Quintilianus VIII 2, 9 Nonius 289, 7

---

VARIA LECTIO. 89 NVNC (T *sup.*) *P* tunc *b1* TVM *Ryab2cπ*, *Arusiani ex.*

ECL. VI. *Cf. Fleckeiseni ann.* LXXV 71 FAVNORVM SATYRORVM ET SILENORVM DELECTATIO *PRyabc, nisi quod in litteris quibusdam hic illic differunt. Etiam in V inscriptio rubra est, quae tamen legi non potuit.* 1 POE *PR* DIGATAEST *V* 2 NEQ· *Pc* nec . . (c *in ras.*) *b* NEC *RVa*: *cf. prol.* 435 *sq. et Lachmannus ad Lucr.* III 853 SILVIS *Ra* THALEA *PR et V ut vid., schol. Veron.* thalia *ya2b* talia *c* 'Thalia . . . *graece ait: nam Latine* Thalea *debuit dicere . . . sed propter euphoniam contempsit ius regulae et ideo in Graecitate permansit.' Servius: cf. Priscianus p.* 563. 587 P. 3 reges] silvas *Prisciani φ* CYNTIVS *V*: *cf. prol.* 424 4 ET *m.* 2 *suprascr. P* MONVIT *R* PINGVES *ut vid. V* 5 OVES *Rybc* DEDVCTVM *Ryabc, Quintilianus, Macrobius, Servius, Nonius, schol. Veron.* DIDVCTVM *PV* 6 *cf. schol. Veron.* 73, 22

Vare, tuas cupiant et tristia condere bella)
agrestem tenui meditabor harundine musam.
non iniussa cano. siquis tamen haec quoque, siquis
captus amore leget: te nostrae, Vare, myricae,
te nemus omne canet; nec Phoebo gratior ullast,
quam sibi quae Vari praescripsit pagina nomen.
Pergite, Pierides. Chromis et Mnasyllos in antro
Silenum pueri somno videre iacentem,
inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho;
serta procul, tantum capiti delapsa, iacebant,
et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

adgressi (nam saepe senex spe carminis ambo
luserat) iniciunt ipsis ex vincula sertis.
addit se sociam timidisque supervenit Aegle,
Aegle, naiadum pulcherrima, iamque videnti
sanguineis frontem moris et tempora pingit.

---

TESTIMONIA. 7 'tristia c. b.' schol. Veron. 73, 15 K. 9 'non i. c.' schol. Veron. 73, 26 Servius ecl. VIII 11 9 sq. 'si quis tamen . . . legat' Priscianus 1144 P. 'tamen . . . leget' Sacerdos VI 457 K. 10 'te . . . myricae' schol. Veron. 73, 31 13 'pergite Pierides' Paulus Festi 215 M. (pergite) 'Chromis . . . antro' ult. syll. IV 226 K. 14 Nonius 326, 24 15 schem. lex. 55 H. schol. Persii III 59 16 Charisius I 107 K. cf. de dub. nom. V 590 K. Servius Aen. I 417 V 124 X 835 'serta p.' Servius Aen. II 42 17 Macrobius V 21, 1 Nonius 545, 8 18 sq. 'nam . . . luserat' Charisius I 120 K. Servius ecl. V 68 19 'ipsis . . . sertis' Sacerdos VI 463 K. 20 Donatus in Ter. Phorm. I 4, 28 'timidisque s. A.' Donatus ad Ter. hec. prol. 4 Arusianus VII 510 K. 20 sq. 'addit . . . pulcherrima' schem. lex. 50 H. 21 'Aegle n. p.' Probi cath. IV 18 K. 21 sq. 'iamque . . . pingit' Donatus in Ter. eun. I 1, 28

---

VARIA LECTIO. 7 TRISTIA, *sed* TIA *m. 2 in ras., in spatio quattuor litterarum, quarum ultima videtur* M *fuisse, R* 8—19 *Veron. fol.* 219 b 8 *cf. ecl.* I 2 MVSA *V* 10 AMOR·RELEGET *R* legat *m, testatur Priscianus* 11 VLLAEST *PRyabc: cf. prol.* 419 *Lachmannus ad Lucr. p.* 65 *sq.* 12 VARII *P* p . . ſcripſit *b1* perscripsit *γ* 13 MNASYLLOS *P* MANASYLOS *V* (*prol.* 418) MNASYLLVS *Rab* mna.ſy.luſ *γ* naſilluſ *c* (*prol.* 430) 15 IACCO (H *sup.*) *V* 16 sq. serta gravi . . . et procul *Peerlkampus* 16 IACEBAT *Pb1 et ut vid. V* 17 ADTRITA *Rbc: cf. prol.* 400 *sq.* 18 amboſ *c1m* ambo *Iunilius* 20 SOCIAS (M *sup.*) *P* 21 iam] NAM (N *eras.*) *P*

Ille dolum ridens 'quo vincula nectitis?' inquit.
'solvite me, pueri: satis est potuisse videri.
carmina quae voltis cognoscite; carmina vobis,
huic aliut mercedis erit.' simul incipit ipse.

tum vero in numerum faunosque ferasque videres
ludere, tum rigidas motare cacumina quercus;
nec tantum Phoebo gaudet Parnasia rupes,
nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea.

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
semina terrarumque animaeque marisque fuissent
et liquidi simul ignis; ut his exordia primis
omnia et ipse tener mundi concreverit orbis;

tum durare solum et discludere Nerea ponto
coeperit et rerum paulatim sumere formas;
iamque novom terrae stupeant lucescere solem,
altius utque cadant summotis nubibus imbres;

---

TESTIMONIA. 24 'satis . . . videri' Servius ecl. X 26 27 'tum . . . numerum' Servius Aen. XI 599 27 sq. 'tunc . . . ludere' Servius Aen. VIII 452 28 'tunc . . . quercus' Nonius 380, 23 29 'Phoebo . . . rupes' Arusianus VII 475 K. 30 schem. lex. p. 48 H. 31—37 Macrobius VI 2, 22 31 sq. 'ut . . . fuissent' comm. Lucani I 642 33 'et liquidi s. i.' Probus 11, 14 K. Macrobius VI 5, 4 'exordia' comm. Lucani I 642 34 'ipse . . . orbis' comm. Lucani I 642 35 sq. 'tum . . . coeperit' Macrobius VI 4, 11

---

IN

VARIA LECTIO. 23 RIDENS *P* 24 vieri *Peerlkampus* videri *legit Servius* 26 hic (u *sup.*) *c* ALIVD *Rybc: cf. prol.* 398 27 tunc *Servius Aen.* VIII 452 VIDERIS *Pc* 28 tunc *Nonii exempl. praeter Bern.* REGIDAS (rigedas?) *Ra*

A

29 PERNASIA (Parnesia?) *P* pnaſia *c* 30 MIRANTVR *Ra1mπ*, *schem. lex. cf. prol.* 207 iſmariſ *c1* Orphea] *cf. Lachmannus in Lucr.* 122 32 TERRVM *P* terram (*sup.* ru) *c* FVISSET *P* 33 ET (V *supra* E) *P* EXOMNIA *P* exordia *Servius* 34 OMNISA (S *eras.*) *P* omnia *Servius* et] ut *m* VRBIS (V *corr. in* O) *P* 35 DISCLVDERENT·EREA *R* 38 altius *cum superioribus coniungit Wagnerus* VTQVE *R* ATQ· *Pbc* at.q; *γ* cadunt *c* submotiſ *b* nubib: *in ras. a* SIGNIBVS *R*

incipiant silvae cum primum surgere, cumque
rara per ignaros errent animalia montis.
hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna
Caucaseasque refert volucres furtumque Promethei.

His adiungit, Hylan nautae quo fonte relictum
clamassent, ut litus 'Hyla Hyla' omne sonaret;
et fortunatam, si numquam armenta fuissent,
Pasiphaen nivei solatur amore iuvenci.

A virgo infelix, quae te dementia cepit!
Proetides inplerunt falsis mugitibus agros,
at non tam turpis pecudum tamen ulla secuta
concubitus, quamvis collo timuisset aratrum,
et saepe in levi quaesissent cornua fronte.

a virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
ille latus niveum molli fultus hyacintho
ilice sub nigra pallentis ruminat herbas,
aut aliquam in magno sequitur grege. 'claudite, nymphae,
Dictaeae nymphae, nemorum iam claudite saltus,

---

TESTIMONIA. 41 Censorinus de die n. p. 10, 7 I. a glossatore add. 42 Probus 21, 27 K. 'furtumque P.' Servius ecl. VI 78 43 'his adiungit Hylan' Probus 22, 13 K. 44 'ut . . . sonaret' Pompeius V 119 K. schol. Iuvenal. I 164 46 schol. Hor. carm. II 5, 7 47 'a virgo infelix' Donatus in Ter. adelph. IV 7, 13 Marius Victorinus VI 31 K. ult. syll. IV 219 K. Pompeius V 100 K. Servius Aen. XI 687 48 cf. Probus 22, 18 K. Macrobius IV 6, 3 schol. Stat. Theb. V 590 53 Velius Longus VII 52 K. 54 Nonius 471, 29 Eutyches V 461 K. 55—58 'claudite . . . vestigia' Nonius 265, 17

---

VARIA LECTIO. 39 PRIMVS (M *sup.*) *P* 40 IGNOTOS *Pγa2bcπ* errant *b1* MONTES *Pγ* 41 HIC *Pγ1* Saturnia *legit Servius quoque.* Titania *susp. Wagnerus* 42 Caucaſeaſ *b2c*, *Probi exempl.* CAVCASIAS *PRγb1* REFERAT *P*
44 sonaret] reclamat *schol. Iuvenal.* 45 FVISSET (N *sup.*) *P*
46 PASIPHAE *P* 48 *Hinc incipit M* 49 turpes [illegible] SECVTAEST *Rγabc* 50 TIMVISSENT *R* 51 QVAESISSET *MRγabcπ* 53 NATVS (L *sup.*) *P* 54 pallenteſ *γb1* HERBIS *R* 55 claudite n.] '*melius hoc a persona Pasiphaes dictum accipimus*' *c. q. s. Servius* NYMPHE *P* NYMPH . . *R* NYMPHA *M* 56 DICTEAE *Mγ* DICTAE *R* NVMPHAE *P*

siqua forte ferant oculis sese obvia nostris
errabunda bovis vestigia; forsitan illum
aut herba captum viridi aut armenta secutum
perducant aliquae stabula ad Gortynia vaccae.'

Tum canit Hesperidum miratam mala puellam;
tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
corticis atque solo proceras erigit alnos.

Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montis ut duxerit una sororum,
utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis;
ut Linus haec illi divino carmine pastor
floribus atque apio crinis ornatus amaro

dixerit: 'hos tibi dant calamos, en accipe, Musae,
Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat
cantando rigidas deducere montibus ornos.

---

TESTIMONIA. 57 sq. 'si qua . . . vestigia' Nonius 103, 13 58 sq. 'forsitan . . . viridi' Priscianus 1016 P. 61 Probus 22, 23 'tum c. H.' Donatus in Ter. eun. prol. 4 62 sq. Priscianus p. 655 P. Servius ecl. IX 19 'tum . . . corticis' Priscianus 583 P. Nonius 199, 32 schol. Hor. carm. II 1, 17 anecd. Helv. 237 'musco . . . corticis' Probus de nom. IV 209 K. 'amarae corticis' Quintilianus I 5, 35 Diomedes I 453 K. Pompeius V 291 K. Donati ars IV 393 K. Servius in Don. IV 446 K. 66 Arusianus VII 454 K. Victorinus de metr. VI 215 K. Audacis exc. VII 340 K. Aldhelmus de re gramm. et metr. in A. Mai auct. class. V 532 67 Asper 112, 8 K. 68 Servius ge. II 86 'atque . . . amaro' schol. Hor. carm. IV 11, 3 69—71 schol. Bern. p. 998 H. 70 'Ascraeo seni' schol. Portens. p. 6

---

VARIA LECTIO. 57 OVIA *P* 58 FORSITAM *PR: cf. prol.* 420 59 HERBAM *M* 60 AT *P: cf. prol.* 396 CORTYNIA *M?R: cf. prol.* 392 61 tunc *γc* CAPIT (N *sup.*) *M* *Versum unum post* 61 *excidisse suspicatur Flachius ann. phil.* 1878 *p.* 637 62 tunc *Servii ecl.* IX 19 *ex.* AMARO *R: cf.* 68 63 eregit *Prisciani Sangall.* ELIGIT (elicit?) *M* 64—73 *post* 74—81 *ponendos putavit Scaligero auctore Heynius* 65 AONIAS *Rb*1 MONTES *MP* DIXERIT *MR* 66 atque *Arusianus* ut puero *Aldhelmus* 68 CRINES *Pb* CRINIS ATQ·*M* 71 rigidoſ *γ*1 ORNVS (V *corr. in* O) *P* (ornos *Aen.* IV 491 VI 182 XI 138)

his tibi Grynei nemoris dicatur origo,
ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.'

Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secutast
candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates et gurgite in alto
a! timidos nautas canibus lacerasse marinis,

aut ut mutatos Terei narraverit artus,
quas illi Philomela dapes, quae dona pararit,
quo cursu deserta petiverit, et quibus alte
infelix sua tecta super volitaverit alis?

Omnia, quae Phoebo quondam meditante beatus
audiit Eurotas iussitque ediscere lauros,

---

TESTIMONIA. 74 'quid . . . Nisi' Probus 23, 7 Servius Aen. I 235 74 sq. 'quam . . . monstris' Probus 23, 18 Macrobius IV 5, 10 74—76 'quid . . . rates' Probus 10, 26 75 sq. 'candida . . . rates' Macrobius VI 7, 4 Pseudoasconius in Cic. Verr. I 12 75—77 Gellius II 6 76 'Dulichias v. r.' Donati ars IV 395 K. 78 Probus 23, 27 78 sq. Nonius 527, 18 79 Nonius 461, 14 'quas . . . dapes' Servius ge. III 89 Aen. X 83 80 'quo . . . petiverit' Nonius 251, 14 schol. Stat. Theb. III 503 82 'omnia quae Eurotas' Probus 24, 9

---

VARIA LECTIO. 72 GRYNAEI *MP* grinei (g *e corr.*) *b* 73 NE (C *sup.*) *P* NEC *R* QVIS *P* PVLVS (V *pr. eras.*) *P* 74 QVIT *P*: *cf. prol.* 399 LOQVAOR *P* AVT *MPybc Servii exempl. et hic et ad Aen.* I 235, *Probi exempl.*: *cf. H. Keilius philol.* II 165 VT *R* aut Scyllam Nisi aut quam *fortasse Probus* (*et sic π m. rec.*): *cf. Servii adnot. et H. Keilius philol.* II 165. ut Scyllam Nisi aut quam *Doeringius* SECVTAST (e *m. rec. sup.*) *R* SECVTAEST *Pybc*, *Probi exempl.* SECVTA . . *M* 75—77 *cf. Ciris* 58—60 75 LATRANTIBVS SVBCINCTAM *R* 76 DVLICIAS (H *sup.*) *R* DULICIAS *M* DVLICIA (S *sup.*) *P* vexasse] *cf. Gellius* II 6 77 CANTABIMUS, *sed corr. in* CANIBUS *M* 78 UT *sup. M* NARRAVERAT *Rc* ACTVS *R* 79 philomella *a1c1* pararit] I *corr. ex* E *ut vid. P* 80 alte *conieci prol.* 363 ANTE *libri* 81 *cf. Ciris* 50 *Post* infelix *interp. M* SVPRA·VOLITAVERIT *R* ALES *M2R* 82 omnia quae Eurotas *interpretatur Probus* QVODAM *M* 83 AVDIT *Rc* DISCERE *P* LAVRVS *M*: *cf. prol.* 413

ille canit (pulsae referunt ad sidera valles),
cogere donec oves stabulis numerumque referri
iussit et invito processit Vesper Olympo.

---

## VII

MELIBOEUS. CORYDON. THYRSIS.

*M.* Forte sub arguta consederat ilice Daphnis,
compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum,
Thyrsis oves, Corydon distentas lacte capellas,
ambo florentes aetatibus, Arcades ambo,
et cantare pares et respondere parati.
huc mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,
vir gregis ipse caper deerraverat; atque ego Daphnim
aspicio. ille ubi me contra videt, 'ocius' inquit
'huc ades, o Meliboee; caper tibi salvos et haedi;
et siquid cessare potes, requiesce sub umbra.

---

TESTIMONIA. 85 Asper 112, 18 'cogere d. o. stabulis' Nonius 265, 2 85 sq. 'cogere . . . iussit' Nonius 381, 17 Arusianus VII 459 K. 86 'et . . . Olympo' Servius ecl. VI 30

ECL. VII. 1 schol. Hor. epod. II 23 Priscianus 1006 1016 P. Nonius 239, 12 Marius Victorinus VI 114 K. Cledonius V 67 K. Servius Aen. VII 14 ecl. VIII 22 IX 36 'forte s. a.' ult. syll. IV 247 K. 4 'ambo f. a.' Diomedes I 457 K. 4 'Corycium non natione, sed peritia . . . ut: Arcades ambo' Philargyrius ge. IV 127 5 Macrobii exc. V 624. 646 K. 5 'et cantare p.' Arusianus VII 468 K. 6 Servius Aen. X 709 'dum . . . myrtos' Arusianus VII 468 K. Servius Aen. X 905 schol. Med. ecl. VII 47 7 'vir . . . caper' Donatus in Ter. hec. IV 1, 8 Servius Aen. IV 192 'vir gregis' Macrobius VI 6, 6 'vir . . . deerraverat' Nonius 464, 29 schol. Hor. carm. I 17, 7 8 'ille . . . videt' Probi inst. IV 149 K.

---

VARIA LECTIO. 85 *Post* stabulis *interp. M* OVS (E *superscr.*) *P* OOUIS (*corr.* OUES) *M* ouiſ *b* REFERRE *M1P1Rb Servii et Nonii exempl., Arusianus* referr. *c1* 86 *Hinc deficit R usque ad* X 10

ECL. VII. 2 CONPTVLERANT *P* VNDAM (V *superscr.*) *P* 3 OVIS *Mb* 6 HIC *Pb1* Huc (u *in ras.*) *a* myrtuſ *γ* 7 daphnin *γ* 8 ubi me ille *b1* CONTRAM *M* 9 SALVVS *MPγabc* 10 ſi quiſ *c1*

huc ipsi potum venient per prata iuvenci;
hic viridis tenera praetexit harundine ripas
Mincius, eque sacra resonant examina quercu.'
quid facerem? neque ego Alcippen nec Phyllida habebam,
depulsos a lacte domi quae clauderet agnos;
et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.
posthabui tamen illorum mea seria ludo.
alternis igitur contendere versibus ambo
coepere; alternos Musae meminisse volebant.
hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.
*C.* Nymphae, noster amor, Libethrides, aut mihi carmen
quale meo Codro concedite (proxima Phoebi
versibus ille facit) aut, si non possumus omnes,
hic arguta sacra pendebit fistula pinu.
*T.* Pastores, edera crescentem ornate poetam,

---

TESTIMONIA. 11 Priscianus 864. 920 P. 15 Servius ecl. III 81 16 Arusianus VII 459 K. 17 Donatus in Ter. hec. III 5, 32 Arusianus VII 502 K. Victorinus VI 203 K. comm. Cruq. Hor. art. poet. 107 19 'alternos . . . volebant' Nonius 499, 28. 524, 15 Arusianus VII 490 K. 21 'nymphae n. a. L.' ult. syll. IV 331 K. 21 sq. 'nymphae . . . concedite' schol. Hor. carm. II 19, 3 21—23 Diomedes I 418 K. 22 'quale m. C.' schol. Veron. 74, 8 K. 21—24 Dositheus VII 423 K. 24 schol. Hor. carm. III 14, 21 'hic a. s. pinu pendebit' schol. Veron. 74, 19 K. 25 sq. schol. Bern. p. 998 H. 25 Pseudoacron ad Hor. carm. I 1, 29 Servius ecl. IV 19

---

VARIA LECTIO. 11 ipſiſ *a*1*c*1 ad potum *Prisciani φ* ueniunt *a*1, *Prisc. Bern. m.* 1 12—36 *Veron. fol.* 263 13 ETQUAE, *corr. m.* 2 in EEQUAE *M* 14 neque Phyllida *fragm. Moret., Wagnerus* 15 *Post* domi *interp. M* HEDOS, *in mg.* AGNOS *M* 16 *an* set? 18 AMBOS *M* 19 uolebant (*in mg.* ł uolebā) *c* uolebam *Menag. pr.* 'volebant . . . *sed multi* volebam *legunt*' *Servius.* alternis . . . valebant *Karsten Mnemos.* XIX, 373, *male.* *Totum versum insiticium habet Heynius*
21 LIBETHRIDENS · *M* 22 PHOEBO *V* 23 poſſumuſ
V U
*ab, Diomedis ex.* POSSIMVS *Pγ* POSSIMUS *Mc cf.* VIII 63 *Marius Victorinus p.* 9 *K.* 24 pendebiſ *fortasse γ*1, *haud male* pino *γ*2 *in mg., b*1 25 CRESCENTEM *Pγacm,*
CRE M
*Pseudoacron, Servius ad ecl.* IV 19 NASCENTE *M: cf. ecl.* IV 8 naſcentem *b, Servius ad h. v.* — NTEM *V*

Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro;
aut, si ultra placitum laudarit, baccare frontem
cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

*C.* Saetosi caput hoc apri tibi, Delia, parvos
et ramosa Micon vivacis cornua cervi.
si proprium hoc fuerit, levi de marmore tota
puniceo stabis suras evincta coturno.
*T.* Sinum lactis et haec te liba, Priape, quodannis
expectare sat est: custos es pauperis horti.
nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu,
si fetura gregem suppleverit, aureus esto.

*C.* Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae,
candidior cycnis, edera formonsior alba,
cum primum pasti repetent praesaepia tauri,
siqua tui Corydonis habet te cura, venito.
*T.* Immo ego Sardoniis videar tibi amarior herbis,
horridior rusco, proiecta vilior alga,

TESTIMONIA. 27 sq. 'baccare . . . futuro' Servius ecl. IV 19 30 'ramosa . . . cervi' schol. Veron. 75, 1 'vivacis c. c.' schol. Lucani VI 673 31 'si . . . fuerit' Servius Aen. I 73 32 Aldhelmus de re gramm. et metr. in A. Mai auct. class. V 574 33 Priscianus 714 P. Audacis exc. VII 333 K. 'sinum l.' schol. Veron. 75, 6 'sinum . . . Priape' ult. syll. IV 260 K. 'sinum l. Priape q.' 33 sq. 'sinum . . . sat est' Nonius 211, 28. 547, 20 35 sq. 'at tu . . . esto' Nonius 206. 5 37 'Nerine G.' schol. Veron. 75, 17 Pompeius V 147 K. Cledonius V 36 K. fr. Bob. VII 544 K. 37 sq. Boethius introd. ad syllog. p. 561 ed. Bas. 138 38 'candidior c.' Sacerdos VI 465 K. 'hedera f. a.' Servius ge. II 258 42 'horridior r.' schol. Bern. ge. II 413 'proiecta v. a.' coroll. gloss. in Festo Muelleri p. 380 (alga) 'vilior a.' Sacerdos VI 465 K.

VARIA LECTIO. 27 *an* at? *Kolsterus de Verg. ecl. p.* 147 sin *prop., male* LAVDAVERIT *P* laudauit *γ*1 LAVD*ari*T *V* 29 *Post* apri *interp. M* hoc] '*multi per duas* c *scribi volunt propter metrum . . . si* apri, *tamquam venator, si* capri, *tamquam pastor*' *Servius* 30 RAROSAMYCON (*sed* Y *corr. ex* I) *M* MYCON *Pγ* MY*con V* CERNVS (I *sup.*) *P* cerui . *γ* 33 *sine nomine V* tibi *χ et Prisciani φ* LIBVSA (VS *eras.*) *P* 36 FETURAM *M* SVPPLEVERIT (S *supra* T) *P* 39 repetant *γ*1 repetent *a* repetunt *c* 41 SARDONTIS (T *corr. in* I) *P* ſardoniſ (i *sup.*) *γ* ſardoneiſ *c*1 VIDEOR (A *supra* O) *P* uideor *c*1

si mihi non haec lux toto iam longior annost.
ite domum pasti, siquis pudor, ite iuvenci.

*C.* Muscosi fontes et somno mollior herba,
et quae vos rara viridis tegit arbutus umbra,
solstitium pecori defendite: iam venit aestas
torrida, iam lento turgent in palmite gemmae.
*T.* Hic focus et taedae pingues, hic plurimus ignis
semper et adsidua postes fuligine nigri;
hic tantum Boreae curamus frigora, quantum
aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas.

*C.* Stant et iuniperi et castaneae hirsutae;
strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma;
omnia nunc rident: at si formonsus Alexis
montibus his abeat, videas et flumina sicca.
*T.* Aret ager; vitio moriens sitit aëris herba;
Liber pampineas invidit collibus umbras:

---

TESTIMONIA. 43 Macrobius IV 6, 16 Nonius 210, 7 44 Servius Aen. VIII 215 ecl. VIII 2 45 sq. Asper 111, 13 46 coroll. gloss. in Festo Muelleri p. 380 (arbutus) 47 'solstitium p. d.' Nonius 277, 19 47 sq. 'iam . . . torrida' ult. syll. IV 262 K. 53 Donatus in Ter. Andr. IV 2, 16 schol. Hor. carm. I 9, 1 Nonius 392, 3 Servius Aen. I 646 54 Columella de r. r. VII 10, 8 Nonius 326, 27 389, 11, Servius Aen. IV 444 57 'aret . . . moriens' Servius ge. IV 329 58 Servius Aen. IV 234 VIII 509 XI 42

---

VARIA LECTIO. 43 ANNOST *Ma* ANNOEST (E sup.) *Pγbc* 45 SOMMO *M* 46 QVAE *m.* 2 *sup. P* nos *fr. Morct., Schraderus, qui scribere saltem* tegis *debebat* 47 defende.te *c*1 48 LENTO *P Servius, cum dicat 'bene* tarde *frondere vites commemorat in Venetia': cf. Tibullus* IV 1, 171 LAETO (N *sup.*) *M* laeto *γabc* 50 ETVLIGINE (T *corr. in* F) *P* 51 '*nonnulli* hinc *legunt', Servius* hinc *γ*1 52 torrentia] O *corr. ex* V (currentia? turgentia?) *P* RIPAS (S *a corr. add.*) *M* RIPA (ripam?) *P* ripiſ *a*1 53 IVNIPIRI *P: cf. Verrius Flaccus apud Servium.* iunip . eri *a* . et *γ*2 e . . *γ*1 54 IACENT · *M* sua] ISVA *P* QVAEQ · *MP, Nonius, Columella, prob. Lachmannus in Lucr.* 94 quaque *bc*2, *Bentleius ad Manil.* II 253 56 ABERIT VRT-VIDEAS *P* habeat uideaſ *γ* . abeat uideaſ *c*

Phyllidis adventu nostrae nemus omne virebit,
Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri.

*C.* Populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho,
formonsae myrtus Veneri, sua laurea Phoebo;
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
nec myrtus vincet corylos nec laurea Phoebi.
*T.* Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis,
populus in fluviis, abies in montibus altis:
saepius at si me, Lycida formonse, revisas,
fraxinus in silvis cedat tibi, pinus in hortis.

*M.* Haec memini, et victum frustra contendere Thyrsim.
ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

---

TESTIMONIA. 61 'populus A. g.' Servius Aen. V 134 VIII 276 69 Arusianus VII 491 K. 70 schem. lex. 54 H. schol. Hor. carm. III 3, 18

---

VARIA LECTIO. 59 UIDEBIT (R *supra* D) *M* 60 *m.* 1 *deest, sed ima pag. post v.* 63 *m.* 2 *add., ad* 59 *in mg.* *α*, *ad* 60 B *adscriptum in P* IVPITER *Pc* 62 UYRTUS (M *sup.*) *M* VIRTVS *P* 63 coryluſ *γ*1 cory . loſ *bc* illas] '*non tam necessarium fuit dicere* corylos' *Servius Dan.* DUMPHYLLISAMABIT *m. Aproniani in rasura M* 64 '*in Hebri*' (*cf. prol.* 175 *sqq.*) 'nec myrtus vincet Veneris' *Servius Dan., quod tuetur Gebauer* l. l. *p.* 40 65 SVIS *P* PULCERRIMA *m. recentiori in rás. M* 65 *sq.* 'fraxinus in silvis *et post* populus in fluviis, *ut est nunc, in Vari et in Hebri: prius* populus in fluviis, *dein* fraxinus in silvis' *Servius Dan.* 67 AD *P* AG (T *sup.*) *M*
68 CEDET *Pγb*2 *Servius: cf.* 64 caedet *c* 69 memini uictum et *Oblongus Pierii* fraustra *a*1 concedere *a*1 THYRSIN *Pγb* 70 CORYDON (*altero* CORYDON *sup.*) *P* eſtempore (t *sup.*) *a*

# VIII

Pastorum musam Damonis et Alphesiboei,
immemor herbarum quos est mirata iuvenca
certantis, quorum stupefactae carmine lynces,
et mutata suos requierunt flumina cursus,
Damonis musam dicemus et Alphesiboei.

Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timavi,
sive oram Illyrici legis aequoris, — en erit umquam
ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
en erit ut liceat totum mihi ferre per orbem
sola Sophocleo tua carmina digna coturno?
a te principium, tibi desinam. accipe iussis
carmina coepta tuis, atque hanc sine tempora circum

TESTIMONIA. ECL. VIII. 1—5 omisso 4 schem. lex. 49 H. 2 Servius ge. III 498 4 Arusianus VII 506 K. 7 sq. 'en . . . dies' Servius ecl. I 67 8 'quondam tua dicere facta tempus erit' Priscianus 1018 P., qui 'quondam' testatur: cf. IV 54 10 schol. Hor. carm. II 1, 12 11 'a te . . . desinet' comm. Cruq. Hor. epist. I 1, 1 12 sq. 'atque . . . laurus' schol. Hor. carm. I 1, 29

VARIA LECTIO. ECL. VIII. • *Cf. Fleckeiseni ann.* l. l. 65. DAMONIS ET ALPHESIBOEI CERTAMEN *Pa* DAMONIS ET ALPHESIBOEI CERTATIO *M* POETA DAMONIS ET ALPHESIBOEI CONTENTIO *b* POETA DAMON ALPHESIBOEUS *γc* 2 HERSARVM *P*1 3 CERTANTES *Pbc*
S I
TVPEFACTAEST *P* VINCES (I *corr. in* Y) *P* lincef *c* 4 et mirata *ed. Ven.* atque morata *prop. Wagnerus.* mutata
s
*test. schol. Bern.* SUO *M* fuo *a* liquerunt *mπ*1 linquer̄ *γ* requierunt *legerunt auctor Ciris* 232, *Servius, Arusianus, et comprobatur Calvi exemplo* RVRSVS (C *sup.*) *P* *Continuam orationem* quorum stupefactae . . . cursus *distinctae post* lynces *praefert Vahlenus ind. lectt. Berol.* 1888 *p.* 3 *sq.* 6 TVM *P* 7 INLYRICI (N *eras.*, L *sup.*) *P* ET (N *supra* T) *M* 9 tutū *b*1 11 tibi] in te *Ladevicus* DESINAM *Pγ*1 *ut vid.: cf. Hom.* I 79 DESINET *Macπ*, *schol. Bern.* definit *b* *comm. Cruq.* 12 CARMINE (A *supra* E) *P*

inter victrices ederam tibi serpere laurus.

Frigida vix caelo noctis decesserat umbra,
cum ros in tenera pecori gratissimus herba:
incumbens tereti Damon sic coepit olivae.

1 *D.* 'Nascere, praeque diem veniens age, Lucifer, almum,
coniugis indigno Nysae deceptus amore
dum queror et divos, quamquam nil testibus illis
profeci, extrema moriens tamen adloquor hora.
incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.

2 Maenalus argutumque nemus pinosque loquentis
semper habet; semper pastorum ille audit amores
Panaque, qui primus calamos non passus inertis.
incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.

3 Mopso Nysa datur: quid non speremus amantes?
iungentur iam grypes equis, aevoque sequenti

---

TESTIMONIA. 13 Charisius I 135 K. Augustinus epist. 135 Quintilianus X 1, 92 Isidorus orig. XVII 9, 22 15 schol. Hor. carm. IV 12, 9 16 Arusianus VII 478 K. Servius Aen. VI 207 VIII 633 ge. II 63 17 Servius Aen. IV 584 19 sq. 'dum . . . profeci' Priscianus 1164. 1190 P. 21 schol. Veron. 75, 22 Marius Victorinus VI 73 cf. 110. 123 K. Priscianus 1177. 1186 P. 'incipe M.' Marius Victorinus VI 378 K. Terentianus Maurus v. 1770 'mea t. v.' cf. Terentianus Maurus 1805. 1811 22 schol. Veron. 75, 25 22 sq. 'Maenalus . . . habet' Priscianus 663 Servius Aen. X 230 27 'iungentur . . . equis' Isidorus diff. II 84 p. 226 Endl. schol. Hor. carm. I 33, 7 'aevoque s.' Servius Aen. II 639 III 415 27 sq. schol. Hor. carm. I 29, 12

---

VARIA LECTIO. 13 hederas *Charisii cod.* (uictores ederas *Quintiliani Arg.*) laurus *Charisius, Quintiliani Bamb.* LAVROS *MPγabcπ, Isidori exempl.* 14 diſceſſerat *fortasse b*1 deſceſſerat *c* 17 VENI$^{N}$ES *P* 18 NISAE (I *corr. in* Y) *M* 19—44 *Veron. fol.* 262 19 *sq.* = *Ciris* 404 *sq.* 19 NIHIL *Pab*1 20 ADLOQV$^{O}$AR *M* ADLOQV$^{A}$OR *P* *Indicativum habent γabcπ, Ciris* 22 NEMOS *Pb*1 PINVS *P*1*γ*1 LOQVENTES *MVac* 24 PRIMUM *Mb*1 primus *Servius* INERTES *Mγ*1*b* *Post v.* 25 *repetuntur v.* 22—25 *in c* 25 *et* 31 *om., sed* Incipe menalio *in mg. π* 26 qui$^{d}$ *a* 27 AEVOM *P* ue *b*1

cum canibus timidi venient ad pocula dammae.
  incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Mopse, novas incide faces: tibi ducitur uxor.
sparge, marite, nuces: tibi deserit Hesperus Oetam.
  incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.

1′ O digno coniuncta viro, dum despicis omnes,
dumque tibi est odio mea fistula dumque capellae
hirsutumque supercilium promissaque barba,
nec curare deum credis mortalia quemquam.
  incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.

3′ Saepibus in nostris parvam te roscida mala
(dux ego vester eram) vidi cum matre legentem.
alter ab undecimo tum me iam acceperat annus;
iam fragilis poteram ab terra contingere ramos.

---

TESTIMONIA. 28 Priscianus p. 642 P. schol. Hor. carm. I 2, 9 Servius Aen. V 122 ge. I 183 anecd. Helv. 96 'timidi . . . dammae' Charisius I 269 K. Quintilianus IX 3, 6 Servius Aen. VIII 641 'timidi damae' schol. Bern. ge. I 183 cf. schol. Leid. in Suringari hist. crit. schol. II 305 29 sq. Apuleius physiogn. in Val. Rose anecd. I 154 29 cf. schol. Veron. 75, 28 schol. Lucani II 356 30 schol. Veron. 76, 1 'sparge m. n.' Arusianus VII 511 K. 'tibi . . . Oetam' Servius Aen. II 801 V 419 32 Priscianus 1187 P. 'o digno c. v.' Probus 81, 13 K. 'coniuncta v.' schol. Veron. 76, 10 34 schol. Veron. 76, 14 Diomedes I 414 K. Dositheus VII 417 K. 'hirsutumque s.' Servius ge. III 287 schol. Med. ecl. VII 53 35 schol. Statii ad Theb. III 350 schol. Hor. carm. I 34, 2 serm. I 5, 101 39 'alter ab undecimo' Donatus in Ter. Andr. I 1, 50

---

VARIA LECTIO. 28 TIMIDI *Vγa2*, *testantur Charisius, Priscianus, Quintilianus, Pseudoacron, Servius, sed* timidae *idem ad Aen.* V 122 TIMIDE (E *corr. in* I) *Pa1* timide (i *sup.*) *cπ* TIMIDAE *M, schol. Leid.* LAMMAE *P* DAMNAE (M *sup.*) *M*
*Versum intercalarem post v.* 28 *habet γ, om. MPabcπ, et vidit G. Hermannus adnot. ad Bion. p.* 46 *aut inserendum hic aut delendum in antistropha post v.* 75 29 incede *γ1* inc..de (*i. e.* incende) *a* tibi] DI (D *corr. in* B, TI *sup.*) *P* 30 HESPEROS *P* OETĀ·*M* OETAN *V* HOETA *P* o&a *γ* 32 DIGNA *V*
34 DEMISSA *P, Servii ex.* prolixa *cmπ*, *Pierii ψ* 35 credas *schol. Statii* 39 ACCIPERIT (A *sup.*) *P* ceperat *χ* ANNOS (O *corr. in* V) *P* 40 FRAGILES *PVγac* AB (B *corr. in* D) *P* A *V* (*ut vid.*), *γabc* TERRAM *P* CONTIGERE (N *sup.*) *P* pertinge (re *sup.*) *b*

ut vidi, ut perii: ut me malus abstulit error!
  incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.

2′ Nunc scio, quid sit Amor. duris in cotibus illum
aut Tmaros aut Rhodope aut extremi Garamantes
nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt.
  incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.

2″ Saevos Amor docuit natorum sanguine matrem
commaculare manus, crudelis! tu quoque, mater,
crudelis mater, magis at puer inprobus ille. 49
  incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus. 51

---

improbus ille puer; crudelis tu quoque, mater 50

---

TESTIMONIA. 41 Victorinus in Cic. p. 109 O. Pompeius V 251 K. Augustini reg. V 519 K. comm. Lucani III 474 schol. Hor. carm. I 27, 12 'ut v. ut p.' Priscianus 1021 P. 43 'nunc . . . amor' Donatus in Ter. eun. I 1, 25 Charisius I 16 K. Diomedes I 435 K. Pompeius V 232 Consentius V 403 K. Macrobii exc. V 638 K. Marius Victorinus VI 28 K. fr. Bob. VI 626 K. Servius Aen. VI 104 44 'aut Tmaros aut R.' ult. syll. IV 226 K. 'extremi G.' Isidorus orig. IX 2, 125 schol. Lucani IV 334 47 sq. schol. Hor. carm. I 19, 1 'saevus . . . manus' Pompeius V 107 K. 47 schol. Bern. ge. I 408 49 Grillii comm. 601 H. 50 'crudelis . . . mater' ibid.

---

VARIA LECTIO. 41 = *Ciris* 429 ut vidi *om. V* 43 NVN (C *sup.*) *P* quid *a* NVDIS (D *et* R *sup.*) *P* nudiſ *a1b1 ut vid.* duriſ (d *ex corr.*) *γ* duriſ *schol. Bern.* c . . tibus *a1* cautibus *b* 44 AUTMAROS · *M: cf. prol.* 447 aud maroſ *de de ult. syll. Bob.* aut maroſ (ſ *ex corr. in ras., fort.* m) *γ* Aut (t *sup.*) maruſ (u *post in ras.*) *a* Iſmaruſ *cmπ*, *in ras. b* 47 *m. rec. udd. in π* 47—58 *hoc ordine:* 52—57. 47—49. 51. 50. 58 *Schaper* 48 COMMACOLARE *P: cf. prol.* 437 commaculare manus: puer, ah puer improbus ille: Improbus ille puer, crudelis tu quoque, mater *G. Hermannus: contra quem disputavit Gebauer l. l. p.* 43 49 MAGIS-ANPVER *M* MAGISANPVER · *P* magiſ an puer *abcπ* magiſ (an *sup.*) puer *γ* '*interrogative*' *schol. Bern.: vide Fleckeiseni annal.* LXXV 78 (*prol.* 363) *conl. Tibullo* III 6, 55 ISPROBVS (N *sup.*) *P* 50 *in marginem reieci.* IMPROB · *Mγ* *Servius narrat multos sic distinguere:* crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis an puer inprobus? ille, Inprobus ille puer crudelis: tu quoque, mater. *In M distinctum v.* 48 *post* manus, *v.* 49 *post* magis, *v.* 50 *post* puer

3″ Nunc et ovis ultro fugiat lupus, aurea durae
mala ferant quercus, narcisso floreat alnus,
pinguia corticibus sudent electra myricae,
certent et cycnis ululae, sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.
incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.

1″ Omnia vel medium fiat mare. vivite, silvae:

. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

praeceps aërii specula de montis in undas
deferar; extremum hoc munus morientis habeto.
desine Maenalios, iam desine, tibia, versus.'

Haec Damon. vos, quae responderit Alphesiboeus,
dicite, Pierides: non omnia possumus omnes.

1 'Effer aquam, et molli cinge haec altaria vitta,
verbenasque adole pinguis et mascula tura,

TESTIMONIA. 55 sq. Isidorus orig. I 35, 7 55 'certent . . . ululae' Nonius 254, 26 'sit T. O.' Consentius V 398 K. 56 Charisius I 29 K. eiusdem exc. 542 K. 58 'omnia . . . mare' Donatus in Ter. Andr. IV 2, 12 adelph. V 3, 4 Priscianus 857 P. 'vivite s.' Servius Aen. III 493 59 sq. Servius Aen. IV 436 61 Arusianus VII 464 K. 'desine M.' Marius Victorinus VI 108 K. Servius ecl. V 19 Terentianus Maurus 1730 sqq. 63 Macrobius VI 1, 35 'non omnia . . . omnes' idem V 16, 7 Servius ecl. VII 23 64 sq. cf. Apuleius apol. c. 30 65 Nonius 58, 30. 247, 27 schol. Hor. carm. I 19, 13 cf. anecd. Helv. 234

VARIA LECTIO. 52 ouef *b1c* 53 FLORESET (A sup.) *P* 56 ORION (A sup.) *M* 58 FIAT *MP*, *Servius et schol. Bern.* fiat (n *sup.*) *b* fiant *γ* fiant *acπ*, *Prisciani et Donati exempl. Sententia haec est:* mare mihi instar omnium fiat fiat *et similia in Catonis Diris* 46 *et apud Ovidium metam.* I 292 '*acumini cuidam grammatico tribuendum esse*' *censet Nackius ad Catonis l. l. Vergilium Theocriti* ἔναλλα (I 134) *perperam pro* ἐνάλια *habuisse credit P. Cauerus progr. Kilon.* 1885 *p.* 4. *Excidisse hic unum versum recte coniecit G. Hermannus: proposui in Fleckeiseni ann. l. l. talem:* vive tuo felix digno cum coniuge, Nysa 59 *cf. Ciris* 302 60 *cf. Ciris* 267 62 POE *Pab* POET *Mγ* HAECA *P* DAMAN (O *sup.*) M 63 poffimuf *c1 cf.* VII 23 64 ALPH *Pb* ALP *a* ALF *γ* Effer (*h. c.* ecfer, t *corr. in* f) *γ* 65 pinguef *b1c*

coniugis ut magicis sanos avertere sacris
experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

2 Carmina vel caelo possunt deducere Lunam;
carminibus Circe socios mutavit Ulixi;
frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

3 Terna tibi haec primum triplici diversa colore
licia circumdo, terque haec altaria circum
effigiem duco; numero deus impare gaudet.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores;
necte, Amarylli, modo et 'Veneris' dic 'vincula necto'.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

---

TESTIMONIA. 66 sq. 'coniugis . . . sensus' Charisius I 238 K. 'magicis . . . sensus' Arusianus VII 469 K. 69 Donatus in Ter. Andr. III 2, 9 hecyr. I 1, 3 Nonius 528, 5 schol. Lucani VI 452. 461. 499 Statii Theb. I 104 Hor. epod. V 46 Servius Aen. XI 259 'carmina vel c. p.' ult. syll. IV 231 K. 70 inscr. Pomp. n. 1982 Z. 71 Priscianus 811 P. explan. in Don. IV 504 K. Nonius 311, 7. 382, 24 Pompeius V 218 K. Diomedes I 342 K. anecd. Helv. 210 schol. Lucani VI 489 Servius Aen. I 713 'cantando r. a.' Servius in Don. IV 412 K. Servius Aen. IV 413 73 sq. 'terna . . . circumdo' Donatus in Ter. Andr. V 4, 8 74 sq. 'terque . . . duco' Servius Aen. IV 508 75 'numero . . . gaudet' Priscianus 692. 763 P. schol. Hor. carm. III 19, 13 Servius ecl. V 66 Aen. III 305 V 78. 639 schol. Bern. ge. I 345 schol. Leid. ad ge. I 345 77 schol. Lucani VI 460

---

VARIA LECTIO. 66 MANICES (G *supra* N, E *corr. in* I) *P* anoſ (ſ *sup., in mg.* at ſanoſa) *γ* insanos vertere *Schraderus* AVERTEGE (R *supra* C) *P* avertere *testantur Charisius, Servius, schol. Bern.* (*cf. Columellae* X 341) *Sed suspicor interiectionem a separandam esse a verbo* vertere *et scribendum:* coniugis ut magicis sanos a! vertere sacris e. s.: *cf.* I 15 II 60 X 47 67 nil *b* 68 *in mg.* λ *M* DAPHNI˘ *M: item* 72. 76. 79. 84. 90. 93. 94. 100. 102. 104 daphnin *b* 69 *ima pag. additus in ras., adposita in mg.* B, *M* possunt celo *π* vel lunam caelo d. possunt *schol. Statii* 70 *in mg.* C *M* OLYXIS *inscr. Pomp.* ulixiſ *γa2bc* 73 PRIMVS (M *supra* S) *P* TRIPLICE *M* triplici circumdata filo *Donatus* 74 hanc *Longob. Pierii, quod probavit Wagnerus:* haec *schol. Bern.* 75 Effigiam *c* 78 VENTO (EC *supra* NT) *P* 79 daphnin *b*

1′ Limus ut hic durescit et haec ut cera liquescit
uno eodemque igni: sic nostro Daphnis amore.
sparge molam, et fragilis incende bitumine laurus.
Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
3′ Talis amor Daphnim, qualis cum fessa iuvencum
per nemora atque altos quaerendo bocula lucos
propter aquae rivom viridi procumbit in ulva,
perdita nec serae meminit decedere nocti,
talis amor teneat, nec sit mihi cura mederi.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

2′ Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit,
pignora cara sui: quae nunc ego limine in ipso,
terra, tibi mando; debent haec pignora Daphnim.
ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

3″ Has herbas atque haec Ponto mihi lecta venena
ipse dedit Moeris (nascuntur pluruma Ponto);
his ego saepe lupum fieri et se condere silvis

---

TESTIMONIA. 80 Priscianus 800 P. Servius Aen. IV 508 cf. Apuleius apol. c. 30 83 ult. syll. IV 230 K. 85—88 Macrobius VI 2, 20 87 'propter a. r.' ult. syll. IV 254 K. Cledonius V 69 K. 88 'nec . . . nocti' Arusianus VII 466 K. 91 Servius Aen. IV 305 93 'terra t. m.' Martianus Capella III 283 Arusianus VII 493 K. 95 sq. schol. Hor. epod. V 12 95 sq. 'has . . . Moeris' schol. Hor. carm. I 27, 22 96 Marius Victorinus VI 113 K. 97 sq. Servius ecl. IX 14

---

VARIA LECTIO. 82 fragilef *abc* LAVROS *Pyabcπ*: *cf.* 13 83 DAPHNI (S *supra* I) *P* 84 daphnin *alb* 85 DAPHNIN *Mb* 86 bocula (v *sup.*) *b* BVCOLA *P* BVCVLA *Myacπ* 87 uiridi . . *a* CONCVMBIT (PR *sup.*) *P* concumbit, at procubit *γ* procumbat *π* ULLA (V *sup.*) *M* 90 daphnin *alb* 91 MIHI·*M* 93 TERRI (A *sup.*) *P* hinc *ut vid.* *c1* daphnin *b* 94 *om.* *c* daphnin *b* *Stropham* 95—100 *collocandam esse post* 104 *coniecit G. Hermannus, ut accuratius sibi responderent* 47—51 (2) 52—57 (3) *et* 101—104 (2) 95—100 (3) *Quod tamen sententiarum nexus dissuadere videtur* 95 LECTE (A *sup.*) *M* 96 MOERI·T (S *sup.*) (*punct. m.* 2) *P* PLURUMA (I *sup.*) *M* PLURIMA *Pyabc*: *cf. prol.* 451

Moerim, saepe animas imis excire sepulchris
atque satas alio vidi traducere messis.
  ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
2″ Fer cineres, Amarylli, foras rivoque fluenti
transque caput iace, nec respexeris. his ego Daphnim
adgrediar; nihil ille deos, nil carmina curat.
  ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
1″ AM. Aspice: corripuit tremulis altaria flammis
sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. DOM. bonum sit!
nescio quid certest, et Hylas in limine latrat.
credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
  parcite, ab urbe venit, iam parcite, carmina, Daphnis.

---

TESTIMONIA. 101 'fer . . . foras' Servius Aen. I 389 102 'transque . . . respexeris' Servius Aen. X 226 105 schol. Veron. 94, 25 106 'cinis . . . sit' Nonius 198, 8 108 Donatus in Ter. Andr. V 6, 7 Beda VII 254 K. 'credimus an q. a.' Maximus Victorinus VI 218 K.

---

VARIA LECTIO. 98 Moerin *b* exire (c *sup.*) *b* exci..re *c* SEPVLCHIS (R *sup.*) *P* SEPULCHRI·S· *M*· ſepulcriſ *γb*2 *cf. prol.* 424 99 alio. *b* MESSES *P*2*γābc* 100 daphnin *b* 102 NEC *P* ne. *a* ne *c* daphnin *b* 103 NIHIL CARMINA *MPγa*1*c* 104 mea ducite carmina *c* dapnin *b* 105 *sq. post* 73 *inserit Menag. pr. G. Hermannus totam stropham sic refinxit:*

Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? 108
aspice: corripuit tremulis altaria flammis 105
sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. bonum fit
nescio quid. certest, et Hylax in limine latrat.
  parcite, ab urbe venit; iam parcite, carmina, Daphnis. 109

105 'aspice: *hoc ab alia dici debet' Servius.* '*forsitan ancilla dicit' schol. Bern., quae fugerunt Vahlenum ind. lectt.* 1888 *p.* 14 *sq. versus* 105 *sq. Amaryllidi tribuendos esse docentem. Non distinguuntur ancillae et dominae personae in libris* Aspice ut hec lambit *π*1, *quod placuit Kvičalae p.* 252 106 bonuſ ſit *γ*1 bonum sit *testantur Servius et schol. Bern.* 107 *sq. transposuit Hauptius* QUIT *M* quis *Schraderus* quid? — *Doeringius* CERTEST (E *sup.*) *Pa* CERTE EST (*sed corr.* CERTE *in* CERTI) *M* certe ē *γbc* et] ut *Schraderus* HYLAS *MPγabcψ* Hylax *editores* 108 OMNIA (S *sup.*) *M* 109 IAM CARMINA PARCITE *M*·iam carmine parcite (*corr.* carmina) *c* DAPHNIʳ *M*

# IX

LYCIDAS MOERIS

*L.* Quo te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in urbem?
*M.* O Lycida, vivi pervenimus, advena nostri
(quod numquam veriti sumus) ut possessor agelli
diceret 'haec mea sunt; veteres migrate coloni.'
nunc victi tristes, quoniam Fors omnia versat,
hos illi (quod nec vertat bene) mittimus haedos.
*L.* Certe equidem audieram, qua se subducere colles
incipiunt mollique iugum demittere clivo,
usque ad aquam et veteres iam fracta cacumina fagos
omnia carminibus vestrum servasse Menalcan.
*M.* Audieras, et fama fuit; set carmina tantum

---

TESTIMONIA. ECL. IX. 1 Probus 6, 11 K. Beda VII 259 K. Priscianus 1200 P. Boethius p. 324. 561 ed. Bas. 'quo te . . . ducit' Charisius I 216 K. 'quo te M. p.' Maximus Vict. VI 221 K. Diomedes I 482 K. Audacis exc. VII 360 K. 2 'o Lycida' ult. syll. IV 229 K. 'o . . . pervenimus' Servius ge. IV 252 Aen. XI 160 'advena n.' ult. syll. IV 223 K. 2—4 'advena . . . coloni' Macrobius IV 6, 7 5 'nunc . . . omnia' ult. syll. IV 252 K. 'quoniam . . . versat' Servius Aen. I 377 'Fors o. v.' Servius ecl. II 73 6 Donatus in Ter. Phorm. IV 3, 73 Nonius 348, 17 Servius Aen. IV 647 7—10 Quintilianus VIII 6, 46 7 sq. 'qua . . . clivo' Nonius 347, 6 'qua . . . incipiunt' idem 400, 3 9 comm. Cruq. Hor. epist. II 2, 170 10 'carminibus v. s. M.' Probus 74, 1 K. 11 'audieras . . . fuit' Martianus Capella III 322 ult. syll. IV 238 K. Asper iunior V 548 K. 11—13 Servius buc. pr.

---

VARIA LECTIO. ECL. IX. *Cf. ann. philol. l. l.* 73 *sq.* 3 QUOD *MPabc, Servius, schol. Bern., Macrobius, tuetur Lachmannus in Lucr.* 367 Qd (d *in ras.*), *in mg.* al qua *γ* quo *χ* 5 sors *χ* 6 QVOT *P* QUOD (S *sup.*) *M* non *π Priscianus* VERTAT BENE *P* bene uertat *γ* bene uertat *mπ*, *Servii, Donati, Prisciani, Nonii exempl.* 7 QUAE *M* 8 INCIPIANT *P* 9 VETERIS *Pγabcπ*, *schol. Bern.*, *Quintilianus* FAGI *Pabcmπ*, *Quintilianus* fagi, *in mg.:* al fagos *γ*: *cf.* II 3. *Nescio an* veteris . . fagi *verum sit* 10 MENALCA· *M* 11 audieras] S *eras. P* AUDIERA (S *sup.*) *M* audieras? *Wagnerus* SED *Myab, sup. c* TVMANTVM *P*

nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.
quod nisi me quacumque novas incidere lites
ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix,
nec tuus hic Moeris nec viveret ipse Menalcas.
*L.* Heu, cadit in quemquam tantum scelus? heu, tua nobis
paene simul tecum solacia rapta, Menalca?
quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis
spargeret aut viridi fontes inducer[illegible] umbra?
vel quae sublegi tacitus tibi car[illegible]uper,
cum te ad delicias ferres Amary[illegible]ostras:
'Tityre, dum redeo (brevis est via) pasce capellas,
et potum pastas age, Tityre, et inter agendum
occursare capro (cornu ferit ille) caveto.'
*M.* Immo haec, quae Varo necdum perfecta canebat:
'Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis,

---

TESTIMONIA. 12 sq. 'quantum . . . columbas' (om. 'dicunt') Servius Aen. II 691 14 'et nisi me qua' ult. syll. IV 252 K. 14—16 Probus 6, 6 K. 15 Servius Aen. XII 246 'ante . . . monuisset' ult. syll. IV 254 K. 16 Priscianus 1095. 1103 P. 17 'heu . . . scelus' Donatus in Ter. Andr. I 5, 10 21 Nonius 332, 28 Arusianus VII 510 K. Servius Aen. X 79 'vel . . . tacitus' schol. Hor. serm. I 3, 117 'sublegi' anecd. Helv. 182 23—25 Gellius IX 9 23 Beda VII 271 K. Servius ecl. I 28 24 Paulus Festi 23 M. (agere) 'et potum p. a.' Priscianus 864 P. 24 sq. Priscianus 823 P. 'inter . . . caveto' Arusianus VII 482 K. 25 'cornu . . . caveto' Nonius 311, 14 27—29 schem. lex. 51 H.

---

VARIA LECTIO. 13 Cha . oniaſ *b: cf. prol.* 448 14 quod] et *ult. syll.* QVOCVMQ · *P* quaecũq; aƚ qua *γ* componere *Probus: cf.* III 108 16 MENALCAN (S supra) *P* 17 LYC *om. γ* CADET *Pb* 19 caneret ſiluaſ (et silu *in ras.*) *b* VMVM *P: cf. prol.* 422 hum . *b*1 HERBVS (I *supra* V) *P* ORBIS (HE *sup.*) *M* 20 aut] et *b*1 uiridiſ *a*1 fontiſ *a*1 21 vel] nam *Nonius* 24 TOTUM UASTAS *m.* 1 POTUM PASTAS *m.* 2 *M* 25 CAPRE (O *supra* E) *M* FERIT (I *corr. ex* E) *M* ferit, aƚ perit *γ* petit *b* 26 *Sine personae nota M* IMMOTERQ · BARO (Hλ C supra) *M* necdũ (ec *in ras.*) *b* PERFACTA (E supra) *P* perficta *b*1 CANEBAM (T *supra* M) *P* canebãt *γ* canebat *schol. Bern.* 27 VERE *P* BARE *M* CVPIANT SUPERENT *M* (*cf.* VI 7) superent *a*1 MANU λ NOBIS · ‖ NOBIS *M: cf. Lachmannus in Lucr.* 181

Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae,
cantantes sublime ferent ad sidera cycni.'
*L.* Sic tua Cyrneas fugiant exagmina taxos,
sic cytiso pastae distendant ubera vaccae:
incipe, siquid habes. et me fecere poetam
Pierides, sunt et mihi carmina, me quoque dicunt
vatem pastores; set non ego credulus illis.
nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna
digna, set argutos inter strepere anser olores.
*M.* Id quidem ago et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto,
si valeam meminisse; nequest ignobile carmen.
'huc ades, o Galatea! quis est nam ludus in undis?
hic ver purpureum, varios hic flumina circum
fundit humus flores, hic candida populus antro
imminet, en lentae texunt umbracula vites:

---

TESTIMONIA. 28 Macrobius IV 6, 18 Servius Aen. II 311 Servii vita 30 Priscianus 1020. 1023. 1242. 1247 P. Servius ge. V 47 cf. 101 'Cyrneas taxos' Isidorus orig. XIV 6, 42 32 'incipe . . . habes' schol. Bern. ecl. IX 51 34 'sed . . . illis' Arusianus VII 461 K. 35 sq. 'nam . . . digna' Pseudoacro ad Hor. carm. I 6, 8 37 Nonius 246, 20. 420, 23 39 'huc . . . Galatea' ult. syll. IV 236 K. in Don. IV 558 K. Cledonius V 67 K. Augustinus regul. V 518 K. 40 sq. 'varios circum fundit h. f.' Probus de nom. IV 213 K. 40 'hic . . . varios' Sacerdos VI 448 K. 41 sq. 'hic candida . . . vites' Macrobius VI 4, 8 42 'et lentae . . . vites' Isidorus orig. XVII 7, 51 'texunt u. v.' Sacerdos VI 448 K.

---

VARIA LECTIO. 29 fublimine γ1 fublim..e (A) γ2: *cf. annal. philol.* LXXVII 186 *prol.* 446 FERENT *P* ferant γ ferunt *schem. lex.* 30 cyrnaeaſ (yr *in ras.*) *b* cyrineaſ *a*1, *Mentel. pr.* CYRNEAS (*eras.* R, *sup.* R *inter* C *et* Y) *M* grineaſ (cir *sup.*) *c* GRYNAEAS *P* gryneaſ *γm*, *schol. Bern.* grynaeaſ, grineaſ *et similia Prisciani* φ crineas π Cyrneas *Servius* EXAGMINA *M: cf. prol.* 420 EXAMINA *Pγabc*π 31 DESTENDANT *P*1*b*1 diſtanti *a*1 35 uario *om.* γ1 VARO *Ma*2*bcm*π '*non nulli sane Alfenum Varum volunt*' *Servius.* Vario *probat Servius, testatur schol. Hor.* 37 LYCLYDACVM (CI ME *sup.*) (LYC *eras.*) *P* LYCIDAMMECUM *M* 38 NEQ·EST *MPbc* nec eſt *a*1 39 lufuſ *ut vid.* γ1 42 en *scripsi* E (T *sup.*) *P* ET *ceteri* LENTA (E *supra* A) *P* LENTAE (*sed* L *m. aliena*) *M*

huc ades; insani feriant sine litora fluctus.'
*L.* Quid, quae te pura solum sub nocte canentem
audieram? numeros memini, si verba tenerem.
'Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
ecce Dionaei processit Caesaris astrum,
astrum, quo segetes gauderent frugibus et quo
duceret apricis in collibus uva colorem.
insere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes.'
*M.* Omnia fert aetas, animum quoque; saepe ego longos
cantando puerum memini me condere soles:
nunc oblita mihi tot carmina; vox quoque Moerim

TESTIMONIA. 43 Nonius 465, 9 'insani ... fluctus' Servius Aen. II 776 45 'numeros ... tenerem' schem. lex. 55 H. Priscianus 1167. 1174. 1176. 1190 P. Quintilianus IX 4, 54 Marius Victorinus VI 41 K. Nonius 353, 2. 524, 14 Isidorus orig. I 38, 3 Servius Aen. III 446 IV 335 VI 646 IX 776 XI 599 'numeros m.' Servius ecl. VII 69 46 'Daphni quid antiquos s. r.' ult. syll. IV 229 K. 47 Servius Aen. I 287 III 158 VI 791 Pseudoacro ad Hor. carm. I 12, 47 schol. Lucani VII 458 Augustinus de consensu evang. I 32 'ecce D. p.' ult. syll. IV 247 K. 47 sq. 'ecce ... frugibus' Pseudoacro ad Hor. carm. IV 15, 5 48 sq. Nonius 284, 5 49 Servius Aen. V 128 Pseudoacro ad Hor. carm. III 18, 2 50 Nonius 252, 7 schol. Hor. epod. II 19 51—54 'omnia ... ipsa' Augustinus epist. 72 51 Sacerdos VI 507 K. 'omnia ... quoque' Donatus in Ter. Andr. I 1, 115 comm. Cruq. Hor. epist. II 2, 55 art. poet. 175 Audacis exc. VII 339 K. 'omnia f. a.' Maximus Vict. VI 213 K. Albinus VII 309 K. Servius Aen. XII 285 schol. Lucani III 729 51 sq. 'saepe ... soles' Beda VII 290 K. Albinus VII 309 K. schol. Lucani III 401 52 Agroecius VII 117 K. Pseudoacro ad Hor. carm. IV 5, 29 53 'nunc ... carmina' Arusianus VII 495 K. Servius Aen. IV 221 53 sq. 'nunc ... fugit' Priscianus 792 P. 'vox ... priores' Donatus in Ter. adelph. IV 1, 21 'vox ... ipsa' ult. syll. IV 261 K.

VARIA LECTIO. 43 incani *Bentleius ad Lucan.* II 673 insani *tuentur Servius, schol. Bern., Nonius* 46 *sqq. continuant Lycidae My, Moeridi tribuit cum ceteris P, item Servius Dan., quo inde a versu* 30 *hic stropharum ordo existat:* 7. 7. 2. 10. 10. 2 *Moeridi v.* 46—55 *adsignat Thilo* 46 anticoſ *yb* suspicis] r. *ult. syll.* 47 DIONEI *Mybc* DIONE^I· *P* procedit *schol. Lucani* 48 segetis *Nonii libri quidam: cf. Lachmannus in Lucr.* 57 QUOÐ *M* 50 piruſ *b*1 51 MOE *My, eidem continuat cum ceteris P* SETAS (S *pr. eras.,* A *sup.*) *P conieci* fers, aetas? *quod probavit Peerlkampus* 52 puerum] longos *Pseudoacro* ducere, *in mg.* at̄ c̄dere, *y*: *cf. Serv.* 53 QUOD^Q· *M* MOUERIM *M* Moeri *y* mori *b*

iam fugit ipsa; lupi Moerim videre priores.
set tamen ista satis referet tibi saepe Menalcas.
*L.* Causando nostros in longum ducis amores.
et nunc omne tibi stratum silet aequor, et omnes,
aspice, ventosi ceciderunt murmuris aurae.
hinc adeo media est nobis via; namque sepulchrum
incipit apparere Bianoris: hic, ubi densas
agricolae stringunt frondes, hic, Moeri, canamus;
hic haedos depone, tamen veniemus in urbem.
aut si, nox pluviam ne colligat ante, veremur,
cantantes licet usque (minus via laedit) eamus;
cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo.
*M.* Desine plura, puer, et quod nunc instat agamus:
carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.

---

TESTIMONIA. 56 ult. syll. IV 237 K. 57 'et nunc omne . . . aequor' Nonius 389, 13 58 ult. syll. IV 228 K. Pseudoacron ad Hor. carm. III 29, 24 59 sq. 'namque . . . Bianoris' Servius Aen. X 198 60 'incipit a. B.' fr. Bob. VII 543 K. 60 sq. 'hic . . . frondes' Nonius 403, 2 Servius ge. I 316 comm. Cruq. Hor. serm. I 2, 8 61 'agricolae s. f.' Servius Aen. I 552 62 Nonius 406, 7 63 Servius Aen. I 143 64 schol. Bern. ge. I 293 65 'ego . . . levabo' Nonius 312, 19. 336, 21 Servius et schol. Bern. ge. III 347

---

VARIA LECTIO. 54 iam fugit ipsa] ipsa fugit *Priscianus* MOERIN *P* MOEREM (E *alt. corr. in* I) *M* 56 nostros] ST
S
*in ras. P* NOSTRO *M* 58 marmoris irae *Trillerus misc. Lips. nov. T* VII *p.* II: *cf. Oudendorpius ad Sueton. p.* 1023 59 HIC *P* nam] iam *a* 60 INCIPET (incepit?) *M* 61 fron-
V R
des] E *corr. ex* I *P* 63 collegat *c* MEREMVS *P*
ET NŪNG
64 laedet *y2bcπ* 66 *sine personae nota M* PUER·QUOD
ET &
NUNC *M* ~~NVNG~~ QVOD NVNC *P* nunc quod nunc (*prius* nunc *eras.*) *c* et nunc quod *a*

# X

## GALLVS

a1 Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborum
pauca meo Gallo, set quae legat ipsa Lycoris,
carmina sunt dicenda: neget quis carmina Gallo?

2 sic tibi, cum fluctus supterlabere Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat undam:

3 incipe; sollicitos Galli dicamus amores,
dum tenera attondent simae virgulta capellae.
non canimus surdis, respondent omnia silvae.

A1 Quae nemora aut qui vos saltus habuere, puellae
naides, indigno cum Gallus amore peribat?

1′ nam neque Parnasi vobis iuga, nam neque Pindi

---

TESTIMONIA. ECL. X. Cf. Ammianus Marcellinus XVII 4 1 Consentius V 403 K. Servius Aen. VIII 40 ecl. III 1 VII 21 2 'sed . . . Lycoris' Servius Aen. VIII 642 4 sq. Seneca nat. quaest. III 26, 6 Servius Aen. III 694 8 Servius ge. III 45 10 'naides i.' ult. syll. IV 231 K. 11 Quintilianus IX 3, 18 11 sq. 'nam . . . fecere' Macrobius VI 6, 12 schol. Lucani I 674

---

VARIA LECTIO. ECL. X. CONQVAESTIO DE AGRIS CVM GALLO CORNELIO *P*, *item* (*om.* CORNELIO) *b* CONQVESTIO CVM GALLO POETA DE AGRIS *M* POETA AD GALLUM De amore GALLI CONSOLATIO *γ* INCIPIT ECLOGA DECIMA DE DESIDERIO GALLI CIRCA VOLVMNIĀ CYTHERIDĒ MERETRICĒ Q̃· LICORIDĒ DICIT C̃QVESTIO DE GALLO DE AGRIS *c* INCIPIT ECLOGA DECIMA DE DESIDERIO GALLI CIRCA VOLVMINIAM CVTHCIDEM MERETRICEM QVM LICORIDEM DICIT CONQVESTIO CVM GALLO DE AGRIS *ba* *Stropharum structuram exposui l. l.* 69 *sqq.* 1 EXTREMVM CVM (HVNC *sup.*) *M* LABORVM (E *supra* V) *P* LABORĒ *Myabcψ*, *Servii exempl.* 2 *Post* Lycoris *graviter distingui iubet* (BA) *Wagnerus* 10 *Hinc redit R* PERIRET *M* periret *γ2a2bc*

ulla moram fecere, neque Aoniae Aganippe.

2 illum etiam lauri, etiam flevere myricae,
pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Maenalus et gelidi fleverunt saxa Lycaei.
stant et oves circum (nostri nec paenitet illas:
et formonsus ovis ad flumina pavit Adonis), 18
venit et upilio, tardi venere subulci,
uvidus hiberna venit de glande Menalcas.

3 omnes 'unde amor iste' rogant 'tibi?' venit Apollo:

---

nec te paeniteat pecoris, divine poeta 17

---

TESTIMONIA. 12 Charisius I 13. 14 K. Marius Victorinus VI 30 K. Beda VII 254 K. ult. syll. IV 258 K. 'neque A. A.' Marius Victorinus VI 27 K. 'Aoniae A.' Cledonius V 29 K. 13 Charisius I 13 K. 16 schol. Hor. carm. I 28, 20 'nostri . . . illas' Arusianus VII 501 K. 'nec p. i.' expl. in Don. IV 556 K. 19 Terentianus Maurus v. 1191 'nil aliud plerique callebant quam Vergilianus upilio seu bubsequa' Apuleius Florid. 1, 3 'vir ultra Vergilianos upiliones et bussequas rusticanus' idem apologia c. 10 20 Marius Victorinus VI 32 K. schol. Hor. carm. IV 5, 40 schol. Lucani II 71

---

VARIA LECTIO. 12 AONIAE *MRγ*, *grammatici uno ore omnes excepto Servio, qui* Aonie Aganippe *nominativos singulares esse monet.* AOINIE *Pb*1 aonie *acχ* AGANIPPE *R, Servius, de ult. syll.* ACANIPPE (C *corr. in* G) *P* AGANIPSE (P *supra* S) *M* Aganippae *Charisii ceterorumque grammaticorum exemplaria: unde vel* Aoniae Aganippe *vel* Aoniae Aganippae *vel* Aonie Aganippe *editiones* 13 ILLVMFLEVERE *R* illum (etiam *sup.*) fleuere *a* etiã fleuere (etiã *m. rec. in ras.*) *γ* illum etiam fleuere *Longob.* muricae *b*1 miricae *b*2 14 PINNIFER *Ra*1*b*1 16—18 *transposuit post v.* 8 *Scaliger in Virg. ecl.* X *Dorice reddita: interpolati videbantur Hitzigio mus. Rhen.* XIV 482 16 PAENITEAT *P* 17 poetae *γ*1 18 oueſ *γ*1 19 UPILIO *MRa*1 *Servius: cf. Caper* VII 112 *K.* upilio (u *corr. in* o) *b* OPILLIO (O *pr. corr. in* V, P *del., litera tertia corr. in* P) *P* .opilio (p *sup.*) *c* opilio (*sed* o *pr. fort. e corr.*) *γ* opilio *a*2 TARDE *P* $\overset{T}{Đ}AR\overset{D}{I}$ *M* bubulci *fortasse Apuleius, Pierius secundum Theocritea* I 80. subulci *testatur Servius*· 20 HVVIDVS *P* VMIDVS *R*. (*item* umidus *pro* uvidus *R ge.* I 418) 21 *Post* omnes *et* tibi *distinguitur in M*

'Galle, quid insanis?' inquit. 'tua cura Lycoris
perque nives alium perque horrida castra secutast.'

4 venit et agresti capitis Silvanus honore
florentis ferulas et grandia lilia quassans.

4′ Pan deus Arcadiae venit, quem vidimus ipsi
sanguineis ebuli bacis minioque rubentem.

3′ 'ecquis erit modus?' inquit. 'Amor non talia curat:
nec lacrimis crudelis Amor nec gramina rivis
nec cytiso saturantur apes nec fronde capellae.'

A′1 Tristis at ille 'tamen cantabitis, Arcades', inquit
'montibus haec vostris, soli cantare periti

1′ Arcades. o mihi tum quam molliter ossa quiescant,
vestra meos olim si fistula dicat amores!

2 atque utinam ex vobis unus vestrique fuissem
aut custos gregis aut maturae vinitor uvae!
certe sive mihi Phyllis sive esset Amyntas
seu quicumque furor (quid tum, si fuscus Amyntas?

TESTIMONIA. 23 ult. syll. IV 260 K. 24 Servius ge. I 20 26 'Pan . . . venit' Servius ecl. VIII 24 27 schol. Lucani IX 916 28 'amor . . . curat' Priscianus 1175 Servius ecl. X 60 31 Nonius 409, 11 32 sq. 'soli . . . Arcades' Arusianus VII 498 K. 34 'meos . . . amores' Nonius 357, 31 35 ult. syll. IV 247 K. 'atque . . . unus' ult. syll. IV 247 K. 37 'certe s. m. P.' ult. syll. IV 250. 251 K.

VARIA LECTIO. 22 Quid galle *π* INIS (SAN *sup.*) *R* 23 SA̶X̶A (CASTR *sup.*) *P* saxa *commendat Sonntag progr. Francof.* 1886 castra *Servius et schol. Bern. legerunt* SECVTAST *R* SECUTAST (E *sup.*) *Ma* SECVTAEST *Pybc* 24 HONERE (O *sup.*) *M* 25 FLORENTES *PRa* GREDIA (ND *sup.*) *P* candida *b*1 grandia *schol. Bern.* 28 ETQVIS *Ryabc, et* T *corr. in* C *P* NEC *Ra*1 29 RIPIS (V *supra* P) *M* 31 *Post* illе *distinctum in MP: 'alii tamen superioribus iungunt, sed melius, ut sic legamus: tamen cantabitis' Servius* 32 NOSTRIS (VE *supra* NO) *P* nrīſ (u *sup.*) *b* VESTRIS *MR* ūrīſ *yc* 33 TAM (V *supra* A) *P* 35 VNVS *sup.* *M* 36 GREGIVT (SA *sup.*) *P* vinitor] V *m.* 2, O *corr. ex* V, *P* 38 *inter lin. add. aπ* fuſcaſ (u *sup.*) *c*

et nigrae violae sunt et vaccinia nigra),
mecum inter salices lenta sub vite iaceret:
serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.

3 . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori,
hic nemus: hic ipso tecum consumerer aevo.

4 nunc insanus Amor duri me Martis in armis
tela inter media atque adversos detinet hostes:

4′ tu procul a patria (nec sit mihi credere tantum
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

3′ Alpinas a! dura nives et frigora Rheni
me sine sola vides. a, te ne frigora laedant!
a, tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!

B1 Ibo et Calchidico quae sunt mihi condita versu
carmina pastoris Siculi modulabor avena.

---

TESTIMONIA. 42 sq. schem. lex. 49 H. 43 'tecum c. a.' Pseudoacro ad Hor. carm. III 9, 24 44 'nunc i. a.' Servius Aen. II 343 46 'nec . . . tantum' Arusianus VII 471 K. 48 'me . . . vides' Servius Aen. IV 82 'a te . . . laedant' schol. Lucani VI 328 Pompeius V 112 K. 49 Priscianus 1024 P. expl. in Don. IV 520 K. 50 cf. Quintilianus X 1, 56 'ibo . . . carmina' Servius ecl. VI 72 50 sq. expl. in Don. IV 552 K. 51 Servius ecl. X 62

---

VARIA LECTIO. 39 *sq. interpolati videbantur Hitzigio* 39 VACCINNIA *P* 40 ſalicif *b1* IACERES (S *eras.*, T *sup.*) *Pγ* IACERES *M* 41 CERTA (S *supra* C) *P* *Post v.* 41 *talem fere versum excidisse suspicor:* o utinam hic esset potius mecum ipsa Lycoris (*cf. ann. philol.* LXXV 70 *Kolster Verg. ecl. p.* 217) 42 LYCORIS *MP* 44 ERMIS (E *eras. et transf.*, A *sup.*) P 45 HOSTIS *Rγa1c1* 46 *Post* patria *interp. MP* nec] ne *π*, *Arusiani Gudianus* SIC (T *supra* C) *M* *Frustra in verbis* nec sit mihi credere tantum *interpretandis desudat Servius: alii* nec . . . tantum *coniunxerunt, alii* procul . . . tantum *intellexerunt inclusa* nec sit m. c. *parenthesi. Immo excidisse unum versiculum putamus, qualem l. l. proposuimus:* posse nefas fieri sine me tu sola, Lycori, *cf. Kolster l. l.* 218 48 LADANT (E *sup.*) *P* RHENT (*eras.* HE, T *corr. ex* I) *M* (LAEDA *sup.*) 49 tibi (te *sup.*) *γ* NE *suprascr. m.* 2 *P* NE TENERAS NE *M* SACET (E *supra* A) *P* ſecat *b1* 50 VERSVM *M* 51 meditabor *expl. in Don.*

2 certum est in silvis inter spelea ferarum
malle pati tenerisque meos incidere amores
arboribus: crescent illae, crescetis amores.

3 interea mixtis lustrabo Maenala nymphis,
aut acris venabor apros. non me ulla vetabunt
frigora Parthenios canibus circumdare saltus.
iam mihi per rupes videor lucosque sonantis
ire, libet Partho torquere Cydonia cornu

B′1 spicula. tamquam haec sit nostri medicina furoris,
aut deus ille malis hominum mitescere discat.

2 iam neque amadryades rusum neque carmina nobis
ipsa placent; ipsae rursus concedite silvae.
non illum nostri possunt mutare labores:

3 nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus
Sithoniasque nives hiemis subeamus aquosae,
nec si, cum moriens alta liber aret in ulmo,
Aethiopum versemus ovis sub sidere cancri.

---

TESTIMONIA. 52 'spelea ferarum' Macrobius V 17, 15 52 sq. 'certum est . . . pati' schol. Lucani IX 262 54 'crescent . . . amores' Donatus in Ter. Andr. III 3, 7 55 'mixtis l. M. n.' Servius ecl. X 62 'lustrabo M. n.' schol. Bern. ecl. X 62 57 'magnos canibus c. s.' Servius ge. I 140 57 cf. Servius ge. I 139 59 sq. 'Partho . . . spicula' schol. Hor. carm. IV 9, 17 67 'alta . . . ulmo' Probi cath. IV 12 K. Servius Aen. XI 554 68 Servius Aen. V 628 ecl. II 11 'Aethiopum v. o.' Servius Aen. XII 664

---

VARIA LECTIO. 53 MOB (E S *supra*) *P* incedere *γ* 54 CRESCENTIS *R* cref . . . centef (n *eras.*) *γ* 55 mixtuf *c* SILVIS *Rb* 56 AGRIS (C *supra* G) *M* VLLANTETABVNT (V *supra*) *P* 58 SONANTES *M* 59 IRE LIBET· *M* CYDONEA *Rγb*1 RHODONEA (CY *supra* RH) *M* 60 fit *suprascr.* *c* SINT *M* doloris *π* furoris *schol. Bern.* 62 Nam (i *supra* N) *b* NEC *Rb* DRVSVM (R S *supra*) (D *transf. hasta rubra*) *M: cf. prol.* 444 RURSUS *PRγbc* NEQVE *P* NEC *MRγbc: cf. Wagneri quaest. Verg.* XXXII 5 63 RURSUSM *M* 65 MEDIS *P* 67 com (v *sup.*) *γ* *Post* 67 SEMQVICVMQVEFVROR - QVIDTVMIHI FVSCVSAMYNTAS (38) *P ima pagina* 68 VERSVMVS (E *supra*) *P* OVIS *Mb*1*c*1 OVES *PR* ouef (i *sup.*) *γ*

omnia vincit Amor: et nos cedamus Amori.'

a'1 Haec sat erit, divae, vestrum cecinisse poetam,
dum sedet et gracili fiscellam texit ibisco,
Pierides: vos haec facietis maxima Gallo,

2 Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
quantum vere novo viridis se subicit alnus.

3 surgamus. solet esse gravis cantantibus umbra,
iuniperi gravis umbra, nocent et frugibus umbrae.
ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae.

---

**Testimonia.** 69 Macrobius Sat. V 14, 5 Charisius I 13. 15 K. Diomedes I 429 K. Marius Victorinus VI 30 K. Sergius IV 479 K. Beda VII 231 K. Mallius Theodorus VI 587 K. Maximus Victorinus VI 219 K. Servius Aen. III 464 IV 697 'omnia v. a.' Macrobius Sat. V 16, 7 ult. syll. IV 257 K. Nonius 446, 6. 526, 33 Victorinus de metr. VI 213 K. Audacis exc. VII 340 K. Servius ecl. II 31 comm. Lucani III 402 72 sq. Quintilianus IX 3, 44 schem. lex. 50 H. 74 Nonius 169, 3. 387, 15 'vere n.' Servius Aen. III 591 76 'nocent . . . umbrae' Servius ge. I 122 77 Terentianus Maurus 1924

---

Varia lectio. 69 VINCET *M* VICIT *R* et] ut *Mallius* 70 POETA *praem. c* HAES (C *supra* S) *M* 71 ET *m. rec. sup. R* 73 HORA *P, defendit Sonntag* 74 SVBDVCIT *R* subrigit *π*, *ut olim Valesius, commendat Kvičala; adversatur Deuticke.* subicit *legunt Servius et Nonius* 76 *in aliquot cod. antiquis Pierii desideratur* VMBRAS (A *col. rubro*, S *transf. hasta rubra*) *M*

P. VERGILI MARONIS

# GEORGICA

# P. VERGILI MARONIS

# G E O R G I C O N

## LIBER PRIMVS

Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram
vertere, Maecenas, ulmisque adiungere vitis
conveniat, quae cura boum, qui cultus habendo
sit pecori, apibus quanta experientia parcis,
hinc canere incipiam. vos, o clarissima mundi

TESTIMONIA. GEORG. I. 1—4 Probus p. 26, 5 K. 1 Columella X 3 et 36 Servius ge. II 1 schol. Lucani V 408 VII 403 'quid . . . segetes' Servius Aen. III 142 VII 526 ge. I 69 schol. Bernensia ge. II 1 Cassiodorius VII 155 K. 1 sq. 'quo . . . Maecenas' Servius Aen. IV 309 Probi inst. art. IV 79 K. 'terram vertere' Servius ge. I 123 3 sq. 'quae . . . pecori' Philargyrius ge. IV 223 4 Bedae de arte metrica VII 254 K. 5 sq. 'vos . . . annum' Apuleius de deo Socr. 1 'vos . . . lumina' schol. Bern. ge. praef. 5—7 'vos . . . Ceres' Probus 26, 10 K. Acron (qui dicitur) ad Hor. carm. saec. 1 6 sq. 'vos quoque, inquit, labentem . . . Ceres' Macrobius Sat. I 16, 44

VARIA LECTIO. P̄ UERGILI MARONIS ‖ BUCOLICON· LIBER EXPLICIT ‖ INCIPIT GEORGICON LIB· I· FELICITER *M* (*Reliquam subscriptionem descripsimus in prolegomenis*) B̄VCOLICON̄ ‖ GEORGICON LIB̄· Ī *P* VERGILI· BVCOLICA EXPLIC· ‖ INCIPIT GEORGIC· *R* P. VERGILI MARONIS BVCOLICA EXPLICIT ‖ INCIPIT GEORGICA LIBER· I· *G* INCIPIT GEORGICON LIBER PRIMVS INCIPIT CARMEN TETRASTICON OVIDII NASONIS (*sequuntur quatuor versus, quos vide in prolegomenis*) *γ*, *similiter bc*

GEORG. I. 2 VITEIS, *sed erasa* I *ante* S, *P* uitiſ *c* VITES *MRγb* 3 bo.ũ *b* quis *Philargyrius* 4 PECORI (ATQ *sup.*) APIBVS (*m. rec. sup.*) *R* 5 HIC (N *m.* 2 *sup.*) *P* O *m.* 2 *sup. P*

lumina, labentem caelo quae ducitis annum;
Liber et alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista,
poculaque inventis Acheloia miscuit uvis;
et vos, agrestum praesentia numina, fauni,
ferte simul faunique pedem dryadesque puellae:
munera vestra cano. tuque o, cui prima frementem
fudit equom magno tellus percussa tridenti,

---

TESTIMONIA. 6 ult. syll. IV 236 K. 'labentem . . . annum' ibidem IV 237 K. 'caelo ... annum' comm. Bern. Lucani VI 571 7—9 Macrobius Sat. V 18 7 'Liber et a. C.' Probi cath. IV 12 K. Macrobius Sat. I 24, 3 Terentianus Maurus 1140 'alma C.' Servius Aen. I 306 Isidorus orig. I 36, 12 'vestro si m.' Servius ge. I 189 'vestro si m. t.' Acro Hor. carm. III 18, 5 Servius Aen. V 64 7 sq. 'vestro . . . arista' Probus 26, 18 K. Servius ecl. V 79 Macrobius Sat. I 18, 23 8 Servius ge. I 149 Porphyrio Hor. carm. I 17, 1. 29, 16 9 Probus 26, 31 K. Servius Aen. VI 659 10 Probus 27, 15 K. Acro Hor. carm. IV 14, 43 'praesentia n. f.' idem Hor. serm. II 2, 41 11 Macrobius Sat. V 17, 16 Donatus Terent. Andr. IV 5, 13 'ferte simul dryadesque' Terentianus Maurus 1140 'dryadesque p.' Probus 27, 27 K. 12—14 'tuque . . . Neptune' Probus 28, 1 K. 12 sq. Servius Aen. I 1, 541 12 'munera vestra cano' Terentianus Maurus 1141 'cui p. frementem' ibidem 13 'percussa t.' Terentianus Maurus 1194

---

VARIA LECTIO. 6 'numina *fuit, sed emendavit ipse' Servius qui de ult. syll.* 7 Liber et alma Ceres *coniungunt cum superioribus Servius Probus Macrobius Pseudoacro, fortiore interpunctione inde separant recentiores, freti maxime Varronis r. r.* I 1, 5 UESTRO SIT MVNERE (N MIN *sup.*) *M* vestro si munere *Servius, schol. Bern., Pseudoacro, Macrobius* vestroque in munere *Probus: 'fortasse* vestro quia munere' *Keilius* 8 CHAONEM (A *m.* 2 *sup.*) *P* ARISTAM *M* 9 PECVLA (O *m.* 2 *sup.*) *P* flumina *Servii Aen. Mon.* OVIS (V *sup.*) *M* 10 et] VT, *sed* V *corr. m.* 2 *in* E, *ut vid. P* 11 driuadeſ (u *eras. ut* druades *fuerit*) *γ* 12 O *m. rec. sup. R* furentem *Servius Dan. Aen.* I 1 13 FVNDIT *P, Servius Aen.* I 1 Fu.dit *b* EQVOM *P, sed* O *m.* 2 *corr. in* V, *γ* EQVM *R* ECVM *M* equum *b* aequum *c 'antiquissimi libri* fudit aquam *plerique habuerunt . . . sed melius* equum .. *in Corn.* equm, *in authentico* aquam, *ipsius manu* equm' *Servius Dan. cf. prol.* 27 fudit equum *Probus, Iunilius* tridentem *γ1*

Neptune; et cultor nemorum, cui pinguia Ceae
ter centum nivei tondent dummeta iuvenci;
ipse nemus linquens patrium saltusque Lycaei
Pan, ovium custos, tua si tibi Maenala curae,
adsis, o Tegeaee, favens, oleaeque Minerva
inventrix, uncique puer mostrator aratri,
et teneram ab radice ferens, Silvane, cupressum;
dique deaeque omnes, studium quibus arva tueri,
quique novas alitis non ullo semine fruges,
quique satis largum caelo demittitis imbrem;
tuque adeo, quem mox quae sint habitura deorum
concilia incertum est, urbisne invisere, Caesar,

TESTIMONIA. 14 sq. 'et . . . iuvenci' Probus 28, 17 K. 14 'et c. n.' Arusianus VII 461 K. 'cui p. Ceae' Acro Hor. carm. II 1, 37 15 Asper 114, 20 K. 16—18 'ipse . . . favens' Probus 29, 5 K. 16 Charisius I 14 K. 'ipse n. l. p. suaque arva Latinus' Donatus Ter. Phorm. V 1, 31 'ipse n.' Terentianus Maurus 1142 17 'Pan o. c.' Arusianus VII 461 K. 'Maenala' Servius Aen. VII 725 18 'adsis . . . favens' Servius Aen. I 327 18 sq. 'oleaeque M. i.' Probus 29, 16 K. 19 'uncique . . . aratri' Probus 29, 22 K. 20 Probus 30, 3 K. C. I. L. IX 3375 21 'dique deaeque' Terentianus Maurus 1144 'arva t.' ibidem 22 'quique n.' Terentianus Maurus 1145 'quique s.' ibidem 24 sq. 'tuque . . . incertum est' Charisius I 204 K. Donatus Ter. hecyr. IV 1, 9 et om. 'est' Andr. III 3, 47 25 sq. 'urbisne . . . curam' Gellius XIII 21.

VARIA LECTIO. 14 cultor pecorum *Io. Schraderus* custos pecorum *Monac.: cf.* 17 cultor nemorum *etiam Servius Probus Arusianus* 15 NIVEO (I *m.* 2 *sup.*) *P* DVMMETA *P cf. prol.* 414 DVMETA *MRγbc* 16 PATRIVM·Q·*M* 17 tua seu *Schraderus Obss.* I 3: *cf. Theocritus* I 121 tua si *Servius, Probi exempl., sed* si *om. Vatic.* 18 GEAEE (TE *m.* 2 *sup.*) *P* TEGEAE *Rb* 19 MOSTRATOR *M cf. prol.* 435 MONSTRATOR *PRbc* monſtratur *γ* 20 tenera *quidam apud Servium* 21 DIIQVE (I *alt. eras.*) *P* Diiq: *c* QVIQ·*M* 22 NONVLLODESEMINE *R, schol. Bern.* non$^{n}$nullo ſemine *b* non nullo ſemine *γc* 'non nullo s. . . . *vel* non ullo s.' *Servius* 24 QVAM (E *m.* 2 *sup.*) *P* 25 VRBESNE *Mbc* urbisne *liber manu ipsius Vergili correctus teste Gellio: cf. prol.* 136 INVISCERE *i. e.* invissere *R: cf. prol.* 445

terrarumque velis curam, et te maxumus orbis
auctorem frugum tempestatumque potentem
accipiat cingens materna tempora myrto,
an deus immensi venias maris ac tua nautae
numina sola colant, tibi serviat ultima Thyle
teque sibi generum Tethys emat omnibus undis,
anne novom tardis sidus te mensibus addas,
qua locus Erigonen inter chelasque sequentis
panditur (ipse tibi iam bracchia contrahit ardens
Scorpius et caeli iusta plus parte relinquit) —
quidquid eris (nam te nec sperant Tartara regem
nec tibi regnandi veniat tam dira cupido,
quamvis Elysios miretur Graecia campos
nec repetita sequi curet Proserpina matrem),
da facilem cursum atque audacibus adnue coeptis,
ignarosque viae mecum miseratus agrestis
ingredere et votis iam nunc adsuesce vocari.

TESTIMONIA. 28 Probus 30, 18 K. 29 'an . . . maris' comm. Bern. Lucani I 52 U. 30 'tibi . . . Thyle' Servius Aen. IV 103 30 sq. 'tibi . . . undis' Probus 30, 22 K. 31 Servius Aen. IV 103 Nonius 531, 16 'teque s.' Terentianus Maurus 1146 'teque . . . omnibus' ult. syll. IV 227 K. 32—35 Probus 31, 4 K. 32 'anne n.' Terentianus Maurus 1146 34 'ipse t.' ibidem 35 'Scorpios et iusta plus' ult. syll. IV 226 K. 'plus p. r.' Terentianus Maurus 1146 36—39 Probus 31, 26 K. 37 Terentianus Maurus 1147 38 schol. Veron. 100, 23 K. Diomedes I 393 K. 39 Servius Aen. II 714 schol. Lucani VI 700 'nec r. s.' Servius Aen. IV 462 41 'miseratus agrestis' Suetonii verb. diff. p. 279 R. cf. ge. I 466 42 'et . . . vocari' Consentius V 400 K.

VARIA LECTIO. 29 et *b* 30 sola] magna *bc* ſeruiet *b* 32 TARDES *ut vid. P* 33 CAELAS *R* CHELAS *ceteri* SEQVENTES *Rc* 34 panditur ipse tibi *coniungit Servius* 35 SCORPIVS ET *Pc*2, *item* scorpius *Probi* 31, 19 *Vatic. Par.* SCORPIOSET *MRybc*1, *de ult. syll.* scorpio sed *Probi* 31, 7 *exempl.* iusta caeli *c* caeli *om. de ult. syll.* RELINQVIT *Pbc, Probus, Terentianus Maurus* RELIQVIT *MRγ* 36 ERIS *m.* 2 *sup. P* NEC SPERANT (E *m.* 2 *supra* A) *P* nec ſperant (a *corr. in* e) *b*
C E
NE SPERANT *M* nec sperent *γ*, *Probi et Servii exempl.* 37 ueniat (a *in ras.*) *b* 38 Elusios *Diomedis codd.* el. ſioſ *c*1 campuſ *γ* saltus *schol. Veron. cf. prol.* 198 41—280 *extant in A* 41 agreſteſ *c*

Vere novo gelidus canis cum montibus umor
liquitur et zephyro putris se glaeba resolvit,
depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
ingemere, et sulco attritus splendescere vomer.
illa seges demum votis respondet avari
agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit:
illius immensae ruperunt horrea messes.
at prius ignotum ferro quam scindimus aequor,
ventos et varium caeli praediscere morem
cura sit ac patrios cultusque habitusque locorum,
et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset.
hic segetes, illic veniunt felicius uvae,

TESTIMONIA. 43 schol. Bern. ge. praef. 'vere n.' Columella XI 2, 2 'vere . . . canis' Terentianus Maurus 1149 43 sq. Eutyches V 480 K. Porphyrion ad Hor. carm. I 4, 1 'vere . . . liquitur' Quintilianus IV 2, 2 Priscianus p. 800 P. Acro Hor. carm. I 12, 29 IV 7, 1 'gelidus . . . liquitur' Servius Aen. IV 251 'canis . . . liquitur' Servius Aen. III 28 44 'et . . . resolvit' Servius ge. II 330 III 322 Porphyrion Hor. carm. I 4, 10 'zephyro . . . resolvit' schol. Bern. ge. III 322 45 Diomedes I 499 K. 'taurus a.' Terentianus Maurus 1149 47 sq. Probus 32, 14 K. 47 sq. 'illa . . . agricolae' Servius ge. I 99 Isidorus orig. XV 13, 8 'votis . . . agricolae' Servius ge. I 99 48 'quarto seri sulco Vergilius existimatur voluisse, cum dixit optumam esse segetem', quae bis soles, bis frigora sensisset' Plinius n. h. XVIII 181 49 Philargyrius ge. III 328 comm. Bern. Lucani I 153 'illius i.' Servius Aen. I 683 50 Servius ge. I 469 Aen. II 69 (cf. III 202) schol. Bern. ge. I 469 51—53 Columella de r. r. I 4, 4 cf. Plinius n. h. XVIII 206 52 'et patrios cultusque (habitusque) locorum' Servius Dan. Aen. III 249 53—58 'et quid . . . ferrum' Seneca epist. 87, 20 53 Macrobius Sat. V 16, 7 Terentianus Maurus 1150 Columella de r. r. V 5, 7 VIII 17, 7 'quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset' schol. Bern. ge. II 49. 109 54 Arusianus VII 485 K. Servius Aen. V 344 'illic . . . uvae' Servius ge. II 11 54 sq. 'hic segetes . . . alibi' Quintilianus IX 3, 39

VARIA LECTIO. 43—117: *cf. prol.* 31 *sqq.* 43 c$\overset{\text{v}}{\text{o}}$m *b* (*saepe*) 45 tunc *c* 46 VOMER$^{\text{IS}}$ *M*: *cf. Servius* 47—49: *prol.* 31 47 VOTI *R* RESPONDERET *A* refpondit *c*1 48 fentit *b*2*c* *Probi Vat.* 50 at *γ* AC *AMPRbc* '*si autem non* inmensum, *sed* ignotum *legeris, nobis* ignotum *significat*' *Servius* 51 et proprium *Columellae Sangerm.* 52 et *Servius Aen.* 53—104, *id est* 52 *versus media pag. hic om. γ*: *secuntur post v.* 130 53 quid ferre recuset *Pierii χ* 54 HINC *A*, (N *eras.*) *P* ILLIC *AMRyb* illic (i *post. in ras.*) *c* ILLINC (N *eras.*) *P* illi *Arusiani: Gud. cf.* III 17 veniunt uvae felicius illic *Pieriani χ*

arborei fetus alibi, atque iniussa virescunt
gramina. nonne vides croceos ut Molus odores,
India mittit ebur, molles sua tura Sabaei,
at Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?
continuo has leges aeternaque foedera certis
imposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem,
unde homines nati, durum genus. ergo age, terrae
pingue solum primis extemplo a mensibus anni
fortes invortant tauri, glaebasque iacentis
pulverulenta coquat maturis solibus aestas;

---

TESTIMONIA. 55 sq. 'arborei . . . gramina' Acro ad Hor. carm. I 4, 10 'iniussa v. gramina' Acro ad Hor. carm. I 4, 10 55 'arborei f. a.' ult. syll. IV 250 K. 56–59 'nonne . . . equarum' Probus 33, 3 K. 56 'croceos . . . odores' Porphyrion ad Hor. serm. II 4, 68 57 anecd. Helv. 177 Acro ad Hor. carm. I 31, 6 'molles . . . Sabaei' Priscianus 1088 P. 58 sq. 'at . . . castorea' Servius Aen. VIII 421 59 'Eliadum . . . equarum' schol. Lucani I 294 VIII 374 60 Probus 33, 27 K. 61 sq. 'quo . . . orbem' glossator Censorini de die nat. p. 10, 7 J. 62 schol. Statii Theb. III 560 Acro ad Hor. carm. I 2, 29 63 'unde . . . genus' schol. Iuvenal. I 83 Servius et schol. Bern. ge. II 341 'homines . . . genus' Probus 79, 5 K. 64 'primis . . . anni' Servius ge. III 304 66 Servius Dan. Aen. IV 155 'terra in futurum proscinditur Vergilio maxume auctore, ut glaebas sol excoquat' Plinius nat. hist. XVIII 242 67–70 cf. Plinius nat. hist. XVIII 242 extr.

---

VARIA LECTIO. 56 ut semper Tmolus *Probi Vat.* MOLVS *A*, *gloss. in b* T MOLVS (T *col. rubro*) *M* MOLOS *P* IMOLVS *R* moleſ *γ* .mo.luſ *c* Tmolos *χ* Tmolus *Servius et Probus: cf. Fleckeiseni annales* LXXVII 195 *sq. prol.* 447 et *Bureschii Klaros p.* 14 *sqq.* ut tmoluſ odoreſ *in ras. b* 57 MITTET (E *m.* 2 *corr. in* I) *P* MITTAT *M2c*, *Seneca* mittit *Servius* 'sane tus *modo sine aspiratione dicimus*' *Servius* 58 virosaque Pontus] VIROSEQVARVM *m.* 1 *A* 59 Epiros *testatur Servius* 60 AETERNAQ· *MRγbcψ*, *Servius et Probus: cf. Aen.* XI 356 XII 191 *prol.* 312 ALTERNA/// (*in rasura potest fuisse* Q·) *P* 61 INPOSVIT *Aγc* 62 LAPIDIS *P* 63 DVRVM *eras. P* 64 ut primis *Servius ge.* III 304 a *om. Ab1c* 65 INVORTANT (E *supra* O) *M* INVERTANT *APRγbc* IACENTES *MRb* iacentem *γ*1 66 solibus] FRVGIBVS *R* '*Ipsius manu adiectum* maturis solibus' *Servius Dan.*

at si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum
arcturum tenui sat erit suspendere sulco:
illic, officiant laetis ne frugibus herbae,
hic, sterilem exiguus ne deserat umor harenam.

Alternis idem tonsas cessare novalis,
et segnem patiere situ durescere campum;
aut ibi flava seres mutato sidere farra,
unde prius laetum siliqua quassante legumen
aut tenuis fetus viciae tristisque lupini
sustuleris fragilis calamos silvamque sonantem.
urit enim lini campum seges, urit avenae,
urunt Lethaeo perfusa papavera somno:
set tamen alternis facilis labor, arida tantum
ne saturare fimo pingui pudeat sola neve
effetos cinerem immundum iactare per agros.

---

TESTIMONIA. 67 sq. Probus 34, 12 K. 'at . . . arcturum' Priscianus 1000 P. 68 'tenui . . . sulco' Servius ge. I 45 69 sq. Probus 33, 1 K. 70 Probus 34, 18 K. 71 Servius ge. I 82 Nonius 215, 22 'Vergilius alternis cessare arva suadet' Plinius nat. hist. XVIII 187 'tonsas cessare novales' schol. Med. ecl. X 7 71 sq. Servius ge. II 412 73—76 Probus 34, 24 K. cf. Plinius nat. hist. XVIII 187 extr. 73 'farra' Priscianus 663 P. 74 schem. lex. p. 56 H. 'siliqua quassante' Servius Aen. I 234 75 sq. 'tristisque . . . calamos' Nonius 409, 22 'tristisque l.' Macrobius Sat. VI 5, 5 Isidorus orig. XVII 4, 7 Servius ge. II 126 'tristis lupini' schol. Bern. ge II 126 76 Nonius 404, 29 77 sq. Columella de r. r. II 14, 3 'Vergilius et lino segetem exuri et avena et papavere arbitratur' Plinius nat. hist. XVII 56 'urit . . . seges' Servius ge. I 212 78 Probus 34, 30 K. 'Lethaeo . . . somno' Isidorus orig. XVII 9, 31 'perfusa p. s.' de dub. nom V 586 K. 80 sq. 'neve . . . agros' Nonius 198, 9 81 'et cinerem . . . agros' Servius Aen. XII 611

---

VARIA LECTIO. 68 TENVLLAT *R* 69 *sq.* '*(ipsius) manu adiecti sunt deletis duobus, quorum (alter totus legi) potuit:* ipsis officiant segetes ne frugibus illic, *ex altero hoc tantum:* ne deserat umor harenam.' *Servius Dan. ad* 67 LAETI. (*erasa infima litterae* I *parte et extrema littera, de pr. m. non liquet*) *P* HERBAE (E *alt. eras.*) *P* 71 AETERNIS *A* TON$\overset{\text{A}}{\text{S}}$IS *M* noualiſ *γc*, *Nonius* NOVALES *MPRb* 73 SEMINE *R: cf.* 82 sidere *Servius, Probus* 75 tenueſ ·*b* LVPINIS *R* 76 sustulerit *Nonii φ* FRAGILES *Pb* 79 SED *libri* 80 neue *in ras. c* 81 EFFECTOS *Rγ*, *Wolf. Nonii*

sic quoque mutatis requiescunt fetibus arva;
nec nulla interea est inaratae gratia terrae.
saepe etiam steriles incendere profuit agros,
atque levem stipulam crepitantibus urere flammis:
sive inde occultas vires et pabula terrae
pinguia concipiunt, sive illis omne per ignem
excoquitur vitium atque exsudat inutilis umor,
seu plures calor ille vias et caeca relaxat
spiramenta, novas veniat qua sucus in herbas;
seu durat magis, et venas adstringit hiantis,
ne tenues pluviae rapidive potentia solis
acrior aut Boreae penetrabile frigus adurat.
multum adeo, rastris glaebas qui frangit inertis
vimineasque trahit crates, iuvat arva, neque illum

---

TESTIMONIA. 82 schol. Statii Theb. III 182 83 Priscianus p. 1206 P. 'nec n.' schol. Bern. ge. I 82 84—93 Macrobius Sat. V 1, 14 84 Macrobius Sat. I 18, 24 comm. Bern. Lucani IX 183 'sunt qui accendant in arvo et stipulas magno Vergili praeconio. summa autem eius ratio ut herbarum semen exurant' Plinius nat. hist. XVIII 300 85 Nonius 255, 9 'crepitantibus u. f.' Macrobius Sat. VI 4, 5 86—88 'sive . . . vitium' Quintilianus IX 3, 96 87 sq. 'omne . . . umor' Servius Aen. VI 287 88 'exudat i. u.' gloss. Lucani IV 643 p. XC ed. Weber 89 'seu . . . vias' Quintilianus IX 3, 96 89 sq. Priscianus 776 P. 'seu . . . spiramenta' Priscianus 748 P. Utroque Prisciani loco tam 'plures' dici quam 'pluris' accusativo plurali comprobatur singulis exemplis Vergilii et Horatii priore, altero autem loco Vergilii Terentii Horatii Ciceronis item singulis exemplis
91 'seu durat magis' Quintilianus IX 3, 96 92 sq. 'ne . . . acrior' Nonius 411, 24 92 'ne tenues p.' Agroecius VII 121 K. 'rapidive p. s.' Servius Aen. I 42 schol. Stat. Theb. I 419 93 'aut . . . adurat' Servius Aen. I 92 Nonius 452, 13 Donatus Terent. eun. I 2, 4 Isidorus orig. XIII 10, 8 'penetrabile . . . adurat' comm. Bern. Lucani IV 52
94 Nonius 438, 29

---

VARIA LECTIO. 82 *sq. post* 78 *collocari voluit Schraderus* 82 REQVIESCENT *R* 84 STERILIS *A* 86 UIRIS *M*1
89 PLVRES *P*, *Macrobii exemplaria, Prisciani* 748 *φ*, 776 *ω*, *ut utrum* pluris *an* plures *legerit Probus auctor eius, non liqueat: sed ipse videtur* plures *legisse.* PLVRIS *AMRγc* 91 ABSTRINGIT *A* aſtringit *b* hianteſ *b*1*c* 92 TENVIS *PR* rapidique *γ* 94 INERTES *M*2*Rb* (in) herteſ *c* 95 GRATES *Rγ* crateſ (c *e corr.*) *b* CRATIS *M*1

flava Ceres alto nequiquam spectat Olympo;
et qui, proscisso quae suscitat aequore terga,
rursus in obliquom verso perrumpit aratro,
exercetque frequens tellurem atque imperat arvis.
[umida solstitia atque hiemes orate serenas,
agricolae: hiberno laetissima pulvere farra,
laetus ager; nullo tantum se Mysia cultu
iactat, et ipsa suas mirentur Gargara messes.]
quid dicam, iacto qui semine comminus arva
insequitur, cumulosque ruit male pinguis harenae,
deinde satis fluvium inducit rivosque sequentis
et, cum exustus ager morientibus aestuat herbis,

---

TESTIMONIA. 96 'flava C.' Agroecius VII 125 K. = Beda VII 272 K. Acro ad Hor. carm. II 13, 21 99 Priscianus 1163. 1167. 1178 P. Nonius 295, 13 Acro Hor. carm. I 4, 10 epod. II 3 'exercetque f. t.' schol. Hor. epod. II 2 'atque i. a.' Servius ge. I 55. 128 100 'ergo qui dixit hiemes serenas optandas, non pro arboribus vota fecit. nec per solstitia imbres vitibus conducunt. hiberno quidem pulvere laetiores fieri messis luxuriantis ingeni fertilitate dictum est.' Plinius nat. hist. XVII 13 'umida s.' Probi inst. art. IV 124 K. schol. Bern. ge. I 157 100—103 Macrobius V 20, 1 101 'hiberno . . . farra' Macrobius Sat. V 20, 17 102 sq. 'laetus . . . iactat' Nonius 340, 33 'nullo . . . messes' Probus 35, 3 K. 'nullo . . . iactet' Servius Dan. Aen. I 140 103 'et . . . messes' Philargyrius ge. III 269 104 sq. Nonius 380, 11 105 'cumulosque . . . harenae' Nonius 164, 11 106 'deinde s. f. i.' ult. syll. IV 247 K. Cledonius V 66. 70 K. Servius ge. I 270

---

VARIA LECTIO. 97 quae] qui *γ* 98 OBLIQVOM *M*1*γ* OBLIQVM *R* OBLICVM *AP* obliquũ *bc* perrũpet *b*1 100—103 *secundis curis Vergilium addidisse, nec tamen ad reliqui carminis contextum adcommodasse conieci lect. Verg.* 4 *prol.* 32, *inanibus argumentis tueri studuit Conington. cf. Havet revue de philol.* VIII 2 102 MYSIA *MR, Philargyrius, Macrobius, Probus* (*cuius tamen vide adn.*) MYSIA (OE *m.* 2 *sup.*) *P* MOESIA *Ac, schol. Bern. et Leid., Nonii Bern. pr.* Mysia *et* Moesia *Servius* miſia *γ* moeſia cultu *in ras. b* caelo *Peerlkampus* 103 iactet *Probus, Servius Dan. in Aen.* I 140 *cf. prol.* 165. 192 mirentur *Probus* MIRANTVR *AMPRγbc, Philargyrius ge.* III 269 105 CVMVLOS, *sed* O *m.* 2 *corr. in* V, *P* CVMVLOS (T *sup.*) *M* CVMVLO *A* 106 sequentes *bc* FLVENTES *R* sequentis *Servius*

ecce supercilio clivosi tramitis undam
elicit? illa cadens raucum per levia murmur
saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva.
quid qui, ne gravidis procumbat culmus aristis,
luxuriem segetum tenera depascit in herba,
cum primum sulcos aequant sata, quique paludis
conlectum umorem bibula deducit harena?
praesertim incertis si mensibus amnis abundans
exit et obducto late tenet omnia limo,
unde cavae tepido sudant umore lacunae.

Nec tamen, haec cum sint hominumque boumque labores
versando terram experti, nihil improbus anser
Strymoniaeque grues et amaris intiba fibris
officiunt aut umbra nocet. pater ipse colendi
haut facilem esse viam voluit, primusque per artem
movit agros curis acuens mortalia corda,
nec torpere gravi passus sua regna veterno.

---

TESTIMONIA. 108 sq. 'ecce . . . elicit' Arusianus VII 471 K. 108 'clivosi t.' de dub. nom. V 591 K. 109 sq. 'elicit . . . ciet' Acro Hor. carm. I 17, 12 'illa . . . ciet' Nonius 266, 10 'per . . . ciet' Acro Hor. carm. III 13, 15 112 Servius ge. I 295 II 252 Nonius 339, 32. 113 'cum . . . sata' Servius Aen. X 190 113 sq. 'quique . . . harena' Servius ge. I 270 114 Probus 34, 21 K. 115 'praesertim . . . mensibus' ult. syll. IV 252 K. 115 sq. 'praesertim . . . exit' Nonius 41, 20 Servius Aen. II 497 'amnis . . . limo' Nonius 412, 10 116 'et . . . limo' Servius et schol. Bern. ge. III 136 118 sq. Macrobius Sat. VI 2, 29 118 Servius Aen. II 306 119 'nihil i. a.' schol. Bern. ge. I 156. 271 'i. a.' schol. Bern. ge. I 388 120 Acro Hor. carm. I 31, 16 'Strymoniaeque g.' Nonius 208, 16 Acro Hor. epod. II 35 schol. Lucani III 199 Probus 35, 9 K. 'et amaris i. f.' Charisius I 100 K. 'amaris i. f.' schol. Bern. ge. I 155 121 'aut u. nocet' Servius ecl. X 76 schol. Bern. ge. I 156 124 Probus 35, 11 K.

---

VARIA LECTIO. 109 ELIGIT *R* etlicit, *i. e.* eclicit *γ* 110 $^{s}$CATEBRISQVAE (S *m.* 2 *sup.*) *P* $^{s}$CATEBRISQ· *M* 111 gra$^{f}$nd$^{f}$i (di *in ras.*) *b* ULMVS *A* 113 PALVDE (E *corr. in* IS *vel vice versa*) *P* 114 DIDVCIT *A*, *Bossler Philol.* XXI 159 (*progr. Darmst.* 1872 *p.* 9) *sed cf. prol.* 266 118 labores *om.* *γ* 122 PARENTĒ *R* 123 CVRIS *sup.* *M*

ante Iovem nulli subigebant arva coloni;
ne signare quidem aut partiri limite campum
fas erat: in medium quaerebant, ipsaque tellus
omnia liberius nullo poscente ferebat.
ille malum virus serpentibus addidit atris,
praedarique lupos iussit pontumque moveri,
mellaque decussit foliis, ignemque removit,
et passim rivis currentia vina repressit,
ut varias usus meditando extunderet artes
paulatim et sulcis frumenti quaereret herbam.
[ut silicis venis abstrusum excuderet ignem.]
tunc alnos primum fluvii sensere cavatas;
navita tum stellis numeros et nomina fecit
pleiadas, hyadas, claramque Lycaonis arcton;

---

TESTIMONIA. 125—128 'nulli . . . ferebat' Seneca epist. 90, 37 125 Priscianus 994 P. Terentianus Maurus 1185 'nulli . . . coloni' Tertullianus ad nat. II 13 126 sq. 'ne . . . quaerebant' Macrobius Sat. I 8, 3 Lactantius inst. V 5 127 'in medium quaerebant' Arusianus VII 482 K. schol. Lucani 1 89 Servius ge. I 155 IV 157 schol. Bern. ge. I 127 'in . . . tellus' Servius Aen. XI 355 127 sq. 'ipsaque . . . ferebat' Acro Hor. epod. XVI 43 Tertullianus ad nat. II 13 131 'mellaque d. fol.' Asper 113, 16 K. fr. Bob. de nom. V 558 K. Servius ge. IV 1 schol. Bern. ge. IV 1 132 (vel ecl. III 89) cf. de dub. nom. V 579 K. 133 sq. 'ut . . . paulatim' Nonius 102, 15 134 ult. syll. IV 250 K. 'et . . . herbam' Nonius 317, 13 135 Servius Aen. VI 7 136 Sacerdos VI 504 K. comm. Bern. Lucani II 427 137 sq. Servius Aen. VI 64 137 'navita t. s.' ult. syll. IV 263 K. 'stellis . . . fecit' Macrobius comm. in somn. Scip. 1 19, 18 Seneca n. q. VII 25, 3 138 Probus 35, 14 K. 'pleiadasque yadasque' Consentius V 404 K.

---

VARIA LECTIO. 126 Nec *c* nec signare solum *Macrobius usurpat* 130 *Hinc sequitur* 53—104 *in γ* 132 *bis in c* 133 varios *Nonii Guelf.* EXTV$^{\mathrm{R}}$N$_{\mathrm{N}}$DERET (R *m.* 2 *sup.*) *P: cf. ge.* IV 315 extuderet *γ* excuderet *b*1 extuderet *b*2 ARTIS *M*1*γ* 134 *in suspicionem vocavi lect. Verg.* 4 *prol.* 50 et] ut *malit Wagnerus* 135 *interpolatum esse iudicavi lect. Verg.* 4 *et prol.* 267: *cf. Aen.* I 174 VI 7; *adversatur Schaper progr. Berol.* 1873 *p.* 11 ET *A, Wagnerus* 136 fluuii primũ *c, Sacerdotis φ* 137 TVNC *A: cf. prol.* 267 138 PLEIDAS *P* pleiadasque *Consentius* ARCTUM *M*1 ARCIŌ *A*

tum laqueis captare feras et fallere visco
inventum et magnos canibus circumdare saltus;
atque alius latum funda iam verberat amnem
alta petens, pelagoque alius trahit umida lina;
tum ferri rigor atque argutae lammina serrae
(nam primi cuneis scindebant fissile lignum),
tum variae venere artes. labor omnia vicit
improbus et duris urgens in rebus egestas.
prima Ceres ferro mortalis vertere terram
instituit, cum iam glandes atque arbuta sacrae
deficerent silvae et victum Dodona negaret.
mox et frumentis labor additus, ut mala culmos
esset robigo, segnisque horreret in arvis
carduos: intereunt segetes, subit aspera silva,
lappaeque tribolique, interque nitentia culta
infelix lolium et steriles dominantur avenae.

---

TESTIMONIA. 139 sq. Seneca epist. 90, 11 'tum . . . inventum' Nonius 184, 15 139 'laqueo c. f.' Seneca de vita beata 14, 3 140 'latos canibus s. c.' Seneca de vita beata 14, 3 141 Nonius 191, 30 144 Seneca epist. 90, 9 Fulgentius myth. p. 708 St. Servius Aen. VII 509 145 sq. 'labor . . . inprobus' Macrobius Sat. V 16, 7 148 sq. 'cum . . . negaret' Probus 36, 3 K. 149 'et . . . negaret' Servius ge. I 159 150 sq. 'mox . . . robigo' Servius Aen. VIII 181 150 'mox . . . additus' Diomedes I 328 K. Sacerdos VI 513 K. 'mox et f.' Sacerdos VI 508 K. 'frumenta' Priscianus 663 P. 'mala c.' de dub. nom. V 576 K. 154 Apuleius Flor. II 11 'infelix lolium' de dub. nom. V 581 K. Plinius nat. hist. XXII 106 Isidorus orig. XVII 9, 106

---

VARIA LECTIO. 139 TVNC (M sup.) *M* tunc *c*, *Seneca* laqueo *Seneca de vita beata* 140 magnos] latos *Seneca de vita beata* canibus c. s. = *ecl.* X 57 142 alta petens pelagoque *'nonnulli' apud Servium: cf. Bossler progr. Darmst.* 1872 *p.* 11 *Cum antecedentibus coniuncta* alta petens *in M* alius pelago *Hanow ephem. gymn. Berol.* XVII 78 *et sched. crit.* 3 144 *in suspicionem vocavit Peerlkampus: cf. prol.* 50 nam] sed *Servius Aen.* VII 509 primū *c* 145 ALTES (R sup.) (R *m.* 2 *sup.*) *P* ui.cit *c* 146 SVRGENS *AP* ṠVRGENS *M* 147 mortalef *bc* 148 ARBVSTA *R* 149 NEGARENT *R* 150 et *om. Diomedes* frumenti *γ* 152 carduos *'antiqui aliquot' Pierii* CARDVVS *AMPRγbc* 153 lappaeque tribolique = III 385 INTER (q; *m.* 2 *vel* 3 *sup.*) *R*

quod nisi et adsiduis herbam insectabere rastris,
et sonitu terrebis aves, et ruris opaci
falce premes umbras, votisque vocaveris imbrem,
heu magnum alterius frustra spectabis acervom,
concussaque famem in silvis solabere quercu.

Dicendum et, quae sint duris agrestibus arma,
quis sine nec potuere seri nec surgere messes:
vomis et inflexi primum grave robur aratri
tardaque Eleusinae matris volventia plaustra
tribulaque traheaeque et iniquo pondere rastri;
virgea praeterea Celei vilisque supellex,
arbuteae crates et mystica vannus Iacchi.
omnia quae multo ante memor provisa repones,
si te digna manet divini gloria ruris.
continuo in silvis magna vi flexa domatur

---

TESTIMONIA. 156 sq. 'et ruris ... umbram' Nonius 365, 17 Servius ecl. X 76 158 Nonius 402, 12 Asper 111, 8 Seneca de benef. VII 5, 2 160 Probus 81, 1 K. Servius Aen. I 119 Priscianus 1218 P. 'duris a. a.' Terentianus Maurus 1032 161 Nonius 397, 9 162 Nonius 314, 8 163 Probus 36, 10 K. 'Eleusinae ... plaustra' Servius Aen. X 362 'volventia plaustra' Servius Aen. I 234 164 Nonius 228, 30 'et ... rastri' Donatus Ter. Andr. I 1, 19 cf. Nonius 222, 5 165 'Celeique supellex' Donatus in libro gloss. v. Celeus 166 'nunc mystica vallus' de dub. nom. V 592 K. 167 Priscianus 1001 P. 169 sq. Priscianus 757 P. 'continuo ... burim' Nonius 80, 20 'domatur in b.' comm. Bern. Lucani IV 132

---

VARIA LECTIO. 155 TERRAM *AR, Servii* $\varphi$, *in ras. c* raſti $\gamma$ rutris *Schraderus* rastris *schol. Bern.* 157 VMBRAS *APbc, Philargyrius* VMBRAM *MR*$\gamma$, *Nonius, Servius* 158 expectabiſ *b* heu frustra magnum alterius *Seneca* 160 dicendum duris quae sint *Priscianus* 161 MESSIS *AP* 164 TRAHAE *A*, *Donatus teste libro gloss. sub v.* tranas (*cf. Goetz soc. litt. Saxon. comm.* XIII 278) TRAH$\overset{A}{\text{E}}$ *M* trahe $\gamma$*c* traheae *testatur Servius* tribulaeque trahaeque *Nonius* 'tribulae *feminino*' *testans* (sublimaequae trahequae *Leid.*) 165 CAELEI *AM*$\gamma$ 166 ET MVSTICA *R* et mistica *c* nunc mystica *de gen. nom.* VALLVS *R*, *de gen. nom.* 'vannus ... *legimus tamen et* vallus *secundum Varronem ... quod idem nihilominus significat*'. *Servius* 167 PROVISSA *P*: *cf. prol.* 445 reponas *Prisciani* $\omega$ 168 MANENT *A*

in burim et curvi formam accipit ulmus aratri.
huic a stirpe pedes temo protentus in octo,
binae aures, duplici aptantur dentalia dorso,
stivaque, quae currus a tergo torqueat imos. 174
caeditur et tilia ante iugo levis altaque fagus, 173
et suspensa focis explorat robora fumus.

Possum multa tibi veterum praecepta referre,
ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.
area cum primis ingenti aequanda cylindro
et vertenda manu et creta solidanda tenaci,
ne subeant herbae neu pulvere victa fatiscat,
tum variae inludant pestes: saepe exiguus mus
sub terris posuitque domos atque horrea fecit,

---

TESTIMONIA. 171 Priscianus 961 P. 172 'et duplici ... dorso' Servius ge. III 87 'duplici ... dorso' Servius Aen. I 655 173 'caeditur ... levis' Beda VII 267 K. Nonius 271, 28 175 Nonius 294, 26 176 sq. Seneca epist. 124 177 Nonius 275, 26. 411, 30 178 sq. 'aream messi praeparare, Catonis sententia amurca temperatam, Vergili operosius' Plinius n. h. XVIII 295 'area ... manu' schol. Bern. app. I 4 Isidorus orig. XX 14, 9 178 Charisius I 268 K. 180 Nonius 403, 31 'ne s. h.' Agroecius VII 121 K. 181 'saepe e. m.' Quintilianus VIII 3, 20

---

VARIA LECTIO. 170 IMBVRIM *MPγb*, *comm. Lucani: cf. prol.* 433 ACCEPIT *Ab*1 171 $\overset{B}{A}$ *M* ab *b* EN (E *m.* 2 *corr. in* I) *P* 172 et duplici *Servius ge.* III 87 174. 173 *transposuit Schraderus* 174 stivae quae *Martynus* quae *suprascr. b* $\overset{A}{\text{QVE}}$ (A *m.* 2 *sup.*) *P* CVRRVS *MRγbc*, *Servius* $\overset{R}{\text{CVRGVS}}$ (C *corr. m.* 2 *ex* I *vel* T, R *m.* 2 *sup.*) *P* 175 EXPLORET *A* $\overset{E}{\text{EXPLORAT}}$ (E *suprascr. col. rubro*) *M* 173 *et* 175 *fortasse secundis curis a poeta in margine adiecti* 178 primū *c* CYLINDRO *MRγbc*, *Charisius*, *Isidorus* COLINDRO *A* CYLINDROEST, *sed* EST *m.* 2 *ut vid. add.*, *P* 179 tenace *b*1 180 $\overset{S}{\text{FATIGAT}}$ (S *m.* 2 *sup.*, G *m.* 2 *corr. in* C) *P* 181 $\overset{V}{\text{INLVDANT}}$ (V *m.* 2 *sup.*) *MP* LVDVNT *A* inludunt (u *post. in ras.*) *b* inludunt *c* 182 domuſ *γ*

aut oculis capti fodere cubilia talpae,
inventusque cavis bufo et quae plurima terrae
monstra ferunt, populatque ingentem farris acervom
curculio atque inopi metuens formica senectae.
contemplator item, cum se nux plurima silvis
induet in florem et ramos curvabit olentis.
si superant fetus, pariter frumenta sequentur,
magnaque cum magno veniet tritura calore;
at si luxuria foliorum exuberat umbra,
nequiquam pinguis palea teret area culmos.
semina vidi equidem multos medicare serentis

---

TESTIMONIA. 183 de dub. nom. V 592 K. anecd. Helv. 96 H. Nonius 252, 34 Priscianus 642 P. Arusianus VII 489 K. 'oculis capti talpae' Quintilianus IX 3, 6 'oculis . . . talpae' Charisius I 269 K. 'capti . . . talpae' schol. Bern. ecl. VIII 28 184 A. Mai thes. nov. lat. 80 185 sq. 'populatque . . . curculio' Nonius 471, 16 Servius Aen. I 527 schol. Bern. app. I 23 185 'populatque . . . acervum' Cledonius V 59 K. Pompeius V 233 K. Servius Aen. I 4 Porphyrion ad Hor. a p. 47 186 'atque . . . senectae' Nonius 30, 33 Acro et comm. Cruq. Hor. serm. I 1, 35 187 Sacerdos VI 504 K. 'contemplator i. c.' ult. syll. IV 243 K. 'cum . . . silvis' schol. Bern. ge. III 52 'cum se n. p.' Servius Aen. I 419 187 sq. 'contemplator . . florem' expl. in Don. IV 539 K. 'cum . . . florem' Isidorus orig. XVII 7, 23 Arusianus VII 479 K. Servius ge. III 52 188 schem. lex. p. 57 H. 189 'pariter f. s.' Charisius I 214 K. schol. Veron. 95, 31 K. 191 Nonius 340, 3 192 'palea' fr. Bob. de nom. VII 544 K. 193 Priscianus 792. 797. 1162 P. 193 sq. corpus gloss. V 166, 17 G.

---

VARIA LECTO. 183 oculos *Nonii Lugd. Gen. Guelf.* $^{\mathrm{O}}$APTI *M* EFODERE *A* 185 populant *Pompeius* 186 INOPE (E *radendo ut vid. corr. in* I) *P* INOPE *A* metuensque inopi *comm. Cruq.* 187—192 *contra Hanovium defendi prol.* 55 187 NOX (O *m.* 2 *corr. in* V) *P* NVX SE *A*, *fort. recte* 188 INDVET *MPRb*, *Servius et Philargyrius* induit *γ*, *Servii φ*, *Arusiani, rhetoris et excepto Gud.* 2 *Isidori exempl.* CVRVA$^{\mathrm{E}}$VIT *Mb*1, *schem. lex.* OLENTES *M*2*Pc* 189 SEQVNTVR *A* 191 LVXVRIAE *i. e.* luxurie *R* 192 PINGVES (E *m.* 2 *corr. ex* I *ut vid.*) *P* pingueſ *c* '*quidam legunt* pingues paleae, *sed verior lectio* pingues palea' *Philargyrius.* paleae *schol. Bern.* pinguis palea *Servius* TERET (E *alt. m.* 2 *corr. ex* P) *P* TERIT *Rb* 193 *sq. in rasura b* 193 SERENTES *PRbc*

et nitro prius et nigra perfundere amurca,
grandior ut fetus siliquis fallacibus esset,
et quamvis igni exiguo properata maderent.
vidi lecta diu et multo spectata labore
degenerare tamen, ni vis humana quotannis
maxima quaeque manu legeret. sic omnia fatis
in peius ruere ac retro sublapsa referri,
non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
remigiis subigit, si bracchia forte remisit,
atque illum praeceps prono rapit alveus amni.

Praeterea tam sunt arcturi sidera nobis
haedorumque dies servandi et lucidus anguis,
quam quibus in patriam ventosa per aequora vectis

---

TESTIMONIA. 194 A. Mai thes. nov. lat. 36 'Vergilius nitro et amurca perfundi iubet fabam. sic etiam grandescere promittit' Plinius nat. hist. XVIII 157 195 sq. Columella de r. r. II 10, 11 196 Priscianus 766 P. 197—200 Columella de r. r. II 9, 12 III 10, 18 198 ult. syll. IV 226 K. 199—203 'sic omnia . . . amni' Gellius X 29 201 sq. 'quam . . . subigit' Nonius 534, 9 Fulgentius 564, 7 201 'lembus' Probus 36, 18 K. 202 sq. 'si bracchia . . . amni' Nonius 530, 6 Acro Hor. carm. III 29, 32 203 Servius Dan. Aen. IV 424 'prono r. a. a.' Priscianus 766 P. 204—207 Columella de r. r. XI 1, 31 204 sq. Acro Hor. carm. III 1, 24 'quippe Vergilio iubente praedisci ventos ante omnia ac siderum mores neque aliter quam navigantibus servari' Plinius nat. hist. XVIII 206 204 Servius Aen. IV 578 205 'haedorumque dies servandi' Acro Hor. carm. III 7, 6 'haedorumque dies' Probus 36, 19 K. 'et l. a.' Probus 36, 22 K. 206 'ventosa . . . vectis' Servius Aen. VIII 449

---

VARIA LECTIO. 194 AMVRCA *PRb* AMVRGA *Mγ* MVRGA *A* 'amurca *per* c *scribitur et per* g *pronuntiatur*' *Servius cf. prol.* 392 195 laetior *Columella* 197 vidi ego lecta *Columellae* II 9,12 *ψ* MVLTOS SPECTATA *R* m[o]ultiſ pectata (i *eras.*) *γ* multo expectata *b* 198 VEIS *AM*1 menſ *Columellae Reg.* 199 MANVS *M* 200 ac . . . referri = *Aen.* II 169 ac] ET *Pbc*, *Columellae Reg.* SVBLABSA *AMPγ*: *cf. prol.* 390 201 aduorso *Nonii Guelf.* 202 SVBEGIT *P* 203 ILLVMPRAECEPSPRONO *P*: *cf. ecl.* VIII 59 *ge.* III 236 IV 29 ILLVM [PRE] PRONOINCEPS (PRE *m. rec. sup.*) *R* ILLVMINPRAECEPS PRONO *AMγbc, Gellius, Nonius* TRAHIT *R* 204—310: *cf. prol.* 40 *sqq.* 206 VECT[I]VS (U *m.* 2 *corr. in* O *et ead. m. sup.* I) *P* uecteſ *b*1

Pontus et ostriferi fauces temptantur Abydi.
libra die somnique pares ubi fecerit horas,
et medium luci atque umbris iam dividit orbem:
exercete, viri, tauros, serite hordea campis
usque sub extremum brumae intractabilis imbrem;
nec non et lini segetem et Cereale papaver
tempus humo tegere et iamdudum incumbere aratris,
dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.
vere fabis satio; tum te quoque, medica, putres
accipiunt sulci, et milio venit annua cura,
candidus auratis aperit cum cornibus annum

---

TESTIMONIA. 208 Gellius IX 14 Charisius I 126 K. Priscianus 780. 781. 1102 P. Probi cath. IV 3 K. Donatus Ter. Andr. II 5, 19 schol. Lucani VIII 467 Probus 36, 29 K. Servius Aen. I 470 'libra die' Servius Aen. I 156 'libra die somnique' fr. Bob. de nom. V 556 K. schol. Persii V 47 210 Asper 113, 12 'sane reprehensus Vergilius dicitur a Bavio et Maevio hoc versu: hordea qui dixit, superest ut tritica dicat' Servius. cf. Diomedes I 328 K. Priscianus 663 P. 'serite h. c.' Pompeius V 177 K. de dub. nom. V 579 K. Augustini regul. V 506 K. 'inserite ordea c.' anecd. Helv. 48. 85 'serit h.' ex Charisii art. gr. exc. I 550 K. 211 ult. syll. IV 254 K. Arusianus VII 514 K. 212 'Cereale p.' Probus 37, 1 214 Columella de r. r. II 8, 3 215 sq. Seneca epist. 86, 16 215 'Vergilius eam' (fabam) 'per ver seri iubet circumpadanae Italiae ritu' Plinius nat. hist. XVIII 120 'vere f. s.' Charisius I 34. 93 K. Nonius 227, 3 Asper 113, 14 K. 217 sq. Probus 37, 2 K. Macrobius comm. in somn. Scip. I 18, 15

---

VARIA LECTIO. 208 DIE *APγ*, *Servius*, *Priscianus*, *Probi cath.*, *inc. de nom.*, *Charisii cod.*, *schol. Luc.* DIE$^{\text{I}}$ (*I suprascr. col. rubro*) *M* DIEI *R*, *Probi* 36, 29 *libri* die . *b* '*ut facile his credam, qui scripserunt idiographum librum Vergilii se inspexisse, in quo ita scriptum est:* libra dies . . . horas, *id est:* libra diei somnique' *Gellius. cf. prol.* 137 209 DIVIDET *Ryb: cf.* 188, *at contra* 450 III 303. 336 IV 401 *recte laudata a Wagnero* VRBEM *M* 211 IMBRES *A* 213 IANDVDVM *M: cf. prol.* 430 aratriſ *γ*, *Servius* ARATRIS (*sup. m. rec.* raſtriſ) *P* ARATRIS$^{\text{S}}$ *M* RASTRIS *AR* aratriſ *in ras. b* ratris *Mentel. alter m.* 1 215 satio est *Seneca* tunc *Seneca* PVTRIS *A* 216 Acci$^{\text{u}}$piant *c*

taurus, et averso cedens canis occidit astro.
at si triticeam in messem robustaque farra
exercebis humum solisque instabis aristis,
ante tibi Eoae Atlantides abscondantur
Cnosiaque ardentis decedat stella coronae,
debita quam sulcis committas semina quamque
invitae properes anni spem credere terrae.
multi ante occasum Maiae coepere; sed illos
expectata seges vanis elusit avenis.
si vero viciamque seres vilemque phaselum
nec Pelusiacae curam aspernabere lentis,
haut obscura cadens mittet tibi signa bootes:
incipe et ad medias sementem extende pruinas.

---

TESTIMONIA. 219 sqq. 'Vergilius triticum et far a vergiliarum occasu seri iubet, hordeum inter aequinoctium autumni et brumam, viciam vero et passiolos et lentem boote occidente' Plinius nat. hist. XVIII 202 219—221 Columella de r. r. II 8, 1 219 Asper 113, 13 K. (om. 'at') 'robustaque f.' Probi cath. IV 14 K. 221—223 'ante . . . semina' Probus 37, 13 K. 221 Marius Victorinus VI 29 K. Terentianus Maurus 1188 Servius Aen. VIII 138 222 Probus 17, 13 K. Acro Hor. carm. II 19, 14 224 'anni . . . terrae' Acro Hor. carm. I 3, 5 225 sq. Probus 37, 28 K. 'sed . . . aristis' Nonius 301, 24. 416, 25 225 'multi . . . coepere' Servius Aen. VIII 138 227—229 Probus 38, 1 K. 227 'si . . . seres' ult. syll. IV 250 K. 'viciamque . . . phaselum' Acro Hor. carm. I 20, 1 'vilemque faselum' Nonius 529, 12 Servius ge. I 274 228 Nonius 210, 4 229 sq. Beda te temp. ratione 16

---

VARIA LECTIO. 218 AVERSO *APRybc*, *Probus* ADVERSO *M*, *schol. Bern.* 'averso *autem* astro *duplex lectio est, nam alii* adverso *legunt*' *c. q. s. Servius. Fluctuant Macrobii exemplaria, sed* auerso *praeter alia Bongars.* 1 *cf. prol.* 237 *sq.* CEDEN$\overset{T}{\text{S}}$ (T *m.* 2 *sup.*) P C$\overset{E}{\text{A}}$DENS *M* 219 I$\overset{N}{\text{M}}$ (N *m.* 2 *sup.*) *P* 221 *sq. cf. Nizoles Revue philol.* III 1879 *p.* 65 *sqq.* 221 AE$\overset{AE}{\text{O}}$ *M* aeoae *y*: *cf. prol.* 387 eoe *c* ABSCOND$\overset{A}{\text{V}}$NTVR (A *m.* 2 *sup.*) *P* abſcondentur *y* 222 CNOSIA *AP*, *Probus* GNOSIA *MRybc* procedat *Schraderus* decedat *etiam Servius* 226 AVENIS *Pybc*, *Probus: cf. H. Keilius Philol.* II 164 *sq.* ARISTIS *ut* 220 *AMR*, *Nonius* . 229 MITTIT *AM* mittat *c*1 230 EXPENDERE *R*

Idcirco certis dimensum partibus orbem
per duodena regit mundi sol aureus astra.
quinque tenent caelum zonae: quarum una corusco
semper sole rubens et torrida semper ab igni;
quam circum extremae dextra laevaque trahuntur
caeruleae, glacie concretae atque imbribus atris;
has inter mediamque duae mortalibus aegris
munere concessae divom, et via secta per ambas,
oblicus qua se signorum verteret ordo.
mundus, ut ad Scythiam Riphaeasque arduus arces
consurgit, premitur Libyae devexus in austros.
hic vertex nobis semper sublimen; at illum
sub pedibus Styx atra videt manesque profundi.
maxumus hic flexu sinuoso elabitur anguis
circum perque duas in morem fluminis arctos,

---

TESTIMONIA. 232 Consentius V 401 K. 233—239 Probus 38, 17 K. Hyginus gromaticus de limitibus constituendis p. 185 L. 233—238 'quinque . . . divom' Beda de temp. rat. 34 233 'quinque . . . zonae' Probus 40, 16 K. Isidorus de natura rerum 10 p. 22 ed. Becker 233 sq. 'corusco . . . rubens' de dub. nom. V 573 K. 234 Acro Hor. carm. I 22, 21 III 3, 54 comm. Bern. Lucani VIII 164 235 sq. 'quam . . . concretae' Isidorus de natura rer. 9 p. 22 ed. Becker 236 Acro Hor. carm. I 22, 20 III 3, 56 237 sq. 'has . . . divom' Macrobius somn. Sc. II 5, 16 237—239 'duae . . . ordo' Macrobius somn. Sc. II 8, 2 240 sq. Servius ge. I 324 242 sq. Macrobius comm. in somn. Sc. I 16, 5 'at . . . profundi' Servius ge. I 209 242 Festus 306 v. sublimen 'hic . . . sublimis' Servius Aen. I 114 georg. I 209 II 310 Acro Hor. carm. III 24, 38 244—246 Probus 40, 5 K. 244 Nonius 207, 10 245 Priscianus 986 P. Macrobius somn. Scip. II 8, 6 'circum . . . morem' Sacerdos VI 514 K.

---

VARIA LECTIO. 236 CAERVLEAE *MPRybc*, *Hygini* φ, *Isidorus, Servius ut videtur:* *γλαυκοῖο κελαινοτέραι κυάνοιο Eratosthenes* caerulea *b*2, *Pierii* ψ, *Probi exempl.*, *Hygini* ω 237 *om.*, *add. in mg.* γ que *om. A* 239 OBLIQVS *R* OBLIQVVS *Mbc* 240 RIPHEAS *AMPRbc* rip(h)aeaſ γ Riphaeas *Servius* 242 semper] caeli *Servius ge.* I 209 sublimen *Verrium Flaccum legisse demonstravi in ann. philol.* LXXVII 184 *sq. cf. prol.* 446 SVBLIMES *R* SVBLIMIS *AMPybc, Macrobii Pseudoacronis Servii exempl. ut vid.* sub. *Festi cod.* 244 SINVOSSO *P: cf. prol.* 445 ſinuoſo (ſ *pr. corr. add.*) *b* SINVOS(O) (O *m. rec. sup.*) *R* 245 arctuſ γ1

arctos Oceani metuentis aequore tingui.
illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox
semper et obtenta densentur nocte tenebrae,
aut redit a nobis Aurora diemque reducit;
nosque ubi primus equis Oriens adflavit anhelis, 250
illis sera rubens accendit lumina Vesper.

Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus 257
temporibusque parem diversis quattuor annum: 258
hinc tempestates dubio praediscere caelo 252
possumus, hinc messisque diem tempusque serendi,
et quando infidum remis impellere marmor
conveniat, quando armatas deducere classis 255
aut tempestivam silvis evertere pinum.
frigidus agricolam siquando continet imber, 259
multa, forent quae mox caelo properanda sereno,

TESTIMONIA. 246 Macrobius comm. in somn. Scip. I 16, 4 ult. syll. IV 231 K. Arusianus VII 493 K. 247—251 Probus 39, 27 K. 249 schol. Lucani VI 572 250 sq. Seneca epist. 122, 2 Martianus Capella VI 592 250 schol. Statii Theb. V 178 comm. Bern. Lucani VI 571 254 sq. 'rem[illegible]s ... conveniat' Servius ge. I 3 255 'quando ... classes' corp. gloss. [illegible] 179, 18 256 Macrobius Sat. VI 4, 16 Acro Hor. carm. I 23, 12 25[illegible] Nonius 357, 20 258 Servius Aen. I 133 259—261 'frigidus ... datur' Gellius X 11 Nonius 51, 28 Macrobius Sat. VI 8, 11

VARIA LECTIO. 246 Arctoſ *γ* METVENTIS *Aγ*1, *de ult. syll.* METVENTES *MPRbc* 248 DENSENTVR *PRγb*: *cf. Aen.* VII 794 XI 650 DENSANTVR *AMc*, *Probi exempl.* nube *Schraderus* 249 redit (dit *in ras.*) *c* reddit nobis *Probus* 250 equis ... anhelis = *Aen.* V 739 anhelans *Probi exempl.* 251 illis *Seneca, ut Lucretius* I 1065 ILLIC *AMPRγbc*, *Probi exempl. cf. prol.* 240. *An* illi? ostendit *Probi exempl.* 257 *sq. huc transposui, sed cf. prol.* 40 *sq.* 252 dubii *b*1 PRAEDI-CERE *AR* 253 Poſſimuſ *b* temp$\overset{v}{e}$ſtaque ſerendi (ta *eras.*) *γ* 254 convellere *Servius ge.* I 3 255 armatoſ *γ*1 CLASSES *APRγb* deducere claſſuſ *in ras. c* 256 et *Macrobius* 259—275 *vide an post* 310 *olim locum habuerint. Ante v.* 259 *desideramus quaedam in hanc sententiam: 'sunt enim suis quaeque temporibus opera adsignata, etiam eis, quae nullum omnino negotium videntur admittere'* 259 agricolas *Macrobius* 260 POST *M* mox *in ras. b*

maturare datur: durum procudit arator
vomeris obtunsi dentem, cavat arbore lyntres,
aut pecori signum aut numeros impressit acervis.
exacuunt alii vallos furcasque bicornis,
atque Amerina parant lentae retinacula viti.
nunc facilis Rubea texatur fiscina virga,
nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
quippe etiam festis quaedam exercere diebus
fas et iura sinunt: rivos deducere nulla
religio vetuit, segeti praetendere saepem,
insidias avibus moliri, incendere vepres,
balantumque gregem fluvio mersare salubri.
saepe oleo tardi costas agitator aselli
vilibus aut onerat pomis, lapidemque revertens
incusum aut atrae massam picis urbe reportat.

---

TESTIMONIA. 261 sq. 'durum . . . dentem' Nonius 156, 28 'durum . . . lintres' Priscianus 891 P. Eutyches V 471 K. 262 'cavat a. l.' Nonius 535, 6 264 'exacuunt a. v.' de dub. nom. V 592 K. 265 Nonius 338, 7 266 schol. Hor. sat. I 5, 96 267 Servius Aen. I 179 'et torrere parant flammis fruges et frangere saxo' Isidorus orig. XV 6, 4 268—272 'sunt enim, ut ait poeta, quae festis exercere . . . salubri' Columella de r. r. II 22, 1 269 'fas . . . sinunt' schol. Lucani V 288 269 sq. 'rivos . . . vetuit' Nonius 289, 21 Macrobius Sat. III 3, 10 Servius ge. I 114 'si per sacra sollemnia rivos deducere nulla religio prohibet' Macrobius Sat. I 7, 8 271 'insidias a. m.' Arusianus VII 493 K. 272 Macrobius Sat. I 16, 12 III 3, 12 Priscianus 760 P. 'si salubri fluvio mersare oves fas et iura permittunt' Macrobius Sat. I 7, 8 'fluvio m. s.' Acro Hor. carm. IV 4, 65 273—275 'saepe etiam, ut celeberrimus poeta memorat, tardi costas . . . reportat' Columella de r. r. VII 1, 3 273 Nonius 410, 18 274 'vilibus . . . pomis' Servius ge. I 227 Acro Hor. carm. I 20, 1

---

VARIA LECTIO. 262 obtonſi *Eutychis Bob.* obtusi *bc* LYNTRES *MPRyb*, *Prisciani Bamb. Halb.* lintreſ *c* luntrem *Eutyches* 263 IMPRESSAT *A: cf. prol.* 269 264 BICORNES *Rc* 266 FACILI *P* facilis *Servius Dan.* 'Rubos . . . *hinc putant aliqui Vergilium dixisse* . . . Rubea . . . virga' *schol. Hor. inter* Rubea *et* rubea *fluctuat Servius* 267 SAXIS *R* ſax° (*erasa* a) *b* 269 DIDVCERE *M: cf.* 114 270 Religio *b* relligio *Nonius: cf. prol.* 429 272 flouio *γ* 275 INCVSSVM *MPR: cf. prol.* 445

Ipsa dies alios alio dedit ordine luna
felicis operum. quintam fuge: pallidus Horcus
Eumenidesque satae; tum partu Terra nefando
Coeumque Iapetumque creat saevomque Typhoea
et coniuratos caelum rescindere fratres.
ter sunt conati imponere Pelio Ossam
scilicet, atque Ossae frondosum involvere Olympum;
ter pater extructos disiecit fulmine montis.
septuma post decumam felix et ponere vitem
et prensos domitare boves et licia telae
addere. nona fugae melior, contraria furtis.

Multa adeo gelida melius se nocte dedere,
aut cum sole novo terras inrorat eous.

---

TESTIMONIA. 276 sqq. 'namque Vergilius etiam in numeros lunae digerenda quaedam putavit Democriti secutus ostentationem' Plinius nat. hist. XVIII 321 276 sq. 'ipsa dies . . . operum' Arusianus VII 473 K. 277 'pallidus Orcus' Servius Aen. III 357 ge. I 331 cf. Sacerdos VI 467 K. 279 sq. Servius Aen. VIII 103 279 Philargyrius ge. II 460 'Coeumque I. c.' Servius Aen. IV 228 280 Arusianus VII 462 K. Acro Hor. carm. I 3, 39 281—283 Porphyrio Hor. carm. III 4, 51 281 sq. Acro Hor. carm. III 4, 51 comm. Bern. Lucani I 411 U. 281 comm. Bern. Lucani I 389 U. schol. Lucani I 389 VI 412 cf. Probus 43, 17 K. 282 Nonius 328, 15 287 'multa . . . melius s. n.' de finalibus VI 237 K. gloss.

---

VARIA LECTIO. 276 IPSE (A *m.* 2 *sup.*) *P* alio] ALIOS *P* 277 FELICES *APRybc* QVINGTAM *M* HORCVS *P* *secundum Hesiodi opera et dies* 803 *sq.* ORCVS *AMRybc* '*Probus* Orchus *legit*' (*cf. prol.* 139), '*Cornutus vetat aspirationem addendam. Hesiodus* Horcum *quinta luna dicit natum. Celsus ut iurisiurandi deum* pallidum *dictum, quia iurantes trepidatione pallescunt*' *Servius Dan.*: *cf. ad ge.* III 223 'Orcus . . . *quidam cum aspiratione* Horcus *legunt*' *schol. Bern.* 278 *sq.* EVMENIDESQ· IAPETVM CREAT·SAEVVMQ·THYPHOEA·(PARTV TERRA NEFANDO·COEVMQ·LAPYTVMQ· *suprascripta manu paulo recentiore, infra inter lin. eras.* COEVMQVE IAPETVMQVE) *M* 281 conati sunt *schol. Lucani* I 389 pelion *b*1 Pelion Ossae χ, *schol. Lucani* I 389 Pelio Ossam *Servius* 282 IN-VERTERE (OL V *corr. m.* 2) *P* 283 ſtructoſ *γ* di . ſiecit *γ* DE IECIT *R* 'disiecit, deiecit' *Servius* MONTES *Rbc* 284 VITES *R* 285 LICEA *Pb*1 teliſ *c* 287 meliuſ gelida *c* 288 VEL *R* EOOS (O *m.* 2 *corr. in* V) *P*

nocte leves melius stipulae, nocte arida prata
tondentur: noctis lentus non deficit umor.
et quidam seros hiberni ad luminis ignes
pervigilat, ferroque faces inspicat acuto;
interea longum cantu solata laborem
arguto coniunx percurrit pectine telas,
aut dulcis musti Volcano decoquit umorem
et foliis undam trepidi despumat aheni.
at rubicunda Ceres medio succiditur aestu,
et medio tostas aestu terit area fruges.
nudus ara, sere nudus; hiemps ignava colono.
frigoribus parto agricolae plerumque fruuntur,
mutuaque inter se laeti convivia curant.
invitat genialis hiemps curasque resolvit,
ceu pressae cum iam portum tetigere carinae
puppibus et laeti nautae imposuere coronas.

---

TESTIMONIA. 289 sq. Nonius 338, 16 'nocte a. p. tondentur' schol. Med. ecl. X 7 'nocte leves . . . tondentur' Sacerdos VI 463 K. 289 'nocte . . . stipulae' schem. lex. p. 49 H. 290 'noctes . . . umor' Arusianus VII 466 K. schol. Hor. a. p. 26 Servius Aen. IV 7 292 'ferroque inspicat a.' schol. Lucani II 687 294 'arguto pectine' Servius ge. I 143 295 fr. Berol. et Sangallensia VI 637 K. 'dulcis musti' Quintilianus VIII 2, 10 'Volcano d. u.' Macrobius Sat. V 14, 4 296 Gellius II 3 299 'nudus ara, sere nudus: habebis frigore febres' (cf. Servium) Isidorus de rhetorica p. 520 H. 'nudus a. s. n.' Isidorus orig. VI 8, 11 XVII 2, 6 302 Nonius 321, 9 Acro Hor. carm. III 17, 16. 18, 15 'invitat g. h.' Porphyrio Hor. carm. III 17, 13 303 sq. 'ceu . . . puppibus' Nonius 364, 25

---

VARIA LECTIO. 289 stipulae melius *Sacerdos, schem. lex.* 290 noctiſ *yb, Nonii exempl.* NOCTES (E *rad. ut vid. corr. in* I) *P* NOCTES *R* NOCTE *M* *Post v.* 290 *collocandos esse* 297—310 *conieci* 292 PERVIGILANT *P* 294 *cf. Aen.* VII 14 295 DVLCIS *M* 296 et] aut *Gellius* trepidi *γ, Servius Regin., schol. Bern., Gellius* TEPIDI (R *m.* 2 *sup.*) *P* TREPIDIS *MR* '*in optimis libris scriptum invenimus* . . . aheni' *Gellius* (*cf. prol.* 202) aheni *Servius* AENI *MPγbc* AENIS *R* 297 at] nec *conieci, item v.* 298 at 299 '*sane quidam post hoc hemistichium dicitur subsecutus:* habebis frigore febres.' *Servius* et ſere *c* 300 FERVNTVR (V *suprascr. col. rubro*) *M* 304 = *Aen.* IV 418

set tamen et quernas glandes tum stringere tempus
et lauri bacas oleamque cruentaque murta,
tum gruibus pedicas et retia ponere cervis
auritosque sequi lepores, tum figere dammas
stuppea torquentem Balearis verbera fundae,
cum nix alta iacet, glaciem quom flumina trudunt.

Quid tempestates autumni et sidera dicam,
atque, ubi iam breviorque dies et mollior aestas,
quae vigilanda viris; vel cum ruit imbriferum ver,
spicea iam campis cum messis inhorruit et cum
frumenta in viridi stipula lactentia turgent?
saepe ego, cum flavis messorem induceret arvis
agricola et fragili iam stringeret hordea culmo,
omnia ventorum concurrere proelia vidi,
quae gravidam late segetem ab radicibus imis

TESTIMONIA. 305 sq. 'sed . . . bacas' Nonius 403, 6 305 schol. Med. ecl. IX 61 'sed . . . stringere' Servius ecl. IX 61 306 'cruentaque m.' Priscianus 640 P. anecd. Helv. 105 H. · 308 'auritosque lepores' schem. dianoeas p. 76 H. 'auritos lepores' Macrobius Sat. VI 5, 6 309 'Baleares' Probus 43, 18 K. 'Balearis v. f.' Isidorus orig. XIV 6, 44 schol. Lucani I 229 311 Nonius 407, 27 312 ult. syll. IV 249 K. 313 'quae v. v.' Maximus Victorinus VI 201 K. 'cum ruit i. v.' Seneca q. n. IV 4, 2 Servius ge. III 429 comm. Bern. Lucani V 415 'et ruit i. v.' Servius Aen. VIII 429 'ruit i. v.' schol. Lucani V 413 'imbriferum' schol. Bern. ge. IV 77 315 'frumenta . . . stipula' de dub. nom. V 579 K. anecd. Helv. 48. 85 H. 317 'et . . . culmo' schol. Med. ecl. IX 61 318 'transire convenit ad reliqua tempestatum praesagia, quoniam et hoc placuisse Vergilio magnopere video, siquidem in ipsa messe saepe concurrere proelia ventorum damnosa inperitis refert' Plinius nat. hist. XVIII 340

VARIA LECTIO. 305 QVENDAS (R supra D; *corr. m.* 2) *P* tunc *c*, *Nonius, Servius ecl.* IX 61 306 lauri . . . . bacaſ *c* MYRTA *MRyb*, *Prisciani exempl.: cf. prol.* 453 309 TORQVENTES *R* TORQVENTEM (*eras. supra* UEN *una, supra* EM *duabus litt. rubr.*) *M* 310 QVOM *M* CVM *PRybc* trudunt (tr *e corr.*) *γ* 311 AVCTVMNI *P: cf. prol.* 389 314 ETIAM (IA *cras.*, C *sup. m. rec.*) *P* 315 IACTENTIA *R* LATENTIA *M* lactantia *γ*2*c*, *Servius* lactentia *schol. Bern.* 318 CONSVRGERE *R*

sublimem expulsam eruerent, ita turbine nigro
ferret hiemps culmumque levem stipulasque volantis.
saepe etiam immensum caelo venit agmen aquarum,
et foedam glomerant tempestatem imbribus atris
collectae ex alto nubes; ruit arduus aether,
et pluvia ingenti sata laeta boumque labores
diluit; implentur fossae et cava flumina crescunt
cum sonitu fervetque fretis spirantibus aequor.
ipse pater media nimborum in nocte corusca
fulmina molitur dextra: quo maxuma motu
terra tremit; fugere ferae et mortalia corda
per gentes humilis stravit pavor: ille flagranti
aut Athon aut Rhodopen aut alta Ceraunia telo
deiecit: ingeminant austri et densissimus imber,
nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangunt.

TESTIMONIA. 320 Apud Priscianum p. 1006 P. videtur hic locus excidisse, ubi nunc in libris legitur 'in primo georgicon: sublime volans' (Aen. X 662); v. M. Hertzii adnotationem 322 schol. Stat. Theb. I 356 schol. Bern. app. I 19 324 Nonius 380, 4 325 'sata l. b. l.' Servius ge. I 23 329 sq. 'quo . . . tremit' schol. Bern. ge. I 26 330—333 'et . . . deicit' Acro Hor. carm. I 16, 11 331 'per . . . pavor' schol. Persii II 6 334 Servius Aen. III 420 comm. Bern. Lucani VI 691 U.

VARIA LECTIO. 320 Sublime *c* EXPVLSA[M] (M *m.* 2 *sup.*) *P* ita] ut *Heynius* 321 ferret *Ladevicus dictum putat hypothetice* ('*hiemps si esset*') verrit *Meiser annal. philol.* 1872 *p.* 119 cumulum *b* uolantiſ *γ* VOLANTES *MRbc* ~~NIG~~RANTIS (VOL *m.* 2 *sup.*, IS *m.* 2 *corr. in* ES) *P* 323 *Inde ab hoc versu usque ad* II 139 *deficit P* 325 sata . . . labores = *Aen.* II 306 327 SPVMANTIBVS *R* spirantibus *Servius* 330 et *om. Martinus: cf. Lachmannus Lucr.* 198 331 gentiſ *γb* HVMILI *R* humilis *Servius* FLAGRANTIS *R* 332 Atho *secundum Theocritum* VII 77 *Heinsius: cf. Servius Aen.* XII 701 Athon *Valerius Flaccus* ceraunia (*sed* au *e corr.*, *m.* 1 *fort.* v *vel* y) *γ* 333 DEIECIT *R* DEIECIT *M: cf. Lachmannus in Lucr.* 128 deicit *γbc* ingeminans; *Reiskius* 334 *in suspicionem vocaveram in lect. Verg.* 5 *cf.* 359 PLANGN[V] *M* PLANGIT *Rb* clangunt *π* 'plangit . . . *alii* plangunt *legunt, ut sit* nemora et litora plangunt, *i. e.* resonant' *Servius.* plangunt *testatur idem Aen.* III 420 *et schol. Bern.*

hoc metuens caeli menses et sidera serva,
frigida Saturni sese quo stella receptet;
quos ignis caelo Cullenius erret in orbis.
in primis venerare deos, atque annua magnae
sacra refer Cereri laetis operatus in herbis
extremae sub casum hiemis, iam vere sereno.
tum pingues agni et tum mollissima vina,
tum somni dulces densaeque in montibus umbrae.
cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret:
quoi tu lacte favos et miti dilue baccho,
terque novas circum felix eat hostia fruges,
omnis quam chorus et socii comitentur ovantes,
et Cererem clamore vocent in tecta. neque ante
falcem maturis quisquam supponat aristis,

---

TESTIMONIA. 335 Nonius 387, 29 'caeli . . . serva' Philargyrius ge. IV 100 schol. Bern. ge. I 351 'ideo Vergilius errantium quoque siderum rationem ediscendam praecipit admonens observatum frigidae Saturni stellae transitum' Plinius nat. hist. XVIII 209 336 sq. Probus 43, 20 K. Seneca epist. 88, 14 336 Servius ecl. VIII 71 Isidorus de nat. rer. 23 schol. Iuvenal. VI 569 schol. Statii Theb. I 305 comm. Bern. Lucani I 651 U. 337 Arusianus VII 484 K. Servius Aen. IV 239 338 sq. cf. Servius georg. II 419 'annua . . . herbis' Donatus Ter. adelph. II 3, 8 339 Acro Hor. carm. III 14, 6 'sacra r. C.' schol. Hor. serm. II 8, 79 'laetis . . . herbis' schol. Iuvenal. XII 92 Nonius 523, 17 Servius Aen. III 136 340 Servius ge. I 43 341 Acro Hor. carm. I 4, 11 'tunc somni dulces (v. 342) et tunc m. v.' Porphyrio Hor. carm. I 4, 11 'mollissima v.' schol. Bern. ge. II 469 'quamvis Vergilius vina dixerit' Charisius I 34 K. 344 Macrobius Sat. III 11, 1. 9 'cui tu favos' Terentianus Maurus 682 345 Macrobius Sat. III 5, 7 Servius ecl. III 77

---

VARIA LECTIO. 335 hoc metuens] quod super est *Nonius ut* II 346 IV 51 337 CAELO *M*, *Probus* CAELI *Rγbc*, *Servius, Seneca*, *Arusiani Gud.* errat *Arusianus* ORBES *Rbc* 339 $\overset{A}{\text{O}}$RBIS (A *sup. in ras., fuit* HE), *in mg.* HERBIS *M* aruis *χ*, *Acro* 340 CASVM *M*, *Servius* casum (m *eras.*) *γ* CASV *R* 341 tunc *γc*, *Porphyrio, Servius Regin.* PINGVES AGNI *MR* pinguiſ agni *γ* agni pingues *cχ*, *Servius* et tunc $\underset{c}{\gamma}$ *Porphyrio* tum sunt *Arundel. unus* sunt, tum *Mead.* 344 QVOI *M: cf. prol.* 413 CVI *Rγbc* 346 comitantur *γ*1

quam Cereri torta redimitus tempora quercu
det motus incompositos et carmina dicat.

Atque haec ut certis possemus discere signis,
aestusque pluviasque et agentis frigora ventos,
ipse pater statuit, quid menstrua luna moneret,
quo signo caderent austri, quid saepe videntes
agricolae propius stabulis armenta tenerent.
continuo ventis surgentibus aut freta ponti
incipiunt agitata tumescere et aridus altis
montibus audiri fragor, aut resonantia longe
litora misceri et nemorum increbrescere murmur.
iam sibi tum curvis male temperat unda carinis,
quom medio celeres revolant ex aequore mergi
clamoremque ferunt ad litora, cumque marinae
in sicco ludunt fulicae, notasque paludis

---

TESTIMONIA. 350 'det m. incompositos' schol. Bern. ge. I 485 351 sq. Macrobius Sat. V 16, 5 352 Beda de arte metrica VII 253 K. 355 'propius . . . tenerent' Priscianus 1173 P. Arusianus VII 501 K. Diomedes I 410 K. Servius Aen. VIII 556 Philargyrius ge. IV 47 356—358 'continuo . . . fragor' Servius Aen. X 98 356—359 schol. Lucani V 551 357 sq. 'et . . . fragor' Nonius 245, 4 357—359 'aridus . . . litora' comm. Bern. Lucani V 551 357 'incipiunt a. t.' Quintilianus VIII 3, 47 358 sq. 'et resonantia . . . murmur' Nonius 427, 20 360 Priscianus 1163 P. Donatus Ter. Phorm. II 1, 41 Arusianus VII 512 K. 361. 360 schol. Lucani V 553 361 comm. Bern. Lucani V 553 U. 362 'clamorem . . . litora' Sacerdos VI 514 K. 363 sq. Seneca nat. qu. VII 28 'notasque . . . nubem' schol. Lucani V 554

---

VARIA LECTIO. 351 POSSEMVS (NO supra; I *col. rubro supra* E) *M* poſſimuſ *γ*c1 DICERE *R* DISCERE *M* 352 AESTVSQ·, (ET *suprascr. col. rubro*) *M cf.* 371 Aeſtuſq;.. *c* PLVVIASQ· (o) *M* AGENTES *Rc* fulgura *χ* 353 moueret *χ* 354 quid *γ* quod *c* 355 proprii. ſ (u *m.* 1) *γ* 357 ARDVVS *R* aridaſ *c*1 358 aut] et *Nonius, schol. Luc. in cod. Voss.* 359 aut *schol. Lucani in cod. Voss.* 360 CVRVIS *Mγ, Servii, Donati, Prisciani φ* ACVRVIS *Rbc, Arusianus, Prisciani ω, schol. Lucani* 361. 360 *hoc ordine schol. Lucani* 362 clangorem *secundum Arati Dios.* 187 (919) *coni. Heynius* 363 PALVDES *Rγbc*

deserit atque altam supera volat ardea nubem.
saepe etiam stellas vento inpendente videbis
praecipites caelo labi, noctisque per umbram
flammarum longos a tergo albescere tractus;
saepe levem paleam et frondes volitare caducas,
aut summa nantis in aqua colludere plumas.
at Boreae de parte trucis cum fulminat, et cum
eurique zephyrique tonat domus: omnia plenis
rura natant fossis, atque omnis navita ponto
umida vela legit. numquam inprudentibus imber
obfuit: aut illum surgentem vallibus imis
aëriae fugere grues, aut bucula caelum
suspiciens patulis captavit naribus auras,
aut arguta lacus circumvolitavit hirundo
et veterem in limo ranae cecinere querellam.

---

TESTIMONIA. 364 'atque . . . nubem' comm. Bern. Lucani V 554 U. 365—367 Isidorus de nat. rer. 25 'vento i. v.' Servius Aen. II 694 367 Seneca nat. qu. I 14 VII 20 Macrobius Sat. VI 1, 26 Servius Aen. II 694 schol. Lucani V 562 'flammarum . . . tergo' Sacerdos VI 513 K. 369 'nantes' cf. Sacerdos VI 448 K. 371 'eurique . . . domus' Beda de arte metrica VII 258 K. 371 sq. 'omnia . . . fossis' Acro Hor. carm. III 17, 10 'omnia . . . ponto' Servius ge. I 429 372 sq. 'atque . . . legit' Nonius 332, 8 373 sq. 'numquam . . . obfuit' Priscianus 984 P. 374 'illum s. v. i.' schol. Med. ecl. X 73 374 sq. 'aut . . . grues' Servius Aen. X 266 376 Porphyrio Hor. epod. II 26 377 'arguta hirundo' Probus 9, 22 K. 378 Probus 44, 5 K. Servius Aen. IV 463

---

VARIA LECTIO. 364 supera volat] super auolat *Moret. quart.*, *Vratisl.* superuolat *Parrh.*, *Senecae Bamb.* SVPRAVOLAT *MRγbc cum plerisque* 365 inpellente *Parrhas.*, *post J. H. Vossium prob. Bossler Philol.* XXI 158 *perperam conl. Senecae n. q.* I 14, 5 366 *om. Servius Aen.* II 694 umbraſ *c*1, *Isidorus* 367 stellarum longos a tergo *Seneca loco priore* longos a tergo flammarum *idem posteriore* flammarum a tergo longos *schol. Lucani* albiscere *Isidori Bamb. A et B m.* 1 involvere *Macrobius.* ὑπολευκαίνονται *Aratus: cf. Plinius nat. hist.* XVIII 35, 80 369 nanteſ *bc* 371 EVRIQ· (ET *suprascr. col. rubro*) *M: cf.* 352 373 legunt *χ* [IN] PRVDENTIB· *M* '*alii* in *vacare volunt, alii augentis habere significationem*' *Servius* inprudentibus *testatur Priscianus* 374 OFFVIT *Rbc: cf. prol.* 389 ſurgenti[em] . . . (*eras. fort.* buſ) *γ* 378 aut *χ*

saepius et tectis penetralibus extulit ova
angustum formica terens iter, et bibit ingens
arcus, et e pastu decedens agmine magno
corvorum increpuit densis exercitus alis.
iam variae pelagi volucres et quae Asia circum
dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri
certatim largos umeris infundere rores:
nunc caput obiectare fretis, nunc currere in undas
et studio incassum videas gestire lavandi.
tum cornix plena pluviam vocat improba voce
et sola in sicca secum spatiatur harena.
ne nocturna quidem carpentes pensa puellae
nescivere hiemem, testa cum ardente viderent
scintillare oleum et putris concrescere fungos.

---

TESTIMONIA. 379 sq. 'saepius . . . iter' Charisius I 217 K. 380 sq. 'et bibit i. a.' Seneca nat. qu. I 6, 1 comm. Bern. Lucani IV 81 VIII 313 383 sq. 'et quae . . . Caystri' Servius Aen. VII 701 Probus 44, 11 K. 384 Nonius 382, 14 'rimantur p. Caystri' Servius Aen. VI 599 387 Donatus Ter. eun. III 5, 7 Nonius 32, 29. 317, 8 Macrobius Sat. V 14, 10 388 sq. Servius ge. I 362 schol. Lucani V 556 388 Quintilianus V 9, 15 Isidorus orig. XII 7, 44 Porphyrio et Acro Hor. carm. III 17, 12. 27, 10 Nonius 220, 30 389 schol. Persii V 12 Servius Aen. IV 462 390 sq. 'nec nocturna . . . hiemem' Nonius 252, 2 391 'Vergilius haec testa in georgicis' Charisius I 35 K. 'at Maro testam dixit' Charisius I 145 391 sq. 'testa . . . oleum' Charisius I 65 K. Servius Aen. I 177 IV 254 392 Seneca nat. qu. VII 28, 1

---

VARIA LECTIO. 383 uariae (ſ *suprascr.*) *y* uariaſ (ſ *m.* 2 *in ras.*) *c* uariaſ *b* et quae *ybc, Servius* ADQVE *R* ATQ· *M* atque *Probus* quaeque *Wagnerus lect. Verg.* 387 'iam varias p. v. et quae Asia circum.... Caystri: *haec est vera lectio....nam si* iam variae *legeris, sensus nulla ratione procedit' Servius* 384 caiſtri *y* Cahystri *Nonius* 385 *Alii omnes infinitivos a* videas *pendere voluerunt: quod cui placuerit, poterit etiam in v.* 384 *extremo fortiter distinguere* 386 INVNDAS (M *supra*) *M* INDAM (VN *sup. m.* 2) *R* in undã *y* 388 tunc *Nonius, Isidorus* cum *Servius ad* v. 362 *Post* 389 ET CAPVT OBIECTAT QVERVLVMVENIENTIB· VNDIS· *ima margine col. rubro m. rec. add. M, item y in mg.* (*sed* aut *pro* et) 390 Nec (*ec in ras.*) *b* nec *Nonius* carpenteſ (eſ *in ras.*) *b* 392 PVTRES *Rc*

Nec minus ex imbri soles et aperta serena
prospicere et certis poteris cognoscere signis:
nam neque tum stellis acies obtunsa videtur,
nec fratris radiis obnoxia surgere Luna,
tenuia nec lanae per caelum vellera ferri;
non tepidum ad solem pinnas in litore pandunt
dilectae Thetidi alcyones, non ore solutos
immundi meminere sues iactare maniplos.
at nebulae magis ima petunt campoque recumbunt,
solis et occasum servans de culmine summo
nequiquam seros exercet noctua cantus.
apparet liquido sublimen in aëre Nisus,
et pro purpureo poenas dat Scylla capillo:
quacumque illa levem fugiens secat aethera pinnis,
ecce inimicus atrox magno stridore per auras
insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
illa levem fugiens raptim secat aethera pinnis.
tum liquidas corvi presso ter gutture voces

---

TESTIMONIA. 393 sq. 'et . . . prospicere' Servius Aen. VIII 523 395 sq. Gellius VI 17 395 Servius Aen. III. 517 396 schol. Stat. Theb. II 146 397 Beda de arte metrica VII 249 K. Iuliani exc. V 321 K. schol. Lucani IV 124 'tenuia' cf. Probi inst. art. IV 130 'tenvia ut dixit poeta nubis ire vellera' Terentianus Maurus 755 'tenuia nec l.' Pompeius V 120 K. 399 'dilectae T. a.' Probus 44, 15 K. Arusianus VII 467 K. 400 'inmundi m. s.' de dub. nom. V 590 K. 401 'at . . . petunt' Servius ecl. VI 38 403 Servius ge. I 192 404 Servius Aen. I 118 409 de ult. syll. IV 249 K. 410 sq. 'tum . . . ingeminant' Acro Hor. carm. I 24, 3 'liquidas . . . ingeminant' Diomedes I 418 K. 'liquidas presso de gutture voces corvi aut quater ingeminant' Dositheus VII 423 K. 410 Servius ge. I 388

---

VARIA LECTIO. 393 EXIMBRES *R* 395 tunc *Servius Aen., Gellius* astris *Gellius* OBTVSA *Rγbc*2, *Servius Aen.* I 480 videri *Gellius: cf. prol.* 203 396 fulgere *Schraderus* 397 TENVVIAE *M* ten . uia (u *ut vid. eras.*) *γ* 398 PINNAS (E *supra* I *col. rubro*) *M* pennaſ *bc: cf. prol.* 441 LITORA *M* 399 alcyones: *cf. Lachmannus Lucr.* 165 'ore solutos . . . *alii* soluto ore *accipiunt' Servius* 404 sublimen: *cf. prol.* 446 SVBLIME·S *R* SVBLIMIS *Mγbc, Servius Aen.* AETHERE *R* (*ut* 406 aëra *Arundel.*) 406—409 = *Ciris* 537—540 406 penniſ *c* 409 RATVM (P I *supra*) *M partim de ult. syll.* penniſ *bc*

aut quater ingeminant, et saepe cubilibus altis
nescio qua praeter solitum dulcedine laeti
inter se in foliis strepitant; iuvat imbribus actis
progeniem parvam dulcisque revisere nidos:
haut equidem credo, quia sit divinitus illis
ingenium aut rerum fato prudentia maior;
verum ubi tempestas et caeli mobilis umor
mutavere vices et Iuppiter uvidus austris
denset erant quae rara modo, et quae densa relaxat,
vertuntur species animorum, et pectora motus
nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,
concipiunt: hinc ille avium concentus in agris
et laetae pecudes et ovantes gutture corvi.

Si vero solem ad rapidum lunasque sequentes
ordine respicies, numquam te crastina fallet
hora, neque insidiis noctis capiere serenae.
luna, revertentes quom primum colligit ignis,
si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu,

---

TESTIMONIA. 415 'haut e. c.' ult. syll. IV 247 K. 'haud e.' Marius Victorinus VI 15 K. 418 sq. 'et Iuppiter ... relaxat' Priscianus 838 P. 418 'Iuppiter u. a.' Acro Hor. epod. II 29 419 Servius ge. I 393 Aen. V 20 Eutyches V 482 K. 422 'ille aviūm concentus' Quintilianus V 9, 15 423 Nonius 340, 28 424—426 Seneca epist. 88, 16 427—429 Seneca suasor. III 5 428 Nonius 359, 23 comm. Bern. Lucani V 547

---

VARIA LECTIO. 412 *cf.* IV 55 413 in *eras. c* 414 DVL^S^CEQVE (S *m.* 2 *sup.*) *R* dulceſque *c* 415 divinius *Ioannes Sarisberiensis de nug. cur.* II 2 418 uices *Arundel., Marklandus ad Statii silv.* V 2, 152 ui.aſ (i *et* a *e corr.*), *ut m.* 1 *scriptum fuisse videatur* uiceſ *γ* VIAS *MRbc* VMIDVS *Rγb*, *Prisciani exempl.* 419 DENSET *Rγbc*, *Servii exempl.*: *testantur Priscianus et Eutyches* DEN^A^SET (A *rubr.*) *M* densat *Servius ad* 393 421 Tunc (T *e corr., fort. ex* N) *γ* 422 HIC (N *sup.*) *M* in auris *Schraderus* 424 luna^r^e (e *eras.*) *γ* stellas *Seneca* 426 nec *Seneca* 427 reuertentiſ *γb*1 IGNES *Rbc* 428 OB^O^SCVRAE *M* aer^a^ *γ* aere *Seneca*

maxumus agricolis pelagoque parabitur imber:
at si virgineum suffuderit ore ruborem,
ventus erit; vento semper rubet aurea Phoebe.
sin ortu quarto (namque is certissimus auctor)
pura neque optunsis per caelum cornibus ibit,
totus et ille dies et qui nascentur ab illo
exactum ad mensem pluvia ventisque carebunt,
votaque servati solvent in litore nautae
Glauco et Panopeae et Inoo Melicertae.
sol quoque et exoriens et cum se condet in undas,
signa dabit; solem certissima signa secuntur,
et quae mane refert et quae surgentibus astris.
ille ubi nascentem maculis variaverit ortum

TESTIMONIA. 429 ult. syll. IV 249 K. 430 sq. 'at ... erit' comm. Bern. Lucani V 549 U. 431 'vento . . . Phoebe' comm. Bern. Lucani V 549 U. 'vento rubet a. P.' Quintilianus V 9, 15 432—435 schol. Lucani I 218 432 Isidorus de nat. rer. 38 schol. Germanici p. 112 B. 'sin . . . auctor, lucidus orbis erit' (459) Priscianus 1171 P. 433 Acro Hor. carm. III 10, 8 'si pura . . . ibit' Seneca suasor. III 5 434 Pompeius V 204 K. 'totus . . . dies' Cledonius V 51 K. 437 Probus 44, 26 K. Victorinus VI 27. 30 K. Macrobius Sat. V 17, 19 Gellius XIII 27 Charisius I 14 K. ult. syll. IV 258 K. cf. Meineke anal. Alex. p. 285 'et Inoo M.' Cledonius V 36 K. 'Inoo M.' Dositheus VII 388 K. 438 'et cum . . . undas' Arusianus VII 485 K. 441 sq. 'item idem Virgilius dicit, si sol in ortu suo maculosus sit atque sub nube latens aut si dimidia parte apparuerit, imbres futuros' Isidorus de nat. rer. 38, 4 = schol. Germ. p. 194 B. 'ille . . . nubem' schol. Lucani V 456 441 comm. Bern. Lucani V 544 U.

VARIA LECTIO. 430 AVT *M* aut *schol. Lucani* ora *χ* 432 NEQVE *M* (AM *suprascr.*) 433 nec *χ*, *Acro, Seneca* OBTVNSIS *Rγ*1 obtu.sis *c* OPTVSIS *M* (N *suprascr.*) obtusis *b* 434 NASCETVR *R* 435 carebit *schol. Lucani* 436 ADLITORA *R* 437 Glaucoque *Wagnerus quaest. Verg.* XI 3: *hiatum testatur Charisius* PANOPIAE *M* (AE *suprascr.*) MELICERTE *R* MELICERTI *M* melicertes *Charisii cod.* 438 QVOQ·EXORIENS *M* condit *γ*, *Arusianus* cundet *b*1 439 SEQVVNTVR (V *alt. in ras., fuit fort.* E) *R* SEQVENTVR *Mb*1*c* 440 MAGNAE *m.* 1, *rad. corr. in* MA.N.E *M* AVSTRIS *M* 441 orbem *Bossler*

conditus in nubem medioque refugerit orbe,
suspecti tibi sint imbres; namque urget ab alto
arboribusque satisque notus pecorique sinister.
aut ubi sub lucem densa inter nubila sese
divorsi rumpent radii, aut ubi pallida surget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,
heu male tum mitis defendet pampinus uvas:
tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
hoc etiam, emenso cum iam decedit Olympo,
profuerit meminisse magis; nam saepe videmus
ipsius in voltu varios errare colores:
caeruleus pluviam denuntiat, igneus euros;
sin maculae incipient rutilo inmiscerier igni,
omnia tum pariter vento nimbisque videbis
fervere. non illa quisquam me nocte per altum
ire neque a terra moveat convellere funem.

---

TESTIMONIA. 442 Consentius V 398 K. 'conditus in nubem' explan. in Don. IV 518 K. Pompeius V 275 K. Arusianus VII 485 K. Servius Aen. I 176 II 401 'medioque r. o.' Arusianus VII 505 K. comm. Bern. Lucani V 544 445 Pompeius V 268. 292 K. Servius ge. I 67 'sub . . . sese' Priscianus 1105 P. 445 sq. 'aut . . . radii' Servius Aen. I 662 446 Maximus Victorinus VI 221 K. cf. Lachmannus Lucr. 26 'diversi r. radii' comm. Bern. Lucani V 542 447 Pompeius V 308 K. 448 Asper 111, 9 K. 449 Nonius 208, 7 'quam multa in t.' Terentianus Maurus 1240 'culminibus crepitans sonat horrida grando' (cf. Aen. V 459) Sacerdos VI 511 K. 454—456 'sin . . . fervere' schol. Lucani V 544 454 schol. Bern. app. I 13 455 sq. 'omnia . . . fervere' Nonius 464, 11 456 sq. 'non illa . . . funem' Priscianus 1004 P. 'non . . . ire' Servius ge. II 475 457 ult. syll. IV 240 K.

---

VARIA LECTIO. 442 nube. *c* ore *Bossler.* 443 VRGET ALTO (AB *m. rec. sup.*) *R* 445 ube *γ*1: *cf. prol.* 451 446 diuorſi *χ* DIVERSI *MRγbc* RVMPVNT *R*, *Servii Aen.* I 662 *exempl.* RVMPENTV̇ *M* SVRGIT *Rb*1 448 miteſ *bc* defend^i& *γ* defendit *c* 449 tum *χ* quam *Terentianus Maurus, Nonius* sonat *Sacerdos* 450 etmenſo *b*1 decedet *γbc*

E
454 SI *R* INCIPIVNT *M* INCIPIVNT *Rγ* 455 tunc *Nonius* 457 A *Rγbc, Prisciani codd.* AT *M* ab *de ult. syll.*

N
MOVEAT *M* MONEAT *Rγbc, de ult. syll., Prisciani codd. nisi quod* moneant *Reg.*

at si, cum referetque diem condetque relatum,
lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis,
et claro silvas cernes aquilone moveri.
denique quid vesper serus vehat, unde serenas
ventus agat nubes, quid cogitet umidus auster,
sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
audeat? ille etiam caecos instare tumultus
saepe monet fraudemque et operta tumescere bella.
ille etiam extincto miseratus Caesare Romam,
cum caput obscura nitidum ferrugine texit,
impiaque aeternam timuerunt saecula noctem.
tempore quamquam illo tellus quoque et aequora ponti
obscenaeque canes importunaeque volucres
signa dabant. quotiens Cyclopum effervere in agros
vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,
flammarumque globos liquefactaque volvere saxa!
armorum sonitum toto Germania caelo

---

TESTIMONIA. 459 cf. ad v. 432 460 Augustini regul. V 521 K. 461—463 'denique . . . dabit' schem. lex. 53 H. 461 sq. 'unde serenas . . . nubes; hoc est siccas' Nonius 175, 9 463 'sol . . . dabit' Terentianus Maurus 611 464 sq. 'ille . . . monet' Acro Hor. carm. IV 4, 47 466 Acro Hor. carm. I 2, 1 cf. Suetonii verb. diff. p. 279 R. 467 sq. schol. Lucani I 540 467 Servius Aen. VI 303 468 Orosius hist. VII 4, 14 470 Isidorus orig. I 36, 12 Beda de tropis 381 B. 'inportunaeque v.' schol. Lucani I 558 471 sq. 'quotiens . . . Aetnam' comm. Bern. Lucani I 545 U. 472 schol. Lucani I 545 474 sq. 'armorum . . . audiit' schol. Iuvenal. XI 112 schol. Lucani I 569. 578

---

VARIA LECTIO. 458 CONCEDET (CE *eras.*) *M* 460 cerneſ ſiluaſ *b* 461 uehat *bc*, *veteres* ueat *γ* F$^{V}$ERAT *M* FERAT *R* SERENAS *MRγ*, *schem. lex.*, *testatur Nonius. Potest autem vel haec participii forma haberi, ut satis fiat eis, qui vel* serenans *ut Reiskius, vel* serenus *ut Schraderus scribendum esse statuunt.* ſerenuſ *b1* 462 eurus agat *eidem* 467 obscurum Titan *schol. Lucani* 468 mortem *schol. Lucani* 469 TEMPOR$^{E}$A *M* tempora *c1* PONVS (I *rubr. sup.*) *M* 470 OBSCENI *Rybcψ, Isidorus, Beda* 472 undarum *schol. Lucani* 474 ARMORVMQVE *R* ſonituſ toto *c* ſonitu tota *schol. Iuven.*

audiit, insolitis tremuerunt motibus Alpes.
vox quoque per lucos volgo exaudita silentis
ingens, et simulacra modis pallentia miris
visa sub obscurum noctis, pecudesque locutae —
infandum! sistunt amnes terraeque dehiscunt,
et maestum inlacrimat templis ebur aeraque sudant.
proluit insano contorquens vertice silvas
fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes
cum stabulis armenta tulit. nec tempore eodem
tristibus aut extis fibrae apparere minaces
aut puteis manare cruor cessavit, et altae
per noctem resonare lupis ululantibus urbes.
non alias caelo ceciderunt plura sereno
fulgura, nec diri totiens arsere cometae.
ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi;

---

TESTIMONIA. 475 'insolitis . . . Alpes' schol. Lucani I 553 Isidorus de nat. rer. 46 476 sq. 'vox . . . ingens' schol. Lucani I 569 476 schol. Lucani I 578 478 sq. 'pecudesque l. infandum' explan. in Don. IV 562 K. Victorini ars VI 204 comm. Bern. Lucani I 561 U. 480 'aeraque s.' Pompeius V 177 K. schol. Lucani I 557 481 sq. 'proruit . . . Eridanus' Acro Hor. carm. IV 4, 66 482 'fluviorum r. E.' Cledonius V 30 K. Beda VII 249 K. Marius Victorinus VI 67 K. Servius in Donatum IV 425 H. Diomedes I 500 K. Pompeius V 121 K. Servius Aen. II 16 VI 659 VIII 77 485 schol. Statii Theb. IV 374 485 sq. 'et . . . urbes' schol. Lucani I 560 487 sq. schol. Lucani I 529 'non . . . fulgura' Isidorus de nat. rer. 30 488 'nec . . . cometae' Isidorus de nat. rer. 26 489 sq. schol. Lucani I 694

---

VARIA LECTIO. 475 AVDIT *R* MONTIB·*M* MOTIBVS (N *m.* 2) *R* mo.tibuſ *b* montibus *Isidori codd.* 476 SILENTES *Myb* 479 nefandum *Victorinus* manes *refutat schol. Bern.* 481 proruit *Acro* prosiluit *π*, *unde* prosilit *coni. Kvičala* 482 $\overset{\text{o}}{\text{N}}$ *in mg. M: cf. prol.* 162 484 minaciſ *γ*1 485 alte *schol. Lucani* 486 noctis *schol. Lucani in Voss. I* 487 CAELO *sup. M* ſereno *γ*1 ſinistro *γ*2 488 fulgora *c*

nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam et latos Haemi pinguescere campos.
scilicet et tempus veniet, cum finibus illis
agricola incurvo terram molitus aratro
exesa inveniet scabra robigine pila,
aut gravibus rastris galeas pulsabit inanis,
grandiaque effossis mirabitur ossa sepulchris.
di patrii indigetes et Romule Vestaque mater,
quae Tuscum Tiberim et Romana Palatia servas,
hunc saltem everso iuvenem succurrere saeclo
ne prohibete! satis iam pridem sanguine nostro
Laomedonteae luimus periuria Troiae;
iam pridem nobis caeli te regia, Caesar,
invidet atque hominum queritur curare triumphos;
quippe ubi fas versum atque nefas: tot bella per orbem,
tam multae scelerum facies; non ullus aratro
dignus honos, squalent abductis arva colonis,
et curvae rigidum falces conflantur in ensem.
hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum;
vicinae ruptis inter se legibus urbes
arma ferunt; saevit toto Mars impius orbe:
ut cum carceribus sese effudere quadrigae,

TESTIMONIA. 491 sq. 'nec . . . Emathiam' comm. Bern. Lucani I 694 U. 'bis . . . campos' schol. Lucani VII 853 492 Probus 45, 5 K. 499 Acro Hor. carm. III 7, 28 501 sq. 'satis . . . Troiae' Servius Aen. I 2 504 Priscianus 1166 P. 506 sq. 'non . . . honos' Servius ge. IV 326 Aen. VI 103 508 Nonius 380, 25 Servius Aen. XII 304 'recoquunt patrios fornacibus enses (Aen. VII 636) et curvae . . . ensem' Macrobius Sat. VI 1, 63 509 'hinc movet Euphrates' ult. syll. IV 260 K. 510 sq. Servius ecl. IV 13 • 512—514 Quintilianus VIII 3, 78 512 'sese effudere quadrigae' Marius Victorinus VI 27 K.

VARIA LECTIO. 491 superi *Marklandus ad Statii silv.* III 5, 68 *coni. Servio* 'superis: *quasi exclamatio est ad deos*' (superi *igitur Servium legisse recte conclusit Marklandus*) 496 INANES *Rc* 498 PATRI *M* 500 SALTIM *R* 506 IAM *M* 507 dignus] cessit *Servius Dan. Aen.* VI 103 508 formantur *Nonius, Servius Dan. Aen.* XII 304 510 SESE *R* 511 improbus *Servius ecl.* IV 13

addunt in spatia, et frustra retinacula tendens
fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

---

TESTIMONIA. 513 sq. 'et frustra . . . abenas' Nonius 406, 11 514 Servius Aen. XII 287 'fertur e. a.' schol. Iuvenal. XIV 231 'neque audit c. h.' Donatus Ter. hecyr. I 2, 3 comm. Bern. Lucani III 594 U.

---

VARIA LECTIO. 513 addunt in spatia $\gamma$2, *Servii praeter Vat. exempl.: cf. prol.* 65 ADDVNT SPATIA *R* ADDVNT$^{\text{IN}}$SPATIO$^{\text{A}}$ (*suprascr. col. rubro*) *M* addunt ī spatio $\gamma$1, *Servii Vat., schol. Bern., Quintiliani Bern. et Bamb.* (in spatio addebant *Silii Italici* XVI 373 *libri*) addunt se in spatia *c*$\chi$ ardent, in spatia *Schraderus* addunt se spatio *coni. Wagnerus* 514 ABENAS *R*, *Nonius: cf. prol.* 422

P̃ VERGILI MARONIS GEORGICON · LIB̃ · I EXP̃L · // INCIPIT LIB̃ · II FELICITER · *M* VERGILI MARONIS GEORGICA//LIB · ·I· EXPLIC INCIP//LIB · ·II· *R* EXPLICIT LIBER · I · INCIP̃ LIBER II GEORGICON $\gamma$ *Nulla subscriptio in bc*

## P. VERGILI MARONIS

# G E O R G I C O N

## LIBER SECVNDVS

Hactenus arvorum cultus et sidera caeli;
nunc te, Bacche, canam, nec non silvestria tecum
virgulta et prolem tarde crescentis olivae.
huc, pater o Lenaee (tuis hic omnia plena
muneribus, tibi pampineo gravidus autumno
floret ager, spumat plenis vindemia labris),
huc, pater o Lenaee, veni, nudataque musto
tingue novo mecum dereptis crura coturnis.
tuque ades inceptumque una decurre laborem, 39
o decus, o famae merito pars maxima nostrae. 40
non ego cuncta meis amplecti versibus opto, 42
Maecenas, pelagoque volans dare vela patenti, 41

TESTIMONIA. 1 sq. 'hactenus . . . canam' Arusianus VII 512 K. 1 Priscianus p. 982 P. Isidorus orig. I 33, 6 Nonius 377, 26 'hactenus a. c.' Sacerdos VI 429 K. Columella de r. r. III 1 ult. syll. IV 260 K. 2 Sacerdos VI 538 K. 'nunc . . . canam' Probus 45, 11 K. 3 'prolem . . . olivae' Charisius I 99 K. 'tarde c. olivae' Servius ge. II 181 4—7 'huc . . . veni' de schem. lex. p. 49 H. 4 (7) 'huc ades, o Lenaee' Macrobii exc. Parisina V 618 K. 4 sq. 'Iovis omnia p. m.' (cf. ecl. III 60) Arusianus VII 497 K. 5 de ult. syll. IV 257 K. 5 sq. 'tibi . . . ager' Acro ad Hor. epist. I 5, 7 7 'huc . . . Lenaee' Servius ecl. VIII 5 8 Servius Aen. XII 358 'cothurnis' cf. Probus 45, 16 K. 40 'o decus' ult. syll. IV 222 K. 41 Diomedes I 462 K. 'pelagoque . . . patenti' Servius et schol. Bern. ge. IV 117

VARIA LECTIO. 1—215 *def. R* 4 hic] haec *b* 8 dereptis *Mentel. pr., schol. Bern. cf. prol.* 355 DIREPTIS *Mγabc* *Post v.* 8 *cum Hanovio* 39—46 *collocari suasi prol.* 45 *sq., nec de sententia moverunt adversarii* 42. 41 *sic collocavit Peerlkampus* 42 uorſibuſ *a*1 41 uolens *χ*, *Diomedis Par.* volans *Servius et schol. Bern.* dare *Peerlkampus* DA *libri et testes veteres, qui mire ineptiunt* petenti *γ*, *Diomedis Monac.*

non, mihi si linguae centum sint oraque centum,
ferrea vox. ades et primi lege litoris oram;
in manibus terrae: non hic te carmine ficto
atque per ambages et longa exorsa tenebo.

Principio arboribus varia est natura creandis.
namque aliae nullis hominum cogentibus ipsae
sponte sua veniunt camposque et flumina late
curva tenent, ut molle siler lentaeque genistae,
populus et glauca canentia fronde salicta;
pars autem posito surgunt de semine, ut altae
castaneae, nemorumque Iovi quae maxima frondet
aesculus atque habitae Grais oracula quercus.
pullulat ab radice aliis densissima silva,
ut cerasis ulmisque; etiam Parnasia laurus
parva sub ingenti matris se subicit umbra.
hos natura modos primum dedit, his genus omne
silvarum fruticumque viret nemorumque sacrorum.

---

TESTIMONIA. 43 Asper 114, 22 schol. Persii I 29 44 'ades . . . oram' explan. in Don. IV 554 K. Servius et schol. Bern. ge. IV 117 'et . . . oram' Servius Aen. III 690 45 sq. Seneca de benef. VII 1 'non hic . . . ambages' Nonius 309, 19 46 'atque p. ambages' ult. syll. IV 254 K. 9 Charisius I 215 K. 10 sq. 'nullis . . . veniunt' Columella de r. r. III 1 'placet igitur sicuti Vergilio nobis quoque duo esse genera surculorum, quorum alterum sua sponte gignitur, alterum cura mortalium procedit' idem de arboribus I 2 12 'ut molle s.' Augustini regul. V 500 K. 'molle s.' Isidorus orig. XVII 7, 74 'lentaeque g.' schol. Hor. epod. XV 6 'ut . . . genistae' Servius Aen. XII 766 12 sq. 'molle siler lentaeque g. p. et g. c. f. s.' Asper 114, 1 13 'salicta' cf. Servius georg. II 112 14 'pars . . . semine' Asper 113, 26 16 'atque . . . quercus' Probus 26, 26. 45, 19 K. 18 sq. 'apud Vergilium quoque subicit verbum produci a plerisque audio: etiam Parnasia . . . umbra' Gellius IV 17, 5 'laurus . . . umbra' Arusianus VII 509 K. 18 Probus 45, 23 K. 19 Priscianus 648 P. Servius Aen. XII 209

---

VARIA LECTIO. 43 *sq.* non . . . vox = *Aen.* VI 625 *sq.*
44 ${}^{i}$.oram *c* oras *Nonius* 45 *de incpta quadam distinctione vid. schol. Bern.* ficto *testatur Nonius cum Servio et schol. Bern.* longo *Seneca* 12 geneſtae *ablc* 15 frondent *Reiskius* 19 ſubicit *yabc, Gellius, Prisciani exempl.: cf. prol.* 174 SVBIGIT *M*
21 viret] VIRVMVIRET *M*

Sunt aliae, quas ipse vias sibi repperit usus.
hic plantas tenero abscindens de corpore matrum
deposuit sulcis, hic stirpes obruit arvo
quadrifidasque sudes et acuto robore vallos.
silvarumque aliae pressos propaginis arcus
expectant et viva sua plantaria terra;
nil radicis egent aliae, summumque putator
haut dubitat terrae referens mandare cacumen.
quin et caudicibus sectis (mirabile dictu)
truditur e sicco radix oleagina ligno.
et saepe alterius ramos impune videmus
vertere in alterius mutatamque insita mala
ferre pirum, et prunis lapidosa rubescere corna. 34

Sponte sua quae se tollunt in luminis oras, 47
infecunda quidem, sed laeta et fortia surgunt;
quippe solo natura subest. tamen haec quoque, siquis
inserat aut scrobibus mandet mutata subactis,
exuerint silvestrem animum, cultuque frequenti
in quascumque voles artes haut tarda sequentur.

TESTIMONIA. 23 sq. 'hic . . . sulcis' Philargyrius ge. II 288 24 'deposuit s.' Arusianus VII 466 K. 25 'acuto r. vallos' schol. Bern. georg. I 264 26 Servius ge. I 187 'pressos p. arcus' Consentius V 347 K. 26 sq. 'flexos propaginis a. expectant' Servius Aen. IV 231 28 exempl. cod. Vat. 132 K. 'nil . . . aliae' Arusianus VII 469 K. 31 Servius ge. II 63 exempl. cod. Vat. 133 K. 'radix generis feminini, ut illud in radice oleagina' de dub. nom. V 589 K. 32 sq. 'et saepe . . . in alterius' Priscianus 1009 P. ult. syll. IV 249 K. 33 sq. 'mutatam . . . pirum' Priscianus 900. 901. 908. 929 P. 49—51 'tamen . . . animum' Priscianus 1150 P. 49 'quippe . . . subest' ult. syll. IV 252 K. 50 'aut . . . subactis' Nonius 401, 4 51 'exuerint s. animum' Macrobius Sat. VI 6, 17 Servius ge. II 239

VARIA LECTIO. 22 aliae quas ipse vias *Scaliger proleg. in Manil. p.* 9 ALIE[A], QUOS[A] IPSE UIA *M* alii quoſ ipſa uia *γ* alii quoſ ipſe uia *abcψ*, *schol. Bern.* via *Servius* 23 abſcidenſ *γc* 24 HINC (N *lin. rubr. transf.*) *M* ſtirpiſ *a* 25 VIDES[S] (*ut vid.*) *M* 26 pressos] flexos *Servius in Aen.* IV 231 praeciſos (*ortum ex* praessos) *Consentii Bern.* 33 mutataq: *a* naturam, atque[AV] *Heinsius* 47 ORAS *M: cf. Aen.* VII 660 *Ennius ann.* 118. 165 araſ[u] *γ* auraſ *abc* 50 et *b* 52 VOLES *M* uoceſ · (c *corr. in* l) *γ* uoceſ *abc* artiſ *b*

nec non et sterilis quae stirpibus exit ab imis
hoc faciat, vacuos si sit digesta per agros:
nunc altae frondes et rami matris opacant
crescentique adimunt fetus uruntque ferentem.
iam quae seminibus iactis se sustulit arbos,
tarda venit seris factura nepotibus umbram,
pomaque degenerant sucos oblita priores,
et turpis avibus praedam fert uva racemos.
scilicet omnibus est labor impendendus, et omnes
cogendae in sulcum ac multa mercede domandae.
set truncis oleae melius, propagine vites
respondent, solido Paphiae de robore myrtus;
plantis ecdurae coryli nascuntur et ingens
fraxinus Herculeaeque arbos umbrosa coronae
Chaoniique patris glandes, etiam ardua palma
nascitur et casus abies visura marinos.

Inseritur vero et nucis arbutus horrida fetu,

---

TESTIMONIA. 53 ult. syll. IV 254 K. Servius ge. I 171 57 Servius Aen. II 615 58 Seneca epist. 86, 15 'seris . . . umbram' comm. Bern. Lucani VII 207 U. 59 Macrobius Sat. VI 6, 18 Arusianus VII 495 K. 61 sq. 'omnibus . . . domandae' Philargyrius ge. II 288 63 Charisius I 99 K. ('set t. o.' in cod. non apparent) 63 sq. 'melius . . . respondent' ult. syll. IV 260 K. 64 'solido . . . myrtus' Probus 46, 11 K. 66 'Herculeae . . . coronae' Probus 46, 15 K. 67 'Chaoniique p. glandes' Probus 26, 28 'Chaoniique p.' ult. syll. IV 227 K. 68 'et casus a. v. m.' Isidorus orig. XVII 7, 32 'casus abies v. m.' ult. syll. IV 261 K. 69—72 'quippe cum Vergilius insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat' Plinius n. h. XV 57 69 ult. syll. IV 228 K. Maximus Victorinus de ratione metrorum VI 222 K. 'arbutus h.' Macrobius Sat. V 14, 4

---

VARIA LECTIO. 53—260 *id est* 4 *folia hic omissa: sequuntur* E 53—211 *post* 293: *γ* 54 FACIAT *M* faciet *γac* 56 Creſcentiſ *b*1 57 Nam *γ*1*abc*, *schol. Bern.* iam *testatur Serv. Dan.* 59 prioriſ *χ* 60 turpeſ *γbc* AVIDVS (B *supra* D) *M* 65 ETDVRAE *Mγabcψ* edurae *χ* 'et durae . . . *alii* edurae *legunt' Servius, item schol. Bern.* 69 ET FETV NVCIS ARBVTVS HORRIDA (*signis rubris suprap.*) *M*, *Servius* ex foetu nuciſ arbutuſ orrida *γ* et fetu nuciſ arbutuſ horrida *abc* ex fetu nucis a. hor-

et steriles platani malos gessere valentes,
castaneae fagos; ornusque incanuit albo
flore piri, glandemque sues fregere sub ulmis.
nec modus inserere atque oculos imponere simplex.
nam qua se medio trudunt de cortice gemmae
et tenuis rumpunt tunicas, angustus in ipso
fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen
includunt udoque docent inolescere libro.
aut rursum enodes trunci resecantur, et alte
finditur in solidum cuneis via, deinde feraces
plantae immittuntur: nec longum tempus, et ingens

---

TESTIMONIA. 70—72 'malos . . . piri' Priscianus 832 P. 74 - 77 'Vergiliana' (inoculatio) 'quaerit sinum in nodo gemmae expulsi corticis gemmamque ex alia arbore includit' Plinius n. h. XVII 100 74 'medio cortice' Quintilianus I 5, 35 76 sq. 'huc . . . includunt' Arusianus VII 478 K. 77 'udoque . . . libro' Nonius 62, 30. 451, 22 Servius Aen. VI 738 schol. Med. ecl. X 67 78 'Vergilius e cacumine inseri vetat' Plinius n. h. XVII 105, siquidem is recte creditur huc spectare: cf. 300 'enodes t.' Albini orthographia VII 301 Servius ge. II 65 79 sq. 'deinde . . . inmittuntur' Augustini regul. V 519 K. 80 sq. 'nec . . . arbos' Nonius 339, 20

---

VARIA LECTIO.

rida *de ult. syll., Victorinus. 'versus dactylicus. nam male quidam* horrens *legunt' Servius, item schol. Bern.: cf.* III 449 *et Lachmannus in Lucr.* 81 70 STERILIS *M* mali$^{o}$ſ *b* ualentiſ *a* 71 castaneas fagus *Scaliger prol. ad Manil.* 9 FAGOS *Mγab, Servius* fagus *Prisciani exempl., fortasse ut nominativus sit.* platani malos gessere valentes, Castaneae fagos; ornusque incanuit albo *Servius* platani m. g. valentes Castaneae; fagos ornusque i. a. *alii teste eodem* platani m. g. valentes; Castaneae fagos, ornusque i. a. *'ut similiter fagos nominativus sit' alii teste eodem, etiam Philargyrius ut videtur, qui narrat alios legere:* platani malos, gessere valentes Castaneae fagos, *ut illic subintelligas* inserit, *in sequenti hypallage sit; et hanc etiam schol. Bern. statuit.* VALENTIS (I *corr. in* E) | CASTANEAE·FAGOS·ORNUSQ·INCANUIT ALBO *M* fagus *nominativum pluralem interpretatur Wagnerus quaest. Verg.* XII 14 ornusque] ulmusque *Par. R, Bamb. Bong. Prisc. cerasis ulmum inseri teste Vergilio utitur Plinius, fortasse v.* 18 *significans* 72 glandeſ *γ* 75 tenueſ *γb* 76 alienum *Arusianus* 78 E$^{NO}$DES *M*

exilit ad caelum ramis felicibus arbos
miraturque novas frondes et non sua poma.

Praeterea genus haut unum nec fortibus ulmis
nec salici lotoque neque Idaeis cyparissis,
nec pingues unam in faciem nascuntur olivae,
orchades et radii et amara pausia baca
pomaque et Alcinoi silvae, nec surculus idem
Crustumiis Syriisque piris gravibusque volaemis.
non eadem arboribus pendet vindemia nostris,
quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos;
sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides albae,
pinguibus hae terris habiles, levioribus illae,

---

TESTIMONIA. 81 Nonius 302, 4 schol. Hor. epod. II 14 Servius Aen. IV 228 schol. Bern. ge. II 368 82 Servius ge. I 103 Porphyrio Hor. epod. XVI 46 83 'praeterea g.' ult. syll. IV 220 K. 'praeterea . . . unum' ult. syll. IV 250 K. 84 'Idaeis c.' Probus 46, 20 K. 85 Charisius I 99 K. 86 'genera earum' (olivarum) 'tria dixit Vergilius, orchites et radios et posias, nec desiderare rastros aut falcis ullamve curam' (cf. 420 sq.) Plinius n. h. XV 4 Probus 47, 3 K. 'orchades et r.' Probi cath. IV 22 K. 87 'pomaque . . . silvae' Probus 47, 7 K. Servius ge. I 187 vetus interpretamentum Prisciani 735 P. 88 'praeterea dixit volema Vergilius a Catone sumpta' Plinius n. h. XV 56 89 sq. Probus 47, 13 K. 89 Donatus Ter. eun. II 3, 21 Servius ge. I 2 Aen. VII 1 90 Acro Hor. carm. I 17, 21 91–93 'dixit Vergilius Thasias et Mareotidas et lageas complurisque externas' (vites), 'quae non reperiuntur in Italia' Plinius n. h. XIV 39 91 Probus 47, 19 K. 'sunt et M. albae' comm. Bern. Lucani X 161 U. 'et Mareotides a.' schol. Lucani IX 154 schol. Hor. carm. I 37, 14 92 'pinguibus . . . habiles' Acro Hor. carm. II 12, 22

VARIA LECTIO. 81 exilit *γ*, *Nonius* 302, 4 EXIIT *Mabc*, *Servius Aen.* IV 228, *schol. Bern.*, *schol. Hor.* exit *Lachmannus in Lucr.* 209 82 MIRATASQ· (VR T supra) (*corr. col. rubro,* S *vid.* E *fuisse*) *M* miratastque *voluisse videtur: item* miratasq: *bc*, *Porphyr. Mon.*, *Servii φ* mirata estque *γ* '*sane* miratastque *legendum est, ut stet versus*' *Servius: sed vide Wagneri var. lect. ad ge.* I 142 mirata. s. q: *a* mirata usque *Wagnerus* 86 orcades *γ* orchades *etiam Probus* 88 CRVSTVMIS (I supra) *M* crustumii (s supra) *b* SURIS (I supra) *M* syri (is *sup.*) *b* 89 pendet *ybc*, *Servius Probus Donatus* PENDENT *Ma1* 90 quamue *schol. Hor.* 92—104 *extant in V* (*fol.* 236 *a*)

et passo psithia utilior tenuisque lageos
temptatura pedes olim vincturaque linguam,
purpureae preciaeque, et quo te carmine dicam,
Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis.
sunt et Aminneae vites, firmissima vina,
Tmolius adsurgit quibus et rex ipse Phanaeus;
argitisque minor, cui non certaverit ulla
aut tantum fluere aut totidem durare per annos.
non ego te, dis et mensis accepta secundis,
transierim, Rhodia, et tumidis, bumaste, racemis.

---

TESTIMONIA. 93 cf. schol. Veron. 76, 18 K. 'et . . . utilior' Nonius 370, 10 'psithia' Probus 47, 22 K. 'tenuisque l.' Probi cath. IV 19 K. 'lageos' Probus 47, 22 K. 93 sq. 'tenuisque . . . linguam' Donatus Ter. eun. IV 3, 13 Nonius 411, 18 94 Donatus Ter. eun. IV 5, 1 schol. Veron. p. 76, 24 K. 95 'pretiae et purpureae' Probus 47, 22 K. 'purpureae preciaeque' Acro Hor. epod. II 20 95 sq. 'et quo . . . Falernis' Seneca nat. qu. I 11, 2 Acro Hor. carm. I 20, 11 96 'in Veronensi item Raetica Falernis tantum postlata a Vergilio' Plinius n. h. XIV 67 'nec . . . Falernis' Arusianus VII 459 K. Acro Hor. carm. I 20, 10. 27, 9 97 Priscianus 1100 P. 98 schol. Veron. 77, 3 K. Probus 47, 24 K. schol. Lucani VIII 195 Servius ecl. VI 66
99 cf. schol. Veron. 76, 25 K. 'arceraca Vergilio argitis dicta' Plinius n. h. XIV 35 'argitisque m.' Donatus Ter. eun. III 3, 23
101 sq. 'non . . . Rhodia' Acro Hor. carm. IV 5, 31 102 cf. schol. Veron. 76, 27 K.

---

VARIA LECTIO. 93 ĠALAGEOS (GA *eras., sed* G *non prorsus certum*) *M* LAG . . OS *V* 95 PRAECIAE *Myb* '*unde et* praeciae *dictae sunt quasi* praecoquae' *Servius. Item* praeciae *Plinius nat. hist.* XIV 2, 29 nomine *Seneca* carmine *testatur Servius* 96 adeo χ, *Arusianus* ideo *Servius* 97 SVNTET AMINNEAE *M*, *Prisc. Reg.* ſunt & am . nee *a*1 ſunt &iam[mi]anee *a*2 ſunt et amineae γ, *Prisciani* φ (aminaeae *rel.*) ſunt et ammineae χ (amminio vino *Probi* 47, 25 *exempl., et Ausonius epist.* XVIII 31) ſunt &iam amineę *c* sunt etiam Ammineae *Manutius.* '*sane* aminneum *dici versus probat, qui stare non potest, si* amineum *dixerimus*' *Servius. Cf. de* aminea vite *C. F. Weberi de vino Falerno diss. p.* 8 *sq.* 98 TMOLIVS *Vb, Probus, Servius, schol. Lucani* T·MOLIVS (T *col. rubro add.*) *M* Molliuſ γ1 Moliuſ γ2 Timolus *et* Tmolus χ Tmolus et *Naugerius* adsurget *Probus* Phanaeus ψ, *schol. Veron., Servius, schol. Lucani* PHANEVS *Myabc*, *Probi exempl.*
99 qui *b*1 100 *totus legi potuit in V* 102 ḂVMASTE (*erasa una littera supra* B, *fortasse* H *aut* R) *M*

set neque quam multae species, nec nomina quae sint,
est numerus: neque enim numero comprendere refert;
quem qui scire velit, Libyci velit aequoris idem
discere quam multae zephyro turbentur harenae,
aut ubi navigiis violentior incidit eurus,
nosse quot Ionii veniant ad litora fluctus.

Quare agite o proprios generatim discite cultus,
agricolae, fructusque feros mollite colendo,
neu segnes iaceant terrae. iuvat Ismara Baccho
conserere atque olea magnum vestire Taburnum.

Nec vero terrae ferre omnes omnia possunt.
fluminibus salices crassisque paludibus alni
nascuntur, steriles saxosis montibus orni;
litora myrtetis laetissima; denique apertos
Bacchus amat colles, aquilonem et frigora taxi.
aspice et extremis domitum cultoribus orbem
Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos:

TESTIMONIA. 103 'quamquam videmus Vergilium, praecellentissimum vatem, ea de causa hortorum dotes fugisse et in his quae rettulit flores modo rerum decerpsisse, beatum felicemque gratiae quindecim omnino generibus uvarum nominatis, tribus oleae, totidem pirorum, malo vero tantum Assyrio, ceteris omnibus neglectis' Plinius n. h. XIV 7   104—106 'neque . . . harenae' Columella de r. r. III 2, 29   105 sq. Ammianus Marcellinus XXXI 4 Acro Hor. carm. I 28, 1   105 cf. schol. Veron. 77, 5 K.   106 'harena dicitur quod haereat, et arena quod areat; gratius tamen cum adspiratione sonat. et cum pluralem non habeat, Vergilius tamen ait: quam . . . harenae' Charisius I 103 K.   108 'Ionios f.' Probus 48, 1 K.   35 sq. 'cultus . . . colendo' Porphyrio ad Hor. serm. II 2, 66   36 'fructusque . . . colendo' Nonius 250, 6 Macrobius Sat. VI 6, 17 schol. Cruq. Hor. serm. II 2, 66   37 sq. 'iuvat . . . conserere' Nonius 270, 25 Servius Aen. X 350 'iuvat Ismara Baccho c. a. o. m. v. T.' Asper 114, 28 'iuvat . . . Taburnum' Probus 46, 1 K.   109 Columella de r. r VII 2, 2   112 cf. schol. Veron. 77, 7 K. 'litora m. l.' Isidorus orig. XVII 7, 50 Servius Aen. V 801   112 sq. 'denique . . . colles' Servius et schol. Bern. ge. II 273   115 Probus 48, 3 K. 'pictosque G.' schol. Veron. 77, 11

VARIA LECTIO. 105—117 *V fol.* 236, *b*   105 quem ſi *γ*   106 diſcere *a2ψ*, *Columella*, *Ammianus Marcellinus* DICERE *MVa1bγ* Di^ſcere *c*   turbantur *χ*, *Charisii cod.* trudentur *Ammiani Marcellini Colb.* uerſentur *Columellae libri exc. Goes.*   108 IONI *V*   35—38 *post v.* 108 *locum habere demonstravi in proleg. p.* 46 *sq.*   35 O *interpos. M, om. c*   36 cultus *Macrobius, schol. Hor.* mollire *Macrobius*   37 Ne^u *b*   115—117 *integri legi possunt in V*

divisae arboribus patriae. sola India nigrum
fert hebenum, solis est turea virga Sabaeis.
quid tibi odorato referam sudantia ligno
balsamaque et bacas semper frondentis acanthi?
quid nemora Aethiopum molli canentia lana,
velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?
aut quos Oceano propior gerit India lucos,
extremi sinus orbis, ubi aëra vincere summum
arboris haut ullae iactu potuere sagittae?
et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.
Media fert tristis sucos tardumque saporem
felicis mali, quo non praesentius ullum,
pocula siquando saevae infecere novercae,

---

miscueruntque herbas et non innoxia verba

TESTIMONIA. 116 sq. 'unam e peculiaribus Indiae Vergilius celebravit hebenum, nusquam alibi nasci professus' Plinius n. h. XVII 17 'India . . . hebenum' comm. Bern. Lucani X 117 U. 117 'fert h.' schol. Veron. 77, 15 K. 'hebenum' Probus 48, 6 K. 'solis . . . Sabaeis' Servius ge. II 115 Isidorus orig. IX 2, 14 119 cf. Probus 48, 7 K. 120 sq. Probus 48, 10 K. 120 Nonius 346, 27 121 'tenuia' cf. Probi inst. art. IV 130 K. 123 cf. schol. Lucani III 246 123 sq. 'ubi . . . sagittae' Nonius 241, 24. 418, 17 comm. Bern. Lucani III 246 U. 124 'arboris h. ullae' ult. syll. IV 260 K. 125 Diomedes I 417 K. Dositheus VII 422 K. Acro Hor. carm. III 4, 35 126—129 'Media . . . mali' et in sequentibus: 'pocula . . . herbas' Nonius 345, 18 126 sq. 'Media . . . mali' Probus 48, 16 K. 'arborem felicis m.' Servius ge. IV 271 126 Nonius 410, 21 'Medica arbor' Isidorus orig. XVII 7, 8 127 Macrobius Sat. III 19, 3 'quo non p. u.' Donatus Ter. Phorm. II 2, 31

VARIA LECTIO. 117 SABEIS *Vyc* 120 candentia *Probi Paris. et ed. Egnatii* 121 'depectant, *decerpant. sed alii* depectat *legunt: quod si est,* Seres *posuit pro* Ser' *Servius* TENVIA *M cf. prol.* 449 122 PROPRIOR *Myalb: cf. prol.* 443 123 ORIS (B *sup.*) *M* a.ra. *a2 in ras.* aethera *a1?* aëra *Servius et schol. Bern.* 124 ARBOREB· (IS) *M* AVT *Myb1, de ult. syll. Bob.* ullo *Nonius* 241, 24 125 haud *Acro* 126 triſteſ *b* 127 QUOÐ *M* praestantius *Macrobius* praesentius *testatur Donatus* 128 *sq. deest in Goth. sec.* 128 A *in mg. M* 129 = III 283 *addita in mg.* B *infra scripta in M: habent yabc, interpretatur Servius.* miscueruntque herbas *Nonius habet. Eieci versum cum editore Parmensi lect. Verg.* 4

auxilium venit ac membris agit atra venena.
ipsa ingens arbos faciemque simillima lauro;
et, si non alium late iactaret odorem,
laurus erat: folia haut ullis labentia ventis;
flos ad prima tenax; animas et olentia Medi
ora fovent illo et senibus medicantur anhelis.

Set neque Medorum silvae ditissima terra
nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus
laudibus Italiae certent, non Bactra neque Indi
totaque turiferis Panchaia pinguis harenis.
haec loca non tauri spirantes naribus ignem
invertere satis immanis dentibus hydri,
nec galeis densisque virum seges horruit hastis;
set gravidae fruges et Bacchi Massicus umor
implevere; tenent oleae armentaque laeta.
hinc bellator equos campo sese arduus infert;
hinc albi, Clitumne, greges et maxima taurus

---

TESTIMONIA. 130 'ac . . . venena' Nonius 243, 28 Servius Aen. IV 245 131 'faciemque s. l.' Charisius I 136 K. Arusianus VII 507 K. Isidorus orig. I 36, 6 132 ult. syll. IV 249 K. 134 'flos ad p. t.' Arusianus VII 455 K. 134 sq. 'animas . . . anhelis' Nonius 233, 3 135 cf. Isidorus orig. XVII 7, 8 'et . . . anhelis' Priscianus 792. 1162 P. Arusianus VII 492 K. 136—139 Donatus Ter. Phorm. II 1, 14 137—139 Probus 48, 23 K. 139 schol. Persii III 74 Servius ge. II 115 schol. Bern. georg. IV 379 140 sq. Acro Hor. epod. XVI 59 141 sq. 'satis . . . densisque' schol. Iuvenal. XIV 241 'satis . . . hastis' comm. Bern. Lucani IV 549 U. 141 'satis . . . hydri' schol. Lucani IV 550 146 sq. Probus 48, 29 K. 'hinc . . . victima' Acro Hor. carm. saec. 49 'et maxima t. v.' Acro Hor. carm. IV 2, 53 146 'hinc . . . greges' schol. Iuven. ined. XII 12 Hoehler

---

VARIA LECTIO. 130 C *in mg. M* ac] et *Nonius, Servii Aen.* IV 246 *Bern.* ac (c *in ras.*) *b* 131 arbor *γc* LAVRO·S *M* 136 TERRA$^{B\ G\ N}$ *M* 138 certet$^{N}$ *b* nec *Donatus* 140 ſpirantiſ *a* igneſ (ſ *m. ead. in* m *corr.*) *γ* 141 HYDRIS *M* 144 OLEAE$^{Q\cdot}$ (Q *rubr.*) *M* sarmentaque *ed. Argent.* arbustaque *Schraderus* 145 bellator equoſ$^{v}$ *b* BELLATOREQVVS *Myac* ALBICLITVMQVVS *P* 146 albi Clitumne] BELLATOREMNE *P*

victima, saepe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
hic ver adsiduum atque alienis mensibus aestas:
bis gravidae pecudes, bis pomis utilis arbos.
at rabidae tigres absunt et saeva leonum
semina, nec miseros fallunt aconita legentis,
nec rapit immensos orbis per humum, neque tanto
squameus in spiram tractu se colligit anguis.
adde tot egregias urbes operumque laborem,
tot congesta manu praeruptis oppida saxis
fluminaque antiquos supter labentia muros.
an mare quod supra memorem, quodque adluit infra?
anne lacus tantos? te, Lari maxime, teque,
fluctibus et fremitu adsurgens Benace marino?
an memorem portus Lucrinoque addita claustra
atque indignatum magnis stridoribus aequor,
Iulia qua ponto longe sonat unda refuso
Tyrrhenusque fretis immittitur aestus Avernis?
haec eadem argenti rivos aerisque metalla
ostendit venis atque auro plurima fluxit.

TESTIMONIA. 148 ult. syll. IV 238 K. 149 schol. Cruq. Hor. carm. II 6, 17 150 Acro Hor. carm. I 22, 3 151 sq. 'at . . . semina' Acro Hor. carm. I 22, 15 152 'nec . . . legentes' Probus 48, 32 K. Servius ecl. IV 24 153 sq. Acro Hor. epod. XVI 52 158 Probus 49, 6 K. 159 sq. Probus 49, 10 K. 'te, Lari . . . marino' Seneca de benef. IV 5 159 'anne . . . maxime' ult. syll. IV 229 K. 161 et 160 'an memorem fremitu adsurgens Benace marino' schol. Bern. app. I 22 160 Nonius 447, 11 161—163 Acro Hor. a. p. 65 161 de schem. dian. p. 62 H. 165 sq. Nonius 303, 22 166 'atque . . . fluxit' Arusianus VII 474 K.

VARIA LECTIO. 147 VICTIMA·SAEPE *M* victima saepe, *Wagnerus* 149 perpetuum *schol. Cruq.* adsiduum *Servius et schol. Bern.* 151 rapidę *b* LEONESVM *M: cf. Lucretius* III 741 152 LEGENTES *Mybc* 153 ORBES *Mycb* HVMO *P* TANTO *MPyb*, *Servius* lento *vel* torto (*conl. Nemesiani* IV 40) *proposuit Heynius* 154 INGVIS *P* 158 AL LVIT *Pb2*: *cf. prol.* 400 160 FREMITVS *P* 161 an] quid *schem. dian.* abdita *γ*

haec genus acre virum Marsos pubemque Sabellam
adsuetumque malo Ligurem Volscosque verutos
extulit, haec Decios Marios magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello et te, maxime Caesar,
qui nunc extremis Asiae iam victor in oris
inbellem avertis Romanis arcibus Indum.
salve, magna parens frugum, Saturnia tellus,
magna virum: tibi res antiquae laudis et artem
ingredior sanctos ausus recludere fontis,
Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.

Nunc locus arvorum ingeniis, quae robora cuique,
quis color, et quae sit rebus natura ferendis.
difficiles primum terrae collesque maligni,

---

TESTIMONIA. 167—169 'haec . . . extulit' Probus 49, 15 K. Acro Hor. carm. I 22, 13 167 Acro Hor. carm. III 5, 8 'hoc g. a. virum' ult. syll. IV 228 K. 168 'adsuetumque m. Ligurem' ult. syll. IV 260 K. 169 'extulit . . . Marios' Nonius 297, 30 'Decios . . . Camillos' explan. in Don. IV 490 K. 'rite enim dixit Vergilius Marios et Camillos, quoniam plures fuerunt' Servius in Don. IV 407 K. 169 sq. 'Decios . . . Caesar' Quintilianus IX 3, 24 170 schem. lex. p. 54 H. 'Scipiadas d. bello' explan. in Don. IV 540 K. Nonius 285, 8 Servius Aen. I 490 'Scipiadas dixit' Priscianus 582. 1263 P. anecd. Helv. 132 172 Servius ge. III 27 Aen. I 432 II 364 VI 396 Acro Hor. carm. I 12, 53 carm. saec. 56 schol. Bern. ge. III 27 173 sq. 'salve . . . laudis' schol. Bern. ge. II 452 175 sq. 'siderei vatis referens praecepta Maronis, Qui primus veteres ausus recludere fontes Ascraeum cecinit Romana per oppida carmen' Columella X 434 sqq. 175 Priscianus 776 P. 176 Probus 49, 21 K. schol. Med. ecl. VI 70 schol. Bern. app. III p. 998 Hagen. 177 sq. 'nunc . . . color' Nonius 323, 6 177 'nunc l. arvorum' ult. syll. IV 233 K. 179 Nonius 346, 3 'collesque m.' schol. Lucani IX 500

---

VARIA LECTIO. 167 hoc *de ult. syll.* 169 Marios, *quod legerunt Servius et schol. Bern., Peerlkampus frustra temptavit* Deciosque mares *coniciens: alii alia* CAM$\overset{I}{E}$LLOS (I *rubr.*) *M* camillof (i *in ras.*) *a* cam$\overset{i}{e}$lof (e *corr. in* i) *b* 170 ferro (*suprascr.* bello) *b* 174 ARTEM *P* artif (if *in ras.*) *b* ARTIS *Myacψ* 175 ingredier *γ* adgredior *Priscianus* FONTIS *P, Priscianus* FONTES *Myabc* 178 QVI$^{S}$ (S *m.* 2 *sup.*) *P* $\overset{u}{e}$t (e *corr. in* a) *b* 179 MALEGNI *P*

tenuis ubi argilla et dumosis calculus arvis,
Palladia gaudent silva vivacis olivae.
indiciost tractu surgens oleaster eodem
plurimus et strati bacis silvestribus agri.
at quae pinguis humus dulcique uligine laeta,
quique frequens herbis et fertilis ubere campus
(qualem saepe cava montis convalle solemus
dispicere: hoc summis liquuntur rupibus amnes
felicemque trahunt limum) quique editus austro
et filicem curvis invisam pascit aratris:
hic tibi praevalidas olim multoque fluentis
sufficiet baccho vitis, hic fertilis uvae,
hic laticis, qualem pateris libamus et auro,
inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,

TESTIMONIA. 180 ult. syll. IV 257 K. Nonius 411, 20 'tenuis u. argilla' Servius ge. I 92 181 Terentianus Maurus 1222 186 sq. 'qualem ... despicere' Nonius 288, 21 187 sq. 'liquuntur ... limum' Servius Aen. IX 31 187 'huc ... amnis' Nonius 333, 26 188 'felicemque t. limum' Servius ge. I 154. 276 189 sq. 'Vergilius et quae felicem ferat non inprobat vitibus' Plinius n. h. XVII 29 189 Priscianus 655 P. 190 sq. 'hic ... vitis' Servius ge. II 273 192 sq. Probus 49, 26 K. 192 Acro Hor. carm. I 31, 2 'qualem ... auro' Sacerdos VI 454 K. 'pateris ... auro' Servius Aen. I 61 schol. Bern. app. I 5 193 schem. lex. p. 57 H. Acro Hor. carm. I 36, 1 Orosius hist. VI 15, 16 'inflavit ... ebur' de dub. nom. V 578 K.

VARIA LECTIO. 180 TENNVIS (O *transf. linea rubra*) *M*: *cf. Lachmannus in Lucr.* 164 argilla et] argillae *de ult. syll.* dumoſuſ *c*1 181 GAVDET *Mac*, *Terentianus Maurus. Itaque fuerunt, qui* ubi ... gaudet *iungerent* 182 INDICIO (EST *sup.*) *M* indicio eſt *yabc* 186 solemus] VIDEMVS *P* 187 dispicere *γ*, *Lachmannus in Lucr.* 236 *post Heinsium* DE SPICERE *MPabc*, *Nonii φ* HOC (O *m.* 2 *corr. in* V *ut vid.*) *P* HVC *Mγabc* liquuntur *γbc*, *Nonii Bern. pr.* LIQVVNTVR (n *m. rec. supr.*) *M* LINQVVNTVR *P*, *Nonii φ* liquntur *a*2 l. cuntur *a*1 licuntur *Nonii Gen. Harl. m.* 1 montibus *Servius Aen.* IX 31 188 traunt *γ* trahit *Servius ge.* I 154. 276 obditus *vel* uvidus *Schraderus* 189 FILICEM *Pγa*2, *Priscianus.* FELICEM *Ma*1*b*1 paſcit (t *in ras.*) *b* 190 MVLTOSQ· *M* FLVENTES *M*2*γc* fluent. ſ *b* 191 uiteſ *γb* 192 hinc *Probus* LATICES *M* 193 auraſ *γ*

lancibus et pandis fumantia reddimus exta.
sin armenta magis studium vitulosque tueri
aut ovium fetum aut urentis culta capellas,
saltus et saturi petito longinqua Tarenti,
et qualem infelix amisit Mantua campum
pascentem niveos herboso flumine cycnos:
non liquidi gregibus fontes, non gramina derunt;
et quantum longis carpent armenta diebus,
exigua tantum gelidus ros nocte reponet.
nigra fere et presso pinguis sub vomere terra,
et quoi putre solum (namque hoc imitamur arando),
optima frumentis: non ullo ex aequore cernes
plura domum tardis decedere plaustra iuvencis.
aut unde iratus silvam devexit arator
et nemora evertit multos ignava per annos,
antiquasque domos avium cum stirpibus imis

TESTIMONIA. 194 Diomedes I 486 K. 196 Nonius 206, 4 additamentum Prisciani II 192 H. 197 sq. Probus 49, 31 K. 197 'et ... Tarenti' Philargyrius ge. IV 335 198 Servius ge. III 13 201 sq. Servius Aen. VII 712 'quantum ... reponet' Acro Hor. carm. IV 6, 39 202 Servius Aen. I 306 204 Columella de r. r. II 2, 4 Donatus Ter. Andr. IV 4, 56 Servius Aen. VII 746 Philargyrius ge. II 263 'et cui p. s.' ult. syll. IV 233 K. schol. Stat. Theb. IV 241 'namque ... arando' Columella de r. r. V 4, 3 209 sq. 'antiquasque ... eruit' Nonius 461, 19 209 'antiquasque d. avium' Nonius 425, 31

VARIA LECTIO. 194 PANDIS *Pyabc*, *schol. Bern.*, *Philargyrius*, *Diomedes* PAT(N)V(D)LIS (D *rubr.*) *M* 'pandis: *aut* patulis *aut* extorum pondere incurvatis' *Servius: cf. Aen.* VII 115 196 OVIVM FETVM *P* OVIVM FETVS *Maψ*, *Nonius, Priscianus* ouiū foetuſ *ybc* fetuſ ouium *χ* VRENTES *My* (u)renteſ *b* 197 SATVRI *P*, *Probus Philargyrius Servius schol. Bern.* SAT(V)YRI *M: cf. Lachmannus Lucr.* 327 ſatiri *y* 200 DERVNT *Pal*: *cf. prol.* 414 D(E)ERVNT *Ma* deſunt *ya2c* 202 GELIDIS *P* REPONIT *Mb1c1* 203 PINGUI *M* SVB(U)MO(M)VERE *M* SVOMERE *P* ſubuomere (uom *in ras.*) *b* 204 QVI *P* CVI *Myabc* IMITA(M)TVR *M* imitantur *χ* imitamur *schol. Bern.* imitantur *Servii Aen.* VII 746 *Hamb.* 208 E.t (E *e corr.*) *y* NEMORA VERTIT *P*

eruit: illae altum nidis petiere relictis,
at rudis enituit inpulso vomere campus.
nam ieiuna quidem clivosi glarea ruris
vix humilis apibus casias roremque ministrat;
et tofus scaber et nigris exessa chelydris
creta negant alios aeque serpentibus agros
dulcem ferre cibum et curvas praebere latebras.
quae tenuem exhalat nebulam fumosque volucris
et bibit umorem et, cum volt, ex se ipsa remittit,
quaeque suo semper viridi se gramine vestit,
nec scabie et salsa laedit robigine ferrum:
illa tibi laetis intexet vitibus ulmos,
illa ferax oleost, illam experiere colendo
et facilem pecori et patientem vomeris unci.
talem dives arat Capua et vicina Vesevo
ora iugo et vacuis Clanius non aequos Acerris.

TESTIMONIA. 213 Nonius 421, 4 217 exempl. cod. Vat. 44 K. 'nec pulla qualem habet Campania ubique optuma vitibus, aut quae tenuis exhalat nebulas nec rubrica multis laudata' Plinius n. h. XVII 25
222 'illa f. oleo est' Nonius 500, 23 'illa f. oleo' Arusianus VII 473 K. 223 'et patientem v. u.' Arusianus VII 501 K. 'patientem v. unci' Priscianus 1123 P. 224 sq. Probus 50, 19 K. 'talem . . . iugo' Gellius VI 20 225 'et vacuis . . . Acerris' Servius Aen. I 479

VARIA LECTIO. 210 ILLEALTVM [A] *M* ille altum *γ* ILLE FALEVM *P* 211 AV̇T *M* vomere] SVBVOMERE *P: cf.* 203 *Hinc nova in pagina sequuntur v.* 294 *sqq. γ* 213 VMILIS *M* humileſ *b* 214 EXESA *Mc* exeſa (a *in ras.*) *b*
215 *Hic redit R* 216 furvas *Schraderus: cf. ge.* III 544
217 EXALAT *Mb* EXHALANT *P* VOLVCRES *Mbc* LVCORIS *R* 219 ſuo . uiridi ſemp *c* uiridiſ *χ*, *Faber* 220 et] ET [AU] *M* rubigine *c* 221 INTEXIT *Pγc* 222 OLEOEST *PR, Nonius* OLEAE EST *Mb* oleae, *om.* est, *c* ILLA [M] *M* illam . *b*
224 ueſeuo *c* Vesevo *Servius Philargyrius Probus Gellius* VESAEVO *M* ueſaebo [v] *b* VESAEO *PR* 225 'ora; *et hoc emendavit ipse, quia* Nolam *posuerat. nam postea offensus a Nolanis, qui eidem aquam negaverant*, ora *pro* Nola *posuit.' Servius Dan., Philargyrius: cf. Gellius* VI 20 *Servius Aen.* VII 740 *prol.* 23. 120
ACERNIS (N *erasa*, R *supr.*) *M*

Nunc quo quamque modo possis cognoscere dicam.
rara sit an supra morem si densa requires
(altera frumentis quoniam favet, altera baccho,
densa magis Cereri, rarissima quaeque Lyaeo),
ante locum capies oculis alteque iubebis
in solido puteum demitti omnemque repones
rusus humum et pedibus summas aequabis harenas.
si derunt, rarum pecorique et vitibus almis
aptius uber erit; sin in sua posse negabunt
ire loca et scrobibus superabit terra repletis,
spissus ager: glaebas cunctantis crassaque terga
expecta et validis terram proscinde iuvencis.
salsa autem tellus et quae perhibetur amara,
frugibus infelix (ea nec mansuescit arando,
nec baccho genus aut pomis sua nomina servat),
tale dabit specimen: tu spisso vimine quallos
colaque prelorum fumosis deripe tectis;
huc ager ille malus dulcesque a fontibus undae
ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
scilicet et grandes ibunt per vimina guttae;

---

TESTIMONIA. 226 Nonius 275, 29 230 'ante . . . oculis' Servius Aen. I 396 Nonius 253, 8 Donatus Ter. hecyr. IV 1, 22 233 sq. 'pecori . . . erit' Servius Aen. VII 262 234—236 'sin . . . ager' Nonius 392, 9 236 sq. 'glaebas . . . expecta' Servius Aen. VI 211 238—240 Columella r. r. III 1, 9 239 'ea . . . arando' schol. Hor. carm. I 18, 2 'mansuescit a.' schol. Hor. epist. II 1, 46 241 'tu . . . qualos' Probi de nom. exc. IV 211 K. 242 'colaque p.' Eutyches V 477 K. 243 sq. 'huc . . . calcentur' Arusianus VII 478. 489 K. 243 'ager ille m.' ult. syll. IV 224 K.

---

VARIA LECTIO. 226 NONC *P* QVOCVMQVE *R*
A
POSSES *R* 227 REQVIRAS *Rc* REŁQVIRES *M*
228 vino *vel* viti *Klouček* 231 dimitti *b*1 232 RVRSVS
E
*MRbc* 233 DERVNT (e *m. rec. sup.*) *R* DERVNT *Mb*
deerunt *c* 236 CVNCTANTES *Mbc* 237 EXERCTE *R*
pecta
Exerce *b* (*cf.* 356) ET *sup. M* 240 decus *Schraderus*
241 QUALOS *Mbc* 242 COLLA (L *altera m.* 2 *in ras.*) *P*
A
PRELORVM *M* p̃lorum *c* diripe *b*1 244 CALCENTVRAQVAE *in ras. R* 245 ilicet *Schraderus*

at sapor indicium faciet manifestus, et ora
tristia temptantum sensu torquebit amaror.
pinguis item quae sit tellus, hoc denique pacto
discimus: haut umquam manibus iactata fatiscit,
set picis in morem ad digitos lentescit habendo.
umida maioris herbas alit, ipsaque iusto
laetior. a nimium ne sit mihi fertilis illa
nec se praevalidam primis ostendat aristis!
quae gravis est ipso tacitam se pondere prodit,
quaeque levis. promptum est oculis praediscere nigram,
et quisquis color. at sceleratum exquirere frigus

---

TESTIMONIA. 246 sq. Gellius I 21 'et ora . . . amaro' Macrobius Sat. VI 1, 47  247 schol. Statii Theb. V 392  250 Columella de r. r. II 2, 18 Macrobii exc. Bob. V 650 K. Servius ge. I 3 'picis . . . habendo' Macrobii exc. Bob. V 649 K. 'ad . . . habendo' Priscianus 800 P. 'lentescit h.' Diomedes I 343 K.  256 sq. 'at . . . difficile est' Nonius 311, 4

---

VARIA LECTIO. 246 FACIT *R*  FACIET MANIFESTVS· ET ORA *M*, *Gellius et Macrobius ut videtur.* faciet, manifestus et ora *Reiskius*  247 AMAROR *Mbc*2 AMARO *PRc*1, *Macrobius conferens Lucr.* II 401 'amaror, *amaritudo. et est sermo Lucretii* (IV 224), *et vera lectio ipsa est. nam multi* amaro *legunt, ut sit* sensu amaro' *Servius.* '*plerique omnes* . . amaro. *Hyginus autem* . . . *in commentariis, quae in Vergilium fecit, confirmat et perseverat, non hoc a Vergilio relictum, sed quod ipse invenerit in libro, qui fuerit ex domo atque ex familia Vergilii* . . . amaror. *neque id soli Hygino, sed doctis quibusdam etiam viris complacitum' c. q. s. Gellius: cf. prol.* 117 *sq.*  250 DEGITOS *R*  lentiscit *exc. Bob., Diomedis Parisinus* lentescit *testatur Priscianus*  251 MAIORES *Mbc*  252 lentior *prop. Wagnerus*  253 NE$^{V}$C *M*  Neu (u *in ras.*) *b*  254 PRODET *M*  255 PRAEDICERE *R*  256 Et (E *corr. ex* I *vel* U) *c*  QVISQVIS COLOR *Pb*2*c*2, *quod possis etiam* quis quis *interpretari.* quiſ . . . . color *b*1 QUIS$^{QVIS\cdot}$CUIQ·COLOR (QVIS *col. rubr.*) *M: cf.* 177 III 102 quiſ cui . . color *c*1 QVISCVI.CIVECOLOR *R* et quis cuique colos *Pierii Medic.* et quis cui color *Mentel. pr. m.* 1 'et quisquis color; *vera lectio haec est. nam male quidam* et quis cuique *legunt excludentes* at . . . *alii* colos *legunt, ut excluso* s *fiat synaloepha* . . . *unde legendum est* et quisquis color, *quod nec obscuritatem adfert nec fidem derogat lectioni' Servius*  AD *Pb*1 et *c*1

difficilest: piceae tantum taxique nocentes
interdum aut ederae pandunt vestigia nigrae.

His animum adversis terram multo ante memento
excoquere et magnos scrobibus concidere montis,
ante supinatas aquiloni ostendere glaebas,
quam laetum infodias vitis genus. optima putri
arva solo: id venti curant gelidaeque pruinae
et labefacta movens robustus iugera fossor.
ac siquos haut ulla viros vigilantia fugit,
ante locum similem exquirunt, ubi prima paretur
arboribus seges et quo mox digesta feratur,
mutatam ignorent subito ne semina matrem.
quin etiam caeli regionem in cortice signant,
ut quo quaeque modo steterit, qua parte calores
austrinos tulerit, quae terga obverterit axi,
restituant: adeo in teneris consuescere multumst.
collibus an plano melius sit ponere vitem,
quaere prius. si pinguis agros metabere campi,

TESTIMONIA. 258 'aut ... nigrae' Servius ecl. VII 38 261 Acro Hor. carm. III 6, 39 Terentianus Maurus 1117. 1122 268 Servius ge. II 27 272 'adeo ... est' Quintilianus I 3, 13 Velius Longus VII 81 K. Acro Hor. carm. III 11, 7 274 sq. 'si ... sere' Nonius 137, 15

VARIA LECTIO. 257 DIFFICILEEST *MRbc* PICIAE *P* 258 HAVT *M* 259 ANIMAMADVERSIS (M *alt. erasa*) *P* ANIMADVERSIS *MRbc* 260 CIRCVMDARE *R* MONTES *MRbc* 261 *Hinc redit y. in mg. add. m. rec. π* AQVILONIVS·TENDERE (o *sup.*) R 262 putriſ *b* 263 ſoli *b* 265 AC *M* AT *Pyc* AD *R* haut *c*1 AVT (H *sup.*) *M* AVT *PRb*1 haud (h *sup.*) *b*2 haud *c*2 266 PREIMA (I *m.* 2 *addita*) *P* 267 et] ei *Madvicus adv. crit.* II 47 *parum eleganter* . egeſta *c*1 aegeſta *c*2 FERANTVR *P* 268 mutata *y*, *Servius ge.* II 27 269—272 *om. Menag. pr.* 270 QVOÐ *M* STETERINT (A *sup.*) *M* COLORES (A *sup.*) *M* 271 TVLERINT *M* QVE (A *m.* 2 *sup.*) *P* 272 assuescere *Acro* multumst *Velius Longus: cf. Lachmannus Lucr.* 66 MVLTVMST (e *m. rec. sup.*) *R* MVLTVMEST *MPybc* 273 meliuſ (m *e corr.*, l *corr. ex* u) *y* 274—399 *Veronensis fol.* 239 274 agriſ (*fuit* agri) *y* CAMPOS *Py*

densa sere: in denso non segnior ubere bacchus;
sin tumulis adclive solum collisque supinos,
indulge ordinibus; nec setius omnis in unguem
arboribus positis secto via limite quadret,
ut saepe ingenti bello cum longa cohortis
explicuit legio, et campo stetit agmen aperto,
derectaeque acies, ac late fluctuat omnis
aere renidenti tellus, necdum horrida miscent
proelia, sed dubius mediis Mars errat in armis.
omnia sint paribus numeris dimensa viarum,
non animum modo uti pascat prospectus inanem,
set quia non aliter vires dabit omnibus aequas
terra, nec in vacuum poterunt extendere rami.

Forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras:
ausim vel tenui vitem committere sulco.

TESTIMONIA. 276 sq. 'sin . . . ordinibus' Nonius 326, 9 277 sq. 'nec . . . quadret' Servius ge. II 1 schol. Lucani III 487 'in unguem . . . quadret' schol. Hor. serm. I 5, 32 278 'arboribus p.' ult. syll. IV 260 K. 'secto [v. l. q.]' schol. Med. ecl. X 49 'limite q.' Terentianus Maurus 1255 280 'explicuit l.' Diomedes I 372 K. 285 Servius Aen. I 464 288 Servius Aen. I 58. 438 II 758 Nonius 302, 9. 463, 29 comm. Bern. Lucani IV 296 U. 289 Servius ge. II 24 Aen. I 425 VII 157 Priscianus 868 P. 'tenui' schol. Veron. 77, 18

VARIA LECTIO. 276 SINTTVMVLIS *R* SIN·TVMVLIS (V D) (*erasa vel* I *vel* E *vel* T) *V* SIN, THUMILIS *M* ACLIVE *M* COLLES *PRVγbc*, *Nonius* supini *Nonius* supinos *Servius Dan.* 277 SETIVS *MPγ*: *cf. prol.* 446 SET*ius V* ſeciuſ (c) *c*1 ESTIVS *R* 278 SEPTO *M* secto *Servius* *Post* quadret *forti interpunctione posita v.* 279—287 *unum enuntiatum efficere voluit Wagnerus* 279 COHORT.S *V* COHORTES *Mb*1*c* coorteſ (h) *γ* 280 BELEGIO *P* 281 directae *χ* 282 NEDVM *V* nondũ *b* 283 ERRAVIT *R* 284 DEMENSA *Mb*1 285 INANE· *M* inane *χ*, *quod si meliores libri haberent, praeferrem.* inanis *Britannus cod. apud Burmannum: cf. Aen.* I 464 286 VIRIS *Mb*1 287 NEQ· *MVbc* neque *γ* POTERINT (V *supra* I *m.* 2) *P* potuerunt *γ*1 SEEXTENDERE *Mγbc* SEE*xte*NDERE *V* 288 FORSITAM *R: cf. prol.* 420 FASTIQVEIA *P* 289 sulco c. vitem *Servii Aen.* VII *φ*

altior ac penitus terrae defigitur arbos,
aesculus in primis, quae quantum vertice ad auras
aetherias, tantum radice in Tartara tendit.
ergo non hiemes illam, non flabra neque imbres
convellunt: immota manet, multosque nepotes,
multa virum volvens durando saecula vincit.
tum fortis late ramos et bracchia pandens
huc illuc media ipsa ingentem sustinet umbram.

Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem,
neve inter vitis corylum sere, neve flagella
summa pete aut summa defringe ex arbore plantas
(tantus amor terrae), neu ferro laede retunso

TESTIMONIA. 291 'aesculus' schol. Veron. 77, 32 291 sq. 'si Vergilio quidem credimus, aesculus quantum corpore eminet tantum radice descendit' Plinius n. h. XVI 127 293—295 Nonius 525, 25 293 'ergo . . . illam' ult. syll. IV 252 K. 295 Servius Aen. XI 160 296 sq. Donatus Ter. Phorm. I 2, 56 297 'huc . . . sustinet' ult. syll. IV 246 K. 'ingentem s. u.' Servius ge. I 191 298 Quintilianus IX 3, 21 Columella de r. r. III 12, 5 'Vergilius ad occasus seri damnavit' Plinius n. h. XVII 19 'vergant' schol. Veron. 77, 33 K. 299 sq. 'neve inter . . . pete' Isidorus de rhet. p. 520 H. orig. VI 8, 11 299 cf. schol. Veron. 77, 21 K. 'neve inter . . . sere' Servius et schol. Bern. ge. II 396 'corylum sere' Macrobius Sat. III 18, 5 'neve flagella' Sergius de syllaba IV 478 K. Cledonius V 29 K. Beda VII 230 K. fr. Bob. de littera VII 538 sq. K. 300 sunt qui huc referant 'Vergilius e cacumine inseri vetat' Plinius n. h. XVII 105 cf. v. 78 301 'tantus amor terrae' ult. syll. IV 235 K.

VARIA LECTIO. 290 ALTERIOR *R* altiuſ *γ2c* at *c2* 291 *sq.* quantum . . . tendit = *Aen.* IV 445 *sq.* 291 oras *aptius esse iudicat Lachmannus in Lucr.* 167: *cf. Aen.* VI 579 292 RADICEM *MP* 293 nec *γ* *Hinc nova pag. sequuntur* 53—211 *in γ* 294 Conuellēnt *b* MANEṄT *M* nepotes] PERANNOS *Vγc, testatur Nonius: cf. ge.* IV 208 295 vivendo *ut apud Lucretium* I 202 III 948 *testatur Servius Aen.* XI 160, *sed* durando *hic.* 296 tam *Vossius: errat Wagnerus, qui enumerando hic voculam* tum *inservire putat, immo tempus significatur:* tum cum durando consenuit: *cf. prol.* 54 FORTES *Pγc* pandenſ *γ, elegantius propter v.* 292: *cf. Aen.* VI 282 'tendens *vel* pandens *schol. Bern.* TENDENS *MPRbc* TENDIT *ut vid.,* IT *correcto in* ENS, *in mg.* TENDENS *V* 299 NEV *R* VITES *MVγbc* CORVLVM *R* 301 laeder&uñſo *γ* LAEDERE TVṄSO *M* LAEDERET·VNO *R* LAEDERETVSO *Pbc*

semina, neve olea silvestris insere truncos:
nam saepe incautis pastoribus excidit ignis,
qui furtim pingui primum sub cortice tectus
robora comprendit, frondesque elapsus in altas
ingentem caelo sonitum dedit; inde secutus
per ramos victor perque alta cacumina regnat,
et totum involvit flammis nemus et ruit atram
ad caelum picea crassus caligine nubem,
praesertim si tempestas a vertice silvis
incubuit glomeratque ferens incendia ventus.
hoc ubi, non a stirpe valent caesaeque reverti
possunt atque ima similes revirescere terra.
infelix superat foliis oleaster amaris.

Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor
tellurem borea rigidam spirante moveri.
rura gelu tum claudit hiemps, nec semine iacto
concretum patitur radicem adfigere terrae.

---

TESTIMONIA. 306 sq. 'inde . . . regnat' Nonius 522, 12 308 sq. 'et ruit . . . nubem' Nonius 380, 16 'ruit . . . nubem' Servius Aen. II 250 314 'foliis o. amaris' de dub. nom. V 585 K. 316 Nonius 380, 21 317 'rura . . . hiems' Servius ge. I 44 Acro Hor. carm. I 4, 10

---

VARIA LECTIO. 302 olea *Wagnerus* OLEAS *M* OLEAE *PRybc Servius, quod nescio an ita possit defendi, ut genetivus habeatur, suppleatur autem ablativus* oliva · SILVESTRES *Pc*
V
303 iam *π*, *Heinsius* igneſ *γ*1 304 FORTEM *M* 305 INALTAS *continuat R* IN ALTVS *P* IN ALTOS (A *supra* O) *M* 306 caelum *γ*1 307 perque] atque *Nonius* 312 'hoc ubi: *subaudis* contigerit' *Servius* 'hoc ubi; *quidam distinguunt:* hoc ubi non' *Philargyrius. In M non distinguitur ante* valent a *in ras. b* 313 TERRA·S *M* terra. (m, *ut vid. erasa*) *γ* 315 TANTARVDENS *P* PERSVDEAT AVCTOR (a *sup. m. rec.*) *R* PERSVADIT ACANTHO *P* 316 REGIDAM *P* 'gelidam, *alii* rigidam' *schol. Bern.* MOVERI *PR*, *Nonius* MOVERE *Mybc: cf. ad ecl.* VI 85. spirante movere *non magis ferri potest quam* sub rege fuere *Aen.* VIII 324 *et* mente dedere IX 292 317 TVNC *MR*, *Servii ge.* I 44 *φ* semina iacta *Reiskius* 318 concretum terrae *pro* concreta terra *dictum: cf.* III 78 concretum . . . gelu *intellegit Hildebrandus ad Apul. met. T.* I *p.* 455 CONCRETVM (A *supra* V) *M* CONCRETAM *PRybc*, *Servius, schol. Bern.* concreta radice tenacius *Claudianus* XXVIII 77

optuma vinetis satio, cum vere rubenti
candida venit avis longis invisa colubris,
prima vel autumni sub frigora, cum rapidus Sol
nondum hiemem contingit equis, iam praeterit aestas.
ver adeo frondi nemorum, ver utile silvis;
vere tument terrae et genitalia semina poscunt.
tum pater omnipotens fecundis imbribus aether
coniugis in gremium laetae descendit, et omnis
magnus alit magno commixtus corpore fetus.
avia tum resonant avibus virgulta canoris,
et Venerem certis repetunt armenta diebus;
parturit almus ager, zephyrique tepentibus auris
laxant arva sinus; superat tener omnibus umor;
inque novos soles audent se germina tuto
credere, nec metuit surgentis pampinus austros
aut actum caelo magnis aquilonibus imbrem,
sed trudit gemmas et frondes explicat omnis.

TESTIMONIA. 319 sq. Acro Hor. carm. I 18, 1 320 Servius Aen. IV 254 321 sq. 'cum rapidus . . . aestas' Servius Aen. I 42 323 schem. lex. p. 49 H. Servius ge. II 315 324 Augustinus contra Iul. IV 38 'vere t. terrae' schol. Bern. ge. II 327 Acro Hor. carm. I 4, 10 325—327 Lactantius de falsa relig. I 5 325 sq. 'tum . . . descendit' Isidorus orig. VIII 11, 70 Augustinus de consensu evang. I 31 de civ. dei IV 10 schol. Lucani VIII 447 (om. 'fecundis i. a.') 326 'coniugis . . . descendit' Servius Aen. IV 638 VIII 43 ecl. VII 60 327 Asper 112, 25 328 Acro Hor. carm. I 23, 2 330 'parturit a. ager' Servius ecl. III 56 schol. Bern. ecl. VIII 17 'almus ager' schol. Bern. app. II ecl. VIII 17 335 Nonius 299, 28

VARIA LECTIO. 320 COLOBRIS *P* colobriſ (v *supra* o) *b* 321 frigore (a *supra* e) *b* frigore *cl* 322 continget *bl* 323 FRONDIE (S *supra* E) *M* 324 TVMENT TERRAE· *M*, *Asper* tument, terrae *genetivo Donatus teste Servio* PASCVNT (O *supra* A) *M* 325 TVNC *R* 326 OMNES *Myc* 327 agit *Peerlkampus* permixtos *Lactantius* 328 TVNC *R* 330 almuſ *in ras. b* ZEPHYRISQ· *M* TREMENTIBVS *PRybc* AVSTRIS (ST *ut videtur erasae*) *P* 332 germina '*in manuscripto*' *Fabricii*, *Regius Martini*. '*Celsus ait* germina *reliquisse Vergilium* . . . . *unde male quidam* gramina *legunt*' *Philargyrius*. GRAMINA *MRybc* GRAMINE *P* . 333 SVRGENTES *Mc* 334 iactū *b* 335 et (t *in ras.*) *b* frondis *Nonii exemplaria* OMNES *Myc*

non alios prima crescentis origine mundi
inluxisse dies aliumve habuisse tenorem
crediderim: ver illud erat, ver magnus agebat
orbis, et hibernis parcebant flatibus euri,
cum primae lucem pecudes haussere, virumque
terrea progenies duris caput extulit arvis,
immissaeque ferae silvis et sidera caelo.
nec res hunc tenerae possent perferre laborem,
si non tanta quies iret frigusque caloremque
inter, et exciperet caeli indulgentia terras.

Quod superest, quaecumque premes virgulta per agros,
sparge fimo pingui, et multa memor occule terra,
aut lapidem bibulum aut squalentis infode conchas:

---

TESTIMONIA. 336—338 'non . . . crediderim' Priscianus 1150 P. 338 'ver i. erat' ult. syll. IV 233 K. 339 'et . . . euri' Acro Hor. carm. I 12, 30 341 Lactantius inst. II 10 344 sq. Nonius 326, 11 'si . . . inter' Nonius 200, 3 'frigusque . . . inter' Nonius 310, 32 346 sq. Nonius 148, 22 346 Nonius 365, 24 348 Columella de r. r. III 15, 4 exempl. cod. Vat. 160 K.

---

VARIA LECTIO. 336 ALIAS *P* nascentis *Bentleius ad Manil.* II 428 337 Illuxiſſe (l *pr. in ras.*) *b* 338 AGLEBAT *M* 339 HIBERNI *M* 340 prim$^{u}$e *c* primum *yb* HAVSERE VIRVMQ· *Myb* auſere uirumq. *c* HAVSSERE VTRVMQVE *P* HAVSE$^{RE·VI}$RVMQVE (*sup. m.* 2) *R* 341 terrea *Lactantii* φ: *Bentleius ad Hor. epod.* II 18 *conl. Lucr.* V 1410 FERREA (T *supra* F) *M* FERREA *PRybc Servius in lemm., schol. Bern., Lactantii* ω '*quia creditum est primo homines e terra natos*' *Philargyrius.* '*procreata ex lapidibus*' *Servius.* '*quidam philosophi aiunt homines ceteraque animalia . . orta esse de terra, unde illud est Vergilianum*' *Lactantius* CAPVD *P* 343—345 *cf. prol.* 39 *sq.* 343 POSSINT (I *fortasse correcta ex* E) *M* S$^{PER}$VFFERRE *M* pferre (p *in ras.*) *b* 344 CALOREMQ· *MRc* 2, *testatur Nonius* 200, 3 calorem ═ *yc*1 caloremq; (emq; *in ras.*) *b* CALORQVE *P* '*fuit autem prior lectio* frigusque calorque, *ut Plautus . . . aliter hypermetrus versus erit*' *Philargyrius: cf. lect. Verg.* 2 *adn. prol.* 30

345 EXCIPERENT *R* excipere$^{t}$. . *y* 347 terra. (m *erasa*) *y* 348 SIBVLVM *P: voluitne* sabulum? aut] AVO·*P* SAVT *M* ſqualenteſ *c*

inter enim labentur aquae, tenuisque subibit
halitus, atque animos tollent sata. iamque reperti,
qui saxo super atque ingentis pondere testae
urgerent: hoc effusos munimen ad imbres,
hoc, ubi hiulca siti findit canis aestiper arva.

Seminibus positis superest diducere terram
saepius ad capita et duros iactare bidentis,
aut presso exercere solum sub vomere et ipsa
flectere luctantis inter vineta iuvencos;
tum levis calamos et rassae hastilia virgae
fraxineasque aptare sudes furcasque valentis,
viribus eniti quarum et contemnere ventos
adsuescant summasque sequi tabulata per ulmos.

Ac dum prima novis adolescit frondibus aetas,
parcendum teneris, et dum se laetus ad auras
palmes agit laxis per purum immissus habenis,

TESTIMONIA. 350—353 'iamque ... arva' Columella de r. r. III 15, 4 351 sq. 'qui . . . urgerent' Nonius 418, 12 352 exempl. cod. Vat. 161 K. 'urgerent' schol. Veron. 78, 4 353 cf. schol. Veron. 77, 34 schol. Statii Theb. IV 708 'findit . . . arva' Acro Hor. carm. I 17, 18 III 29, 18 354 sq. Nonius 457, 32 354 'seminibus p.' schol. Bern. ge. II 365 357 'flectere . . . vineta' schol. Bern. ge. II 365 360 Servius ge. II 427 361 'tabulata p. ulmos' Probus 53, 25 K. 362—370 cf. Columella de r. r. IV 11 362 'dum . . . aetas' schol. Med. ecl. VIII 65 363 sq. 'et cum se . . . abenis' Nonius 340, 8

VARIA LECTIO. 351 INCENTIS *P* INGENTI (S *superscr.*) *M* ingenti *Nonius, Columellae Goes.* 352—377 *Veron. fol.* 221 353 HVLCASITI (I *superscr.*) *correctoris manu,* EUICASTI *m.* 1 *M* victa siti *Schaperus* hiulca *legit Servius* SCINDIT *P* AESTIPER *P* AESTIFER *MRγbc*, *Columella* 354 DEDVCERE *Myb*2, *Nonii exempl.* DIDVCARE *ut vid. V* 355 bidentif (e *superscr.*) *γ* BIDENTES *Vc* 356 SVBVOMERETIPSA *V* SVB MOVERETIPSA (V M E *superscr.*) *M* 357 LVCTANTES *MRc* LVCTANT.S (*utrum* IS *an* ES *fuerit, non liquet*) *V* 358 LEVES *Rc* RASAE *MRVybc* RASSA *P* 359 SVDIS *V* ualentef *b*1 · BICORNIS *V ut ge.* I 264 bicornef *in ras. c* 362 adolefc& *γ* AESTAS *P* ae . taf *b* 363 cum *Nonii exempl.* 364 aget*b*1*c*1

ipsa acie nondum falcis temptanda, sed uncis
carpendae manibus frondes interque legendae.
inde ubi iam validis amplexae stirpibus ulmos
exierint, tum stringe comas, tum bracchia tonde
(ante reformidant ferrum), tum denique dura
exerce imperia et ramos compesce fluentis.

Texendae saepes etiam et pecus omne tenendum,
praecipue dum frons tenera inprudensque laborum;
[cui super indignas hiemes solemque potentem
silvestres uri adsidue capreaeque sequaces
inludunt, pascuntur oves avidaeque iuvencae.]
frigora nec tantum cana concreta pruina
aut gravis incumbens scopulis arentibus aestas,

TESTIMONIA. 365 ult. syll. IV 252 K. 368 cf. schol. Veron. 78, 5 'tunc stringe c. t. b. tonde' Nonius 403, 3 'stringere comam' schol. Med. ecl. IX 61 369 sq. 'tum . . . fluentis' Nonius 295, 8. 303, 28 371 Nonius 412, 7 372 Nonius 114, 2. 486, 10 373 cf. schol. Veron. 78, 7 'cui super non digna, dixit, hiemis et solis mala' Terentianus Maurus 681 'indignas h.' schol. Bern. ecl. VIII 18 374 Servius Aen. II 64 'silvestres u. adsidue' Macrobius Sat. VI 4, 23 374 sq. 'capreaeque s. inludunt' Servius Aen. V 193 375 'pascuntur . . . iuvencae' Nonius 442, 17

VARIA LECTIO. 365 ACIE *Rybc*, *de ult. syll. cod.* ACIE (S *rubr.*) *M* ACIE (*erasa una lit.*) *V* ACIES *P. alii* acies, *alii* acie *teste Servio: cf. schol. Bern.* falciſ nondum *c* 367 STIRPIB· (VIRIB· *suprascr. col. rubro*) *M* ſtirpimuſ *γ*1 368 TVNC *MRc, Nonius* TVNĈ *MR, Nonius* 369 TVNC *R, Nonius* 295, 8 370 FLVENTES *MVc* VALENTIS *R: cf.* 359

371 saepes etiam *c, Nonius* SAEPES ETIAM· (ET *suprascr.*) *M* '*alii hic distinguunt, alii separant:* texendae sepes, etiam et' *Servius.* SAEPES ETIAMET· *PV* SAEPES·ET·IAM·ET *R* TVENDVM *R et ut vid. V:· cf.* II 195 III 305 tenendum *Servius et schol. Bern.* 372 praeterea *Nonius* cum *Nonii exempl.* 'fronds *est vera lectio et antiqua*' *Servius* fros, *ut Plinius apud Charisium p.* 105 *P. praecipit, gloss. Lugd. e Nonio exc.* 373—375 *scriptis in eorum locum* 376—379 *deleri voluisse Vergilium suspicatus sum lect. Verg.* 5 *prol.* 32 374 SILVESTRIS *V* CAPREAE *PVγb Servius* CAPRAEAE *R* CAPRAE *M, Servii Aen.* II 64 *exempl.* cap̃ *c* mina ſequaceſ (mina *eras.*) *b* 375 inludunt. pascuntur o. a. iuvencaę: *distinxit Schaperus*

quantum illi nocuere greges durique venenum
dentis et ad morsum signata in stirpe cicatrix.
non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
caeditur et veteres ineunt proscaenia ludi,
praemiaque in gentis pagos et compita circum
Thesidae posuere, atque inter pocula laeti
mollibus in pratis unctos saluere per utres.
nec non Ausonii Troia gens missa coloni
versibus incomptis ludunt risuque soluto,
oraque corticibus sumunt horrenda cavatis,
et te, Bacche, vocant per carmina laeta, tibique
oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
hinc omnis largo pubescit vinea fetu,

---

TESTIMONIA. 379 'et . . . cicatrix' Servius ge. II 196 380—384 Probus 50, 27 K. 380 sq. 'non . . . caeditur' Diomedes I 487 Nonius 271, 33 schol. Statii Theb. V 259 Acro Hor. carm. III 8, 7 381 'veteres . . . ludi' Caper VII 104 K. 382—384 Acro Hor. carm. III 18, 11 382 sq. 'praemiaque . . . posuere' Priscianus 583 P. anecd. Helv. 99. 132 H. 382 Nonius 196, 6 exempl. cod. Vat. 74 K. 384 Priscianus 905 P. Cledonius V 61 K. 'unctos . . . utres' Arusianus VII 511 K. de dub. nom. V 593 K. 'saluere p. utres' Diomedes I 374 K. Consentius V 383 K. Terentianus Maurus 1256 385—389 Probus 51, 20 386 Arusianus VII 489 K. 'risuque soluto' Nonius 390, 31 387 Nonius 319, 12 Macrobius Sat. VI 6, 8 388 sq. 'tibique . . . pinu' Servius Aen. VI 741 389 Philargyrius ge. III 204 schol. Statii Theb. IV 692 XI 644 'oscilla mollia' Servius Aen VIII 666 390 Servius ecl. VII 51

---

VARIA LECTIO. 378 VENENAM *P* (venenā?) 379 AD MORSVM *P* ADMORSV *Rb*1 (*quo vocabulo utitur Symmachus epist.* I 31) AMORSO (u *suprascr.*) *M* amorso *vel* amorsu *Servii ge.* II 196 *libri quidam* admorſo *γb*2*c* *Servius ad h. v.* in *om. γ* 380 ALIS *P* 382 QVE *om. P* in gentis] INGENTIS *MPγb*, *Nonius, Acro* ingenteſ *c*, *Probus, Prisciani exempl.* INGENIIS *R*, *schol. Bern.* '*quidam legunt* ingeniis' *Philargyrius, fort. recte* competa *c*, *Prisciani φ* 384 SALVERE *Pγ*1*c*1, *Terentiani Mauri cod.: testantur Diomedes Consentius Cledonius Servius* SALVERE (I *suprascr.*) *M* SALIERE *Rbc*2, *Arusianus; Acronis, Probi, anonymi de dub. nom. exempl.* 'saliere . . . *in quibusdam tamen invenitur codicibus etiam* saluere *scriptum*' *Priscianus: cf. prol.* 149 385 missa] orsa *Probus* 386 INCONPTES (incompteis?) *P* 388 et] sed *Probus* carmena *γ*1 390 OMNES *P*

complentur vallesque cavae saltusque profundi
et quocumque deus circum caput egit honestum.
ergo rite suum Baccho dicemus honorem
carminibus patriis, lancesque et liba feremus,
et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,
pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis.

Est etiam ille labor curandis vitibus alter,
cui numquam exhausti satis est: namque omne quodannis
terque quaterque solum scindendum glaebaque versis
aeternum frangenda bidentibus, omne levandum
fronde nemus. redit agricolis labor actus in orbem,
atque in se sua per vestigia volvitur annus.
ac iam olim, seras posuit cum vinea frondes,
frigidus et silvis aquilo decussit honorem,
iam tum acer curas venientem extendit in annum
rusticus, et curvo Saturni dente relictam
persequitur vitem attondens fingitque putando.
primus humum fodito, primus devecta cremato
sarmenta, et vallos primus sub tecta referto;

TESTIMONIA. 392 Columella de r. r. III 21, 4 schol. Hor. serm. I 2, 84  394 'lancesque . . . feremus' Diomedes I 486 K.  395 Macrobius Sat. III 5, 8 Servius Aen. IX 624 'et . . . stabit' ult. syll. IV 245 K.  396 Charisius I 266 K. Servius Aen. XI 65 'in . . . colurnis' Philargyrius ge. II 299  400 sq. 'omne l. f. n.' Nonius 337, 2  401 'redit . . . orbem' Nonius 384, 27  402 Servius Aen. I 234. 269 V 46 Isidorus orig. V 36, 1  403—406 'ac . . . rusticus' Priscianus 1018 P.  404 Nonius 320, 4 Porphyrio Hor. epod. XI 5 'silvis . . . honorem' Acro Hor. epod. XI 6  405 sq. 'iam . . . rusticus' Nonius 241, 18  406 sq. 'et curvo . . . putando' Nonius 462, 5  407 Nonius 308, 20 'finxitque p.' Nonius 369, 19  409 'primus vallos . . . referto' Servius Aen. IX 144

VARIA LECTIO. 394 feramuſ *b1*  395 aras *Macrobius*  398 EXHAVSTIS *Mc1* exhauſti (ti *in ras.*) *b*  401 fronde nemus] prodimũs *Nonius, qui fortasse* frode nemus *legit* (*cf. ad v.* 372)  403 seras] SVA *R*  ..poſuit *c* POSSINT *M* (U *supra*)  405 EXTENDET *M* extendit *test. Priscianus*  406 AGRICOLA (N *supra*) *R: cf.* 445. 513  curuo (o *in ras.*) *b*  407 FRIGIT *M* finxit *Nonius* 369, 19  408 FVDITO *P* fondito *γ1*  409 primus vallos *Servius Aen.* IX 146  primũ (f *supra*) *b*

postremus metito. bis vitibus ingruit umbra,
bis segetem densis obducunt sentibus herbae;
durus uterque labor: laudato ingentia rura,
exiguum colito. nec non etiam aspera rusci
vimina per silvam et ripis fluvialis harundo
caeditur, incultique exercet cura salicti.
iam vinctae vites, iam falcem arbusta reponunt,
iam canit effectos extremus vinitor antes:
sollicitanda tamen tellus pulvisque movendus,
et iam maturis metuendus Iuppiter uvis.

Contra non ullast oleis cultura: neque illae
procurvam expectant falcem rastrosque tenacis,
cum semel haeserunt arvis aurasque tulerunt;
ipsa satis tellus, cum dente recluditur unco,

---

TESTIMONIA. 410 'postremus m.' ult. syll. IV 239 K. 'bis . . . umbra' Servius ecl. II 70 412 sq. 'modum agri inprimis servandum antiqui putavere, quippe ita censebant, satius esse minus serere et melius arare, qua in sententia et Vergilium fuisse video' Plinius n. h. XVIII 6, 7 'laudato . . . colito' Columella de r. r. I 3, 9 412 'laudato i. r.' Nonius 335, 6 414 'ripis f. h.' Servius Aen. VIII 33 416 'iam f. a. r.' Servius ge. I 251 417 Nonius 30, 6 'antes effectos' Probus 53, 28 420 'contra . . . cultura' Priscianus 904 P. ult. syll. IV 254 K.

---

VARIA LECTIO. 410 postremas *de ult. syll.* VITIBVS (VITI *aut erasum aut in ras.*) *R* 411 INDVCVNT *P*
A T
413 ASPERETRUSGI *M* ruſ.ci (c *in ras.*) *γ* RVSTI *PR* ruſci (c *e corr.*) *b* 'rusti; rusci *magis legendum*' *schol. Bern.* 414 RVPES
v
(ripeis?) *P* 416 reponent *b* 417 EFFECTOS *PRγc*1, *Probus,*
v v
*Nonii Wolf. et Leid.* EFFECTOS (V *rubr.*) *M* effectoſ *b* effe.toſ *c*2 '*melius est* effectus *legere quam* effectos, *ut quidam legunt*' *Servius secundum Vat. et Par.* 'effectos, *alii* effectus' *schol. Bern.* EXTREMVS *MPRb*1, *Nonii exempl.* extremoſ *γb*2*c*, *H. Keilius philol.* II 166 419 MATVRES *P* (matureis?) 420 NONVLLA EST *Mc*, *Prisciani ω* NONNVLLAEST *R*, *Prisciani φ* non ṅulla eſt *γ* non.ulla ẽ *b* nulla est *de ult. syll.* 'non ulla, *i. e.* nulla, *alii* nonnulla *legunt, hoc est* aliqua' *Servius* OLLETS *P* 421 TENACES *MRγb*1*c*

sufficit umorem et gravidas, cum vomere, fruges.
hoc pinguem et placitam Paci nutritor olivam.

Poma quoque, ut primum truncos sensere valentis
et viris habuere suas, ad sidera raptim
vi propria nituntur opisque haut indiga nostrae.
nec minus interea fetu nemus omne gravescit,
sanguineisque inculta rubent aviaria bacis.
tondentur cytisi, taedas silva alta ministrat,
pascunturque ignes nocturni et lumina fundunt.
quid maiora sequar? salices humilesque genistae 434
aut illae pecori frondem aut pastoribus umbram
sufficiunt saepemque satis et pabula melli.
et iuvat undantem buxo spectare Cytorum

et dubitant homines serere atque inpendere curam? 433

TESTIMONIA. 424 Servius Aen. V 22 'sufficit u.' comm. Bern. Lucani IV 676 U. 425 Diomedes I 454 K. Priscianus 796. 797. 827 P. 'et . . . olivam' Servius Aen. XI 660 430 'inculta . . . bacis' Isidorus orig. XIV 8, 32 431 'tondentur c.' Servius Aen. II 629 schol. Med. ecl. X 7 437 Probus 52, 16 K. Priscianus 1077 P.

VARIA LECTIO. 424 quouemere, *ut vid.*, *γ*1 cū uomere *γ*2 cum foenere *Reiskius, Schraderus* cum vomere *interpretantur Servius et Urbanus. supplendum esse* recluditur *vidit Vossius* 425 placidam *Servii Aen. et Diomedis ω* NVTRITOR *Ryc, Prisciani ω, testantur Servius et Diomedes.* nutritor (o *in ras.*) *b* NVTRITVR *MP, Prisciani Sang. Lugd. Car., ubi etiam in lemmate* 'nutritur pro nutrit' *legitur. utrumque, et* nutritor *et* nutritur *novit schol. Bern.* 426 VNCOS *P* TRVNCVS *Mb*1 GALENTES (U *supra* C) *M* ualentes *c* 427 VIRES *MRγ*2*c* uires (es *in ras.*) *b* raptim (a *in ras.*) *b* 428 OPES, *om.* QVE, *R* 430 AVERIA *P* alv biaria (lb *eras.*) *γ* auiaria (aui *in ras.*) *b* 431 *et* 432 *ordine inverso R* 432 et] AC *R* ad *c*1 at fundi *γ in mg.* 433 *om. M, non interpretatur Servius, habent PRybc: cf. prol.* 49 434 *lineolis // in mg. aliquid excidisse significatur in M: reliquias v.* 434, *sed eas erasas, infra dispexit M. Hoffmann* sequor *Schraderus* salices . . . melli *per parenthesin interposita videntur Wagnero* HVMILIS *M* GENESTAE *MPc* 435 ILLE A *M* ILLE *PR* 'illae . . *multi autem et* tiliae' *legunt Servius* VMBRAS *Rybc ut ge.* IV 146 *Aen.* XII 207: *sed cf. ge.* II 58. 297 436 METELLI *M* 437 Cytoron *Probus* cyturum *γ*1 cytorū (cy *in ras.*) *b* citorum *c*

Naryciaeque picis lucos, iuvat arva videre
non rastris, hominum non ulli obnoxia curae.
ipsae Caucaseo steriles in vertice silvae,
quas animosi euri adsidue franguntque feruntque,
dant alios aliae fetus, dant utile lignum
navigiis pinus, domibus cedrumque cupressosque.
hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustris
agricolae, et pandas ratibus posuere carinas.
viminibus salices, fecundae frondibus ulmi,
at myrtus validis hastilibus et bona bello
cornus, Ituraeos taxi torquentur in arcus.
nec tiliae leves aut torno rasile buxum
non formam accipiunt ferroque cavantur acuto.
nec non et torrentem undam levis innatat alnus

---

TESTIMONIA. 438 'Naryciaeque p. lucos' Probus 52, 19 K. 'Naryciae' Plinius n. h. XIV 128 438 sq. 'iuvat arva videre' ult. syll. IV 261 K. 438 sq. 'iuvat . . . curae' Gellius VI 17 Priscianus 1133 P. 441 Nonius 233, 28 443 'domibus c. cupressosque' Priscianus 744 P. 444 'hinc . . . rotis' Velius Longus VII 74 K. 445 'et . . . carinas' Servius ge. II 194 447 'at . . . hastilibus' Servius Aen. III 22 447 sq. 'et . . . cornus' Nonius 462, 29 Servius Aen. III 22 448 'Ityreos . . . arcus' Nonius 413, 22 Isidorus orig. XVII 7, 40 Arusianus VII 486 K. schol. Lucani VII 230 'Ityraei' Probus 52, 21 K. 449 'et torno r. b.' Nonius 194, 22 Cledonius V 41 K. Servius Aen. IX 616 XII 766 451 sq. 'nec non . . . Pado' Asper 114, 26 'levis . . . Pado' Arusianus VII 493 K. Porphyrio Hor. carm. I 16, 9. 35, 7 III 19, 7 'innatat . . . Pado' Acro Hor. carm. I 35, 7 explan. in Don. IV 517 K. 451 'nec n. et torrentem buxum l. i. a.' exempl. cod. Vat. 162 K. 'torrentem . . . alnus' Arusianus VII 478 K.

---

VARIA LECTIO. 439 RASTRIS HOMINVM· *M* ullis hominum *Priscianus* non . ulli (n *eras.*) *γ* non ulli (ulli *in ras.*) *b* NONUILIORNOXIA *m.* 1, *corr.* NONULLIOBNOXIA *M* 440 CAVCASEO *Pγbc* CAVCASIO *MR* 443 PINOS *MRγ2b* cypreſſoſ *b* CVPRESSO (S *m.* 2 *supra* O) *Pγ* CYPARESSOS *Rc*2: *voluitne* cedrum cyparessosque? que *in ras. b*, *erasa c* 444 RAVSTRIS *P* 446 'viminibus salices fecundae *legitur et* fecundae frondibus ulmi' *Servius* VIMINIB·SALICES FECVNDAE· *M* VLMIS *P* 447 BELLAo *M* 448 ITVRAEOS *Pγ Probus, schol. Lucani* TYRAEOS *R* ITYREOS *Mc*, *Nonii, Arusiani, Isidori exempl.* itireoſ (itir *in ras.*) *b* 449 aut] et *Nonius, Cledonius*

missa Pado; nec non et apes examina condunt
corticibusque cavis vitiosaeque ilicis alvo.
quid memorandum aeque Baccheia dona tulerunt?
Bacchus et ad culpam causas dedit; ille furentis
Centauros leto domuit, Rhoecumque Pholumque
et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem.

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
agricolas! quibus ipsa procul discordibus armis
fundit humo facilem victum iustissima tellus.
si non ingentem foribus domus alta superbis
mane salutantum totis vomit aedibus undam,
nec varios inhiant pulchra testudine postes
inlusasque auro vestes Ephyreiaque aera,
alba neque Assyrio fucatur lana veneno,
nec casia liquidi corrumpitur usus olivi:

---

TESTIMONIA. 455—457 Acro Hor. carm. I 18, 8 455 'Bacchus . . . dedit' Donatus Ter. adelph. III 4, 24 Servius ge. II 397 456 'Vergilius domui ait' Cledonius V 60 K. 457 Acro Hor. carm. II 12, 5 458 sqq. cf. Macrobius Sat. V 16, 5 458 sq. 'o . . . agricolas' Acro Hor. epod. II 1 461—463 Macrobius Sat. VI 2, 4 461 sq. 'si . . . aedibus' Porphyrio Hor. carm. II 18, 9 462 Macrobius Sat. VI 4, 3 schol. Statii Theb. I 146 463 Arusianus VII 478 K. Acro Hor. carm. III 1, 45 464 schol. Statii Theb. IV 59 'Ephyrea a.' Probus 52, 22 K. 465 Servius Aen. IV 137 schol. Hor. sat. I 2, 83 466 schol. Persii II 64

---

VARIA LECTIO. 452 EXAGMINE (A *supra* E) *M* 453 ALVO *MPγc* aluo (o *in ras.*) *b* ALVEO *R* '*sane pro* alveo *per synaeresin* alvo *dicimus*' *Servius. cf. Aen.* IX 152 'ilicis alvo; *arboris antro*' *schol. Bern.* 454—457: *prol.* 49 454 AEQ· *M* aequae *γ* 'aeque . . . *alii legunt* et quae' *Servius* BACCHAEIA *M* baccha. (aei) (*eras.* e) *γ* 456 RHOETUM *MRbc: cf. Bentleius ad Hor. carm.* II 19, 23 roetum *γ* POLVM *MPγbc*1 458 SVASIBEBONA (BE *erasa*) *M* ſuabonaſi *γ* 462 uomat *χ*, *Macrobii* VI 2, 4 *Paris., schol. Hor.* 463 ni *Arusiani Parrh.* uaria *Arusiani codd.* 464 INCLVSAS (C *eras.*) *M* in.l.uſas (*m.* 1 inclauſaſ) *γ* Inluſaſ *c* Illuſaſ (l *pr. in ras.*) *b* 'inlusas . . . *male autem quidam* inclusas *legunt.*' *Servius cf. schol. Bern.* INCLVSAS *PR: cf. prol.* 285 ephyria *γ*1 ephyrea (e *in ras.*) *b* ephirea *c* aera (e *ex corr., fort. ex* u) *γ* 465 NEC *R*, *Servius Aen., schol. Hor.* fuſcatur *c*1 466 nec] et *schol. Persii* CASIAE *P* CASSIA (S *pr. erasa*) *M* ca.ſia. *b*

at secura quies et nescia fallere vita,
dives opum variarum, at latis otia fundis
(speluncae vivique lacus et frigida tempe
mugitusque boum mollesque sub arbore somni)
non absunt; illic saltus ac lustra ferarum,
et patiens operum exiguoque adsueta iuventus,
sacra deum sanctique patres: extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.

Me vero primum dulces ante omnia Musae,
quarum sacra fero ingenti percussus amore,
accipiant, caelique vias et sidera monstrent,
defectus solis varios lunaeque labores;
unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant
obicibus ruptis rursusque in se ipsa residant,

TESTIMONIA. 467—472 Macrobius Sat. VI 2, 4 467 Arusianus VII 494 K. Acro Hor. carm. III 1, 20 468 'dives o. variarum' Priscianus 1124 P. Servius Aen. IV 263 IX 641 Acro Hor. epod. XVI 42 469 Asper 114, 26 Acro Hor. carm. I 21, 9 'tempe' Probus 52, 24 K. 470 'mollesque . . . somni' Nonius 347, 8 471 Nonius 333, 7 'silvas et lustra ferarum' Acro Hor. carm. III 3, 42 472 Nonius 433, 17 Donatus Ter. Andr. I 1, 48 Priscianus 1173 P. 473 sq. 'extrema . . . fecit' comm. Bern. Lucani II 242 U. 475—477 'me . . . accipiant' Acro Hor. carm. III 4, 20 475 Sacerdos VI 445 K. 'dulces musae' dial. de orat. 13 478 Macrobius comm. somn. Scip. I 15, 12 Probus 52, 25 K. 'defectus s. varios' Servius Aen. IV 390 479 sq. 'qua vi . . . ruptis' Gellius IV 17 'maria . . . residant' Beda de temp. ratione 29 479 'unde t. terris' Terentianus Maurus 1194

VARIA LECTIO. 467 VITA *My*, *Servius*, *Macrobii ω*, *Acro*, *Arusianus* VITAM *PRc*, *Cantabr. Macrobii* uitã. *b* 468 at (t *in ras.*) *b* AC *R* ad *γ*1, at *γ*2 lectiſ *γ*1 laetis *χ* letis *Macrobii Med.* 469 ET *Mc*, *Asper*, *Acro* & *corr. in* at *γ* AT P at (t *in ras.*) *b* AD *R* 471 illi^o *b* silvas et lustra *Acro* ac] et *Cantabr. Macrobii* l. utra (f *sup.*) *γ* luſtra (uſ *in ras.*) *b* 472 at *Donatus* operis *Nonius* EXIGVOQVE *MPRb*, *Macrobii ω* paruoque (*ut Aen.* IX 607) *γc*, *Servii Vat. Par.*, *Nonius*, *Donatus*, *Priscianus*, *Cantabr. Macrobii* 473 SAŇCRA *M* 476 PERCVSSVS (L *sup.*) *M* percuſſuſ (l *sup.*) (ſ *pr. eras.*) *γ* perculſuſ *bc* 480 RVRSVS (Q· *m. 2 sup.*) *R* rurſũq: *b* reſidunt *b*

quid tantum Oceano properent se tinguere soles
hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet.
sin has ne possim naturae accedere partis
frigidus obstiterit circum praecordia sanguis:
rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes,
flumina amem silvasque inglorius. o ubi campi
Sperchiosque et virginibus bacchata Lacaenis
Taugeta, o qui me gelidis convallibus Haemi
sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!
felix, qui potuit rerum cognoscere caussas,
atque metus omnis et inexorabile fatum
subiecit pedibus strepitumque Acherontis avari.
fortunatus et ille, deos qui novit agrestis
Panaque Silvanumque senem nymphasque sorores.
illum non populi fasces, non purpura regum

---

TESTIMONIA. 481 sq. Probus 53, 7 K. Augustinus de ord. II 34 483 sq. Probus 53, 12 K. 483 Priscianus 1171 P. Sacerdos VI 445 K. ult. syll. IV 252 K. 485 'rura m.' Servius ge. II 475 486 'flumina . . . inglorius' ult. syll. IV 240 K. 'o u. campi' Consentius V 399 K. 486—488 'o ubi . . . Taygeta' Nonius 78, 25 487 cf. Probus 53, 16 Priscianus 587 P. 488 sq. 'o . . . sistat' Acro Hor. carm. I 37, 19 490. 493 (om. 491 sq.) Diomedes I 417 K. Dositheus VII 423 K. 490 Augustinus de civ. dei VII 9 Victorinus VI 213 K. schol. Persii III 66 491 sq. 'metus . . . avari' Servius ge. I 416 495—498 'illum . . . regna' om. 497 schem. dian. p. 60 H. 495 sq. 'illum . . . flexit' Nonius 312, 15

---

VARIA LECTIO. 481 *sq.* = *Aen.* I 745 *sq.* 483 ne] non *Sacerdos* has naturae non possim *Priscianus* acquirere *Sacerdos* partiſ *γ*1*bc* PARTES *MR* PATRIS *P* 485 RIGIDI *R* 486 o ubi *ψ*, *Nonius* ÐÓUBI *M* obi (u *sup.*) *γc* UBI *PR* campi] Tempe *coni. Claudiano bell. Poll.* 181 *Marklandus ad Stat. silv.* V 3, 209 487 SPERCHEΘS (V *sup.*) *M* SPERCHEVS *Pb*1 SPERCHIVS *R*, *Nonii exempl.* Supercheuſ *γ*1 S.perchiuſ *γ*2 Spchyuſ (y *in ras.*) *c: testatur* i *longam Priscianus* Sperchios *Probus* 488 TAVGETA *P* TAYGETA *Mγbc* TAHYGETA *R* gelidi *susp. Heinsius* CONVALLIB· *M* CONVALLIMVS *P* INVALLIBVS *Rγb: cf.* 485 . . nuallibuſ *c*1 īnuallibuſ *c*2 491 omneſ *b*1 INELVCTABILE *R: cf. Aen.* VIII 334 493 AGRESTES *M* 494 nymphasque sorores] driadasque puellas *schol. Bern. mg.* 495 nec purpura *schem. dian.*

flexit et infidos agitans discordia fratres
aut coniurato descendens Dacus ab Histro,
non res Romanae perituraque regna, neque ille
aut doluit miserans inopem aut invidit habenti.
quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
sponte tulere sua, carpsit, nec ferrea iura
insanumque forum aut populi tabularia vidit.
sollicitant alii remis freta caeca ruuntque
in ferrum, penetrant aulas et limina regum;
hic petit excidiis urbem miserosque penatis,
ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro;
condit opes alius defossoque incubat auro;
hic stupet attonitus rostris; hunc plausus hiantem
per cuneos geminatus enim plebisque patrumque
corripuit; gaudent perfusi sanguine fratrum
exilioque domos et dulcia limina mutant
atque alio patriam quaerunt sub sole iacentem.
agricola incurvo terram dimovit aratro:
hic anni labor, hinc patriam parvosque penates

TESTIMONIA. 497 Priscianus 926 P. Acro Hor. carm. I 35, 9 III 6, 14 500 sq. 'quos rami . . . carpit' Macrobius Sat. VI 1, 65 502 Acro Hor. epod. II 7 506 Probus 53, 21 K. schol. Iuven. X 38 Macrobius Sat. VI 1, 40 'gemma b.' Arusianus VII 458 K. 'et . . . ostro' Arusianus VII 464 K. 503 sqq. 'hunc . . . corripuit' Acro Hor. epist. I 6, 7 508 sq. 'hunc . . patrumque' Nonius 318, 30 510 sq. 'gaudent . . . mutant' Macrobius Sat. VI 2, 15 511 'exilioque d.' schol. Bern. ge. II 523 512 Porphyrio Hor. carm. II 16, 18

VARIA LECTIO. 497 et *Acro carm.* I 35 501 *add. in mg. γ* CARPSIT (P *m. rec. add.*) *R* carpit *Macrobii libri* 502 INSANVMVE *R* 505 PENATES *MRbc* (eſ *in ras.*) *γ* 506 SARRANO *Rc*, *Servius, Probus, Macrobii exempl.* SAERRANO *P* SERRANO (A *sup.*) *Mb* ſerrano *γ*, *schol. Iuven.* serano *Arusiani ex.* INDORMIAT *M* 508 H . ic *b* HIC (VN *sup.*) *M* PLAVSSVS *M: cf. prol.* 445 510 corripit, hi *Marklandus ad Stat. silv.* III 2, 61 512 QVAERVNT PATRIAM *P*, *Porphyrio: cf.* 532 513 dimovit] MOLITVS *M: cf.* I 494 514 hic anni *Marklandus ad Statii silv.* I 2, 145 hinc anni, at hi[c] . . anni *γ* Hinc a[n]ni *c* HINCANNI *MPRb*, *Servius* hic[n] patriam *c* PENATES *M*, *probat Marklandus l. l. cf. Aen.* VIII 543 NEPOTES *PRγbc*

sustinet, hinc armenta boum meritosque iuvencos.
nec requies, quin aut pomis exuberet annus
aut fetu pecorum aut Cerealis mergite culmi,
proventuque oneret sulcos atque horrea vincat.
venit hiemps: teritur Sicuonia baca trapetis,
glande sues laeti redeunt, dant arbuta silvae;
et varios ponit fetus autumnus, et alte
mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
interea dulces pendent circum oscula nati,
casta pudicitiam servat domus, ubera vaccae
lactea demittunt, pinguesque in gramine laeto
inter se adversis luctantur cornibus haedi.
ipse dies agitat festos fususque per herbam,
ignis ubi in medio et socii cratera coronant,
te libans, Lenaee, vocat, pecorisque magistris
velocis iaculi certamina ponit in ulmo,
corporaque agresti nudant praedura palaestrae.
hanc olim veteres vitam coluere Sabini,

---

TESTIMONIA. 518 comm. Bern. Lucani II 61 U. 519—522 schem. lex. p. 49 H. 519 'teritur . . . trapetis' Probus 54, 1 'teritur S. baca' de dub. nom. V 572 K. 520 'glande . . . redeunt' Nonius 340, 31 'dant a. silvae' Priscianus 640 P. anecd. Helv. 105 Acro Hor. carm. I 17, 5 522 'apricis . . . saxis' Cassiodorius VII 164 K. schol. Med. ecl. IX 49 523 Acro Hor. carm. III 23, 7 524 'casta . . . domus' Nonius 267, 5. 440, 5 Acro Hor. carm. IV 5, 21 530 Donatus Ter. adelph. II 2, 4 531 schol. Statii Theb. VI 827 532 comm. Bern. Lucani I 166 U.

---

VARIA LECTIO. 517 CERIALIS *M*1*Py*1*b*1 CAEREALIS *R* *cf. Fleckeiseni* 50 *art. p.* 12 518 sulcos] cellas *Schraderus* TQ· AVT (*punct. rubr.*) *M* 519 SIQVONIA *R* SICVNIA *P* SYCIONIA *M* ſicyonia *bc* ſcyonia *γ* ·BAĠCA *M* bacca *γ* 520 redeunt laeti *schem. lex.* ARSVTA *P* ARBVSTA *R* arbuta, *in mg.* ał ardua ſiluę, *γ* arbŭta *Servius, rectius interpretatur schol. Bern.* (*cf.* III 301) 521 *sq. secundis curis additos esse putat Schenkl Philol.* XXVIII 69 528 IMMEDIO *P* INGENIO (M D *supr.*) *M* 529 LIBAS (N *supr.*) *M* libaſ (*in mg.* ał libanſ) *γ* libant *c*1 VOCANT *P* MAGESTRIS *P* 531 nudaN (N *in ras.*) *b* nudat *c m.* 1 PĖRDVRA (AE *supr.* RD) *M* PALAESTRA *P*, *Servius, schol. Bern.* PALESTRA *Ryb* 532 VITAMVETERES *P*: *cf.* 512

hanc Remus et frater, sic fortis Etruria crevit
scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma,
septemque una sibi muro circumdedit arces.
ante etiam sceptrum Dictaei regis et ante
impia quam caesis gens est epulata iuvencis,
aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat;
necdum etiam audierant inflari classica, necdum
impositos duris crepitare incudibus enses.

Sed nos immensum spatiis confecimus aequor,
et iam tempus equom fumantia solvere colla.

---

TESTIMONIA. 534 sq. Acro Hor. carm. saec. 7 535 'septem arces' schol. Veron. 78, 9 K. 536 Donati ars IV 398 K. Diomedes I 446 K. Pompeius V 303 K. 'Dictaeo regi' Probus 54, 3 K. 'Dictaeus' schol. Veron. 78, 11 537 Suetonius Dom. 9 'impius' schol. Veron. 78, 11 538 Lactantius div. inst. I 13, 12 'aureus Saturnus' schol. Veron. 78, 13 541 sq. Quintilianus VIII 6, 45 541 Quintilianus IX 3, 20 542 Charisius I 276 K. Diomedes I 462 K. Donati ars IV 401 K. Pompeius V 310 K. Sacerdos VI 461 K.

---

VARIA LECTIO. 534 est rerum facta et *Acro* FACIA ET *P* 535—III 12 *Veron. fol.* 222 535: *cf. Aen.* VI 783 *prol.* 49 536 antea *γc* CEPTRVM (S *m.* 2 *sup.*) *P* 540 INPOSITOS *Pγc* INPOSITIS (O *sup. rubr.*) *M* DVROS (I *sup. rubr.*) *M* .. durif *b* CREPETARE *P* 542 EQVOM *P* AEQVVM *R* EQVVM *Mγbc* equm *Charisii et Sacerdotis cod.* FVMANTIA *Mγb*2 *Charisius, Diomedes cum ceteris grammaticis: cf. Aen.* XII 338 *ge.* III 515 FVMA*ntia V* SPVMANTIA *PRb*1: *cf. Aen.* IV 135 V 817 VI 882 XI 770 XII 372. 651

P̄ VERGILI MARONIS // GEORGICON' LĨB · II EXPL̃ · // INCIPIT LĪB · III FELICITER *M* VERGILI MARONIS // GEORGICON LIBER · II · // EXPLIC · INCIP · LIBER · III · *R* p UERGILII MARONIS GEORGICON LIBER II EXPLC INCIP LIBER III FELICIT̄ *γ* GEORGICON // · LIB · · II · // GEORGICON LIB · III *P* PVBLII VIRGILII MARONIS GEORGICĀ LIBER · II · INCIPIT P̃FATIO LIBRI · III · *c*

---

# P. VERGILI MARONIS

# GEORGICON

## LIBER TERTIVS

Te quoque, magna Pales, et te memorande canemus
pastor ab Amphryso, vos, silvae amnesque Lycaei.
cetera quae vacuas tenuissent carmine mentes,
omnia iam volgata: quis aut Eurysthea durum
aut inlaudati nescit Busiridis aras?
quoi non dictus Hylas puer et Latonia Delos

---

TESTIMONIA. 1 sq. Probus 54, 5 K. 1 Isidorus orig. XVII 3, 19 'te . . . Pales' ult. syll. IV 223. 233 K. schol. Veron. 78, 15 K. 2 schol. Veron. 78, 28 K. 3 Servius ecl. VI 41 'vacuas' schol. Veron. 79, 1 K. 4 sq. 'quis . . . aras' Gellius II 6 Macrobius Sat. VI 7, 5 Probus 54, 23 K. schol. Stat. Achill. I 189 Theb. VI 311 5 Nonius 335, 8 Servius Aen. VII 11 'inlaudati' Macrobius Sat. III 5, 9 6 Probus 54, 29 K. Diomedes I 495 K. Marius Victorinus VI 71 K. Caesius Bassus VI 260 K. Atilius Fortunatianus VI 292 K. Terentianus Maurus v. 2780 Sacerdos VI 510. 516 K. Acro Hor. carm. I 21, 1 'cui . . . puer' Marius Victorinus VI 73. 151 K. Audacis exc. VII 329 K. 'cui . . . Hylas' Porphyrio ad Hor. epist. I 19, 8 'Hylas . . . Latonia Delos' schol. Veron. 79, 8 K.

---

VARIA LECTIO. 1—21 *F* 1—12 *V fol.* 222, *b* 3 CARMINE *P et V ut vid., Servii ecl.* VI 41 *ex.* CARMINA *MRyb, Servii Vat. Par.* CARMIN. (*ultima littera in ras. posita utrum* E *an* A *sit, non liq.*) *F* 'carmina; *legitur et* carmine, *et, ut puto, rectius*' *Philargyrius* mentiſ *b* 5 INLAVDATIS *P* inplacati *liber gloss. v.* Busiridis (*cf. Goetzii comm. quae est in societ. reg. Saxon. comm.* XIII *p.* 269) ARGES (A *supra* C) *M* 6 QVOI (Q *et* O *eras.*) *F* CVI *MPRVybc* LATONEA *P* DELVOS *P*

Hippodameque umeroque Pelops insignis eburno,
acer equis? temptanda viast, qua me quoque possim
tollere humo victorque virum volitare per ora.
primus ego in patriam mecum, modo vita supersit,
Aonio rediens deducam vertice Musas;
primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas,
et viridi in campo templum de marmore ponam
propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius et tenera praetexit harundine ripas.
in medio mihi Caesar erit templumque tenebit:
illi victor ego et Tyrio conspectus in ostro
centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.
cuncta mihi Alpheum linquens lucosque Molorchi
cursibus et crudo decernet Graecia caestu.

---

TESTIMONIA. 7 sq. 'umeroque . . . equis' Arusianus VII 458 K. 'umero . . . acer' Cassiodorius de or. T. II p. 564ª ed. Ven. 7 'umeroque P. i. eburno' Charisius I 73 K. Servius Aen. VI 603 'umerique P.' schol. Veron. 79, 15 K. 8 sq. 'qua . . . humo' Servius Aen. IV 255 Acro Hor. carm. III 2, 24 'acer': cf. Charisius I 82 K. 10—13 schol. Bern. app. III p. 996 H. 10—12 Probus 55, 12 K. 10 Gellius I 22 'modo v. supersit' Servius Aen. IV 50 11 'Aonio v.' schol. Veron. 79, 29 K. 12 schol. Lucani III 216 'primus I.' schol. Veron. 79, 25 K. 'Idumaeas' Probus 33, 20 K. 13 sq. 'et . . . aquam' Nonius 367, 19 Arusianus VII 502 K. 'templum . . . aquam' Donatus Ter. adelph. II 1, 15 IV 2, 37 13 'templum . . . ponam' Nonius 368, 6 14 sq. 'ubi . . . Mincius' Probus 55, 25 K. 16 'in medio . . . erit' Probus 72, 7 K. 17 Nonius 418, 21 Acro Hor. epod. XVI 11 de dub. nom. V 585 K. 'illi . . . Tyrio' Servius Aen. III 439 'illi v. ego' Servius ge. III 9 18 'centum q.' Marius Victorinus VI 27 K. 19 sq. Probus 56, 1 K.

---

VARIA LECTIO. 7 umeri *schol. Veron.* eburn. *c*1 eburno *in ras. γ* EBVNI *P: ut in archetypo codicis P et schol. Veron. videatur fuisse:* umerique Pelops insignis eburni 8 VIAST *V ut vid.* VIAEST *FMPRγbc* POSSEM *P* POSS . . *V* 9 HVMO *m.* 2 *sup. F*, *in ras. c* 10 PRIMVS (*ras. inter* V *et* S) *F*
A
12 IDVMEAS *Pc*1 IDYMEAS *F* IDYMAEAS *Vb* IDYMEAS *M* idymaeaſ (a *e corr.*) *γ* idimeaſ *c*2 14 timidiſ *b* 15 ARVNDINE *Fγc: cf. prol.* 422 17 ILLIC *R* et *om. c, Nonius,*
N
*de dub. nom.* 18 QVADRIIVOS *P* 19 LIQVENS *M* PVBES *P: cf.* I 343 20 DVRO *R* 'crudo caestu, *duro*' *Servius, schol. Bern.* DECERNIT *MPR; in F utrum* E *an* I *sit ante* T, *non liquet.* decer.& *c*1 decertet *c*2*χ*

ipse caput tonsae foliis ornatus olivae
dona feram. iam nunc sollemnis ducere pompas
ad delubra iuvat caesosque videre iuvencos,
vel scaena ut versis discedat frontibus utque
purpurea intexti tollant aulaea Britanni.
in foribus pugnam ex auro solidoque elephanto
Gangaridum faciam victorisque arma Quirini,
atque hic undantem bello magnumque fluentem
Nilum ac navali surgentis aere columnas.
addam urbes Asiae domitas pulsumque Niphaten
fidentemque fuga Parthum versisque sagittis
et duo rapta manu diverso ex hoste tropaea
bisque triumphatas utroque ab litore gentes.
stabunt et Parii lapides, spirantia signa,
Assaraci proles demissaeque ab Iove gentis
nomina Trosque parens et Troiae Cynthius auctor.
Invidia infelix furias amnemque severum

---

TESTIMONIA. 25 Probus 56, 22 K. Nonius 537, 16 exempl. cod. Vat. 4 K. 26 Servius Aen. I 505 27 'victorisque a. Q.' Servius Aen. I 292 27. 30. 32. (om. 28. 29. 31) Probus 56, 27 K. 28 sq. 'magnumque f. Nilum' de schem. lex. p. 58 H. 31 'fidentemque f. Parthum' Arusianus VII 473 K. schol. Lucani VIII 373. 381 32 sq. Acro Hor. carm. I 35, 32 34—36 Probus 57, 13 K. 34 'Parii ... signa' Acro Hor. carm. I 19, 6 35 sq. 'dimissaque ... nomina' Nonius 286, 21 37 sq. Probus 57, 26 K. 'invidia ... metuet' Nonius 390, 18 37 'furias ... severum' Servius Aen. X 612

---

VARIA LECTIO. 22 SOLLEMNES *R* SOLLEMIS (N *sup. m. rec.*) *P* ſollempniſ *c* 25 TOLLENT *Pc*2 tollunt *Probi exempl.* 26 SODLIDOQVELEPANTHO *P* secto *Servii Aen.* I 505 *φ* 27 faciam] VICTAM *P* 28 *sq. non legisse videtur Probus, interpretantur Servius et Philargyrius: cf. Aen.* VIII 711 28 hic *sup. c* HVIC *P* 29 ET *R* NAVILI *R* NAVALIS *P* nauali . *b* SVRGVENTIS *R* ſurgenteſ *c*, (ſ *prior m.* 2 *in ampla ras.*) *γ* 30 niphatē *γ* NIPHANTE̅ *R* NAVATEM (IF *sup.*) *M* Niphatem *Probi exempl.* 31 *non legisse videtur Probus: interpretatur Servius* 33 a *b* gentiſ *c*1 35 proliſ *b*1 dimiſſae *c*1 dimissa *Nonii ex.* GENTIS (I *corr. ex* E) *R* GENTES *Pc*1 gentiſ (i *in ras.*) *b* 36 TROIA *P* 37—39 *om. Mcad. un.: cf. prol.* 38 *sq.*

Cocyti metuet tortosque Ixionis anguis
immanemque rotam et non exsuperabile saxum.
interea dryadum silvas saltusque sequamur
intactos, tua, Maecenas, haut mollia iussa.
te sine nil altum mens incohat: en age segnis
rumpe moras; vocat ingenti clamore Cithaeron
Taugetique canes domitrixque Epidaurus equorum,
et vox adsensu nemorum ingeminata remugit.
mox tamen ardentis accingar dicere pugnas
Caesaris et nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.

Seu quis Olympiacae miratus praemia palmae
pascet equos seu quis fortis ad aratra iuvencos,

---

TESTIMONIA. 40 sq. 'interea . . . intactos' Probus 58, 14 K. 41 'tua . . . iussa' Nonius 347, 1 42 ult. syll. IV 247 K. 'te . . . incohat' Priscianus 999 P. Servius ecl. VI 9 'en a. segnis' ult. syll. IV 236 K. Nonius 237, 17 42 sq. 'en . . . moras' Nonius 33, 20. 386, 32 43 sq. 'vocat . . . equorum' Probus 58, 17 K. 44 schol. Stat. Theb. IV 123 'domitrixque E. equorum' Servius Aen. IX 175 46—48 Probus 58, 27 K. 47 sq. de schem. lex. p. 50 H. 49 sq. 'seu . . . equos' Nonius 347, 22

---

VARIA LECTIO. 38 METVENS *P: voluitne* metues, *an curis secundis versus* 37—39 *in schedis poetae additi erant sententia nondum absoluta?* metuet (uet *in ras.*) *b* anguef *bc* OṘBES *R ex* IV 484 axes *Marklandus* anguis *Servius, Probus, schol. Bern.* 39 EXPERABILE (SV *sup.*) *M* 42 INCHOAT *Rybc: cf. prol.* 122 en age: *cf. Lachmannus Lucr.* 164 eia age *de ult. syll. ut Aen.* IV 569 EGE (A *sup.*) *M* SEGNES *Ry2b* 44 TAVGETI *P* Ta . g&i *γ* TAYGETI *MRbc* canif *c* 46—48: *cf. prol.* 44 *sq.* 46 ARDENTES *My2c* 'ardentis pugnas *legendum est: nam male quidam* ardentis Caesaris *accipiunt . . et aliter: hic distingue, ut Aeneida significasse videatur, quia una Actiaca pugna Octaviani Caesaris fuit' Servius. Nulla distinctio per totum versum in M* 47 Caesaris et nomen et famam *schem. lex. unde* C. et famam et nomen *Stephanus* 48 QVOD (T *sup.*) *M* QVOD *PRy1b1* 49 pugnae *Nonii praeter Bern. pr. ex.* 50 PASCIT *MRybc, Nonii exempl.: cf.* I 155. 188. 219. 227. 424. 428. 438. 446. 454. 459 II 233. 274. 346. III 73 QVIS ET FORTIS *P*

corpora praecipue matrum legat. optuma torvae
forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix,
et crurum tenus a mento palearia pendent;
tum longo nullus lateri modus; omnia magna,
pes etiam; et camuris hirtae sub cornibus aures.
nec mihi displiceat maculis insignis et albo,
aut iuga detractans interdumque aspera cornu
et faciem tauro propior, quaeque ardua tota
et gradiens ima verrit vestigia cauda.
aetas Lucinam iustosque pati hymenaeos
desinit ante decem, post quattuor incipit annos;
cetera nec feturae habilis nec fortis aratris.
interea, superat gregibus dum laeta iuventas,

---

TESTIMONIA. 51 sq. 'optuma . . . caput' Nonius 411, 11 'optima . . bovis' Acro Hor. carm. III 5, 44 52 'cui t. caput' Servius ge. IV 394 Audacis exc. VII 329 K. schol. Hor. epod. V 19 'cui p. cervix' Servius Aen. I 419 'plurima cervix' Servius ge. I 187 schol. Bern. ge. I 187 53 Priscianus 982. 999. 1101. 1173. 1197. 1203 P. Pompeius V 278 K. Arusianus VII 512 K. Nonius 377, 30 Servius Aen. III 427 ge. II 1 'crurum . . . pendent' Cledonius V 78 K. Pompeius V 272 K. Audacis exc. VII 354 K. anecd. Helv. 171 'crurum t.' Diomedes I 409 K. ult. syll. IV 255. 391 K. Sacerdos VI 429 K. Servius Aen. V 603 X 210 schol. Bern. ge. II 1 54 'tum . . . modus' Atilius Fortunatianus VI 282 K. Nonius 339, 2 54 sq. 'omnia m. p. etiam' Servius Aen. IV 558 55 'et . . . aures' Nonius 30, 9 'camuris . . . aures' Macrobius Sat. VI 4, 23 schol. Med. ecl. VII 53 58 'et f. t. propior' Priscianus 1173 P. Arusianus VII 501 K. 59 Nonius 420, 17 60 sq. Probus 59, 11 K. 60 Servius Aen. I 283 ecl. IV 37 62 Nonius 206, 7 63 sq. 'interea . . . mares' Nonius 433, 22 63 Priscianus 1206 P. Nonius 389, 2

---

VARIA LECTIO. 51 OPTVMA *P*, *Nonius* OPTIMA *MRybc*, *Acro* 54 tunc *Nonius* 55 CAMURIS (Y *sup.*) *M* camiriſ *y* cam . riſ *c*1 cameriſ *c*2, *Nonii exempl.* camyriſ (a *et* y *in ras.*) *b* camuris *Macrobius, Servius, Philargyrius: cf. Pauli Festus p.* 43 *M.*
M H
sub] ~~CVM~~ (S *et* B *sup.*) *M* 56 TIBI *M* 57 DETRECTANS *Mybc* cornu . *y* 60 LVCINA (M *supra* A) *M* LVCINA *R* 61 DECIM *R* d&im *c*1 post] . . p' *c* 62 ARATRI *M* 63 praeterea *Nonius* 389 interea *testatur Priscianus* superest *Prisciani ω exc. Vind. N* cum *Nonius utroque loco* IVVEN-
A
TAS *Ry*, *Nonii* 433 *ω* IVVENTVS *M* iuventus *Priscianus, Nonii* 389 *ω*, 433 *Wolf.* iuuentuſ (u *corr. in* a) *b* IVVENTIS *P* iuuenta *Nonii* 433 *Harl. m.* 1

solve mares; mitte in Venerem pecuaria primus,
atque aliam ex alia generando suffice prolem.
optima quaeque dies miseris mortalibus aevi
prima fugit: subeunt morbi tristisque senectus
et labor, et durae rapit inclementia mortis.
semper erunt, quarum mutari corpora malis:
semper enim refice ac, ne post amissa requiras,
ante veni et subolem armento sortire quodannis.

Nec non et pecori est idem delectus equino.
tu modo, quos in spem statues summittere gentis,
praecipuum iam inde a teneris impende laborem.
continuo pecoris generosi pullus in arvis
altius ingreditur, et mollia crura reponit;
primus et ire viam et fluvios temptare minantis
audet et ignoto sese committere ponti,
nec vanos horret strepitus. illi ardua cervix

---

TESTIMONIA. 64 Nonius 390, 28 'solve m.' Probi cath. IV 24 K. 'mitte . . . primus' Nonius 348, 13 66—68 Seneca epist. 108, 24 Hieronymus ad Heliod. (cf. Philol. XXI 153) 66 sq. 'optima . . . fugit' Seneca de brev. vitae 9 epist. 108, 26 Acro Hor. carm. II 11, 5 67 'subeunt . . . senectus' Seneca epist. 108, 29 'tristisque s.' Donatus Ter. Phorm. I 2, 42 69 sq. 'semper . . . refice' Charisius I 268 K. 70 sq. 'semper . . . anteveni' Acro Hor. carm. III 6, 2 73 sq. Macrobius Sat. VI 6, 11 73 ult. syll. IV 250 K. Nonius 390, 7 75—81 'continuo . . . pectus' Seneca epist. 95, 68 75 sq. 'in arvis a. ingreditur' Augustinus regul. V 522 K. 75 Nonius 368, 21 77 'primus . . . viam' Servius Aen. IV 468 79 'nec . . . strepitus' Quintilianus VIII 2, 15 'illi a. c.' Servius Aen. II 328

---

VARIA LECTIO. 65 ALIIS *P*, *fortasse recte* prolem *in ras. b* 66 *in mg.* CH (*cf. prol.* 162) *col. rubro M* 69 MALLIS *R: cf. prol.* 429 MAVIS *M* 70 ADMISSA *M* a.miſſa (*crasa* c *vel* t) *c* 71 ANTE·VENI *R* ANTE VENI *M* ſobolem *γc* SORTERE *P* QVOTANNIS *Mbc* quodannoſ (d *corr. in* t, o *in* i) *γ* 72 delectuſ *c*1 DILECTVS *ceteri* 73 ſtatuiſ *c*, *Nonius* GENTES *Rγ*1*b*1 77 MINANTIS *P*, *Seneca* MINACIS *R* MINACES *Mγbc* 'minantis, *minaces*' *schol. Bern.* 78 PONTO (I *sup.*) *M* ponto *γc*, *schol. Bern.*, *Seneca* ponto (o *in ras.*) *b* ponti *Servius: cf.* II 318

argutumque caput, brevis alvos obessaque terga,
luxuriatque toris animosum pectus. (honesti
spadices glaucique, color deterrimus albis
et gilvo.) tum, siqua sonum procul arma dedere,
stare loco nescit, micat auribus et tremit artus,
collectumque premens volvit sub naribus ignem.
densa iuba, et dextro iactata recumbit in armo;
at duplex agitur per lumbos spina, cavatque
tellurem et solido graviter sonat ungula cornu.
talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus et, quorum Grai meminere poetae,

---

TESTIMONIA. 80 sq. Apuleius de deo Socr. 64 80 Nonius 239, 18. 361, 14 'argutumque caput' Servius ecl. VII 1 'obesa t.' schol. Hor. epod. 12, 3 81 sq. 'luxuriat . . . spadices' Acro Hor. carm. III 4, 20 81 'luxuriat . . . pectus' Nonius 481, 10 'luxuriatque t.' Diomedes I 378 K. 'luxuriat' Sacerdos VI 452 K. 82 'spadices glaucique' Probus 59, 16 K. 'glauci' cf. Gellius II 26, 18 82 sq. 'color . . . gilvo' Nonius 247, 22 83—85 'tum . . . ignem' Seneca ep. 95, 68 83 sq. 'tum . . . nescit' Quintilianus VIII 2, 15 84 'stare l. nescit' Nonius 391, 18 Servius Aen. IV 135 comm. Bern. Lucani IV 753 U. 'micat . . . artus' Nonius 191, 9. 347, 33 Arusianus VII 513 K. schol. Lucani IV 752 86 Vegetius veterin. I 56, 36 'et dextro . . . armo' Nonius 327, 27 87 'at . . . spina' Servius Aen. I 655 ge. I 172 schol. Statii Theb. VI 328 'duplex . . . spina' Apuleius de deo Socr. 64 89—91 Probus 59, 21 K. 89 sq. 'talis . . . Cyllarus' Diomedes I 463 K. Sacerdos VI 465 K. Servius ge. III 345 Acro Hor. carm. I 12, 25 'domitus . . . Cyllarus' Servius ecl. VI 74 Aen. I 235 89 ult. syll. IV 227 K. Iulius Rufinianus p. 44 H. 90 schol. Statii Theb. IV 214

---

VARIA LECTIO. 80 ALVVS *MPRc* aluuſ (uſ *in ras.*) *b* albuſ (b *corr. in* v) *γ* OBESA *MRγbc* 81 *sq.* pectus honesti Spadicis. tum, si qua sonum *e. q. s. eiectis mediis Ferdinandus Hitzig: et iungit* pectus honesti *Apuleius, si quidem exemplaribus fides est. cf. prol.* 43 82 SPANDICES *P* 83 *'multi'* (*ut schol. Bern.*) *'ita legunt:* albis et gilvo, *ut non* album *vel* gilvum, *sed* albogilvum *vituperet, quod falsum est' Servius. cf. Philargyrius* 85 premenſ *γ Seneca* PRIMENS *P* PRAEMENS *Rc*1 FREMENS *Mc*2, *item, sed in ras. b* 87 Et *b* Ad *c* 88 graviter ſolido *Menag. pr.* QVATIT *R ut Aen.* VIII 596 XI 875 pulsu *schol. Bern.* 89 AMYCLAEI *Mγc*, *Probus* AMYCLA ·ET *R* AMYCLEI *P*, *Sacerdotis Bob.* amiclaei *b* amohaeclei *et* amo et lei (*i. e.* amoeclaei) *Diomedis codd.* 90 *cf. prol.* 52 Cyllaros *Probi exempl.*

Martis equi biiuges et magni currus Achillei.
talis et ipse iubam cervice effundit equina
coniugis adventu pernix Saturnus, et altum
Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.

Hunc quoque, ubi aut morbo gravis aut iam segnior annis 95
deficit, abde domo nec turpi ignosce senectae, 96
quamvis saepe fuga versos ille egerit hostis 120
et patriam Epirum referat fortisque Mycenas
Neptunique ipsa deducat origine gentem. 122
frigidus in Venerem senior frustraque laborem 97
ingratum trahit, et siquando ad proelia ventumst,
ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis
incassum furit. ergo animos aevomque notabis 100

---

TESTIMONIA. 92—94 Probus 60, 3 K. 92 sq. 'talis . . . Saturnus' Nonius 368, 14 94 Acro Hor. carm. I 16, 7 'Pelion h. fugiens' ult. syll. IV 229 K. 95 sq. 'ubi . . . domo' Donatus Ter. hecyr. V 1, 32 'ubi . . . deficit' Donatus Ter. hecyr. III 2, 2 96 'nec . . . senectae' Acro Hor. carm. I 31, 19 schol. Hor. epist. II 2, 210 122 Probus 60, 11 K. 97 'frigidus in V. senior' schol. Iuven. X 204 Servius Aen. VIII 389 97 sq. 'frustraque . . . trahit' Acro Hor. epod. XI 16 98—100 'et siquando . . . furit' schol. Iuven. VI 366 cf. Peerlkampus ad Hor. carm. p. 40 sq. 98 'et . . . ventum est' Servius Aen XI 736 99 schol. Iuvenal. X 205 Servius Aen. II 678

---

VARIA LECTIO. 91 ACHILLEI *P* achilli *γ1b1c1* achille *Probi Vat.* ACHILLES (I *sup. col. rubro*) *M* ACHILLIS *Rγ2b2c2*, *Probi Par.* 92 EFFVNDIT *MPR*, *Vatic. Probi, Nonii* ω effundit (n *eras.*) *γ* effudit (dit *in ras.*) *b* 'effudit *χ*, *Probi Par.*, *Nonii Bern.* 1 fundit *c*1 fu.dit *c*2 94 tinnitu *Acro* 95 HINC *M* AETAS *R* 96 DEFECIT (I *sup. rubr.*) *M* domu *b*1 turpe *γ*1 ſenecta *χ* ſenectae (ae *in ras.*) *b* *Hic* 120—122 *inseri iussit Tittlerus in commentatione Brigensi scholastica anni* 1857 *p.* 8 *sq.*, *idem voluerat Bentleius* (*cf. mus. Rhen.* XXXV 312): *et legitur in Probi commentario v.* 122 *ante* 113 *sq. Vulgatum ordinem secutus est Servius. cf. prol.* 40 120 ILLI *P* HOSTES *Mγ* 121 forteſ *b* 122 gentem] NOMEN *R* *ex Aen.* X 618 97—100: *cf. prol.* 52 97 SEGNIOR *M* fruſtraq; (aq; *in ras.*) *b* fruſtaſque (r *sup.*) *π* frustransque *Kvičala* 98 VENTVMST (E *sup. m. recentiss.*) *R* VENTVMEST *MPγbc* 99 IN *sup. M.*, *om. γ*, *schol. Iuven.* VI 366 STIPVLAM·AGNVS *R* 100 INCASVM *P*

praecipue; hinc alias artis prolemque parentum,
et quis cuique dolor victo, quae gloria palmae.
nonne vides, cum praecipiti certamine campum
corripuere ruuntque effusi carcere currus,
cum spes arrectae iuvenum, exultantiaque haurit
corda pavor pulsans? illi instant verbere torto
et proni dant lora, volat vi fervidus axis;
iamque humiles, iamque elati sublime videntur
aëra per vacuum ferri atque adsurgere in auras;
nec mora nec requies; at fulvae nimbus harenae
tollitur, umescunt spumis flatuque sequentum:
tantus amor laudum, tantaest victoria curae.
primus Erichthonius currus et quattuor ausus
iungere equos rapidusque rotis insistere victor.
frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere

TESTIMONIA. 102 Terentianus Maurus v. 1046 Lactantius div. inst. III 8 104 'ruuntque e. c. currus' Nonius 313, 7 Charisii exc. I 548 K. Servius Aen. III 676 XI 142 105 sq. 'exultantiaque . . . pulsans' Nonius 319, 23 Servius ge. IV 69 106 'corda p. p.' Servius Aen. V 575 107 'volat . . . axis' Servius Aen. XI 195 108 sq. 'iamque humiles . . . ferri' Macrobius Sat. V 13, 7 111 'umescunt . . . sequentum' Macrobius Sat. V 13, 3 112 Servius ge. IV 205 Lactantius div. inst. III 8 113–115 Probus 60, 15 K. 113 sq. Tertullianus de spect. 9 Isidorus orig. XVIII 34, 1 Fulgentius mythol. p. 691 St. 113 'primus Erichthonius' Marius Victorinus VI 108 K. 114 'rapidusque . . . victor' Servius Aen. II 329. V 493 'atque rotis i. v.' Servius Aen. I 192 115–117 Gellius XVIII 5, 7 Macrobius Sat. VI 2, 19. 9, 8 115 sq. 'freno . . . dorso' comm. Bern. Lucani VI 399 U. 115 schol. Lucani VI 399 Probi de nom. exc. IV 211 K.

VARIA LECTIO. 101 ARTES *Mybc* PARTIS *P* 'prolem parentum *nove posuit*' *Philargyrius.* prolisque parentem *Schraderus* moremque parentum *Marklandus ad Statii silv.* V 3, 138 102 dolor *in ras. b* 103 *sq. cf. Aen.* V 144 *sq.* 103 cũ *in ras. b* 105 *sq. Cf. Aen.* V 137 *sq.* 106 VERBERAT·ORTO *R* 107 dant ..lora (t *et* lo *in ras.*) *b* VOGAT (L *sup.*) *M* 108 elatiſ (ſ *eras.*) *γ* 109 aera per tenerum *Macrobius ut Aen.* IX 699 ferre *b*1 EXSVRGERE *R* exurgere *γ* AVRES *R* 110 AD *PRγ*1 at *in ras. b* 111 SEQVENTIVM *P* 112 TANTAE EST *R* tante eſt *γ* 113—119 *Tittlerus* R I
*l. l. post* 102 *collocari voluit: cf. prol.* 40 114 APIDVS (*corr. col. rubr.*) *M* rapidiſ (i *in ras.*) *c*2 *Probi Par., Isidori φ* rapidus *Servius et schol. Bern.* vector *Bentleius*

impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
insultare solo et gressus glomerare superbos.
aequus uterque labor, aeque iuvenemque magistri
exquirunt calidumque animis et cursibus acrem. 119

His animum adversis instant sub tempus, et omnis 123
impendunt curas denso distendere pingui
quem legere ducem et pecori dixere maritum;
florentisque secant herbas fluviosque ministrant
farraque, ne blando nequeat superesse labori
invalidique patrum referant ieiunia nati.
ipsa autem macie tenuant armenta volentes,
atque ubi concubitus primos iam nota voluptas
sollicitat, frondesque negant et fontibus arcent.
saepe etiam cursu quatiunt et sole fatigant,
cum graviter tunsis gemit area frugibus, et cum
surgentem ad zephyrum paleae iactantur inanes.

---

TESTIMONIA. 116 sq. Nonius 295, 19 'atque . . . superbos' idem 106, 28 'equitem . . . solo' Arusianus VII 487 K. 116 'impositi . . . docuere' Arusianus VII 483 K. 117 Acro Hor. carm. III 3, 41 Nonius 330, 18 'et . . . superbos' Nonius 391, 8 119 'calidum . . . acrem' Nonius 240, 27 124 'denso d. p.' Servius Aen. I 433 125 Nonius 464, 31 Acro Hor. carm. I 17, 7 'quem legere virum' Servius ecl. VII 7 126 sq. Gellius I 22 'fluviosque m. farraque' Asper 113, 14 126 Servius ge. III 131 128 Charisius I 14 K. 129 Probus 64, 4 131 'fontesque n. et frondibus a.' Philargyrius ge. III 129 132—137 Augustinus contra Iul. V 11

---

VARIA LECTO. 118 laboſ (ſ *in ras.*) *b* IVVENVM *Rγ*1 IVVENTVM *P* (*cf. prol.* 287) 123—144 (22 *versus*) *hic om. sequuntur post* 170 (*post* 26 *versus*) *γ* 123 ANIMVM ADVERSIS *P* ANIMA ADVERSIS *M* anim. adverſi. ſ (*erasa* a) *γ* ANIMADSIS (VER *sup. m.* 2) *R* anĩaduerſiſ *bc* OMNES *PRγ* 124 DENSOS *M* 125 virum *Servius ecl.* VII 7 ducem *Nonius* PECORIS *P* MAGISTRVM *P* maritum *testantur schol. Bern. et Nonius* 126 florentes *Servius ad v.* 131, *sed ad v.* 126 *testatur* pubentes *ut Aen.* IV 514 127 NEQVEANT *Pbc*1 NEQVEANS (T *sup.*) *M* 128 referunt *Charisii cod.* IETIVNEA *P*: *cf. prol.* 426 130 primi iam mota *vel* primos innata *vel* primos ignota *Schraderus* primos iam nota *Servius, Philargyrius* iã *sup. c* VOLVNTAS *P* 131 SOLLICITANT *R* S. ollicitat (o *ex corr.*) *γ* fontesque n. et frondibus *Philargyrius* 133 TVSIS *R* 'tusis sine n littera legendum' *Philargyrius*

hoc faciunt, nimio ne luxu obtunsior usus
sit genitali arvo et sulcos oblimet inertis,
set rapiat sitiens Venerem interiusque recondat.

Rursus cura patrum cadere et succedere matrum
incipit. exactis gravidae cum mensibus errant,
non illas gravibus quisquam iuga ducere plaustris,
non saltu superare viam sit passus et acri
carpere prata fuga fluviosque innare rapacis.
saltibus in vacuis pascunt et plena secundum
flumina, muscus ubi et viridissima gramine ripa,
speluncaeque tegant et saxea procubet umbra.
est lucos Silari circa ilicibusque virentem
plurimus Alburnum volitans, quoi nomen asilo

---

TESTIMONIA. 135 sq. Quintilianus VIII 6, 8 'hoc ... arvo' Acro Hor. epod. 12, 15 'nimio ... arvo' Donati ars IV 401 K. 'nimio ... inertis' Diomedes I 460 K. Pompeius V 308 K. Beda de tropis 382 C. 136 cf. Probus 64, 11 'genitale arvum' Augustinus de civ. dei XIV 23 'oblimat inermes' Servius Aen. XII 370 138 sq. 'rursus ... incipit' Philargyrius ge. III 484 138 'rursus ... cadere' Nonius 384, 30 139 'exactis ... errant' Nonius 291, 24 Servius ge. I 435 141 'nec saltu s. v. s. passus' Philargyrius ge. III 143 141 sq. 'et acri ... fuga' Nonius 252, 11 143 ult. syll. IV 254 K. 143 sq. 'saltibus ... flumina' Nonius 387, 7. 389, 21 'pascuntur vero silvas et plana secundum flumina' (cf. v. 314) Nonius 531, 25 145 'saxea p. umbra' Servius Aen. II 470 146—150 'est ... armenta' Seneca epist. 58, 2 146—148 Probus 61, 7 K. 147 sq. 'cui ... est' de schem. lex. p. 55 H. 147 Servius Aen. VI 239 exempl. cod. Vat. 40 K.

---

VARIA LECTIO. 135 luxo (v supra o) *b* fluxu *c*1 OBTONSIOR *P* obtunſior (n *eras.*) *γ* obtu . ſior *b* 136 SVLCOSVBLIMET *Mγ*1 inerteſ *c* oblimat inermes *Servius Aen.* XII 370 141 nec *Philargyrius* SALTVS *MR* SVPERALTE *P* AGRI *R* agri (g *eras.*, c *supr.*) *γ* acri *in ras. b* 142 rapaceſ *γc*, *item, sed* ceſ *in ras. b* 143 PASCUNT (A *supra* U *rubr.*) *M* paſcant *γ*2*bc*2, *Nonii φ* pascuntur vero silvas et plana *Nonius* 531: plena *Servius et schol. Bern.* 144 GRAMINA RIPAE *M* gramine ripa (e *in ras.*) *b* *Hic in mg.* QR (CV BE), *ut ad versum* 170, *transpositorum versuum signum γ* 145 PROTEGIT (A *supra* I) *M: cf.* II 489 procumb& (U *sub* m) *γ*1*c*1 procubet *Servius et schol. Bern.*

146—162 *F* 146 LVCOS *M* LVCVS *FRb*1*c*1 lucum *Seneca* SILERI (A *sup.*) *M* ILARI *P* circa] iuxta *Seneca* 147 CVI *MPRγbc* ASYLO *Pb* asilo est *Servius Aen.* VI 239

Romanumst, oestrum Grai vertere vocantes,
asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis
diffugiunt armenta, furit mugitibus aether
concussus silvaeque et sicci ripa Tanagri.
hoc quondam mostro horribilis exercuit iras
Inachiae Iuno pestem meditata iuvencae.
hunc quoque (nam mediis fervoribus acrior instat)
arcebis gravido pecori, armentaque pasces
sole recens orto aut noctem ducentibus astris.

Post partum cura in vitulos traducitur omnis,
continuoque notas et nomina gentis inurunt,
et quos aut pecori malint summittere habendo
aut aris servare sacros aut scindere terram
et campum horrentem fractis invertere glaebis.
[cetera pascuntur viridis armenta per herbas.]
tu quos ad studium atque usum formabis agrestem,
iam vitulos hortare viamque insiste domandi,

---

TESTIMONIA. 148 'oestrum . . . vocantes' Servius Aen. VII 777  150 sq. 'furit m. a. concussus' ult. syll. IV 245 K.  151 'et . . . Tanagri' Probus 61, 21 K.  156 'sole r. orto' Priscianus p. 1006. 1069. 1104 P. Augustini reg. V 517 K. Servius Aen. XII 313  158 Nonius 354, 22  164 Velius Longus VII 48 K.

---

VARIA LECTIO. 148 *cf. prol.* 52  ROMANVMЄST (Є *m. rec.*) *R* *roman*VST *F* ROMANVM EST *MPγbc*  oeſtrũ (oeſ *in ras.*) *b*  GRAII *R: cf. prol.* 426 gra . i . *c*  149 ACERVA *M* acerba . *γ* ȧcerbẹ (e *post. in ras.*) *b*  150 at diffig(i)unt *in mg. γ*  FVGIT(S) *F* fugit (g *eras.*) *γ*  152 MONSTRO *FMPγbc*  HORRIBILI *M* HORRIBILIS (I *ante* S *m. rec. corr. in* E) *F* horribileſ *b*  154 nam] NM M̄ (*quae ante* M *fuerant, eras.*) *F* nā *suprascr. γ*  155 PECORI (Q· *supra* I *rubr.*) *M* PECORIS *P*  PASCIS *F*  156 ASTRES *P*  158 que *om. Nonius*  159 ecquos *prop. Wagnerus cum Barthio ad Statii silv.* I 3, 2  160 a . riſ *c*  ſacriſ (i *in ras.*) *c*  162 *non videri a Vergilio ortum esse proleg. p.* 51 *monui, quamquam legerunt veteres interpretes*  pascantur *χ*  uirideſ *bc*  herbas: Tu *Martynus*  163—167 *F*  163 STVDIA *FR* at studia *in mg. γ* ſtudia (ia *in ras.*) *b*

dum faciles animi iuvenum, dum mobilis aetas.
ac primum laxos tenui de vimine circlos
cervici subnecte; dehinc, ubi libera colla
servitio adsuerint, ipsis e torquibus aptos
iunge pares, et coge gradum conferre iuvencos;
atque illis iam saepe rotae ducantur inanes
per terram, et summo vestigia pulvere signent;
post valido nitens sub pondere faginus axis
instrepat, et iunctos temo trahat aereus orbes.
interea pubi indomitae non gramina tantum
nec vescas salicum frondes ulvamque palustrem,
set frumenta manu carpes sata; nec tibi fetae
more patrum nivea implebunt mulctraria vaccae,
set tota in dulcis consument ubera natos.

---

TESTIMONIA. 166 sq. 'et primum . . . subnecte' Nonius 340, 11 166 'tenui de v.' Augustini regul. V 500 K. 167 'cervici s.' Arusianus VII 510 K. 'dehinc . . . colla' Augustini regul. V 519 K. 168 sq. 'ipsis . . . pares' Nonius 234, 32 'aptos . . . iuvencos' Charisius I 238 K. 170 Nonius 326, 17 171 'et . . . signent' Nonius 405, 14 172 sq. 'post . . . increpat' Nonius 353, 6 173 'et . . . orbes' Servius Aen. V 198 175 'nec . . . frondes' Nonius 187, 2 'vescas s. frondes' Servius ge. IV 131 176 sq. 'nec . . . vaccae' Nonius 312, 8 177 'inplebunt m. v.' Servius ecl. III 30 cf. schol. Veron. 71, 6

---

VARIA LECTIO. 165 '*est duplex lectio. potest enim et sic legi:* iuvenum dum mobilis aetas' *Philargyrius* 166 ac] et *Nonius* CIRCLOS *R*, *Nonius: testantur Servius et schol. Bern.*
I
CRICLOS *M* circloſ (c *alt. in ras.*), *in mg.* at circoſ *γ* CIRCOS (L *sup. m. ant.*) *F* CIRCOS *P* circloſ (clo *in ras.*) *b* 167 CERVICE *M* Ceruiciſ *c*1 subnectite *Arusianus* 168 IPSI·SE *R* IPSISE (*sed ut* E *possit etiam* I *esse*) *F* ipſiſ de *b* ipsos e
O
*Wagnerus ann. philol.* 1868 *p.* 148 169 IVVENCIS *M* 170 ILLOS (I *supra* O) *M* *Hinc sequuntur* 123—144 *in γ* 171 ſignant *c*1 172 praeualido *Nonii Bern. pr.* ſup *b*1 173 increpat *Nonii exempl.* ORBIS *Rγc* 175 SILVAM *R* VLVAS (M *supra* S *m. ant.*) *F* ul. uā *c* 176 carpeſ (eſ *in ras.*) *b* nec] SED *R* 177 MVLTRARIA (C *supra* LT *m.* 2) *Fγ* MVLC-
R
TARIA *M* 'mulctraria . . . *legitur et* mulgaria' *Philargyrius.* mulgaria *Nonius* (*nisi quod* mulctraria *Bern. pr.*) mulctr . . . . *schol. Veron.*

178 *om., add. in mg. c* DVLCES *MRγ*2 CONSVMANT (E *supra* A) *M* conſumment *γ* conſumant *c*

Sin ad bella magis studium turmasque ferocis,
aut Alphea rotis praelabi flumina Pisae
et Iovis in luco currus agitare volantis:
primus equi labor est animos atque arma videre
bellantum lituosque pati tractuque gementem
ferre rotam et stabulo frenos audire sonantis;
tum magis atque magis blandis gaudere magistri
laudibus et plausae sonitum cervicis amare.
atque haec iam primo depulsus ab ubere matris
audeat, inque vicem det mollibus ora capistris
invalidus etiamque tremens, etiam inscius aevi.
at tribus exactis ubi quarta acceperit aestas,
carpere mox gyrum incipiat gradibusque sonare
compositis sinuetque alterna volumina crurum
sitque laboranti similis; tum cursibus auras

---

TESTIMONIA. 180 cf. Probus 61, 24 K. 184 'et . . . sonantis' Charisius I 98 K. Nonius 206, 9 ult. syll. IV 241 K. 'stabulo f. a. sonantis' Probi de nom. exc. IV 211 K. 186 'et . . . amare' Nonius 59, 25 'plausae s. c. amare' ult. syll. IV 241 K. 189 Charisius I 266 K. Atilius Fortunatianus VI 284 K. 190 Nonius 291, 23 191 'carpere . . . incipiat' Nonius 252, 13 191 sq. 'gradibusque s. compositis' Nonius 317, 2 192 'sinuetque . . . crurum' Servius Aen. II 208. X 190

---

VARIA LECTIO. 179 FEROCES *FRc* 181 VOLENTIS *F* VOLANTIS (I *corr. in* E) *M* 182 EQVIS *M* equi . *b* equis . . . animosis, arma v. *Schraderus* 183 tractum *γ*1 tractuſ *b*1 184 stabulis *Nonius* SONANTES *R* 187 'iam primo *quasi unum lege' Philargyrius* 188 AVDEAT (I *supra* E) *M* AVDIAT *Ry*2*b*1*c* gaudeat *Ladevicus progr. Neostrel.* 1853 *p.* 20 inque diem, inque viam, inque fidem *Schraderus* inque vicem *legit Celsus apud Philargyrium* 189 ETIAMQ· (IAM *sup. col. rubro*) *M* etiamque *Fortunatianus* etiam] ATQ· (A *erasa, lineae transversae rubr.*, ETIAM *sup.*) *M* etiam *Servius, Philargyrius, schol. Bern., Charisius, Fortunatianus* et iamque . . . et iam *Bentleius* 190 ac *χ* OCCEPERIT (A *supra* O *m. satis ant.*, SS *supra* EP *fort. rec.*) *F* ACCESSERIT *AMγbc, Servii Par., Nonii Bern. pr. m.* 2 'accesserit, acceperit' *schol. Bern.: cf. ecl.* VIII 39 AETAS *M*, *Servius, Nonii φ* ae.taſ (ſ *supra*) *b* 192 COMPOSITI *R* sinuat *Servius Dan. Aen.* II 208 CVRRV˜ (R *supra*) *M* 193 TVM (C *supra*) *F* AVRIS *P*

provocet ac per aperta volans ceu liber habenis
aequora vix summa vestigia ponat harena.
qualis hyperboreis aquilo cum densus ab oris
incubuit Scythiaeque hiemes atque arida differt
nubila (tum segetes altae campique natantes
lenibus horrescunt flabris, summaeque sonorem
dant silvae, longique urgent ad litora fluctus),
ille volat simul arva fuga simul aequora verrens.
hinc vel ad Elei metas et maxima campi
sudabit spatia et spumas aget ore cruentas,
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
tum demum crassa magnum farragine corpus
crescere iam domitis sinito: namque ante domandum

---

TESTIMONIA. 195 'vix . . . harena' Servius Aen. V 317 197 sq. 'Scythiaeque . . . nubila' Nonius 284, 19 'atque . . . nubila' Donatus Ter. Andr. II 4, 5 197 'Scythia' Probus 61, 28 K. 199 'lenibus flabris' schol. Bern. ge. III 197 201 Nonius 308, 5 Servius Aen. IV 400 'illa furens s. a. fuga' ult. syll. IV 248 K. 'simul arva . . . verrit' Servius Aen. IV 72 ge. I 286 202 sq. 'hic . . . spatia' Acro Hor. carm. IV 2, 13 202 Probus 61, 26 K. 'hinc . . . metas' Acro Hor. carm. I 1, 3 204 Nonius 528, 2 schol. Lucani I 426 'Belgica collo' Terentianus Maurus v. 1029 'Belgae' Probus 61, 29 K. 206 sq. 'namque . . . animos' Priscianus 409 P. Servius ge. III 174

---

VARIA LECTIO. 194 PROVOCET *P* TVMVOCET *AFMRybc*: *cf. Aen.* IV 223. 417 V 211 VIII 707 *ge.* III 322 'tum vocet, provocet' *schol. Bern.* 195 PONIT *A* signat *Servius Aen.* V 317 197 HIEMIS *F*, *Nonii exempl.* defert (e *pr. corr. in* i) *y* defert *c*1 difert *c*2 198 dum *c*1 NATANTIS *F* 199 FABRIS *A* flabriſ (fla *in ras.*) *b* SONORIS *A* 201 *abest a fr. Moret.*: *cf. prol.* 53 volans *Servius Aen.* IV 400: *cf.* 194 furens *de ult. syll.* verrit *Servius ge.* I 286 *Aen.* IV 72. 400, *sed* verrens *ad hunc locum, item schol. Bern.* 202 HINC *FR* HIC (N *sup.*) *M* hi.c *y* HIC *APbc Probus, Acro* vel] et *Acro* circi *Marklandus ad Statii silv.* V 1, 21 203 AGIT *F* 204 BELLICA (G *supra* L) *M* BELLICA *P* Belgica (elgi *in ras.*) *b* Belgica *Servius, Philargyrius, Probus, Nonius, schol. Lucani, Terentianus Maurus* FER^T *R* FERAT *A* 205 CRAS-SVMFERRAGINE (AGNVM, A, ʌ *supra*; V *et* E *erasa*) *M* 206 DOMAÑU˜ (D *supra*) *M*

ingentis tollent animos prensique negabunt
verbera lenta pati et duris parere lupatis.

Sed non ulla magis viris industria firmat,
quam Venerem et caeci stimulos avertere amoris,
sive bovom sive est quoi gratior usus equorum.
atque ideo tauros procul atque in sola relegant
pascua post montem oppositum et trans flumina lata,
aut intus clausos satura ad praesaepia servant.
carpit enim viris paulatim uritque videndo
femina nec nemorum patitur meminisse neque herbae
dulcibus illa quidem inlecebris, et saepe superbos
cornibus inter se subigit decernere amantis.
pascitur in magna Sila formonsa iuvenca:

---

TESTIMONIA. 208 'et . . . lupatis' schol. Lucani IV 758 Porphyrio Hor. carm. I 8, 6 'duris p. l.' Acro ad Hor. carm. I 8, 6 210 'caeci . . . amoris' Acro Hor. carm. I 18, 14 212 sq. 'itaque vel in longinqua pascua marem placet ablegari vel ad praesaepia contineri' Columella de r. r. VI 27 'atque ideo . . . pascua' Eutychis ars V 475 K. Acro Hor. carm. III 11, 48 'in s. r. pascua' explan. in Don. IV 552 K. 212 'atque . . . procul' ult. syll. IV 252 K. 213 'post . . . lata' Servius ge. III 253 schol. Bern. ge. III 253 'post m. oppositum' Priscianus 987. 993 P. 214 Nonius 265, 18 215 sq. Philargyrius ge. III 498 'carpit . . . femina' Donatus Ter. adelph. IV 2, 52 Nonius 252, 9 Acro Hor. carm. I 19, 7 'uritque . . . herbae' Priscianus 811 P. 'uritque v. femina' Diomedes I 342 K. Macrobii exc. Bob. V 649 K. 216 'nec . . . herbae' schol. Med. ecl. VII 69 217 sq. 'et saepe . . . amantis' Nonius 401, 14 218 Nonius 285, 29 219 Asper 114, 28 Arusianus VII 497 K.

---

VARIA LECTIO. 207 tollunt *Servii ge.* III 174 *φ*, *Prisciani Heidelb.* prefi (n *supra*) *γ* 209 NON NVLLA (*corr. m. rec.*) *F* NON UELA *A* nonnulla *γ*1 VIRES *AMRγ*2*b*2*c* 210 AMORES *A* 211 BOVOM *F* BOVM *AMPRγbc* QUO (I *supra*) (*corr. m. satis ant.*) *F* CVI *AMPRγbc* 212 RELIGANT (I *ut vid. corr. in* E) *F* RELIGANT (L *supra*) *R* 213 NATA *M* 215 VIRES *AMRbc* 216 NEQ·HERBAE *Pb* NEQ·HERBA *A* NEC HERBAE *MRbc* herbae, *supr.* nec *γ* herbae Dulcibus *sublata interpunctione Klotzius in ann. phil.* LXXI 468 218 AMANTES *ARc* 219 *contra Wagneri suspicionem defendi lect. Verg. p.* 5 *prol.* 31 SILA *R*, *Asper, quamquam* silva *in schedis legitur.* SILVA *APγbc Arusianus* SILUA *M* 'silva; *alii* Sila *legunt' Servius: cf. Aen.* XII 715

illi alternantes multa vi proelia miscent
volneribus crebris, lavit ater corpora sanguis,
versaque in obnixos urgentur cornua vasto
cum gemitu, reboant silvaeque et longus Olympus.
nec mos bellantis una stabulare, set alter
victus abit longeque ignotis exulat oris.
multa gemens ignominiam plagasque superbi
victoris, tum quos amisit inultus amores,
et stabula aspectans regnis excessit avitis:
ergo omni cura viris exercet, et inter
dura iacet pernix instrato saxa cubili
frondibus hirsutis et carice pastus acuta,
et temptat sese atque irasci in cornua discit
arboris obnixus trunco ventosque lacessit

---

TESTIMONIA. 221 'lavit . . . sanguis' Nonius 337, 15. 466, 27 Servius Aen. VIII 677 222 sq. 'versaque . . . gemitu' Nonius 418, 6 223 'reboant . . . Olympus' Nonius 79, 6 Macrobius Sat. VI 4, 21 explan. in Don. IV 438 K. Pompeius V 239 K. Eutychis ars V 449 K. Cassiodorius T. II p. 571a ed. Ven. 225 'longe . . . oris' Nonius 12, 12 'ignotis e. oris' Arusianus VII 469 K. 226 sq. Macrobius Sat. IV 4, 10 'multa . . . victoris' Nonius 369, 4 228 Nonius 12, 15 229 sq. 'et inter . . . cubili' Nonius 368, 19 Servius Aen. XI 718 230 Nonius 444, 18 'dura . . . instrato' schol. Iuven. VIII 10 'instrato s. cubili' Augustini regul. V 500 K. 231 Priscianus 1168. 1176 P. Arusianus VII 497 K. 'fron[dibus ir]sutis' schol. Med. ecl. VII 53 'et c. p. acuta' Priscianus 655 P. Isidorus orig. XVII 9, 102 Servius ecl. III 20 'carice p. acuta' schol. Bern. ecl. III 20 'carix' Probus 61, 30 K. 232 sq. 'et temptat . . . trunco' Nonius 412, 28 'atque . . . trunco' schol. Iuven. XII 9 233 'arboris o. trunco' Arusianus VII 496 K.

---

VARIA LECTIO. 220—223: *cf. Aen.* XII 720—722 220 ILLA *A* 221 LAUIT (A *supra* I *rubr.*)*M* lauat *b* lavit *testantur Philargyrius, schol. Bern., Servius Aen.* VIII 677 CORPORE *P* uulnera *Nonius* 223 RESONANT *M* reboant *testantur Servius et schol. Bern. cum ceteris grammaticis* longus *Macrobius, ut* μακρὸς Ὄλυμπος. LONGIUS *M* MAGNVS *PRγbc cum ceteris grammaticis: cf. Aen.* X 437 224—229 *rectius distinxit Otto Hanow sched. crit.* 3: *cf. prol.* 54 224 Nec (ec *in ras.*) *b* 226 SVPERBIS *P* 228 STABULI (I *eras.*, A *sup.*) *M* 229 VIRES *MRbc* 230 PERNIX *MPRγc, Nonius, Servius, schol. Bern.* perNix (ix *in ras.*) *b* pernox *schol. Iuven., quod tuetur Scaliger proleg. in Manil. p.* 9 'pernix; *legunt et* pernox, *sed* pernix *melius' Philargyrius* INSTRACTO *P* inſtracto *γ* 232—234 atque . . . harena = *Aen.* XII 104—106

ictibus, et sparsa ad pugnam proludit harena.
post ubi collectum robor viresque refectae,
signa movet praecepsque oblitum fertur in hostem:
fluctus uti medio coepit cum albescere ponto,
longius ex altoque sinum trahit, utque volutus
ad terras immane sonat per saxa neque ipso
monte minor procumbit, at ima exaestuat unda
vorticibus nigramque alte subiectat harenam.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque
et genus aequoreum, pecudes pictaeque volucres,
in furias ignemque ruunt: Amor omnibus idem.
tempore non alio catulorum oblita leaena
saevior erravit campis, nec funera volgo
tam multa informes ursi stragemque dedere
per silvas; tum saevos aper, tum pessima tigris:
heu male tum Libyae solis erratur in agris.

---

TESTIMONIA. 236 Servius Aen. XII 6 'longius . . . trahit' schol. Med. ecl. VII 33 238 sq. 'utque . . . saxa' de schem. lex. p. 58 H. 239 'immane s. p. saxa' Charisius I 201 K. 242—244 Nonius 446, 7 242 'omne . . . terris' Servius ge. I 24 243 'pecudes p. volucres' Quintilianus I 5, 28 Consentius V 399 K. 244 'in . . . ruunt' Lactantius div. inst. VII 1 245 sq. 'catulorum . . . campis' Fulgentius mythol. p. 706 St. 245 Nonius 457, 10 'catulorum o. leaena' Arusianus VII 495 K. 248 Augustinus contra Iul. IV 38 'tum s. aper' schol. Bern. ge. III 255 Servius ge. III 255 249 Asper 111, 9 K.

---

VARIA LECTIO. 234 AVT *R ut Aen.* XII 106 235 AST *M* ROBOR *R* robor *γ*: *cf. Lachmannus in Lucr.* 140 ROBVR *MPbc* RECEPTAE *Rcγ*2 (refectae *γ*1) receptae (cep *in ras.*) *b* 236 OBLICVM *M, Klotzius in ann. phil.* LXXI 467 oblitū (t *in ras.*) *b* oblitum *testantur Servius et Philargyrius* 237 UT INMEDIO (PRIMO *sup.*) *M: cf. Aen.* VII 528 ut in medio *γ*1 *ut vid., Servius* uti . medio *b* alpeſcere *γ* 241 VERTICIBVS *PRγbc* SVBIECTAT *Pγ ut Lucretius* VI 700 SVBVECTAT *MR, schol. Bern.: cf. Aen.* XI 131. 474 242—270 *De horum versuum genuino ordine restituendo dixi lect. Verg.* 6 *coni. annal. philol.* LXXV *p.* 77 *sq.* 242 ferarum, *om.* que, *γ* 248 ſiluam *c* tunc s. a. *Servius ge.* III 255 249 TVNC *R* aruiſ *c*

ipse ruit dentesque Sabellicus exacuit sus 255
et pede prosubigit terram, fricat arbore costas,
atque hinc atque illinc umeros ad volnera durat.
quid lynces Bacchi variae et genus acre luporum 264
atque canum? quid quae inbelles dant proelia cervi? 265
quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem 258
durus amor? nempe abruptis turbata procellis
nocte natat caeca serus freta; quem super ingens 260
porta tonat caeli, et scopulis inlisa reclamant
aequora; nec miseri possunt revocare parentes
[nec moritura super crudeli funere virgo]. 263
nonne vides, ut tota tremor pertemptet equorum 250
corpora, si tantum notas odor attulit auras?
ac neque eos iam frena virum neque verbera saeva,
non scopuli rupesque cavae atque obiecta retardant
flumina correptosque unda torquentia montis. 254

---

TESTIMONIA. 255 Donatus Ter. adelph. III 2, 21 IV 2, 11 'dentes . . . sus' schol. Hor. carm. I 1, 28 III 6, 38 'Sabellicus sus' schol. Lucani II 430 'Sabelli' Probus 62, 21 K. 256 'pede p. terram' Donatus Ter. adelph. VI 4 Macrobii exc. Paris. V 600 K. 257 Priscianus 800 P. 264 'quid . . . variae' Probus 64, 14 K. vetus interpretamentum in Priscianum II 218 K. de dub. nom. V 583 K. Acro Hor. carm. II 13, 40 'quid l. Bacchi' schol. Persii I 101 265 'inbelles . . . cervi' Servius Aen. IV 158 258 sq. 'quid . . . amor' Donatus Ter. Andr. I 5, 44 Nonius 285, 13 258 Nonius 418, 30 260 sq. 'quem . . . caeli' Seneca epist. 108, 34 261 'porta t. caeli' Servius Aen. I 374 251 'notas . . . auras' Servius Aen. X 229

---

VARIA LECTIO. 255 SUUS *M: cf. prol.* 449 VSVS *R* . . ſuſ *c* 257 VMEROSQ· *PR* humeroſq; *bc* ^h umeroſ ^q· *γ* 264 genuſ, aт̇ pecuſ *γ* 265 INBELLIS *Rγ*ı 258 quid] QVI *P* 261 *bis legitur et ima pagina* 60 *punctis superne signisque* ϴ *utrimque in mg. notatus et in summa sequenti: M cf. prol.* 161 263 *spurium iudicavi lect. Verg. p.* 5: *cf. Aen.* IV 308. *Tangitur a Philargyrio et schol. Bern., non a Servio.* SVPRA *P* 'super, *alii* supra' *schol. Bern. Post v.* 262 *in priore editione secuti esse videntur* 266—270, *in altera poetam suspicor addidisse* 250—254, *quos ante* 266 *inseri voluerit, ita tamen ut* 269 *sq. omitterentur: cf. prol.* 33 250 ET *P* 254 que *om. Morel. sec., fort. recte* correptos fundo *Marklandus ep. crit. ad Franc. Hare* MONTES *Mc* pontes *Schraderus*

scilicet ante omnis furor est insignis equarum;
et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigae.
*illas ducit amor trans Gargara transque sonantem
*Ascanium; superant montis et flumina tranant.
continuoque avidis ubi subdita flamma medullis
(vere magis, quia vere calor redit ossibus): illae
ore omnes versae in zephyrum stant rupibus altis
exceptantque levis auras, et saepe sine ullis
coniugiis vento gravidae (mirabile dictu)
saxa per et scopulos et depressas convallis
diffugiunt, non, eure, tuos, neque solis ad ortus,
in borean caurumque, aut unde nigerrimus auster
nascitur et pluvio contristat frigore caelum.
hic demum, hippomanes vero quod nomine dicunt
pastores, lentum destillat ab inguine virus,

---

TESTIMONIA. 266—279 Columella de r. r. VI 27, 5 266 Porphyrio et Acro Hor. carm. I 25, 14 267 sq. 'quo tempore . . . quadrigae' Probus 62, 8 269 sq. 'illas . . . Ascanium' Porphyrio Hor. carm. I 35, 7 Asper 115, 1 'transque s. Ascanium' Servius Aen. I 267 270 'superant . . . tranant' Nonius 389, 3 275 'equorum dicit pullos, quos vento conceptos etiam Virgilius ait' schol. Lucani VI 670 276 Sacerdos VI 504 K. 278 sq. 'aut unde . . . caelum' Nonius 409, 13 279 'et . . . caelum' Acro Hor. carm. I 3, 14

---

VARIA LECTIO. 270 MONTES *Mbc* 272 REDITCALOR *R* ille *γ* ILLIS *R* 273 ADZEPHYRUM *R* ZEPHYRUM (C P above) (AD *sup.*) *M* in zephyrum *Philargyrius* 274 EXPECTANT *M* expectant, *m.* 2 *corr. in* exceptant *γ* EXSPECTANT *P* exceptant *Servius, Philargyrius* LEVES *PRγ2c* 276 CONVALLIS *P*, *Sacerdotis Vat.* CONVALLES *MRbc* 278 BOREHAN *P* BOREAM *Rγ2b* borea *c* CHAVRVM *Rγc* CHARVM (U *sup.*) *M* 'caurum *pro* corum' *Servius* 279 frigore] SIDERE *R* 'sidere, frigore' *schol. Bern.* 280 θ HIC DEMUM HIPPOMANES QUOD SAEPE MALAE LEGER ****** θ HIC DEMUM HIPPOMANES·UERO QUOD NEMINE (O above) DICUN (E *infra* O *crasa, potest fuisse etiam* I) *M* Hic (ic *in ras.*) *b* hinc *Servius, Philargyrius*

hippomanes, quod saepe malae legere novercae
miscueruntque herbas et non innoxia verba.

Set fugit interea, fugit inreparabile tempus,
singula dum capti circumvectamur amore.
hoc satis armentis: superat pars altera curae,
lanigeros agitare greges hirtasque capellas.
hic labor, hinc laudem fortes sperate coloni.
nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
quam sit et angustis hunc addere rebus honorem:
set me Parnasi deserta per ardua dulcis
raptat amor; iuvat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli devertitur orbita clivo.
nunc, veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.

Incipiens stabulis edico in mollibus herbam
carpere ovis, dum mox frondosa reducitur aestas,
et multa duram stipula felicumque maniplis
sternere supter humum, glacies ne frigida laedat

---

TESTIMONIA. 282 Probus 62, 3 K. 'quod ... novercae' Donatus Ter. hecyr. II 3, 1 'saepe m. l. novercae' Servius Aen. III 398. 284 sq. Priscianus 1206 P. 284 Acro Hor. carm. I 4, 5. II 14, 1 serm. II 6, 40 'fugit i. t.' Seneca epist. 108, 24 286 sq. Servius ge. III 49 286 'sit satis a.' Cledonius V 66 K. 289—293 Macrobius Sat. VI 2, 2 289 sq. 'nec ... quam sit' Nonius 418, 19 290 'Vergilio quoque confesso quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere' Plinius n. h. XIX 59 292 sq. 'qua ... clivo' schol. Lucani V 126 292 'iuvat i. iugis' Arusianus VII 481 K. 293 Acro Hor. carm. III 4, 61 294 'nunc v. Pales' schol. Veron. 78, 24 Servius ge. I 160 297 sq. 'et ... subter' Nonius 389, 14 'et ... sternere' Servius ecl. I 15

---

VARIA LECTIO. 282—285: *cf. prol.* 52 *sq.* 283 = II 129 *in mg.* S̈ *M: cf. prol.* 160 285—321 *F* 286 hoc] sit *Cledonius* SUPERAT ĖṠṪ (*punct. rubr.*) *M* 'superat *pro* superest' *Servius* 288 *cf. prol.* 51 Hinc labor *c*, *Servius* 291 PARNASII *FRc*1 parnaſi (i *add. m.* 2) *γ* 292 IUUATEIRE *F* 293 Castalios fontis *in lemmate posuit Probus* 295 TABULIS (S *sup.*) *M* tabuliſ *γ* 296 OVES *FPR* 297 duram ſtipula *γ* DVRVM STIPVLA *PR* DVRAS̈TIPULA (IN *m. satis ant.*, m *rec.*) *F* DURAM STIPULA·M *M* filicum *γbc*

molle pecus, scabiemque ferat turpisque podagras.
post hinc digressus iubeo frondentia capris
arbuta sufficere et fluvios praebere recentis
et stabula a ventis hiberno opponere soli
ad medium conversa diem, cum frigidus olim
iam cadit extremoque inrorat aquarius anno.
haec quoque non cura nobis leviore tuendae,
nec minor usus erit, quamvis Milesia magno
vellera mutentur Tyrios incocta rubores:
densior hinc suboles, hinc largi copia lactis;
quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra,
laeta magis pressis manabunt flumina mammis.
nec minus interea barbas incanaque menta
Cinyphii tondent hirqui saetasque comantis
usum in castrorum et miseris velamina nautis.
pascuntur vero silvas et summa Lycaei

---

TESTIMONIA. 299 'scabiem ... podagras' Nonius 411, 10 300 sq. 'post . . . arbuta' Servius Aen. VIII 546 304 'aquarius' Probus 62, 23 K. 308 Servius ecl. X 77 310 Nonius 341, 3 311 sq. 'incanaque . . . hirci' Priscianus 796 P. 311 'barbas' cf. Charisii exc. I 548 K. 'interea . . . menta' de dub. nom. V 572 K. 'incanaque menta' Charisius I 269 K. 'canaque m.' de dub. nom. V 584 K. 312 Probus 62, 25 K. 'Cinyphii t. hirci' comm. Bern. et schol. Lucani IX 787 313 Columella de r. r. VII 6, 3 314 sq. 'pascuntur . . . rubos' Servius Aen. II 471 314 Asper 114, 27 Priscianus 788. 1168. 1176. 1214 P. Arusianus VII 497 K. 'pascuntur vero dumos' Servius Aen. I 194 'pascuntur vero silvas et plana secundum flumina' (cf. v. 143) Nonius 531, 25

---

VARIA LECTIO. 300 digrediens *Servius Aen.* VIII 546 301 RECENTES *Mc* 303 mediã *b* 304 cadit (dit *in ras.*) *b* 305 HAEC *FMRbc*, *Servius* 'hae: *legitur et* haec' *Philargyrius* hae *Donatum probavisse liber gloss. docet* hae[c] *γ* HAE *P* CVRRA *P* CUR (A *sup. m. satis ant.*) *F* leuiora *b1c1* TUENDA *Mb1c* tuendae *Servius* 307 COLORES *R* rubores *Servius* 308 HIC LARGI *F* 309 Quã (uã *in ras.*) *b* QUO *R* 'quam magis, *quo m.*' *schol. Bern.* ubere (e *alt. m.* 2 *ut vid.*) *γ* UBERA (E *supra* A) *M* UBERA *Rc1* 310 flumina *in ras. b* UBERA *PRc*, *Nonius* 'flumina: *legitur et* ubera' *Philargyrius* 311 cana *de dub. nom.* 312 Cyniphei *c* HIRQVI *P*, (QU *eras.*) *F* HIRCIS *R* HIRCI *Mγ2* (*fuit m.* 1 hirqui *ut vid.*) hyrci *bc* COMANTES *Mc* 314. 316. 315 *hoc ordine M, sed adpos. in mg.* A C B 314 SILVAE *P*

horrentisque rubos et amantis ardua dumos;
atque ipsae memores redeunt in tecta suosque
ducunt et gravido superant vix ubere limen.
ergo omni studio glaciem ventosque nivalis,
quo minor est illis curae mortalis egestas,
avertes, victumque feres et virgea laetus
pabula, nec tota claudes faenilia bruma.
at vero zephyris cum laeta vocantibus aestas,
in saltus utrumque gregem atque in pascua mittes.
luciferi primo cum sidere frigida rura
carpamus, dum mane novum, dum gramina canent,
et ros in tenera pecori gratissimus herba.
inde ubi quarta sitim caeli collegerit hora
et cantu querulae rumpent arbusta cicadae,
ad puteos aut alta greges ad stagna iubebo

---

TESTIMONIA. 316 'atque . . . tecta capellae' Augustinus de mus. I 8 316 sq. 'atque . . . deducunt' Donatus Ter. hecyr. IV 4, 27 317 'et . . . limen' Nonius 314, 2 'gravido . . . limen' Nonius 389, 5 319 Servius ecl. X 77 320 sq. 'et . . . pabula' Servius Aen. I 35 323 Nonius 348, 11 324—329 'luciferi . . . stagna' (om. 328) Columella de r. r. VII 3, 23 325 Donatus Ter. adelph. IV 2, 52 Nonius 252, 15 'dum mane . . . canent' Servius Aen. IV 341 'dum mane n.' ult. syll. IV 246 K. Pompeius V 136. 255 K. Servius in Don. IV 416 K. Servius Aen. V 19 'mane novum' Macrobius Sat. I 17, 34 Priscianus 983 P. explan. in Don. IV 428 K. 326 Nonius 411, 16 327 Philargyrius ge. IV 100 328 Porphyrio ad Hor. epod. II 26 329 sq. Nonius 216, 31

---

VARIA LECTIO. 315 HORRENTES *R* 316 IN$^{M}$MEMORES *M* 317 deducunt *Donatus* ducunt *Servius, schol. Bern.* 318 NIUALES *Fγ* 319 MINOR *FMPRγbc*, *Servius* 'quo minor est *pro* quo minus est' *Philargyrius* 320 largus *malebat Io. Schraderus* laetus *testatur Servius Aen.* I 35 321 CLAUDIS *M* 323 MITTEŦ (S *sup.*) *M* mittis *Nonii exempl.* aestas . . . mittet: Luciferi *Heynius* ('*cum aestas advenerit*' *intellexit Servius*) 324 LUCEFERI *P* LUCIFERφ (O *m.* 2 *corr. in* I) *Fγ* 325 dum gramina canent] dum flumina crescunt *Donatus: cf.* I 326 326 = *ecl.* VIII 15 327 COLLIGERIT *Pc*1 COMLEGERIT (M *m. rec. corr. in* L) *F* 328 *cf. Copa* 27. *om. Columella* QUERVTVLAE *P* 329 aut] ADQVE *R* IVBEBO *P: cf.* 295. 300 IV 264 IUBEBO (B *alt. m. rec. corr. in* T) *F* IUBETO *MRγbc*, *Nonius*

currentem ilignis potare canalibus undam;
aestibus at mediis umbrosam exquirere vallem,
sicubi magna Iovis antiquo robore quercus
ingentis tendat ramos, aut sicubi nigrum
ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra;
tum tenuis dare rusus aquas et pascere rusus
solis ad occasum, cum frigidus aëra vesper
temperat, et saltus reficit iam roscida luna,
litoraque alcyonem resonant, acalanthida dumi.

Quid tibi pastores Libyae, quid pascua versu
prosequar et raris habitata mapalia tectis?
saepe diem noctemque et totum ex ordine mensem
pascitur itque pecus longa in deserta sine ullis
hospitiis: tantum campi iacet. omnia secum
armentarius Afer agit, tectumque laremque

---

TESTIMONIA. 331 Nonius 247, 8  332—334 Columella de r. r. VII 3, 23  335 Acro Hor. carm. saec. 31 'tum . . . aquas' Nonius 411, 26  336 sq. Columella de r. r. VII 3, 24 'solis . . . temperat' Acro Hor. carm. saec. 32 'cum . . . temperat' Nonius 231, 26  338 Probus 63, 8 K.  339 sq. Probus 64, 19 K.  340 'et . . . tectis' Servius Aen. IV 259 'mapalia' Probus 63, 15 K.  342 sq. 'itque . . . iacet' Servius ecl. I 8  343—345 'omnia . . . pharetram' Donatus Ter. adelph. III 2, 3  343 'tantum c. i.' Nonius 326, 31 Servius Aen. I 224  344 sq. 'tectumque . . . pharetram' Quintilianus IX 3, 51 Isidorus orig. I 35, 19 Diomedes I 448 K.

---

VARIA LECTIO. 330 ELIGNIS *P*, *Nonii ω* LIGNIS *R* IGNIS *corr.* !LIGNIS *M*  PATARE *P* portare *γ*1 . . potare (po *in ras.*) *b*  331 AUT *F* AD *Rγ* AVT *MP* . at (a *in ras.*) *b* in *Nonius*  332 SICVBE *P: cf. prol.* 451  333 Ingentes *c* tendit *Columella*  SICVBIRE (I *post corr. ex* E) *M*  334 GRESSUS (BRI *sup. col. rubro*) *M*  sacrum *γ*  accubet (et *in ras.*) *b*  335 TVNC *R*  TENVES *Rb*  RUSUS (R *sup.*) *M* RVRSVS *FPRγbc*  RUSUS (R *m.* 2 *sup.*) *F* RVRSVS *MPRγbc*  336 aethera *Nonii Harl. m.* 1 aethera *rell. Nonii codd.* 337 reficit (i *pr. in ras.*) *b*  338 alcyonem *c, Servius et schol. Bern.* alcyonem, *non* Alcyonen *Lachmannus in Lucr.* 165 ALCYONE *P* ALCYONEN *FMRb*, *Probus* alcionen *γ*  342 in] ET *P*  sine] SIN *P*  344 AGIT · ET *M*  larem] LABOREM *R*

armaque Amyclaeumque canem Cressamque pharetram:
non secus ac patriis acer Romanus in armis
iniusto sub fasce viam quom carpit ẹt hosti
ante expectatum positis stat in agmina castris.
at non qua Scythiae gentes Maeotiaque unda,
turbidus et torquens flaventis Hister harenas,
quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.
illic clausa tenent stabulis armenta, neque ullae
aut herbae campo apparent aut arbore frondes;
set iacet aggeribus niveis informis et alto
terra gelu late septemque adsurgit in ulnas.
semper hiemps, semper spirantes frigora cauri.
tum sol pallentis haut umquam discutit umbras,

---

TESTIMONIA. 345 Servius ecl. III 12 'Amyclaeumque . . . pharetram' Probus 63, 16 K. 346—348 Vegetius de re milit. I 19 346 Quintilianus IX 3, 20 347 'iniusto . . . carpit' Donatus Ter. Andr. I 1, 9 Nonius 312, 17 Pseudoasconius in Cic. Verr. act. II 1, 15 Servius ecl. IX 65 ge. IV 204 'iniusto s. f. v. carpet' schol. Med. ecl. IX 65 348 Arusianus VII 458 K. 'stat.. Virgilius longam (posuit)' comm. Bern. Lucani V 436 U. 349 sq. 'qua . . . harenas' Acro Hor. carm. III 4, 36 349 'at . . . gentes' Servius Aen. IV 529 351 Acro Hor. carm. III 10, 3 epod. X 22 'Rhodope . . . axem' schol. Veron. 79, 31 354 sq. 'sed . . . late' Nonius 326, 28 356 Acro Hor. carm. I 22, 17. 25, 19 schol. Stat. Theb. IV 563 357 Acro Hor. carm. I 22, 20

---

VARIA LECTIO. 345 amoecleum *Diomedis* ω: *cf. prol.* 439 craſſam *c*1 'Cressam . . *alii* crassam' *schol. Bern.* Cressasque pharetras *Servius ecl.* III 12 346 haut secus *Quintilianus* SACER *F* 347 INUITO *F* iniusto *testantur Donatus, schol. Ciceronis, Servius* QUOM *F* CVM *MPRγbc* dum *Nonius, Servius ecl.* IX 65 *ge.* IV 204 HOSTI *FRb*, *Philargyrius* HOSTEM (I) *M* hoſtem (i) *c* hoſti. *γ* HOSTIS *P* 348 ſpectatum *γb* IN *om. R, comm. Lucani, qui* agmine *legisse videtur* . AGMINA *P* AGMINE *FMRγbc*, *Arusianus* oppositis stant agmina *Peerlkampus cf. prol.* 310 349 QVAS·CYTHIAE *R* QUAS SCYTHIAE *M* qua Scythicae *Acro* meotida *c* maeotica *Acro* 351—376 *Veron. fol.* 264 351 iacet *Acro epod.* redit *testantur Servius et Philargyrius* gelidum *Schraderus* medium *Probus* axe *γ* 352 NEC *R* NEque *V* 355 VLNA *P* 356 cauri *c* CHAVRI *MRγ* CHORI *PVb*1 chari (u) *b*2 357 TVNC *P* PALLENT.S *V* PALLENTES *M*

nec cum invectus equis altum petit aethera, nec cum
praecipitem Oceani rubro lavit aequore currum.
concrescunt subitae currenti in flumine crustae,
undaque iam tergo ferratos sustinet orbis,
puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris;
aeraque dissiliunt volgo, vestesque rigescunt
indutae, caeduntque securibus umida vina,
et totae solidam in glaciem vertere lucunae,
stiriaque inpexis induruit horrida barbis.
interea toto non setius aëre ninguit:
intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis
corpora magna boum, confertoque agmine cervi
torpent mole nova et summis vix cornibus extant.
hos non immissis canibus, non cassibus ullis
puniceaeve agitant pavidos formidine pinnae,
set frustra oppositum trudentis pectore montem

---

TESTIMONIA. 360 Servius ge. IV 136 Aen. VII 115 schol. Bern. ge. IV 136 Acro Hor. carm. II 9, 5 serm. I 1, 25 361 Nonius 459, 20 362 comm. Bern. Lucani I 18 U. 363 sq. 'vestesque . . . vina' Nonius 380, 26 363 'aeraque d. v.' comm. Bern. Lucani V 631 U. 'vestesque r.' Servius Aen. IV 251 364 'caeduntque . . . vina' Nonius 272, 9 'umida v.' schol. Veron. 80, 1 Quintilianus VIII 6, 40 anecdota Parisina Eckateinii 365 Priscianus 1184 P. 366 Charisius I 95 K. Servius Aen. II 277 'stiria . . . genere feminino' de dub. nom. V 590 K. 367 Charisius I 219 K. Priscianus 882 P. 368 'intereunt p. stant' Sacerdos VI 508 K. 369 'corpora m. boum' Sacerdos VI 508 K. 369 sq. 'conferto . . . nova' Acro Hor. carm. II 9, 5 371 'non cassibus ullis' schol. Bern. ge. III 247 373 'frustra . . . montem' Acro Hor. epod. II 31

---

A

VARIA LECTIO. 359 LAUIT *M* 361 ORBES *MPRc* 362 *suspectus Iacobo Bryant: cf. prol.* 51 PATULIS·NUNC *M: cf.* II 445 patulis *ad plaustra refert schol. Bern.* 363 volgo] ultro *Schaperus* 364 indutis *Heinsius* induti..... caeduntq; (q; *m. rec. add.*) *γ* 365 INSOLIDAM *R* in ſolidam in. (in *pr. eras.*) *γ* LUCUNAE (A *sup.*) *M: cf. Lachmannus in Lucr.* 205 *et Ritschelius opusc.* IV 68 LACVNAE *PRVbc* lacune *γ* 366 *om. R, interpretantur Servius et Philargyrius et schol. Bern.* 367 aequore *Arundel., Priscianus: cf. prol.* 149 aëre *Philargyrius* 369 bo.ū *b* CONFECTO *RV* conferto *Servius* confertoq; (fertoq; *in ras.*) *b* 370 ET *sup. M* 371 CASIBVS *P* 372: *cf. Aen.* XII 750 PENNAE *Mγ2c* 373 ET *R* TRVDENTES *MPγ2*

comminus obtruncant ferro graviterque rudentis
caedunt et magno laeti clamore reportant.
ipsi in defossis specubus secura sub alta
otia agunt terra congestaque robora totasque
advolvere focis ulmos ignique dedere.
hic noctem ludo ducunt et pocula laeti
fermento atque acidis imitantur vitea sorbis.
talis hyperboreo septem subiecta trioni
gens effrena virum Riphaeo tunditur euro
et pecudum fulvis velatur corpora saetis.

Si tibi lanitium curae, primum aspera silva

---

TESTIMONIA. 374 sq. 'comminus ... caedunt' Eutychis ars V 472 K. 374 'comminus o. f.' Servius ge. I 104 376 'ipsi ... specubus' Servius Aen. VII 568 Pompeius V 195 K. 'secura otia' schol. Veron. 80, 4 377 sq. 'totasque ... dedere' Nonius 446, 14 'totasque a. f. ulmos' schol. Bern. ge. I 282 379 'hic ... ducunt' Servius ge. I 6 380 Servius ge. III 364 381 Beda de tropis 383 C. 'hyperboreo ... trioni' Quintilianus VIII 6, 66 'septem s. trioni' Charisius I 275 Diomedes I 460 K. Priscianus 1039 P. Donati ars IV 401 K. Pompeius V 309 K. Consentius V 390 K. Marius Victorinus VI 39. 56 K. Servius Aen. I 412 'septem conpacta trioni' Sacerdos VI 449 cf. 466 K. 382 'Rhipaeo t. euro' Probus 63, 21 K. Servius Aen. IV 448 schol. Bern. ge. IV 518 'Rhiphaeo euro' schol. Veron. 80, 5 K. 383 de schem. lex. p. 57 H. 384 sq. Beda VII 253 K. 'si ... absint' Columella de r. r. VII 3, 10 384 'si ... curae' Nonius 212, 19 Servius Aen. II 140

---

VARIA LECTIO. 374 RUDENTES *M* 376 SPECUBUS *M*, *Servius hic et Aen.* VII 568 SPECIBVS *PVγ* SPECIEBVS *R* '*artis fuerat* specibus ... *sed quia pinguius sonat et melius,* specubus *dicimus*' *Servius* 'specubus ... *falsum est:* specibus *debuit dicere*' *Pompeius* 377 TOTAS$\dot{Q}$· (*punct. rubr.*) *M* totaſ, *om.* que, *γb1c* 380 FERMENTO ADQVE ACIDIS *R* FERMEN$\overset{o}{\text{T}}$ATQ· ACIDIS *M* fermentoque acidi.ſ *γ* 381 talis] quin et *Acro* conpacta *Sacerdos, si quidem Vergilii locum intellegit: cf. ecl.* II 36 *prol.* 211 triones *Sacerdos p.* 466 *K.* trione *Victorinus p.* 56 382 Riphaeo *testatur Servius* ripheo *γb* RIPAEO (H *sup.*) *M* RHIPEO *R* RIPAEO *P* rifeo *c* 383 pec$\overset{v}{\text{o}}$dum *γ* UELANTUR *Mbc* velatur *schem. lex.* pectora *ibidem* 384 aspera .. tribolique = *ge.* I 152 *sq.*

lappaeque tribolique absint; fuge pabula laeta;
continuoque greges villis lege mollibus albos.
illum autem, quamvis aries sit candidus ipse,
nigra subest udo tantum cui lingua palato,
reice, ne maculis infuscet vellera pullis
nascentum, plenoque alium circumspice campo.
munere sic niveo lanae, si credere dignum est,
Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit
in nemora alta vocans; nec tu aspernata vocantem.

At cui lactis amor, cytisum lotosque frequentis
ipse manu salsasque ferat praesepibus herbas.
hinc et amant fluvios magis et magis ubera tendunt
et salis occultum referunt in lacte saporem.
multi etiam excretos prohibent a matribus haedos
primaque ferratis praefigunt ora capistris.
quod surgente die mulsere horisque diurnis,
nocte premunt; quod iam tenebris et sole cadente,

---

TESTIMONIA. 386 ult. syll. IV 239 K. 'continuoque g. lege m. albos' Servius ecl. II 20 387—389 'illum autem . . . reice' Donatus Ter. Phorm. I 2, 56 387—390 'illum . . . nascentum' Columella de r. r. VII 3, 1 389 sq. 'reice . . . nascentum' Servius Honoratus de fin. IV 455 K. Porphyrio ad Hor. serm. I 8, 27 'ne . . . nascentum' Nonius 368, 23 Porphyrio Hor. epod. XVI 46 389 Servius Aen. X 473 Audacis exc. VII 329 Beda VII 241 K. 391—393 Probus 63, 1 K. 391 Macrobius Sat. V 22, 9 Servius ecl. II 20 'munere lanae' schol. Veron. 80, 9 393 'in nemora a. v.' Macrobius Sat. V 22, 9 397 Philargyrius in Servii ge. III 121 400—402 'quod . . . calathis' Servius ecl. III 5 400 sq. 'quod . . . premunt' Priscianus 870 P.

---

VARIA LECTIO. 385 taetra *Schraderus* laeta *Philargyrius, schol. Bern.: cf. Columella de re r.* VII 2, 3 386 TEGE *P* 389 ne] na *γ* (nam?) 390 NASC$\overset{E}{U}$NTU$\overset{M}{R}$ *M* 391 sic] sub *Madvicus adv. crit.* II 48 si credere . . . Arcadiae *om. Probus: cf. prol.* 65 394 frequenteſ *γb* 395 ILLE *PRb* 396 magiſ ac magiſ *c* 398 ETIAM *Pb* IAM *MRγc* EXTREMOS *P* excretos *Servius, Philargyrius, schol. Bern.* 399 simaque *Heinsius* praestringunt *Schraderus* CAPISTRIS (I *prior in ras., fort. corr. ex* E) *R* 401 QVO *V* CADENTES *R* CADEÑE˜ *M* cadentem *γ*

sub lucem exportans calathis adit oppida pastor,
aut parco sale contingunt hiemique reponunt.

Nec tibi cura canum fuerit postrema, set una
velocis Spartae catulos acremque Molossum
pasce sero pingui. numquam custodibus illis
nocturnum stabulis furem incursusque luporum
aut inpacatos a tergo horrebis Hiberos.
saepe etiam cursu timidos agitabis onagros
et canibus leporem, canibus venabere dammas;
saepe volutabris pulsos silvestribus apros
latratu turbabis agens montisque per altos
ingentem clamore premes ad retia cervom.

Disce et odoratam stabulis accendere caedrum
galbaneoque agitare gravis nidore chelydros.
saepe sub immotis praesepibus aut mala tactu
vipera delituit caelumque exterrita fugit,

---

TESTIMONIA. 402 Acro Hor. carm. I 25, 11 'sub . . . calathis' Priscianus 1000. 1105 P. Alcuini gramm. 2141 P. Servius ge. I 67 Acro Hor. serm. II 7, 33 'exportant . . . pastor' de dub. nom. V 585 K. 'adit o. p.' Priscianus 1202 P. 403 Nonius 368, 8 404 'nec . . . postrema' Servius ge. III 44 'nec t. c. canum' schol. Bern. ge. III 44 405—408 schol. Hor. epod. 6, 6 405 sq. 'acremque . . . pingui' Nonius 241, 13 405 'acremque M.' comm. Bern. Lucani IV 440 U. 406 'pasce s. pingui' ult. syll. IV 250 K. 408 Acro Hor. carm. IV 14, 50 exempl. cod. Vat. 135 K. 'Iberi' Probus 63, 26 K. 413 schol. Stat. Theb. IV 323 Nonius 364, 33 Servius Aen. I 324 414—418 'disce . . . coluber' Columella de r. r. VII 4, 6 415 'galbaneoque a. gravi' Nonius 315, 6 'galbanum' Probus 63, 27 K. 416 'saepe . . . praesepibus' Servius Aen. II 227

---

VARIA LECTIO. 402 exportans *schol. Bern., Scaliger* EXPORTANT *MPRVybc, grammatici, nisi quod* exornant *Alcuinus habet* 403 'parvo, *alii* parco' *schol. Bern.* 404 FUERIT *sup. M* SET UNA FUERET *M* 407 ue *Acronis Gud.* 408 INDIGNATOS (PACA *sup. col. rubro*) *M* 411 VOLVTABIS *P* 412 TERREBIS *R* AGROS *M* agens *schol. Bern.* MONTES *R* MONITIS *P* 414 DISLCE ODORATAM *P* CEDRVM *PRyb* 415 GALBANEOS *M* GRAVES *Rb*, *schol. Bern.* graui $\chi$, *Servius, Nonius* 416 IGNOTIS *R*

aut tecto adsuetus coluber succedere et umbrae
(pestis acerba boum) pecorique aspergere virus
fovit humum. cape saxa manu, cape robora, pastor,
tollentemque minas et sibila colla tumentem
deice. iamque fuga timidum caput abdidit alte,
cum medii nexus extremaeque agmina caudae
solvontur tardosque trahit sinus ultimus orbis.
est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
squamea convolvens sublato pectore terga
atque notis longam maculosus grandibus alvom,
qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus et dum
vere madent udo terrae ac pluvialibus austris,
stagna colit ripisque habitans hic piscibus atram
improbus ingluviem ranisque loquacibus explet;
postquam exusta palus, terraeque ardore dehiscunt,

TESTIMONIA. 418 'tecto . . . succedere' Servius Aen. I 627 420—422 'cape . . . deice' Columella de r. r. VII 4, 6 420 'fovit h.' Servius Aen. IV 193 'cape saxa . . . pastor' Nonius 252, 33 421 sq. 'tollentem . . . deice' Nonius 406, 29 423 'extremaeque a. c.' Servius Aen. II 212 425 cf. Probus 63, 28 K. 428 sq. 'et dum . . . austris' schol. Lucani I 219 430 sq. 'tum piscibus . . . explet' Nonius 327, 9 'hic . . . illuviem' Nonius 242, 22 'piscibus . . . ingluviem' Acro Hor. epist. I 10, 40 430 'ecce stagna madent' Terentianus Maurus 1104 431 Nonius 298, 10

VARIA LECTIO. 418 ſuccedere et (t *add. m.* 2) *γ* SVC-
E
CEDERET *P* SVCCEDERET *M* 419 BOUUM *M* pecorif *γ* 421 *cf. Aen.* II 381 422 NAMQVE *P* IAMQ· (CV *sup.*) *M*
v
423 com *γ* AGMINE *R*, *Servius Aen.* II 212, *sed* agmina *idem ad h. l.*
I..
424 TRAHUNT *M* 425 ESSET·IAM *R* 426 *cf. Aen.* II 474 SVB·LATO *R* SUBLATA (O *sup.*) *M* CORPORE *P: cf. ad* 383
v
427 aluo. *γ* ALVVM *MRbc* AEVOM *P* 428 ulli] *an* tumidi? 429 ET *R*, *schol. Lucani* 430 col& *γ* habitat *susp. Heynius* hic] tum *Nonius* 327 sibi? *cf. prol.* 54 ripasque, inhians ubi *Peerlkampus* atris *Nonius* 327, *sed* atram *testatur idem* 242 431 INCLVVIEM *P cf. prol.* 128 inluviem *Nonii ω* 298, *ψ* 242 illuviem *cetera* 242 *exempl.* 432 ex-
ha
hauſta *γ* exuſta (exu *in ras.*) *b* exauſta *c*

exsulit in siccum et flammantia lumina torquens
saevit agris asperque siti atque exterritus aestu.
ne mihi tum mollis sub divo carpere somnos
neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,
cum positis novus exuviis nitidusque iuventa
volvitur aut catulos tectis aut ova relinquens
arduus ad solem et linguis micat ore trisulcis.

Morborum quoque te causas et signa docebo.
turpis ovis temptat scabies, ubi frigidus imber
altius ad vivom persedit et horrida cano
bruma gelu, vel cum tonsis inlautus adhaesit
sudor et hirsuti secuerunt corpora vepres.

TESTIMONIA. 434 Nonius 244, 4. 295, 28 Acro Hor. carm. III 10, 17 'siti . . . aestu' Priscianus 761 P. 435 Servius ge. II 475 'ne m. t. molles' ult. syll. IV 251 K. 'mihi . . . somnos' schol. Bern. ge. I 456 cf. Caper VII 105 K. 436 'dorso n.' Servius Aen. X 303 437 sq. Nonius 457, 11 'cum . . . volvitur' idem 458, 11 438 'aut catulos . . . relinquens' Servius Aen. II 357 439 'et linguis . . . trisulcis' Nonius 348, 3 440 Vegetius veterin. praef. 8 441—443 'cum frigidus . . . gelu' Columella de r. r. VII 5, 5 441 'nam dicit in tertio libro scabie temptari nisi lavuntur' schol. Bern. ge. I 272 442 'altius . . . persedit' ult. syll. IV 221 K. 443 sq. 'cum . . . vepres' Columella de r. r. VII 3, 10 443 'cum t. inlotus a.' schol. Med. ecl. X 7 444 'irsuti s. c. bepres' schol. Med. ecl. VII 53

VARIA LECTIO. 433 exulit *Menag. pr.* EXTULIT *M* EXSILIT *R* EXILIT *P* exiit *γbc* TORQUENſ *M* TORQVENT *P* 434 SINUS (TI *sup.*) *M* EXTERRITUS *PRγ*, *schol. Bern.*, *Prisciani exempl.*: *testatur Nonius* EXTERRITUS (*corr. col. rubro*) *M* exercitus *Schraderus* extorridus *vel* expergitus *Marklandus* 435 NE *PRbc*, *schol. Bern. Quintilianus, de ult. syll.*, *Servii ge.* II 475 *φ* NEC *Mγ* TOM *P* tunc *Servius ge.* II 475 MOLLES *M* DIO *P* 436 herbā *b*1 437—439: *cf. prol.* 52 437 *cf. Aen.* II 473 438 atque ova *susp. Heynius* relin.uenſ (u *corr. in* g) *γ* 439 = *Aen.* II 475 *seclusit Hauptius* 440 te] ET *P* curas *Schraderus* causas *Servius*. '*fere morborum* causae *erunt quod* . . . . . signa *autem sunt*' *e. q. s. Varro de r. r.* II 1 441 ube *γ*1 CVM *R*, *Columella* 443 INLVTVS *M*1*PRγ*1, *Columellae Reg. Lips.* INLOTUS *M*2*γ*2*c*, *schol. Bern.* inlotuſ (n *in ras.*) *b* illutuſ *Columellae Goes.* illotuſ *ceteri* 'lotus *et* lautus *dicimus*' *Servius* '*si aestivum sudorem mari vel flumine non* abluas' *Columella* VII 5, 5 444 HIRSVTIS *MR*, *Columellae Lips.*

dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri
perfundunt, udisque aries in gurgite villis
mersatur missusque secundo defluit amni;
aut tonsum tristi contingunt corpus amurca
et spumas miscent argenti et sulpura viva
Idaeasque pices et pinguis unguine ceras
scillamque elleborosque gravis nigrumque bitumen.
non tamen ulla magis praesens fortuna laborumst,
quam siquis ferro potuit rescindere summum
ulceris os: alitur vitium vivitque tegendo,
dum medicas adhibere manus ad volnera pastor
abnegat et meliora deos sedet omnia poscens.
quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa

---

TESTIMONIA. 447 'mersusque . . . amni' Nonius 389, 30 'secundo d. amni' Charisius I 122 K. 448 Nonius 409, 31 449 Marius Victorinus de metr. et de hex. VI 212 K. fragm. Berol. de hexametro VI 637 K. Audacis exc. VII 339 K. Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 530 'spumas . . . vivaque sulphura' Macrobius Sat. V 14, 4 de dub. nom. V 589 K. 'sulphura viva' Beda VII 289 K. Albini orthogr. VII 309 K. 450 Charisius I 91 K. 'Idaeasque p.' de dub. nom. V 587 K. 'et . . . ceras' Priscianus 775 P. Velius Longus VII 59 K. Cassiodorius VII 166 K. Servius Aen. IX 769 'pinguis u. ceras' Beda de orthogr. VII 294 K. 'pinguis u.' Albini orthogr. VII 312 K. 451 cf. Probus 63, 29 K. 452 Servius Aen. III 145 453 sq. Nonius 435, 2 Columella de r. r. VII 5, 10 'quam . . . os' Nonius 459, 12

---

VARIA LECTIO. 446 uelliſ *c*1 447 mersus *Nonius* 448 AMVRGA *Mγ* 449 aut spumas *Aldhelmus, Victorini A, fr. Berol., Audacis exc.* uiuaque sulphura *b in ras., χ, de dub. nom.: testantur Macrobius, Servius, schol. Bern., Audacis exc., Aldhelmus.* '*numqui dactylus in fine ponitur? potest quidem . . . veluti est illud in georgicis:* et spumas . . . vivaque sulphura. *quem quidam invertentes sic legunt:* et sulphura viva.' *Marius Victorinus cf.* II 69 et sulphura uiua *Beda, Albinus* 450 PINGVES *Rγ*2 pinguis *testatur Priscianus* taedas *Cassiodorius* 451 SCYLLAM *MPc, Probus* ILLEBOROS *R* graueſ *γ* 452 fortuna laborumst = *Aen.* VII 559 LABORVM EST *MPbc* labor.um eſt *γ* 'malorum est, *vel alii* laborum' *schol. Bern.*

453 potuit] properat *Schraderus* 455 uolnere (re *corr. in* ra) *γ* 456 ET *Pγ*2 AVT *MRγ*1 *ut vid., bc* OMNIA *MPRγb, Servius* omina *cχ*

cum furit atque artus depascitur arida febris,
profuit incensos aestus avertere et inter
ima ferire pedis salientem sanguine venam,
Bisaltae quo more solent acerque Gelonus,
cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum
et lac concretum cum sanguine potat equino.
quam procul aut molli succedere saepius umbrae
videris aut summas carpentem ignavius herbas
extremamque sequi aut medio procumbere campo
pascentem et serae solam decedere nocti,
continuo culpam ferro compesce prius quam
dira per incautum serpant contagia volgus.
non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo,
quam multae pecudum pestes. nec singula morbi
corpora corripiunt, set tota aestiva repente,
spemque gregemque simul cunctamque ab origine gentem.
tum sciat, aërias Alpis et Norica siquis
castella in tumulis et Iapydis arva Timavi

TESTIMONIA. 458 'atque . . . febris' Servius Aen. II 215 459 sq. Columella de r. r. VII 5, 10 461—463 'acer . . equino' schol. Lucani III 283 461 cf. Probus 64, 1 K. 463 Acro et Porphyrio Hor. carm. III 4, 34 468 sq. 'priusquam . . . vulgus' Nonius 30, 16 471 sq. 'nec . . . repente' Philargyrius ge. III 70 472 'sed . . . repente' Servius Aen. XII 719 474 sq. Servius Aen. XI 247 'et . . . castella' Acro Hor. carm. I 16, 9 474 'aerias A.' Isidorus orig. XIV 7, 18 schol. Lucani I 183 475 cf. Probus 64, 3 K.

VARIA LECTIO. 459 intensos *Heinsius* 461 GELONOS *P* 462 AUT *M* 463 cum *om.* *γ* 464 HAUD *P* MOLLIS *Pc*1 465 ET (AU *sup.*) *M* CARPENTES (M *sup.*) *M* SEGNIVS *R* ignavius *Servius* 466 CONCVMBERE *P* procumbere *schol. Bern.* 467 serae] ſuere *γ* SAEPE (P *m. rec. corr. in* R) *R* 'pascentem, saepe pascentem' *schol. Bern., ut fortasse* saepe et *scriptum fuerit* serae . . . nocti: *cf. ecl.* VIII 88 469 SERPVNT *P* 470 *cf. prol.* 52 hiemem] imbrē *b* AEQVORA *Rγ*1 471 pecodum *γ* 474 TUNC *M*, *Servius hic et Aen.* XI 247 ALPES *MRybc* UT *P* aut *b* 475 IAPYDIS *M*, *Probus, testatur Servius etiam Aen.* XI 247 IAPYGIS *PRγ*, *schol. Bern., quamquam recte interpretantur.* 'Iapidis . . . *male quidam* Iapigis *legunt' Servius* iapydiſ (diſ *in ras.*) *b* ARMA *R* arua (u *e corr. ut vid.*) *γ* ar . . ua *c*1 ORA *P: cf. Aen.* I 245

nunc quoque post tanto videat desertaque regna
pastorum et longe saltus lateque vacantis.

Hic quondam morbo caeli miseranda coortast
tempestas totoque autumni incanduit aestu
et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum,
corrupitque lacus, infecit pabula tabe.
nec via mortis erat simplex, set ubi ignea venis
omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
rursus abundabat fluvidus liquor omniaque in se
ossa minutatim morbo conlapsa trahebat.
saepe in honore deum medio stans hostia ad aram,
lanea dum nivea circumdatur infula vitta,
inter cunctantis cecidit moribunda ministros.
aut siquam ferro mactaverat ante sacerdos,
inde neque impositis ardent altaria fibris,
nec responsa potest consultus reddere vates,
ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri
summaque ieiuna sanie infuscatur harena.
hinc laetis vituli volgo moriuntur in herbis

---

TESTIMONIA. 478 sqq. Macrobius Sat. V 16, 5 478—480 Macrobius Sat. VI 2, 7 conl. Lucr. VI 1136 479 'totoque . . . aestu' Servius Aen. VI 309 481 schol. Lucani VI 93 Orosius hist. VII 27, 10 'infecit p. t.' Consentius V 352 K. 482 'nec via m. e. s.' Macrobius Sat. IV 4, 16 484 'rursus a.' ult. syll. IV 247 K. 491 Lactantius div. inst. IV 27 492 explan. in Don. IV 542 K.

---

VARIA LECTIO. 477 VACANTES *R* VOCANTIS *MP* uagantiſ *γ* ua$^{c}$gantef *bc* 478 COORTAST *R* COORTAEST *Pc* COHORTAEST *Mb* choorta eſt *γ* 481 *cf. prol.* 53 CORRIPVIT *P* corr$^{v}$ipit *γc* corrupit *schol. Lucani, Servius* corruptique ... infectaque *prop. Wagnerus* tabe *conieci prol. praef.* XII TABO *libri, Consentius* 482 LIGNEA *M* UENTIS *M* uenuſ *c*1 483 ATTRAXERAT *P* 'adduxerat *pro* contraxerat' *Philargyrius* abduxerat *b* 484 FLÜUIDUS *M* fluuiduſ *in ras. b* 485 MINVTATEM *P* 487 NIUEO (A *sup.*) *M* 488 CVNCTANTES *Pγ*2 MAGISTROS *R* 490 NEC *M* 492 A . t *c* SVPPOSITE *P* TINGVVNTVR *R* ting$^{u}$.untur *b* 493 infuſcatur (in *in ras.*) *b*

et dulcis animas plena ad praesepia reddunt;
hinc canibus blandis rabies venit, et quatit aegros
tussis anhela sues ac faucibus angit obessis.
labitur infelix studiorum atque immemor herbae
victor equos fontisque avertitur et pede terram
crebra ferit; demissae aures, incertus ibidem
sudor et ille quidem morituris frigidus, aret
pellis et ad tactum tractanti dura resistit.
haec ante exitium primis dant signa diebus;
sin in processu coepit crudescere morbus,
tum vero ardentes oculi atque attractus ab alto
spiritus, interdum gemitu gravis, imaque longo
ilia singultu tendunt, it naribus ater
sanguis, et obsessas fauces premit aspera lingua.
profuit inserto latices infundere cornu
Lenaeos: ea visa salus morientibus una.
mox erat hoc ipsum exitio, furiisque refecti

---

TESTIMONIA. 495 'plena . . . ponunt' de dub. nom. V 587 K. 496 'canibus b.' Servius Aen. I 444 498 sq. 'labitur . . . equus' Macrobius Sat. IV 1, 3 'atque . . . ecus' Nonius 317, 15 498 'labitur i. studiorum' Consentius V 400 K. 499 sq. 'et . . . ferit' ult. syll. IV 249 K. Augustini regul. V 519 K. Servius Aen. V 19 X 839 ge. II 134. 275 500 sq. 'demissae . . . frigidus' Macrobius Sat. IV 1, 3 503 Macrobius Sat. VI 2, 10 505–508 Macrobius Sat. VI 2, 8 509—511 'profuit . . . exitio' Macrobius Sat. VI 2, 12

---

VARIA LECTIO. 495 DVLCES *Rγ*2 ponunt *de dub. nom., sed vide M. Hauptii adnotationem.* praeſepia reddunt (a reddunt *in ras.*) *b* 497 OBESSIS *M* OVESSIS *R* obeſiſ *γb* obeſſi. *c*1 obeſſiſ *c*2 498 studiorum atque immemor herbae *coniungebant quidam teste Philargyrio* 499 EQVOS *P* EQVVS *Rγbc* EQUS *M* ecus *Nonius* FONTES *M* fortiſ *c* que] q: *suprascr. b* 500 dimiſſae *c*1 501 MORITURI (S *sup.*) *Mγ* . ARES *R* 502 ADTACTVM *MPR*, *Macrobii Salisb.* adt. actū *γ* adtactu *Macrobii ω* TRACTANTE *P* TRACTANDI (T *supra* D) *M* 503 EXILIVM *P* EXITVM *R* 506 GRAVISSIMAQVE LONGO *R* GRAUIS ALTAQ· LONGO IMAQ· *M* 507 ILLIA *P* ILLA *R* ET *P* ET (*sed m. pr.* IT *ut vid.*) *R* it *in ras. b* 508 oppressas *Macrobius* obsessas *Servius* 509 INSERTOS *P* 510 salus] SAEVOS *P* 511 EXITIO HOC IPSVM *P* exitiu *b*1

ardebant, ipsique suos iam morte sub aegra
(di meliora piis erroremque hostibus illum!)
discissos nudis laniabant dentibus artus.
ecce autem duro fumans sub vomere taurus
concidit et mixtum spumis vomit ore cruorem
extremosque ciet gemitus. it tristis arator
maerentem abiungens fraterna morte iuvencum,
atque opere in medio defixa relinquit aratra.
non umbrae altorum nemorum, non mollia possunt
prata movere animum, non qui per saxa volutus
purior electro campum petit amnis; at ima
solvontur latera, atque oculos stupor urget inertis,
ad terramque fluit devexo pondere cervix.
quid labor aut benefacta iuvant? quid vomere terras
invertisse gravis? atqui non Massica Bacchi
munera, non illis epulae nocuere repostae:
frondibus et victu pascuntur simplicis herbae,
pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu
flumina, nec somnos abrumpit cura salubris.
tempore non alio dicunt regionibus illis

TESTIMONIA. 512–514 'ipsique ... discissos' anon. de schem. lex. p. 51 H., qui cum parentheseos exemplo utatur, versum 513, qui in edit. vet. deest, legisse putandus est 513 Donatus Ter. adelph. III 3, 78 Augustinus de trin. XIV 13 'di meliora piis' Nonius 371, 30 Servius Aen. XI 32 514 'discissos n. l.' ult. syll. IV 253 K. 517 'it t. a.' Nonius 331, 3 519 Donatus Ter. Andr. II 5, 1 Servius ecl. II 70 520—522 'non umbrae ... amnis' Macrobius Sat. VI 2, 6 522 sq. 'ima ... inertis' Nonius 418, 4 523 'atque ... inertes' schol. Lucani VI 59 525 sq. 'quid labor ... gravis' Nonius 314, 4 525 'quid ... iuvant' Acro Hor. carm. I 28, 4 526 sq. 'atqui ... munera' Acro Hor. carm. I 1, 19 529 sq. 'pocula ... flumina' Macrobius Sat. VI 1, 64 'fontes ... flumina' Acro Hor. carm. II 11, 20 530 'nec ... salubres' Acro Hor. epod. II 5 schol. Hor. epist. I 10, 18

VARIA LECTIO. 512 iam] IN *R* 513 ARDOREM *R* errorem *Philargyrius* 514 UDIS (N *sup.*) *M* nudis *Philargyrius* 516 CONDIDIT *R* 517 ET *MP* 519 IM *P* RELIQVIT *Pπ*, *Donatus*, *Servius ecl.* II 70 relinquit aratra (in ON quit aratra *in ras.*) *b* 520 *sqq. cf. prol.* 48 520 ANUMBRAE (A *pr. eras.*) *M* 523 INERTES *Mγ2b* 525 iuuent *Nonii φ* 526 GRAUES *Mγ2* 530 SALUBRES *Mc*

quaesitas ad sacra boves Iunonis et uris
inparibus ductos alta ad donaria currus.
ergo aegre rastris terram rimantur et ipsis
unguibus infodiunt fruges, montisque per altos
contenta cervice trahunt stridentia plaustra.
non lupus insidias explorat ovilia circum
nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum
cura domat; timidi dammae cervique fugaces
nunc interque canes et circum tecta vagantur.
iam maris immensi prolem et genus omne natantum
litore in extremo. ceu naufraga corpora fluctus
proluit; insolitae fugiunt in flumina phocae.
interit et curvis frustra defensa latebris
vipera et attoniti squamis adstantibus hydri.
ipsis est aër avibus non aequos, et illae
praecipites alta vitam sub nube relinquont.
praeterea nec mutari iam pabula refert,
quaesitaeque nocent artes; cessere magistri
Phillyrides Chiron Amythaoniusque Melampus.

---

TESTIMONIA. 532 sq. Probus 82, 17 K. 533 'ductos . . . currus. Servius Aen. I 17 IV 63 536 Nonius 264, 15 538 'nec . . . ob' ambulat' Servius Aen. XI 767 Acro Hor. carm. III 16, 4 539 sq. 'timidi . . . vagantur' schol. Hor. epist. II 1, 36 539 'timidi . . . fugaces' Servius Aen. V 122 ecl. VIII 28 546 sq. Macrobius Sat. VI 2, 14 548 sq. Macrobius Sat. VI 2, 13 548 Servius Honoratus de fin. IV 454 K. Beda VII 241 K. 549 'quaesitaeque n. artes' Servius ge. III 511 schol. Bern. ge. III 511 550 'Phillyrides Chiron' Diomedes I 323 K. Pompeius V 146 K.

---

VARIA LECTIO. 532 ARIS *P* 534 *cf. prol.* 47 rutris *Schraderus* terram raſtriſ *b* IPSIS *MRyb2c*, *Servius* IPSI *Pb*1 535 MONTES *My* ARDVOS *P* 536 INSTRIDENTIA *P* 537 INSIDIANS *Ry*: *cf. Aen.* IX 59 inſidiaſ (a *in ras.*) *b* inſidia$^{n}$ſ *c* 538 Ne$^{c}$ *b* 540 circum] TECTVM *P* 541 *cf. prol.* 47 NATANTVR *P* 544 DEPRENSA *P*: *cf. Aen.* V 273 545 SERPENTIBVS *P* (*an* surgentibus? *sed cf. prol.* 314) exstantibus *Schraderus* 548 nec mutari iam *Macrobius* NEC IAM MVTARI *Rb*, *Beda* IAM NEC MVTARI *MPyc*, *ceteri grammatici* 549 CESSARE (E *sup.*) *M* ceſſere (e *alt. in ras.*) *b* 550 AMYCHAONIVS *R*

saevit et in lucem Stygiis emissa tenebris
pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque
inque dies avidum surgens caput altius effert.
balatu pecorum et crebris mugitibus amnes
arentesque sonant ripae collesque supini.
iamque catervatim dat stragem atque aggerat ipsis
in stabulis turpi dilapsa cadavera tabe,
donec humo tegere ac foveis abscondere discunt.
nam neque erat coriis usus, nec viscera quisquam
aut undis abolere potest aut vincere flamma;
ne tondere quidem morbo inluvieque peressa
vellera nec telas possunt attingere putris;
verum etiam invisos siquis temptaret amictus,
ardentes papulae atque immundus olentia sudor
membra sequebatur, nec longo deinde moranti
tempore contactos artus sacer ignis edebat.

---

TESTIMONIA. 553 Dositheus VII 415 K. Diomedes I 412 K. 556 'iamque c.' ult. syll. IV 251 K. 559 'nam . . . usus' Nonius 419, 19 566 'contactos . . . edebat' schol. Lucani VI 96

---

VARIA LECTIO. 552 TESIPHONE *P* A$^{N}$TE (N *m. rec. sup.*, T *crasa vel in ras.*) *R* 553 surgens *om. Diomedes* 554 *sq. cf. prol.* 48 555 HORRENTES *R* A..renteſ (A *e corr.*) *b* arentes *Servius* SVPLIÑT *P* 556 DANT *P* ipſi *γ*1 557 DILAPSA *MRγc*1: *cf. Lucanus* VI 88 DELAPSA *Pbc*2 tabe *scripsi ut* 481 TABO *libri* 558 diſcant (ant *in ras.*) *b* 559 quiſquã (ſ *in ras.*) *b* 561 nec *b* N$^{e}$.. *c* PERESA *MRγbc* 562 PUTRES *Mγb*2 563 QVIN ETIAM *R* TEMPTARET (A *supra* E *post.*) *M* tempterat *γ*1 TEMPTARAT *PRγ*2*bc* 566 CONTRACTOS *P* conta$^{r}$ctoſ *γ* ACER *R* sacer *testantur* [illegible]*rvius et schol. Lucani* EGNIS *P*

P̄ UERGILI MARONIS// GEORGICON · LĪB · III EXPLICIT //INCIPIT · LĪB · IIII FELICITER *M* P UERGILI MARONIS GEṜG LĪB III EXPLC INCP LĪB IIII FELICITER *γ* PVP̄ VIṜG · MAR̃ GEOR̃ LIBER · III EXPLICIT · //INCIPIT · CARMEN TETRASTICON · OVIDII NASONIS (*sequuntur quatuor versus, de quibus v. proleg.*) INCIPIT · PREFATIO · LIBER · IIII INCIPIT · GEORGICON LIBER IIII *c* *Erasa subscriptio in b*

# P. VERGILI MARONIS

# GEORGICON

## LIBER QVARTVS

Protenus aerii mellis caelestia dona
exsequar: hanc etiam, Maecenas, aspice partem.
admiranda tibi levium spectacula rerum
magnanimosque duces totiusque ordine gentis
mores et studia et populos et proelia dicam.
in tenui labor; at tenuis non gloria, siquem
numina laeva sinunt auditque vocatus Apollo.

Principio sedes apibus statioque petenda,
quo neque sit ventis aditus (nam pabula venti
ferre domum prohibent) neque oves haedique petulci

TESTIMONIA. 1 sq. 'protinus . . . exequar' Nonius 376, 20 Probus 64, 24 K. 1 Isidorus orig. XX 2, 36 2 'hanc . . . partem' Grillii comm. in Cic de inv. p. 603 H. 'hanc e. Maecenas' ult. syll. IV 225 K. 3 Grillii comm. p. 596 H. 4 magnanimosque d.' Servius ge. IV 8 6 sq. Gellius V 12, 13 'siquem . . . Apollo' Nonius 51, 12. 331, 23 'siquem . . . sinunt' Servius Aen. II 693. X 275 6 'in . . . gloria' Servius ge. III 290 'in t. la[illegible]r' schol. Bern. ge. III 290 8 Nonius 367, 3 9—12 Columella d[illegible]r. r. IX 4, 1 10 sq. 'neque . . . insultent' Festus p. 206 M. Ac[illegible]Hor. carm. III 3, 41 'haedique . . . insultent' Macrobius Sat. VI 5, 3 10 'haedique p.' cf. Fulgentius Mytholog. p. 706 St. 'petulci' Probus 64, 29 K.

VARIA LECTIO. 1 PROTENVS *Pγ*1, *Nonii ω* PROTINVS *MRbc* aetherii *Haeberlinus conl. v.* 221 2 prosequar *Probus* exsequar *Servius* 4 ex ordine *c* 5 motus *Schraderus* populos *Servius* 7 leua *γ probat Nonius p.* 51 laeva *testantur Servius, Philargyrius, Gellius* AVDET *P* 8 legenda *Schraderus* petenda *testatur Nonius* 10 PROHIBET *P*.

floribus insultent aut errans bocula campo
decutiat rorem et surgentis atterat herbas.
absint et picti squalentia terga lacerti
pinguibus a stabulis, meropesque aliaeque volucres
et manibus Procne pectus signata cruentis; 15
omnia nam late vastant ipsasque volantis
ore ferunt dulcem nidis immitibus escam. 17
neu propius tectis taxum sine neve rubentis 47
ure foco cancros, altae neu crede paludi,
aut ubi odor caeni gravis aut ubi concava pulsu
saxa sonant vocisque offensa resultat imago. 50
at liquidi fontes et stagna virentia musco 18
adsint et tenuis fugiens per gramina rivos,
palmaque vestibulum aut ingens oleaster inumbret, 20

---

TESTIMONIA. 11 'aut . . . campo' Probus 64, 30 K. 11 sq. 'errans . . . rorem' schol. Med. ecl. VIII 15 12 'surgentes a. herbas' schol. Med. ecl. X 75 14 'meropes . . . volucres' Probus 64, 31 K. 15 Servius ecl. VI 74 Aen. I 235 Probus 65, 5 K. 16 sq. 'ipsasque . . . escam' Nonius 459, 28 47 'ne . . . sine' Arusianus VII 501 K. 'neu p. tectis' Priscianus 1173 P. 49 'aut . . . grauis' Servius ge. IV 31 50 Acro Hor. carm. I 20, 7 'vocisque . . . imago' Macrobius Sat. VI 6, 7 19 sq. 'et . . . inumbret' Servius ge. IV 61 'tenuis . . . riuus' schol. Bern. ge. IV 61 20—24 Columella de r. r. IX 5, 4

---

VARIA LECTIO. 11 BOCVLA *P* băcula *γ* BVCVLA *MRb* bu . cula (c *e corr.*) *c* CAMPI *P* 13 apſint *γ* 14 meropesque malaeque *vel* meropes avidaeque *vel* m. blattaeque *vel* m. vespaeque *Schraderus* meropesque aliaeque volucres *testantur Probus, Servius, Philargyrius* 15 maculis *Marklandus ad Stat. Silv.* V 3, 84 manib[...]*bus et Servius, defendit Lachmannus Lucr.* 165 crue[...]*rvius Aen.* I 235 16 ipsaeque *Nonii φ* uolanteſ *γ2*[...] 17 *Post v.* 17 *rectius v.* 47—50 *sequi, siquidem in 'philosopho dogmatico' versaremur, animadvertit Heynius. Nobis quatuor illi versus aut in priore editione omnino non positi et secundis demum curis a poeta additi, nondum tamen reliquorum ordini inserti esse videntur, aut si iam antea extiterunt, nullo modo potuisse alio loco recte collocari: cf. lect. Verg. p.* 6 *prol.* 34 47 ne *Arusianus, Prisciani Voss.* propiuſ taxum *c* rubentiſ tectiſ *c* 49 odor (*in mg* al dolor) *γ* pulſu *in ras. b* 20 aut *γ*1 et *γ*2 ATQ· *P* inumbret *γ*1 °bumbret *γ*2 obumbret *c*, *Servii ge.* IV 60 *φ*, *Columella*

ut, cum prima novi ducent exagmina reges
vere suo ludetque favis emissa iuventus,
vicina invitet decedere ripa calori,
obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos.
in medium, seu stabit iners seu profluet umor,
transversas salices et grandia conice saxa,
pontibus ut crebris possint consistere et alas
pandere ad aestivom solem, si forte morantis
sparserit aut praeceps neptuno inmerserit eurus.
haec circum casiae virides et olentia late
serpulla et graviter spirantis copia thymbrae
floreat, inriguumque bibant violaria fontem.
ipsa autem, seu corticibus tibi suta cavatis,
seu lento fuerint alvaria vimine texta,
angustos habeant aditus: nam frigore mella
cogit hiemps, eademque calor liquefacta remittit.
utraque vis apibus pariter metuenda; neque illae
nequiquam in tectis certatim tenvia cera

---

TESTIMONIA. 22 'vere suo' Donatus Ter. Andr. III 2, 30 27—29 Columella de r. r. IX 5, 5 29 'aut . . . eurus' Servius ge. I 12 30 sq. 'casiae . . . serpilla' Probus 65, 11 K. 31 sq. 'et . . . floreat' Servius Aen. VI 201 31 'et . . . thymbrae' schol. Persii III 89 'graviter . . . thymbrae' Servius Aen. VII 705 'graviter s.' schol. Bern. app. I 16 34 Charisius I 106 sq. K. Beda VII 252 K. 'lentum vimen' Servius Aen. III 384 35 sq. 'nam . . . remittit' Nonius 265, 8 'nam . . . hiems' comm. Bern. Lucani VI 548 U. 36 'cogit h.' ult. syll. IV 262 K.

---

VARIA LECTIO. 21 AT *P* novi] uere *Columellae Reg.* sui *Peerlkampus* EXAGMINA *M* EX[illegible]A *PRybc* 22 *om. Columellae Reg.* suo] MVO *P:* n[illegible] I 43 *cf. prol.* 55. *Testantur* suo *Donatus et Servius* [illegible]IS *P* cavis *Schraderus* 23 DISCEDERE *R* 24 TENEANT *P* ten& *y* 25 PROFLVIT *Py*1 profluat *b* 26 coice *Hebrius* 28 MORANTES *Ry*2 31 ſerpylla *y* SEPYLLA (R *m.* 2 *add.*) *R* Serpylla *c*, (y *in ras.*) *b* serpilla *Probus* 34 UENTO (L *sup.*) *M* ALVARIA *PRb*, *Charisius* ALUARIA (E *sup.*) *M* alnearia *yc*, *testatur Beda* uimene *y* 35 ADITOS (U *sup.*) *M* 36 *inter lineas add. a* *Hic in singulari folio inserti versus* 44—75, *manu aliena scripti: c* 37—81 *deficit R* 37 illae] PALLAE *P: cf. prol.* XI 38 tenuia (*in mg.* al tenula) *y*

spiramenta linunt fucoque et floribus oras
explent collectumque haec ipsa ad munera gluten
et visco et Phrygiae servant pice lentius Idae.
saepe etiam effossis, si vera est fama, latebris
sub terra fovere larem, penitusque repertae
pumicibusque cavis exessaeque arboris antro.
tu tamen et levi rimosa cubilia limo
ungue fovens circum et raras superinice frondes.

Quod superest, ubi pulsam hiemem Sol aureus egit
sub terras caelumque aestiva luce reclusit,
illae continuo saltus silvasque peragrant
purpureosque metunt flores et flumina libant
summa leves. hinc nescio qua dulcedine laetae
progeniem nidosque fovent, hinc arte recentis
excudunt ceras et mella tenacia fingunt.
hic ubi iam emissum caveis ad sidera caeli
nare per aestatem liquidam suspexeris agmen

TESTIMONIA. 40 'collectumque . . . gluten' Charisius I 87. 131 K. 'gluten' Caper VII 110 K. (cf. v. 160) 41 Nonius 338, 14 43 'sub . . . larem' Nonius 311, 28 44 'exesaeque a. antro' Macrobius Sat. VI 6, 6 45 sq. 'tu . . . circum' Acro Hor. carm. I 17, 12 55 sq. 'hinc . . . fovent' Nonius 311, 20 58 sq. Nonius 353, 23 'emissum . . . agmen' Arusianus VII 473 K. 59 Servius Aen. IV 245 VI 16 cf. Quintilianus VIII 6, 18 'nare p. a. liquidam' Pompeius V 306 K. Servius Aen. I 118. 224

VARIA LECTIO. 39 suco *Madvicus adv. crit.* II 49, *perperam* HORAS *P* 40 GLUTẼ *M* glu.ten *γa* 41 ſeruent *γ* TENTIVS *P* (tenatiuſ / tentiuſ) lentiuſ [redacted]*rsis manibus, quarum media extincta, summa recentissima* [redacted]entiuſ (uſ *in ras.*) *b* lentius *testantur Nonius, Servius, Phila*[redacted]s 43 FODIERE *M* fovere *testatur Nonius* 44—75 *om. c, adiungitur* 76 *ad* 43 *in eadem pagina sine ullo intervallo* 44 exeſae *in ras. b* 45 e.leui *b* e leui (e *in ras.*) *a* e leui *χ*, *Acro* 'e levi . . . *alii* et levi *legunt*' *Servius* (*etiam Vat. Par.*) RIMO (L *sup.*) *M* saxo *Acro* 46 superinice] ETPERNICE *P* 52 TERRA (S *sup. rubr.*) *M* 53 SALTVM *P* 55 hinc . . . laetae: *cf. ge.* I 412 56 RECENTES *Mγ2c* 57 EXCLVDVNT *Pa in mg.* ExcuduN (cuduN *in ras.*) *b* 58 HIC *P* HINC *Mγabc*, *Nonii exempl.* 59 conspexeris *Nonii* 353 *Bern. pr.*

obscuramque trahi vento mirabere nubem,
contemplator: aquas dulcis et frondea semper
tecta petunt. huc tu tussos asperge sapores,
trita melisphylla et cerinthae ignobile gramen,
tinnitusque cie et Matris quate cymbala circum:
ipsae consident medicatis sedibus, ipsae
intuma more suo sese in cunabula condent.

Sin autem ad pugnam exierint (nam saepe duobus
regibus incessit magno discordia motu;
continuoque animos volgi et trepidantia bello
corda licet longe praesciscere: namque morantis
Martius ille aeris rauci canor increpat, et vox
auditur fractos sonitus imitata tubarum;
tum trepidae inter se coeunt pinnisque coruscant
spiculaque exacuunt rostris aptantque lacertos
et circa regem atque ipsa ad praetoria densae
miscentur magnisque vocant clamoribus hostem),

---

TESTIMONIA. 61 sq. 'aquas . . . petunt' Priscianus 775 P. 61 'contemplator a. dulces' explan. in Don. IV 430 K. Servius ge. I 187 62 'huc . . . sapores' Arusianus VII 478 K. 63 Probus 65, 14 K. Columella de r. r. IX 8, 13 64 sq. 'matris . . . sedibus' schol. Lucani IX 288 64 Diomedes I 460 K. 68 Lactantius div. inst. epitome 2 69 sq. 'animosaque regum corda l. l. praesciscere' Priscianus 824 P. 70—72 Columella de r. r. IX 9, 4 72 'fractos . . . tubarum' Servius Aen. III 556 73 Nonius 408, 12

---

VARIA LECTIO. 60 TRAHIT *P* 61 CONTEMPLATOR AQUAS DULCES· *M*, *Sergius*, *Servius* [illegible] I 187 dulceſ *γ2c* dulcis *testatur Priscianus* 62 TŪ [illegible] tunsos *Reiskius coni.* 267 IVSSOS *libri, Arusiani ex. cf.* [illegible]3 mulsos *Haeberlinus* asparge *Arusiani exempl.* 63 CARMEN *P* granum *Probi Par.* germen *susp. Burmannus* 65 MEDICANTIS *M* 66 condunt *c* 67 exieri.nt (i *post. corr. ex* u) *γ* 68 incussit magnos . . . motus *Reiskius: librorum auctoritatem tuetur Servius* 69 et trepidantia bello *Servius* animosaque regum *Priscianus* (*prol.* 215) 70 longe] vulgi *Columella* moranteſ *γ2c* 71 ARIES *P* 72 FRACTVS *Pa* tractos *Schraderus* fractos *testatur Servius utroque loco* 73 DVM *P* tunc *c*, *Nonius* Nunc *b* penniſ *γ2ac* 75 reges ipsa *Schaperus*

ergo ubi ver nanctae sudum camposque patentis
erumpunt portis: concurritur, aethere in alto
fit sonitus, magnum mixtae glomerantur in orbem
praecipitesque cadunt; non densior aëre grando,
nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
ipsi per medias acies insignibus alis
ingentis animos angusto in pectore versant,
usque adeo obnixi non cedere, dum gravis aut hos
aut hos versa fuga victor dare terga subegit.
hi motus animorum atque haec certamina tanta
pulveris exigui iactu compressa quiescent.
verum ubi ductores acie revocaveris ambo,
deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,

---

TESTIMONIA. 77 'ver sudum' Servius Aen. VIII 529 78 Servius et schol. Bern. ge. IV 5 80 sq. 'non . . . glandis' Arusianus VII 504 K. 81 Priscianus 726 P. 'haec glandis nominativo posuit Vergilius' Probi cath. IV 6 K. 'haec glandis' idem IV 21 K. Cassiodorius de or. T. II p. 567b ed. Ven. 83 schol. Stat. Theb. I 417 Claudianus Mamertus de statu anim. II 3 (C. E. XI p. 108) 84 'usque . . . cedere' Nonius 446, 26 86 'hi m. animorum' ult. syll IV 261 K. 'tanta certamina' schol. Bern. ge. IV 8 87 'pugna . . . ut idem ait, pulveris . . . quiescit' Columella de r. r. IX 9, 6 88 Charisius I 65. 119 K. (Beda VII 264 K.) Servius ecl. VI 18 89 sq. 'deterior . . . neci' Nonius 432, 10

---

VARIA LECTIO. 77 NANCTAE *P*, *Hebrius, schol. Bern. cf. prol.* 175 nacte. (*in mg.* al nanctę) *γ* NACTAE *Ma* nactae (nac *in ras.*) *b* nacte *c* 78 CONCURRITUR AETHERE *M*, *Servius ge.* IV 5 79 MAGNΘ (VM *sup.*) *M* 81 pluit, *in mg.* al fluit *γ* 82 *Construendum est:* ipsi (*h. e.* reges) insignibus per medias acies alis, *quod si animadvertisset Wagnerus quaest. Verg.* XVIII 2 *e, de lacuna post v.* 82 *statuenda vix cogitasset* 84 CREDERE *P* 86 TAÑŪ *M* 87 IACTO *P* iactu (u *in ras.*) *a* QVIESCENT *Pa2c* quieſcent *γ* QVIESCVNT *Ma1b* '*in Corneliani* quiescunt, *non* quiescent' *schol. Bern. cf. prol.* 27 88 AMBO *Mb1*, *testantur Charisius, Servius ecl.* VI 18 amboſ (oſ *e corr.*) *γ* ambo ſ (ſ *e corr.*) *ab* AMBOS *Pc* 'ambos; *legitur et* ambo' *Philargyrius* 'ambos. ambo *iuxta Ebrium*' *schol. Bern. cf. prol.* 148. 175 89 OBSIET *M* obstet *Nonii ed. pr.* obst *Wolf. eiusdem.*

dede neci; melior vacua sine regnet in aula.
alter erit maculis auro squalentibus ardens.
nam duo sunt genera: hic melior insignis et ore
et rutilis clarus squamis; ille horridus alter
desidia latamque trahens inglorius alvom.

Vt binae regum facies, ita corpora plebis.
namque aliae turpes horrent, ceu pulvere ab alto
quom venit et sicco terram spuit ore viator
aridus; elucent aliae et fulgore coruscant
ardentes auro et paribus lita corpora guttis.
haec potior suboles, hinc caeli tempore certo
dulcia mella premes, nec tantum dulcia quantum
et liquida et durum bacchi domitura saporem.

At quom incerta volant caeloque exagmina ludunt
contemnuntque favos et frigida tecta relinquont,
instabilis animos ludo prohibebis inani.

---

TESTIMONIA. 90 Columella de r. r. IX 10, 6 Seneca apoc. 3 'dede n.' Arusianus VII 465 K. 91—93 'namque duae regum facies, duo corpora gentis ('plebis' Reg.: cf. 95): Alter erit . . . ardens (om. 92) Et rutilis c. squamis insignis et ore' (cf. 92) Columella de r. r. IX 10, 2 92—95 Vegetius de re milit. I 6 94 Columella de r. r. IX 10, 2 95 Servius et schol. Bern. ge. IV 5, 90 96 sq. 'pulvere . . . viator' Columella de r. r. IX 10, 2 98 'elucent . . . coruscant' Arusianus VII 459 K. 99 Columella de r. r. IX 8, 3 Servius ge. IV 254 'et . . . guttis' Priscianus 867. 873. 899. 908 P. 'lita c. guttis' Diomedes I 370 K. 101 sq. 'nec tantum . . . liquida' Servius Aen. I 432 102 'et durum b. d. s.' Macrobius Sat. III 11, 10 schol. Persii III 8 105 Nonius 326, 20

---

VARIA LECTIO. 91 *melius deesset, quamquam legit eum Servius. Suspicionem praeterea et Columella movet et in Palatino erasum hemistichium* 92 92 A HIC MELIOR INSIGNIS ET ORE *eras. P* MELIOR (Q *sup. rubr.*) *M* 93 SQVAMVS *P* 95: *cf. ad* 91 96 TURPIS *M* 97—117 *F* 97 QUOM *F* CVM *MPγabc* terram ſicco *ac* 100 ſoboleſ *ac* 101 PRAEMENS *Mc* 102 . domitura (edomitura?) *γ* 103 AVT *P* AE (E *m.* 2 *corr. in* T) *F* quom *Franc.* QUUM *F* CVM *MPγabc* exagmina *γ* EXAGMINA *M* EXAMINA *FPabc* 104 RELINQUONT *F* RELINQVNT *P* relinquunt *γabc* RELINCUN̄ *M* 105 INSTABULIS (I *sup.*) *M* inſtabuliſ *γ*1 prohib&iſ *c*1

nec magnus prohibere labor: tu regibus alas
eripe; non illis quisquam cunctantibus altum
ire iter aut castris audebit vellere signa.
invitent croceis halantes floribus horti,
et custos furum atque avium cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi.
ipse thymum tinosque ferens de montibus altis
tecta serat late circum, quoi talia curae;
ipse labore manum duro terat, ipse feracis
figat humo plantas et amicos inriget imbris.

Atque equidem, extremo ni iam sub fine laborum
vela traham et terris festinem advertere proram,
forsitan et, pinguis hortos quae cura colendi
ornaret, canerem biferique rosaria Paesti,
quoque modo potis gauderent intiba rivis
et virides apio ripae, tortusque per herbam

---

TESTIMONIA. 106 'magnus labor' Acro·Hor. carm. IV 6, 3 107 sq. 'non illis ... signa' Nonius 252, 21 108 de schematis lexeos p. 52 H. 109 'halantes f. horti' Arusianus VII 477 K. 110 sq. Probus 67, 23 K. Lactantius div. inst. II 4 Macrobius Sat. III 6, 15 114 sq. 'ipse feracis . . . imbres' Nonius 459, 33 116 sqq. 'nec deterrebit quarundam rerum humilitas . . . quamquam videmus Vergilium praecellentissimum vatem ea de causa hortorum dotes fugisse' Plinius n. h. XIV 7 119 'biferique r. Paesti' comm. Bern. et schol. Lucani X 165 120 Priscianus 864. 920 P. Nonius 208, 32

---

R
VARIA LECTIO. 108 et *schem. lex.* 110 FRUGUM *M* furum *testantur Macrobius, Probus, Philargyrius* cum] IAM *P* 111 tute.la *c* 112 THYMUM (Y *in ras.*) *F* TINOS *M m.* 1, *P* '*legitur et* tinos' *Philargyrius: cf.* 141 PINOS *ceteri* 113 SERAT (T *fort. corr. ex* E) *F* late circum *γ*2, altae circum *ut vid. γ*1 CIRCVMLATE *P* QUOI *F* CVI *MPγabc* 114 MANIMUM *M* DVRA *P* feraceſ *c* 'tenaces, *alii* feraces' *schol. Bern.* 115 humũ *c* INRET (IG *m. rec. sup.*) *F* IMBRES *Fac* 117 proraſ (ſ *corr. in* m) *γ* prorã (ã *in ras.*) *b* 118–124 *F* 118 colenti *γ*1 119 ORNAREM (T *sup.*) *M* PESTI *Fc* BASTI (PE *sup.*) *M* p..eſti *γ* 120 'intyba *in Ebrii,* intuba *in Corneliani*' *schol. Bern. cf. prol.* 28 fibris *Priscianus utroque loco: cf.* I 120 '*alii* rivis, *alii* fibris' *schol. Bern.* 121 VIRIDIS *FMPγ*1 REPAE *P*

cresceret in ventrem cucumis; nec sera comantem
narcissum aut flexi tacuissem vimen acanthi
pallentisque hederas et amantis litora myrtos.
namque sub Oebaliae memini me turribus arcis,
qua niger umectat flaventia culta Galaesus,
Corycium vidisse senem, cui pauca relicti
iugera ruris erant, nec fertilis illa iuvencis
nec Cereri opportuna seges nec commoda Baccho.
hic rarum tamen in dumis holus albaque circum
lilia verbenasque premens vescumque papaver
regum aequabat opes animis seraque revertens
nocte domum dapibus mensas onerabat inemptis.
primus vere rosam atque autumno carpere poma,
et cum tristis hiemps etiamnum frigore saxa

---

TESTIMONIA. 122 sq. 'nec . . . narcissum' Servius Aen. X 94 124 'amantes l. myrtos' Isidorus orig. XVII 7, 50 125—127 cf. Probus 65, 18 K. 125 'namque s. O. memini' ult. syll. IV 236 K. 'namque s. Oebaliae' ult. syll. IV 252 K. 125. 127 (om. 126) 'namque . . . senem' Arusianus VII 491 K. Agroecius VII 118 K. Beda VII 279 K. 'memini . . . senem' Servius Aen. II 12 126 schol. Hor. carm. II 6, 9 127 sq. 'cui . . . ruris' Servius Aen. II 357 127 comm. Bern. Lucani III 226 'Corycium v. s.' schol. Lucani III 226 'Corycium v. s. memini' schol. Lucani VIII 26 129 Nonius 395, 17 'nec . . . seges' Servius ge. I 47 130 'hic . . . holus' Nonius 379, 26 131 'verbenas . . . papaver' Servius ge. I 78 133 'dapibus m. o. inemptis' schol. Hor. epod. 2, 48 'inemptis' Porphyrio Hor. epod. II 48 135 'et . . . hiemps' schol. Iuven. IV 56

---

VARIA LECTIO. 122 ſero *γ2a2c* ſero (o *e corr. in ras.*) *γ* ſero (o *fort. corr. ex* a) *a* COMANTE (M *sup. m. sat ant.*) *F* 123 TACUISSE (M *sup. m. sat ant.*) *F* 124 QUE *om. F* HERAS *P* amanteſ *c* LITORE (E *m. rec. corr. in* A) *P* litora (a *e corr.*) *γ* 125 oebalię (ię *in ras.*) *a* Oebalia *de ult. syll.* 236, *sed* Oebaliae 252 ARCIS *Pb2 in ras., Probus, Arusianus, Philargyrius* 'arce sub Oebalia' *Corippus in laud. Iustin.* III 94 altiſ *ac*, (lt *m.* 2) *γ*, *Agroecius, Beda: itaque legisse videtur Claudianus* I 260 AUTIS (L *sup.*) *M* 128 IURIS *M*

129 Cereri *Salmasius exerc. Plin.* 366: *cf.* II 229 *prol.* 363 PECORI *MPγabc Nonius, Servius Dan. ge.* I 47 SEDES *P* 130 dulis *Nonii φ* 132 ANIMIS *MPγbc*, *Servius* animiſ (iſ *in ras.*) *a* animo *χ* 135 ETIANNVM *P* etiamnunc *γ2abc*

rumperet et glacie cursus frenaret aquarum,
ille comam mollis iam tondebat hyacinthi
aestatem increpitans seram zephyrosque morantis.
ergo apibus fetis idem atque examine multo
primus abundare et spumantia cogere pressis
mella favis: illi tiliae atque uberrima tinus,
quotque in flore novo pomis se fertilis arbos
induerat, totidem autumno matura tenebat.
ille etiam seras in versum distulit ulmos
eduramque pirum et spinos iam pruna ferentis
iamque ministrantem platanum potantibus umbras.
verum haec ipse equidem spatiis exclusus iniquis
praetereo atque aliis post me memoranda relinquo.

TESTIMONIA. 136 'glacie ... aquarum' Macrobius Sat. VI 6, 18 138 'aestatem i. seram' Nonius 329, 14 ult. syll. IV 220 K. Acro Hor. carm. I 38, 4 Servius Aen. I 738 XII 758 139—141 'ergo ... favis' Eutychis ars V 472 K. 139 sq. 'ergo ... abundare' Nonius 41, 17

140 sq. 'et spumantia ... favis' idem 365, 4 141 'mella' cf. ge. IV 35 142 sq. Acro Hor. carm. III 1, 30 144 Nonius 284, 27 Servius Aen. V 119 145 'eduramque ... spinos' Charisius I 144 K. 'eduramque p.' Servius Aen. VIII 610 ecl. VII 32 schol. Bern. ge. II 65

147 sq. 'atque ea quae quondam spatiis exclusus iniquis, Cum caneret laetas segetes et munera Bacchi, Et te, magna Pales, nec non caelestia mella, Vergilius nobis post se memoranda reliquit' Columella de r. r. X 2 sqq.

VARIA LECTIO. 137 IAMTVMTONDEBAT *Pac* iam tundebat [tū] *γ* HYACINTHI (*punct. rubr., in mg. m. rec., col. rubro:* ACHANTI [h]) *M* achanti *a1c* iachinti *a2* 138 MORANTES *Mc*

139 idem atque] IDEMQVE *P* 141 ILLIC *P* ill[i] *γ* 'illic *vel* illi' *schol. Bern.* TELIAE *P* TILIA *M* TINUS *M m.* 1 PINVS *ceteri libri.* '*ipsius autem manu duplex fuit scriptura:* pinus *et* tinus' *Philargyrius: cf.* 112 142 QVODQVE *Py* Quotq: (t *in ras.*) *ab* 143 MATURE (A *sup.*) *M* 144 IN VENTVM *P* in versum *testatur Servius* ulmos] ornos *Nonii Bern. pr.*

145 'ETDVRAM *P* ecduram *schol. Bern.* EDVRAM *Myabc cum ceteris testibus* PINUM (R *sup.*) *M* SPINVS *P* spinos *testatur Charisius* ferentes *γ2c* 146 PORTANTIBVS *P* 147 IPSA (E *sup.*) *M* [e]quidē *a* quidē *bc* 148 post me memoranda [com] *χ* post me memoranda (memoranda *in ras.*) *b* POSTMEMORANDA *MPya* post cōmemoranda *c*

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
addidit expediam, pro qua mercede canoros
Curetum sonitus crepitantiaque aera secutae
Dictaeo caeli regem pavere sub antro.
solae communis natos, consortia tecta
urbis habent magnisque agitant sub legibus aevom,
et patriam solae et certos novere penatis;
venturaeque hiemis memores aestate laborem
experiuntur et in medium quaesita reponunt.
namque aliae victu invigilant et foedere pacto
exercentur agris; pars intra saepta domorum
Narcissi lacrimam et lentum de cortice gluten
prima favis ponunt fundamina, deinde tenacis
suspendunt ceras; aliae spem gentis adultos
educunt fetus; aliae purissima mella
stipant et liquido distendunt nectare cellas.
sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti,
inque vicem speculantur aquas et nubila caeli,

---

TESTIMONIA. 151 sq. 'crepitantiaque . . . antro' ('corybantia' φ ex Aen. III 111) Servius ge. IV 66 151 'Curetum . . . aera' Macrobius Sat. V 19, 12 152 Columella de r. r. IX 2, 4 Servius Aen. III 171 154 'magnisque . . . aevum' Arusianus VII 453 K. 156 sq. 'aestate l. experiantur' Arusianus VII 469 K. 157 'et . . . reponunt' Arusianus VII 482 K. 158 'namque a. v. invigilant' Asper 112, 22 K. Priscianus 778 P. 'victu i.' Philargyrius ge. IV 198 'invigilant v.' Arusianus VII 484 K. 160 'et . . . gluten' Charisius I 131 K. 161 sq. 'deinde . . . ceras' Priscianus 777 P. 164 'liquido . . . cellas' Probus 11, 17 K. 165 Priscianus 1006. 1011 P. Alcuinus 2123 P.

---

VARIA LECTIO. 150 addedit *γ1* 151 AERE *P* 153—169. 170—174 *F* 153 COMMUNES *Mc* [N] LATO [S·] (S· *col. rubro*) *M* 154 QUE *om. P* legebuſ *c1* 155 AT [E] (E *m. ant., fort. eadem*) *F* et *alterum om. c* PENATES *FMγabc* 156 HIEMES *M* laborē (ē *in ras.*) *a* laborum *c* 157 IM *P* 158 invigilant victu *Arusianus* 160 lacrimas *schol. Bern.* GLUTE~ *M* glutem *γ1* 161 TENACES *Mγ2c* tenacis *testatur Priscianus* 162—164: *cf. Aen.* I 431 *sq.* 163 DVRISSIMA (P *sup.*) *M* 164 Stipent *c1* ETȦ *F* 165 portam *Alcuinus* ſorte *χ* sorti *testantur Priscianus et Alcuinus*

aut onera accipiunt venientum aut agmine facto
ignavom fucos pecus a praesepibus arcent.
fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
cum properant, alii taurinis follibus auras
accipiunt redduntque, alii stridentia tingunt
aera lacu; gemit inpositis incudibus Aetna;
illi inter sese magna vi bracchia tollunt
in numerum versantque tenaci forcipe ferrum:
non aliter, si parva licet componere magnis,
Cecropias innatus apes amor urguet habendi
munere quamque suo. grandaevis oppida curae
et munire favos et daedala fingere tecta.
at fessae multa referunt se nocte minores,
crura thymo plenae; pascuntur et arbuta passim

---

TESTIMONIA. 167 Diomedes I 418K. Victorinus de metr. VI 210K. Audacis exc. VII 338 K. Dositheus VII 423 K. 'suscipiunt onera venientum' de dub. nom. V 585K. 168 Nonius 33, 19. 460, 6 Isidorus orig. XII 8, 3 'ignavum pecus . . . a praesepibus arcentur' Columella de r. r. IX 15, 1 169 'fervet o.' Servius et schol. Bern. ge. IV 104 'redolent t. f. mella' Isidorus orig. XVII 9, 12 Diomedes I 319 K. 171 'taurinis f.' Servius Aen. IX 703 175 'versantque t. f. massam' Velius Longus VII 71 K. 176 Nonius 257, 21 'si . . . magnis' Servius Aen. II 496 179 'daedala tecta' Macrobius Sat. V 17, 15 181 'crura t. plenae' Arusianus VII 497 K. 'thymo p.' Diomedes I 312 K. 'pascuntur . . . passim' Pompeius V 233 K.

---

VARIA LECTIO. 167—169 = *Aen.* I 434—436 169 FERVET *MPγabc*, *Servius ad Aen.* I 436 FERVIT *F*1, *testatur Philargyrius* 'fervet; *in Ebrii* fervit' *schol. Bern. cf. prol.* 282 fragrantia *c*1, *Servius ad Aen.* I 436, *Diomedis Par. B* FRAGLANTIA n *FMγ* fraglatia *b* FLAGRANTIA *Pac*2, *Diomedis Par. A*, *Mon.*: *cf. prol.* 420 170 LENTE *P* LENTI (S *sup. prope evanuit*) *F* 171—175: *cf. Aen.* VIII 449—453 172 ALI *P* 173 ANTRVM *FP ut Aen.* VIII 451 174 ILLIS *F* 'tollunt, *alii* iactant' *schol. Bern.* 175 'forcipe *in Ebrii et* forfice *in Corneliani*' *schol. Bern.* forcipe *test. Velius Longus cf. prol.* 28 ferrum] massam *Velius Longus* 176 aliter] ALICET *P* 177 agendi *Peerlkampus* 181 *Hinc redit R* 'passim, *alii* circum' *schol. Bern.*

et glaucas salices casiamque crocumque rubentem
et pinguem tiliam et ferrugineos hyacinthos.
omnibus una quies operum, labor omnibus unus:
mane ruunt portis; nusquam mora; rursus easdem
vesper ubi e pastu tandem decedere campis
admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant;
fit sonitus mussantque oras et limina circum.
post ubi iam thalamis se composuere, siletur
in noctem, fessosque sopor suos occupat artus.
nec vero a stabulis pluvia inpendente recedunt
longius aut credunt caelo adventantibus euris;
sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur
excursusque brevis temptant, et saepe lapillos,
ut cumbae instabiles fluctu iactante saburram,
tollunt, his sese per inania nubila librant.
illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
quod neque concubitu indulgent nec corpora segnes

TESTIMONIA. 182 Nonius 202, 11 'crocumque r.' Charisii exc. I 548 K. Beda VII 268 K. schol. Iuven. VII 208 183 'et f. hyacinthos' Nonius 549, 6 184 'omnibus u. q. operum' Arusianus VII 504 K. 185 'mane r. portis' ult. syll. IV 246 K. 'mane r.' Cledonius V 65 K. 189 sq. 'siletur in noctem' Arusianus VII 484 K. 'fessosque . . . artus' Servius Aen. VI 640 190 'sopor . . . artus' Servius ge. III 244 193 Priscianus 828 P. Eutychis ars V 481 K. 'sub . . . aquantur' Nonius 87, 8 197 sqq. 'utrum examina, tamquam cetera videmus animalia, concubitu sobolem procreent an heredem generis sui floribus eligant, quod affirmat noster Maro' Columella de r. r. IX 2, 4 197 Servius ge. IV 5 198 'quod nec concubitu i.' Asper 112, 21 K. Gellius IV 16 'nec c. indulgent' Arusianus VII 478 K. 'concubitu i.' Priscianus 778 P.

VARIA LECTIO. 182 salicis *Nonii* $\varphi$ CROCVM (VM *in ras.*) *R* 183 TILIANA (M *sup.*) *M* 184—187: *cf. prol.* 37 185 NVMQVAM *P* 187 TVNC CORPORA *MP* 188 'limina, *alii* litora' *schol. Bern.* 190 SVOS (*nominativus*) *R*, *Servii Aen. Cass. Par.* ſuoſ (V *sup.*) $\gamma$ SVVS *MPbc* ARTVVS *P* 193 TOTAE *P* AĖQUANTUR *M* equantur $\gamma$1 195 CUMBE (Y *sup.*) STABILES (A IN *sup.*) (Y *rubr.*) *M* FLATV *P* SUBURRAM (A *sup.*) *M* 196 HISESE (S *sup.*) *M* hiſ eſe (ſ *sup.*), *in mg.* al iſ ſaepe, $\gamma$ 198 neque] ÐEC (N *sup.*) *M* nec *bc*, *Asper, Gellius, Arusianus* nec (*in mg.* al neq.) $\gamma$ INDULGENS (T *sup.*) *M* SEGNIS *M* REGNIS *P*

in Venerem solvunt aut fetus nixibus edunt;
verum ipsae e foliis natos, e suavibus herbis
ore legunt, ipsae regem parvosque Quirites
sufficiunt aulasque et cerea regna refigunt.
*saepe etiam duris errando in cotibus alas
attrivere, ultroque animam sub fasce dedere:
tantus amor florum et generandi gloria mellis.*
ergo ipsas quamvis angusti terminus aevi
excipiat (neque enim plus septima ducitur aestas),
at genus immortale manet, multosque per annos
stat fortuna domus, et avi numerantur avorum.
praeterea regem non sic Aegyptos et ingens

---

TESTIMONIA. 200 sq. 'e . . . legunt' Lactantius div. inst. I 8 201 'Quirites' Macrobius Sat. VI 6, 19 202 'aulasque . . . regna' Servius Aen. XII 589 203 sq. 'saepe . . . attrivere' Aldhelmus in A. Mai auct. class. 588 Servius ge. IV 161 204 'ultroque . . . dedere' Nonius 312, 20 Servius ge. IV 214 schol. Med. ecl. IX 65 205 Servius et schol. Bern. ge. IV 5 206 sq. 'ergo . . . excipiat' Nonius 293, 29 207 'neque . . . aestas' Arusianus VII 499 K. 210—212 'praeterea . . . observant' Donatus ad Terentii adelph. prol. 2 Pseudoasconius ad Cic. Verr. I 46 210 sq. 'praeterea . . . Lydia' Probus 66, 1 K.

---

VARIA LECTIO. 199 nixibus *bc*, *testatur Servius* ni.ibuſ (ſ *sup.*) *γ*2 nexibu. (A *sup.*) *γ*1 NEXIBVS *R* NEXIB· *M* NECSIBVS *P* 200 IPSEEFOLIIS *M* ipſe e foliiſ *γ* IPSAEFOLIIS *Pc* E *MP* et (= ec) *γbc* SED *R* 201 parvos] PABULVM (R OS *sup.*) *M* 202 AUIAS *M* REFIGUNT *Mγc*, *Servius, Philargyrius* REFINGVNT *Rb* RELINGVNT *P* 203—205 *post* 196 *poni iusserunt Bentleius et Io. Schraderus; paulo etiam aptius post* 218 *collocari videntur, sed maxime probabile est, quod suspicatur Wagnerus, absoluto iam opere in marginem illos versus a poeta coniectos esse: cf. lect. Verg.* 7 *prol.* 34 *sq. at idem Wagnerus in lect. Verg. poni iussit post* 183. *Ceterum non interpretatur eos Philargyrius* 203 in duris errando cotibus *Aldhelmus* 204 animas *Nonius, Servii Vat.* SVFFASCE *P: cf. prol.* 389 205 amor laudum *Servii ge.* IV 5 *ex.* 206 ANGVSTE *P* AEVIS *P* 207 EXCIPIAM (T *sup.*) *M* 208 ad *γ*1 ET *R* 'et, *alibi* at: *potest abundare coniunctio' Philargyrius* 210 AEGYPTVS *Rγbc* AEGYPTIOS *P*

Lydia nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes
observant. rege incolumi mens omnibus una est;
amisso rupere fidem constructaque mella
diripuere ipsae et crates solvere favorum.
ille operum custos, illum admirantur et omnes
circumstant fremitu denso stipantque frequentes,
et saepe attollunt umeris et corpora bello
obiectant pulchramque petunt per volnera mortem.

His quidam signis atque haec exempla secuti
esse apibus partem divinae mentis et haustus
aetherios dixere; deum namque ire per omnia,
terrasque tractusque maris caelumque profundum;
hinc pecudes armenta viros, genus omne ferarum,
quemque sibi tenuis nascentem arcessere vitas;
scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri

TESTIMONIA. 211 'aut M. Hydaspes' Probus 66, 4 K. schol. Hor. carm. I 22, 8 212 sq. 'rege . . . fidem' Seneca de clem. I 4, 2 epist. 114, 23 215 sq. 'ille . . . circumstant' Nonius 347, 24 218 'pulchramque . . . mortem' Nonius 367, 8 219 de schem. lex. p. 48 H. 221–224 Lactantius div. inst. I 5 221 sq. 'deum . . . profundum' Minucius Felix Octav. 19 Augustinus de civ. dei IV 11 Salvianus de gub. dei I 4 comm. Bern. Lucani IX 578 U. 'deum . . . maris' comm. Bern. Lucani V 95 U. 221 'per omnia deum ire ipsi adserunt et omnia in virtute eius consistere, vim et maiestatem eius per omnia elementa penetrare, terras caelum maria.' Ambrosius de offic. I 13 223 'hinc . . . genus' Sacerdos VI 514 K. 224 Servius Aen. IV 705 225—228 comm. Bern. Lucani IX 9 U. 225 sq. 'scilicet . . . locum' comm. Bern. Lucani IX 568 U. 225 schol. Stat. Theb. VI 112

VARIA LECTIO. 211 LYDIA *MPb* Lidia *γ* LVDIA *R* Lidia parthorum (nec *sup.*) populi aut *c* ET (AV *sup. col. rub.*) *M* 212 rege, *in mg.* aỉ regẽ *γ* incolomi *b1c1χ* est *om. Seneca de clem.* 215 ILLE ADMIRATUR (UM, N *sup.*) *M* 216 FREMITVS *P* frementeſ (qu *sup.*) (menteſ *in ras.*) *b* 217 PECTORA *P: cf.* 83 218 pulchram . . . mortem = *Aen.* XI 647 221 omnia *secundum Ambrosium Peerlkampus in Verg. Aen. vol.* II *p.* 21: *probavit Lachmannus Lucr.* 72 OMNIS *MPRγb*, *Augustinus* om̄ſ *c* omnes *Servius, Minucius Felix, Augustinus* 222 = *ecl.* IV 51 TERRASQ· (RUM *sup. col. rubro*) *M* 223 HIC *R* 224 SIBI *m.* 2 *sup. R* TENUES *M* uitaſ arceſſere *c* 225 REFERRE (I *sup. rubr.*) *M*

omnia, nec morti esse locum, sed viva volare
sideris in numerum atque alto succedere caelo.

Siquando sedem augustam servataque mella
thensauri relines, prius haustu sparsus aquarum
ore fove fumosque manu praetende sequacis. 230
illis ira modum supra est, laesaeque venenum 236
morsibus inspirant et spicula caeca relinquont
adfixae venis animasque in volnere ponunt. 238
bis gravidos cogunt fetus, duo tempora messis: 231

---

TESTIMONIA. 228 'si . . . augustam' de fin. corr. VI 237 K. 238 Macrobius Sat. VI 6, 19 'animasque . . . ponunt' Nonius 232, 33 schol. Iuven. IV 91 Servius Aen. IX 687 ge. IV 80 'animas . . . ponunt' schol. Bern. ge. IV 80 231 'duo t. messis' schol. Bern. ge. II 410

---

VARIA LECTIO. 227 *hic om. sequitur post v.* 236 *ima pagina* c INNVMERVM *continuat R* SE·CONDERE *R* 228 AVGVSTAM *Pybc*2, *testatur Servius* AUGUSTA (M *sup.*) *M* ANGVSTAM *Rc*1 229 THENSAVRI *P: sigmatismi causa praetuli.* THENSAVRIS *Rγ*1 Thefaurif (he *in ras.*) *b* THESAURIS *Mγ*2*c*, *Servius cf. prol.* 434 RETINES *P* ASTU (H U *sup.*) *M* hauftuf *in ras. b* 230 ORE *PR* ORE (A *sup.*) *M* orae (a *eras.*) *γ* Ora *c*, (a *in ras.*) *b cf.* II 135 FAUE (o *sup. col. rubro*) *M* foue (o *m.* 2) *γ* 'ore fove . . . *alii* ore fave *legunt' Servius* (*cf. schol. Bern.*) ore fave *Philargyrius. In constituenda lectione* ore fove *magis librorum auctoritatem quam sententiae incertissimae indicia secutus sum. Nam et purgari aqua os apiarii et irrigari infusa aqua alvearium iubere poterat poeta.* SINV *P*, *quod de vase patulo intellectum duplici modo versui accommodari potest scribendo vel* ore fove et fumos sinu praetende s. *vel* ore fove fumosque e sinu tende s. *Ceterum* manu *si retineas, saltem dativus interpretandus est: cf. Columella* IX 15 SEQVACES *Ry*2*bc* *Ordinem versuum* 228—250 *restitui, qualis saltem intellegi possit, quamquam ne sic quidem omnia sana esse puto: cf. prol.* 36 *sq. In transponendis versibus* 236—38 *post* 230 *praeiverunt Schraderus et Duebnerus* 237 RELINQVVNT *Rybc* RELINCVNT *M* 238 VVLNERE *Mb*, *Servius*, *schol. Bern. Nonii Genev. et Harl.*, *Macrobii Salisb.* VVLNERA *Rc*, *Nonii et Macrobii* ω, *schol. Iuvenalis* uolnera (v *sup.*) *γ* 231 FETUS *MR*, *in ras. b*, *Servius*, *quod propter* 163 *et* 199 *displicere possit.* fa&uf *γ* FLORES *P: cf.* 250 'flores *emendatum fuit' Philargyrius*

Taugete simul os terris ostendit honestum
Pleas et Oceani spretos pede reppulit amnis,
aut eadem sidus fugiens ubi piscis aquosi
tristior hibernas caelo descendit in undas.
quo magis exhaustae fuerint, hoc acrius omnes 248
incumbent generis lapsi sarcire ruinas
complebuntque foros et floribus horrea texent.
sin duram metues hiemem parcesque futuro 239
contussosque animos et res miserabere fractas:
at suffire thumo cerasque recidere inanis
quis dubitet? nam saepe favos ignotus adedit
stelio et lucifugis congesta cubilia blattis;
immunisque sedens aliena ad pabula fucus
aut asper crabro inparibus se immiscuit armis,

---

TESTIMONIA. 232 'Taygete' Probus 67, 29 K. 239 sq. Priscianus 1132 P. 241 sq. 'at . . . dubitet' Priscianus 627. 830 P. 241 Priscianus 905 P. 242 sq. 'nam . . . stelio' Servius Aen. V 795 243 'sic nec venenatus stelio nec obscenum scarabei vel papilionis genus lucifugaeque blattae, ut ait Maro, per laxiora spatia ianuae favos populantur' Columella de r. r. IX 7, 5 244 Nonius 30, 12 Servius Aen. XI 460

---

VARIA LECTIO. 232 TAVGETE *PR* TAYGETE *Mb* Taygetae *c* Ta.geteſ (ſ *erasa*) *γ* 233 PLEAS *P* PLIAS *Mγ* PLEIAS *Rb* Pleyaſ (ey *in ras.*) *c* 'rettulit . . . *alii* reppulit' *schol. Bern.* amneſ *bc* 234 'fugiens, *alii* surgens' *schol. Bern.* 248—250 *non interpretatur Servius* 248 FUERUNT (I *sup.*) *M* FVERIT (N *sup. m. ead.*) *P* om̃iſ *c* 250 TEXINT *P* tex.ent *γ* 239 METVENS *Rγ*1 hiemem, parces (*ut hinc apodosis incipiat*) *Priscianus* 240 contuſſoſ *γ*1 CONTVSOS *MPRbc* 241 at (t *e corr.*) *γ* AVT *M* ſuffire *γbc*, *Priscianus* SVFFERE *P* SVFFERRE *MR* THYMO *Rγc* THUMOS (Y *sup.*) *M* FAVOS THYMO *P* INANES *Mbc* 242 IAM *P* 'ignotus . . . *alii* ignotos' *schol. Bern.* ADHAESIT *R* dedit *γ*1 adedit *testatur Servius* 243 STELIO *MR*, *Lachmannus Lucr.* 33 ſtelio *γbc* STELLIO *P* *Post* blattis *cum Vossio fortius distinxi, sequentia inter se coniunxi; alii v.* 244 *cum superioribus cohaerere volunt: cf. prol.* 54 244 SIDENS *P* POGULA (AB *sup.*) *M* 245 CRABRO (SCA *sup.*) *M*

aut dirum tiniae genus, aut invisa Minervae
laxos in foribus suspendit aranea cassis. 247

Si vero, quoniam casus apibus quoque nostros 251
vita tulit, tristi languebunt corpora morbo —
quod iam non dubiis poteris cognoscere signis:
continuo est aegris alius color; horrida voltum
deformat macies; tum corpora luce carentum
exportant tectis et tristia funera ducunt;
aut illae pedibus conexae ad limina pendent,
aut intus clausis cunctantur in aedibus, omnes
ignavaeque fame et contracto frigore pigrae.
tum sonus auditur gravior, tractimque susurrant,
frigidus ut quondam silvis inmurmurat auster,
ut mare sollicitum stridit refluentibus undis,
aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis: —
hic iam galbaneos suadebo incendere odores
mellaque harundineis inferre canalibus, ultro
hortantem et fessas ad pabula nota vocantem.

---

TESTIMONIA. 246 sq. 'invisa ... casses' Probus 68, 1 K. 246 'aut ... genus' Nonius 285, 5 247 Nonius 192, 12 255 sq. 'tum ... ducunt' Donatus Ter. Andr. I 1, 90 Isidorus orig. XI 2, 35 255 'et corpora luce c.' Donatus Ter. hec. III 4, 27 256 'exportant ... tristia' Sacerdos VI 513 K. 260 'tractimque s.' Charisius I 221 K. Priscianus 1005 P. ult. syll. IV 249 K. 261—263 Servius Aen. V 595 264 Servius georg. IV 252

---

VARIA LECTIO. 246 durum *c*, *testatur Nonius* tineae *γ2c*, *Nonii φ* 247 in foribus laxos *Probi Egnatiana* (*lacuna in Vat. Par.*) CASSES *MRc* caſſeſ . . . . . . . *γ* 251 Si$^{n}$ *γ* NOSTRIS *R* 254 ALIUS *supr. M* HORRIDAVVLTVM (A *sup.*) *Rbc* HORRIDVS ALIA UULTUM *M* '*alii* vultu' *schol. Bern.* 255 tum] et *Donatus ad Ter. hec.* CARENTEM (U *sup.*) *M* 259 IGNAVA *PR* FAMA *R* FAMAE *M* 260 TVNC *P* SONITUS *M* ſoNuſ (Nu *in ras.* 3 *vel* 4 *litt.*) *b* 262 MARES *R* MA *P* STRIDET *Rγ2bc* 263 INGENS (I *sup.*) *M* 264 HIC (N *sup.*) *M* honoreſ (n *corr. in* d) *γ* 265 HARVNDINIBVS *P* 266 FESSIS (A *sup.*) *M*

proderit et tunsum gallae admiscere saporem
arentisque rosas aut igni pinguia multo
defruta vel psithia passos de vite racemos
Cecropiumque thymum et grave olentia centaurea.
est etiam flos in pratis, cui nomen amello
fecere agricolae, facilis quaerentibus herba;
namque uno ingentem tollit de caespite silvam,
aureus ipse, sed in foliis, quae plurima circum
funduntur, violae sublucet purpura nigrae;
[saepe deum nexis ornatae torquibus arae.]
asper in ore sapor; tonsis in vallibus illum
pastores et curva legunt prope flumina Mellae.
huius odorato radices incoque baccho
pabulaque in foribus plenis adpone canistris.

Sed siquem proles subito defecerit omnis,
nec, genus unde novae stirpis revocetur, habebit,
tempus et Arcadii memoranda inventa magistri

---

TESTIMONIA. 267 Priscianus 891 P. Arusianus VII 510 K. 269 'defruta' Diomedes I 328 K. 270 'grave o. centaurea' schol. Persii III 89 Acro Hor. carm. I 17, 7 271 sq. 'cui . . . agricolae' de schem. lex. p. 55 H. 271 'cui n. amello' Arusianus VII 494 K. 277 'asper . . . sapor' Nonius 244, 3 277 sq. 'tonsis . . . pastores' schol. Med. ecl. X 7 279 'huius o. r. incoque' ult. syll. IV 235 K. 283 sq. 'tempus . . . pandere' Servius ge. I 14

---

VARIA LECTIO. 267 profuit *Prisciani exemplaria excepto Carolir.* TVNSVM *PRγc*, *Prisciani ω*, *Arusiani codd.* tunſum (nſ *in ras.*) *b* TVSVM (N *sup.*) *M* tussum *et* tu$^{H}$sum *Prisciani φ* 268 Arenteſ *b* 269 PSITHAECA *R* PSITIAE *Mγ* pſithia (thia *in ras.*) *b* 271 AMILLO *P* 274 in] INE *P* 275 SUBLUCE (T *sup. rubr.*) *M* 276 *damnaverunt Iahnius et Weichertus, secundis curis a poeta in marginem coniectum esse suspicatur Wagnerus. Non interpretantur hunc versum Servius et Philargyrius, legit schol. Bern. cf. prol.* 43 deum hinc nexis *Burmannus* 278 et] EN (T *sup.*) *M* prope] PER *P* pro$^{pe}$ *γ* MILLAE *P* $^{A}$MELLAE (E *pr. corr. ex* I) *M* . amellę *c* Mellae *Servius, Philargyrius* Amellae *schol. Bern.* 280 EXPONE *R* 281 ſiquidem *c* 282 HABEBIS *Pb*1 HABENIS *R*

pandere, quoque modo caesis iam saepe iuvencis
insincerus apes tulerit cruor. altius omnem 285
expediam prima repetens ab origine famam.
nam qua Pellaei gens fortunata Canopi
accolit effuso stagnantem flumine Nilum
et circum pictis vehitur sua rura phaselis, 289
**et viridem Aegyptum nigra fecundat harena, 291
**et diversa ruens septem discurrit in ora
*usque coloratis amnis devexus ab Indis, 293
quaque pharetratae vicinia Persidis urget, 290
omnis in hac certam regio iacit arte salutem. 294
exiguus primum atque ipsos contractus in usus 295
eligitur locus; hunc angustique imbrice tecti
parietibusque premunt artis et quattuor addunt,
quattuor a ventis obliqua luce fenestras.
tum vitulus bima curvans iam cornua fronte
quaeritur; huic geminae nares et spiritus oris 300

---

TESTIMONIA. 284 '(sunt qui putent) . . . in totum vero amissas reparari ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis, Vergilius iuvencorum corpore exanimato' Plinius n. h. XI 70 285 'insincerus a. t. cruor' Charisius I 81 K. 285 sq. 'altius . . . famam' Nonius 237, 18 287 sq. schol. Lucani III 233 287 Probus 66, 7 K. 'nam . . . fortuna' (sic) schol. Lucani V 60 'gens f. Canopi' schol. Lucani X 64 289 schol. Hor. carm. III 2, 29 schol. Iuven. ined. XV 128 H. 'pictisque phaselis' Isidorus orig. XIX 1, 17 291 Eutychis ars V 472 K. Servius Aen. IX 30 293 explan. in Don. IV 510. 517 K. 294 Nonius 327, 21 300 'huic g. nares' de dub. rom. V 584 K.

---

VARIA LECTIO. 284 ceſſiſ (ſ *pr. eras.*) *γ* 286 fatum *Nonii φ* 289 pictis circum *schol. Hor.* 290 291 292 293 *Pbc* 290 292 293 291 *R* 290 292 291 293 *Mγ*. *Versum* 291 *Servius,* 293 *interpretatur Philargyrius. Suspicor solum v.* 290 *a prima poetae manu esse, qui secundis curis in vicem versus* 289 *varia temptaverit nec in schedis suis constituerit utrum cum v.* 293 *versus* 291 *an* 292 *in locum illum succederet: cf. lect. Verg.* 8 *et prol.* 38 *Scaliger poem. p.* 222 *ed. alt. sic ordinavit:* 292 *sq.* 291. 290 292 HORA *M* 293 UTQUE *M* 290 confinia *Bentleius ad Lucan.* II 435 294 OMNIB· (S *sup.*) *M* HANC *R*, *Nonii ω* CERTE (AM *sup.*) *M* IACET *PR* iac& *γ*1 iacit *testantur Nonius et Servius* 295 IPSOS *suprascr.* *M* IN *P* IN (AD *sup.*) *M* AD *Rγbc* 296 elegitur *γ*1 297 ARTES *R*

multa reluctanti obstruitur, plagisque perempto
tunsa per integram solvontur viscera pellem.
sic positum in clauso linqunt et ramea costis
subiciunt fragmenta, thymum casiasque recentis.
hoc geritur zephyris primum inpellentibus undas,
ante novis rubeant quam prata coloribus, ante
garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.
interea teneris tepefactus in ossibus umor
aestuat, et visenda modis animalia miris,
trunca pedum primo, mox et stridentia pinnis
miscentur tenuemque magis magis aëra carpunt,
donec ut aestivis effusus nubibus imber
erupere aut ut nervo pulsante sagittae,
prima leves ineunt siquando proelia Parthi.

Quis deus hanc, Musae, quis nobis extudit artem?

TESTIMONIA. 301 sq. 'plagis . . . pellem' Nonius 368, 30 303 sq. 'et . . . fragmenta' Nonius 387, 10 306 de schem. lex. p. 50 H. 307 Nonius 316, 12 309 sq. 'et . . . primo' Arusianus VII 513 K. 310 'trunca p. primo' Servius ge. IV 257 'trunca p.' Probi cath. IV 26 K. Sacerdos VI 477 K. 312 ult. syll. IV 247 K. 315 sqq. 'quarti (georgicorum libri) finis est de Orpheo et Aristaeo non otiosa narratio' Macrobius Sat. V 16, 5 315 sq. Diomedes I 487 K. Dositheus VII 429 K.

VARIA LECTIO. 301 OPSUITUR *M* 'obsuitur . . . *alii* obstruitur' *schol. Bern.* 302 Tunſa (*in mg.* al tuſa) *γ* 303 LINQVNT *R* lin$\overset{q}{g}$unt *γ* LINQVVNT *MPbc* 304 fracmenta...... *c* recenteſ *γ2bc* 306 ante *in fine v.*] ĖTANTE *M* ETANTE *R* 307 LIGNIS *P* tingeſ *c*1 ti$\overset{n}{g}$iſ *c*2 tignis *schol. Bern.* 310 penniſ *γ2bc* 311—386 *alia manu duobus in foliis, quinque in ultima pag. lineis vacuis relictis b* 311 MAGIS AC MAGIS *R* MAGIS ÄC MAGIS (*punct. rubr.*) *M* aëra] *Lachmannus Lucr.* 167 CAPTANT *Rc* 313 ERIPVERE *R* ERUMPERE (*corr. rubr.*) *M* aut] uel *bc* 315 *sqq.* '*sane sciendum, ut supra diximus*' (*ecl.* X 1), '*ultimam partem huius libri esse mutatam: nam laudes Galli habuit locus ille, qui nunc Orphei*' ('*Aristaei et Orphei*' *Par.*) '*continet fabulam, quae inserta est, postquam irato Augusto Gallus occisus est.*' *Servius ge.* IV 1: *cf. Donati vita* 38. *Dixi de his testimoniis in lect. Verg.* 2 *et in Fleckeiseni ann.* LXXV 74 *sqq. cf. prol.* 22 *sq.* 315 hanc] o *Diomedes* qui nobis *Diomedes* extudit (tudit *in ras.*) *c* 'extudit . . . *alii* extulit' *schol. Bern.*

unde nova ingressus hominum experientia cepit?
pastor Aristaeus fugiens Peneia Tempe
amissis, ut fama, apibus morboque fameque
tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnis
multa querens atque hac adfatus voce parentem:
'mater, Cyrene mater, quae gurgitis huius
ima tenes, quid me praeclara stirpe deorum
(si modo, quem perhibes, pater est Thymbraeus Apollo)
invisum fatis genuisti? aut quo tibi nostri
pulsus amor? quid me caelum sperare iubebas?
en etiam hunc ipsum vitae mortalis honorem,
quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers
omnia temptanti extuderat, te matre relinquo.
quin age et ipsa manu felicis erue silvas,
fer stabulis inimicum ignem atque interfice messis,
ure sata et duram in vitis molire bipennem,
tanta meae si te ceperunt taedia laudis.'
at mater sonitum thalamo sub fluminis alti
sensit. eam circum Milesia vellera nymphae

---

TESTIMONIA. 317 Probus 66, 13 K. Diomedes I 438 K. 318 ult. syll. IV 230 K. 'm. fameque' explan. in Don. IV 496 K. 321 'mater C. mater' Nonius 343, 27 Servius Aen. IV 674 VIII 71 XII 652 321 sq. 'quae . . . tenes' Nonius 412, 5 326 Nonius 320, 8 327 Nonius 460, 5 'et . . . sollers' Nonius 158, 30 330 Nonius 330, 28. 449, 27 'atque i. messes' Servius Aen. V 81 ge. I 107 331 'et . . . bipennem' Arusianus VII 493 K. 332 Nonius 253, 22 334—336 'Milesia . . . Phyllodoceque' Macrobius Sat. V 17, 17 334 sq. 'eam . . . colore' Nonius 252, 4 'Milesia . . . carpebant' Servius ge. III 306

---

VARIA LECTIO. 319 ad] & *c*1 SACRVM, *sed* S *et* C *vel erasis vel in ras. positis,* *R* PLACIDUM *M*: *cf. Aen.* I 127 CAPVT (V *in ras.*) *R* 320 atque affatus ac (h supra) *c* 322 TENENS *Pb*1 teneſ. (ſ *in ras.*) *c* A STIRPE *Rγ* 323 PATER (E supra) STHYMBRAEUS *M* 327 et] ac *b* PECVDVM *Mγ*2, *testatur Nonius* pecodum *c* PECORVM *PRγ1b*: *cf.* 168 329 IPSE *P* FELICES *MRγbc* 330 MESSES *Mγbc* MESES *R* 331 DURAMM (VALID *sup.*) *M* VALIDAM *PRγbc*, *Arusianus: cf. Aen.* XI 651 VITES *Rγ*2*bc* BIPENNEM *MPγbc*: *cf. Quintilianus* I 4, 12 BIPINNEM *R* 332 LAVRIS *P* 333 & *γ*1 334 SENTIT *R* UERBERA (LL *supra* RB) *M*

carpebant hyali saturo fucata colore,
Drumoque Xanthoque Ligeaque Phyllodoceque,
caesariem effusae nitidam per candida colla,
Cydippeque et flava Lycorias, altera virgo, 339
altera tum primos Lucinae experta labores,
Clioque et Beroe soror, Oceanitides ambae,
ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae,
atque Ephyre atque Opis et Asia Deiopea
et tandem positis velox Arethusa sagittis.
inter quas curam Clymene narrabat inanem
Volcani, Martisque dolos et dulcia furta,
aque Chao densos divom numerabat amores.
carmine quo captae dum fusis mollia pensa

---

Nesaee Spioque Thaliaque Cymodoceque 338

---

TESTIMONIA. 338 'harum autem' (nympharum) 'quatuordecim nomina, ut quidam volunt, in georgicis invenimus' Servius Aen. I 71 Adsumpto v. 338 praeter Cyrenem septemdecim numerarentur 341 'Oceanitides a.' Priscianus 1275 P. 344 Servius Aen. III 694 ge. IV 341 'velox' schol. Bern. ge. IV 351 345 Servius Aen. I 663 346 Nonius 310, 11. 453, 29 Servius Aen. I 742 VI 24 'et d. furta' Servius Aen. VII 660 IX 546 X 91 'dulcia f.' Donatus Ter. eun. IV 7, 39 Acro Hor. carm. I 10, 7 347 Arusianus VII 489 K. (khao) Servius ecl. VII 13 348 'carmine q. captae' Nonius 253, 11

---

VARIA LECTIO. 335 SATYRO *R* 336 DRUMO *M* Drimo *γ* DRYMO *PRbc* LEGEAQVE *P* LEGEAQ· *Mc* LEGEATQ· *R* ligiaque *b* 338 *om. MPRγ1b, m. rec. in mg. add. γ ex Aen.* V 826: *habet c, non legunt commentatores veteres* 339 Cydippeque& (que *eras.*) *γ* CYDIPPEET *MPbc* LYCORIS *R* 340 LYCINAE *P* 341. 343. 342 *hoc ordine γ* 341 CEIO *P* CLI *R* 343 EPHYRA *M* DEIOPAEA *R* 344 AT (E *sup.*) *M* 345—382 *Sangallensis* (G) *fol.* II 345 curam (m *corr. in* ſ) *γ* inanem (m *corr. in* ſ) *γ* 346 '*secundum Donatum* hic *distinguendum est: ut* dolos *ad Vulcanum,* furta dulcia, *i. e. adulterium referamus ad Martem' Servius.* '*quidam distinguunt* Vulcani curam inanem' *schol. Bern. Non distinguitur in P* 347 AQVE *Pγ* ATQVE *R, Arusianus* ATQ· *Mc* ADQVE *G* A.q: *b* CHA (O *m.* 2 *sup.*) *R* chao$^{r}$ *γ* aque Chao *Servius* DENSOSDIVVM *GMRγbc, Arusianus* DENSADSIDVOM *P* 'enumerabat *Servii ecl.* VII 13 *φ* AMORIS *G*? 348 DVMFVSI *G* FUSISDUM *M* fuſiſ..dum *γ*

devolvunt, iterum maternas impulit auris
luctus Aristaei, vitreisque sedilibus omnes
obstipuere; sed ante alias Arethusa sorores
prospiciens summa flavom caput extulit unda,
et procul: 'o gemitu non frustra exterrita tanto
Cyrene soror, ipse tibi, tua maxima cura,
tristis Aristaeus Penei genitoris ad undam
stat lacrimans, et te crudelem nomine dicit.'
huic percussa nova mentem formidine mater
'duc, age, duc ad nos; fas illi limina divom
tangere' ait. simul alta iubet discedere late
flumina, qua iuvenis gressus inferret. at illum
curvata in montis faciem circumstetit unda
accepitque sinu vasto misitque sub amnem.
iamque domum mirans genetricis et umida regna
speluncisque lacus clausos lucosque sonantis
ibat, et ingenti motu stupefactus aquarum
omnia sub magna labentia flumina terra
spectabat diversa locis, Phasimque Lycumque
et caput, unde altus primum se erumpit Enipeus

---

TESTIMONIA. 356 'et . . . dicit' Servius Aen. I 76 IV 674 XII 652 ge. IV 321 Porphyrio Hor. epod. XVI 31 358 'duc age . . . nos' ult. syll. IV 236 K. de schem. lex. p. 50 H. 361 Macrobius Sat. V 3, 4 schol. Veron. 88, 24 K. Lactantius div. inst. IV 10 362 Arusianus VII 456 K. 366 sq. 'omnia . . . locis' Servius Aen. VI 659 367 cf. Caper VII 97 K. 368 'unde . . . Enipeus' Arusianus VII 472 K.

---

VARIA LECTIO. 349 AVRIS *G* AVRES *MPRybc* 350 AMNES (O *sup.*) *M* 351 exsiluere *a in mg., non male: cf. prol.* 332 352 placidum *ut Aen.* I 127 *Servius: cf.* 319 353—355 *om., add. infra in mg. y* 355 Penei, *quod legit Servius, vitiosum esse monuit Io. Schraderus emendatt. praef.* XXI (*cf. prol.* 364) magni *Bentleius ad Lucan.* III 191 nostri *Peerlkampus. Possis etiam ex v.* 319 sacram *adsumere* 360 AD *Gy* 'at *vel* ad' *schol. Bern.* 361 IM *P* molis *Macrobius. cf.* οὔρεϊ ἶσον *Homeri Od.* λ 243 SPECIEM *M* CIRCVMSTITIT *G* CIRCVMSPICIT *P* 363 *desectus in G* GENETRIX *R* genitricis *b* 366 SVB *in ras. R* 368 PRIMVS *M* RVMPIT *Ryl bl c* RVPIT *P*

saxosusque sonans Hypanis Mysusque Caicus,
unde pater Tiberinus, et unde Aniena fluenta
et gemina auratus taurino cornua voltu
Eridanus, quo non alius per pinguia culta
in mare purpureum violentior effluit amnis.
postquam est in thalami pendentia pumice tecta
perventum et nati fletus cognovit inanis
Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontis
germanae tonsisque ferunt mantelia villis;
pars epulis onerant mensas et plena reponunt
pocula; Panchaeis adolescunt ignibus arae;
et mater 'cape Maeonii carchesia Bacchi:
Oceano libemus' ait. simul ipsa precatur
Oceanumque patrem rerum nymphasque sorores,
centum quae silvas, centum quae flumina servant.
ter liquido ardentem perfundit nectare Vestam,

---

TESTIMONIA. 369 'Aniena f.' Priscianus 590 P. 371 sq. 'taurino ... Eridanus' Probus 68, 9 K. 372 Porphyrio Hor. carm. IV 1, 14 375 'inanis fletus Aristaei' Servius Aen. X 758 376 sq. 'manibus ... villis' Servius Aen. I 701 XII 169 377 'tonsisque f. m. villis' de dub. nom. V 583 K. Servius ge. III 21 schol. Med. X 7 379 'Panchaeis ... arae' Nonius 58, 31 Arusianus VII 457 K. Philargyrius ge. II 139 schol. Med. Aen. VIII 65 380 sq. 'cape ... ait' Macrobius Sat. V 21, 1 380 'mater ... Bacchi' Nonius 546, 22 'Maeonii' Probus 68, 7 K. 381 'Oceano l.' Servius Aen. XII 169 382 Probus 21, 25 K. 'Oceanumque p. rerum' Servius Aen. III 241 ge. IV 363 'Oceanumque p.' Servius ecl. VI 31 382 sq. 'nymphas ... servant' Asper 114, 18 K. 383 Nonius 387, 32 384 Philargyrius ge. IV 379

---

VARIA LECTIO. 369 *sq. transponi iussit Io. Schraderus: cf. prol.* 47 370 Saxoſū. (*erasa* ſ) *bc* 'saxosum *legendum, non* saxosus' *Servius* saxosus *Philargyrius* 371 CORPORE (NUA *sup.*) *M* VOLTVS *P* 373 IM *P* influit *c* '*legitur et* influit' *Philargyrius* 375 ET *sup. M* 376 LIBIDOS (QU *sup.*) *M* FONTES *Rγ2bc* 377 tonsis ... villis = *Aen.* I 702 mantelia (e *corr. in* i) *γ* mantilia (i *pr. in ras. corr. in* e) *b* 378 *cf. Aen.* I 706 mensas] ARAS *P: cf. Aen.* V 101 VIII 284 XII 215 379 IGNIB· (PINGUI *sup.*) *M* 380 et *om. Nonius* 382 *desectus in G* 383—420 *G fol.* III 383 SILVASETCENTVM *R* 384 PERFUNDIT *M* perfudit *γbc*

ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.
omine quo firmans animum sic incipit ipsa:

'est in Carpathio Neptuni gurgite vates
caeruleus Proteus, magnum qui piscibus aequor
et iuncto bipedum curru metitur equorum.
hic nunc Emathiae portus patriamque revisit
Pallenen; hunc et nymphae veneramur et ipse
grandaevos Nereus; novit namque omnia vates,
quae sint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur;
quippe ita Neptuno visum est, immania cuius
armenta et turpis pascit sub gurgite phocas.
hic tibi, nate, prius vinclis capiundus, ut omnem
expediat morbi causam eventusque secundet.

---

TESTIMONIA. 385 Nonius 387, 17 Dositheus VII 415 K. Diomedes I 412 K. 386 Nonius 357, 26 387 sqq. cf. Acro Hor. epist. I 1, 90 387 Probus 66, 29 K. ult. syll. IV 256 K. 389 Nonius 350, 20 390 sq. 'hic . . . Pallenen' Probus 67, 1 K. 'patriamque r. Pallenen' Servius ge. IV 386 comm. Bern. Lucani VII 150 U. 391 Terentianus Maurus v. 1217 393 Macrobius Sat. I 20, 5 394 sq. 'immania . . . phocas' schol. Hor. carm. I 2, 7 395 'et . . . focas' Nonius 411, 19 'turpes . . . phocas' Servius ge. III 52 schol. Bern. ge. III 52 396 'hic . . . capiendus' Nonius 253, 2

---

VARIA LECTIO. 385 FLAMMAM *M* TECTIS *Mb*1 tecti *om. Diomedis exempl.* SUBLATA (EC *sup.*) *M* ſubiecta (iect *e corr.*), *in mg.* aꝉ ſubiecta, *γ* subiecta *testatur Nonius* subrecta *Kvičala* 386 FIRM (ANS *sup. col. rubro*) *M* *firm*ANS *G* formans *γ*1, *Nonii φ* 387 CARPHATIO *Mb: cf. prol.* 425 carphathio *c* CARPHALIO *P* CARPATHO *R* 390 HIC (C *in ras.*) *R* 391 PELLENEN (A *sup.*) *M* ET *prius om. R*, *eras. b* IPSI ʼ*M* 392 GRANDAEVVS *M* GRANDAEVS *P* GRANDEVVS *Rbc* grandaeuſ *γ* NEREVS *sup. R* 393 SINT *MPRγbc*, *Macrobii ω* ſunt *χ*, *Macrobii φ* FVERINT *MPRγbc*, *Servius, Macrobii exemplaria, nisi quod* fuerunt (i *sup.*) *Gud.* TRAHANTVR *PRbc* TRAHEN̄TR (A *sup.*) *M* trahunt (z *sup.*) (u *corr. in* a), *in mg.* aꝉ ſequant (z *sup.*) *γ* sequentur, *nisi quod* ſecuntur *Gud., Macrobii exempl.* 396 *post* 398 *c* 396 vinclis capiundus *Nonii ω* VINCLIS CAPIENDVS *MPγbc* CAPIENDVS VINCLIS *R* 397 EXPEDIANT *R*

nam sine vi non ulla dabit praecepta, neque illum
orando flectes; vim duram et vincula capto
tende; doli circum haec demum franguntur inanes.
ipsa ego te, medios cum sol accenderit aestus,
cum sitiunt herbae et pecori iam gratior umbrast,
in secreta senis ducam, quo fessus ab undis
se recipit, facile ut somno adgrediare iacentem.
verum ubi correptum manibus vinclisque tenebis,
tum variae eludent species atque ora ferarum.
fiet enim subito sus horridus atraque tigris
squamosusque draco et fulva cervice leaena,
aut acrem flammae sonitum dabit atque ita vinclis
excidet, aut in aquas tenuis dilapsus abibit.
set quanto ille magis formas se vertet in omnis,
tam tu, nate, magis contende tenacia vincla,

TESTIMONIA. 398 'nam . . . dabit responsa' ult. syll. IV 255 K. 403 sq. 'quo . . . recipit' Arusianus VII 506 K. 404 'facile . . . iacentem' Servius Aen. IV 92 405 Nonius 254, 13. 411, 33 407 'fiet . . . horridus' Porphyrio Hor. serm. II 3, 73 408 'leaena' Probi inst. art. IV 82 K. 410 'aut . . . abibit' Servius ge. I 92 III 385 411 'formas . . . omnes' Augustinus de civ. dei X 10 411 sq. Donatus Ter. hec. III 4, 3 412 Nonius 258, 25

VARIA LECTIO. 398 praecepta] responsa *dc ult. syll.* ('praecepta, *responsa' Philargyrius*) nec illū *b* neque illum, *in mg.* at neque ipſū *γ* 399 FLECTENS *M* uinceſ *c* 400 DOLIS *R* HAC *R* FRANGVNTVR *PRc*1 FRANGENTVR *Mγb*, *Servius et Philargyrius* 401 ACCENDERET *P* 402 umbraſ with e above (ſ *eras.*) *γ* VMBRAEST *GMPR* umbra ē *c* (ē *fort. corr. add.*) *b* 404 IACENTEM (IA *in ras.*) *R* 406 LVDENT *R* illudent (l *pr. corr. ex* n) *b* inludent *Philargyrius: cf.* I 181 407 SVVS *PR* SUUS *M cf. prol.* 449 408 LEAENAE *Rc*1 409 SONITVM FLAMMAE *M* 410 tenueſ *c* ELABSVS *G* HABIBIT (I *prior in ras.*) *R* HABEBIT *M* 411 VERTIT *Pc* uertet (et *in ras.*) *b* OMNIS, *sed* I *in ras.*, *R* omneſ *γb* 412 tam tu: *cf. Aen.* VII 787, *atque ita legisse videtur Donatus: cf. prol.* 180 TANTV *Pγ*1, (U *corr. in* O *col. rubro*) *M* tantum *b*1 TANTO *Rγ*2*b*2, *Nonii exempl.* Tante (o *supra*) *c* 'tanto nate magis; *alii legunt* tan tu (*sic Carolir.* tantum *rell.*) nate magis' *Servius* '*alii dicunt* tantum, *alii* tanto magis' *schol. Bern.* VINCLIS *P*

donec talis erit mutato corpore, qualem
videris, incepto tegeret cum lumina somno.'

Haec ait et liquidum ambrosiae defundit odorem,
quo totum nati corpus perduxit; at illi
dulcis compositis spiravit crinibus aura,
atque habilis membris venit vigor. est specus ingens
exessi latere in montis, quo plurima vento
cogitur inque sinus scindit sese unda reductos,
deprensis olim statio tutissima nautis;
intus se vasti Proteus tegit obice saxi.
hic iuvenem in latebris aversum a lumine nympha
collocat, ipsa procul nebulis obscura resistit.
iam rapidus torrens sitientis Sirius Indos
ardebat caelo, et medium sol igneus orbem
hausserat; arebant herbae, et cava flumina siccis
faucibus ad limum radii tepefacta coquebant:
cum Proteus consueta petens e fluctibus antra
ibat; eum vasti circum gens umida ponti

TESTIMONIA. 416 sq. 'at . . . aura' Nonius 245, 20 417 Nonius 257, 23 420 'cogitur i. sinus' ult. syll. IV 262 K. 421 Priscianus 1018 P. Servius Aen. V 52 425 Priscianus 804 P. 426 sq. 'et . . . hauserat' Nonius 319, 30 428 'ad . . . coquebant' Arusianus VII 455 K. 429 sq. 'cum . . . ibat' Probus 67, 7 K.

VARIA LECTIO. 415 AMBROSIA *R* DEFVNDIT *G*, *Servii Vat.* DIFFVNDIT *Mb*1*c*1 diffundit *γ* diffudit *b*2*c*2 PERFVNDIT *P* DEPROMIT *R* 416 PERFVDIT *R* perduxit *Philargyrius et schol. Bern.* at illi *in ras. b* ILLE *P* 417 AVRAS *R* 418 UIGŎRUĒNIT *M* ET *PR* ē *in ras. b* 419 IN *sup. M* IM *P* 420 *abscissus in G cf. Aen.* I 161 421 Depreſſiſ (n *sup.*) *c* depssis *Prisciani φ* deprensis *test. Servius* 422 SED *P* 423 A *om. Rb*, *Servii ω* lumine, *in mg.* at limine *γ* lumine *Servius* 424 CONLOCAT *PRγ* 425—428: *cf. prol.* 53 425 rabidus *Bentleius* 'iam rapidus; *hic distinguendum propter duo epitheta' Servius* TORPENS *P* torrens *testatur Priscianus* ſitienteſ *γ*2*c* SERIVS *R* agros *Io. Schraderus* Indos *testatur Servius* 427 HAVSSERAT *P* HAVSERAT *Rγbc* AUSERAT (H *add. in mg.*) *M* 428 radiis *Arusianus* 430 CIRCUMUASTI *M*

exultans rorem late dispersit amarum.
sternunt se somno diversae in litore phocae;
ipse velut stabuli custos in montibus olim,
vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit,
auditisque lupos acuunt balatibus agni,
considit scopulo medius numerumque recenset.
cuius Aristaeo quoniam est oblata facultas,
vix defessa senem passus componere membra
cum clamore ruit magno, manicisque iacentem
occupat. ille suae contra non immemor artis
omnia transformat sese in miracula rerum,
ignemque horribilemque feram fluviumque liquentem.
verum ubi nulla fugam reperit fallacia, victus
in sese redit atque hominis tandem ore locutus
'nam quis te, iuvenum confidentissime, nostras
iussit adire domos? quidve hinc petis?' inquit. at ille
'scis, Proteu, scis ipse; neque est te fallere quicquam;

TESTIMONIA. 432 Nonius 389, 8 437 ult. syll. IV 233 K. 438 Nonius 256, 33 439 sq. 'manicisque i. occupat' Nonius 355, 30 441 Nonius 521, 33 443 sq. 'verum . . . redit' Donatus Ter. ad. V 3, 8 'victus redit ad se' Donatus Ter. Andr. III 5, 16 444 'hominis ore' schol. Veron. 80, 12 K. 445 sq. 'nam . . . domos' Nonius 262, 18 445 Priscianus 1034 P. 'nam . . . confidentissime' Donatus Ter. Phorm. V 1, 5 Quintilianus IX 3, 15 Servius Aen. II 61 'nam quis te' schol. Veron. 80, 15 K. 447 'scis P. ipse' de schem. lex. p. 50 H. 'neque . . . quicquam' Arusianus VII 471 K.

VARIA LECTIO. 431 DISPERGIT *MR* DISCERPSIT *P* 432 SESE *R* 433 STABVLIS *P* 434 VESPERE *P* vesper *Philargyrius* TENTA (C *sup.*) *M* 435 auditi *γc*, *non male* Auditi. *b* 436—464 *Veron.* 251 436 CONSEDIT *Mγ*1*c*: *cf.* 438 recenſit *γ*1 437 qm̃ eſt *γ* qm̃ *c* 438 *om.* *V* 439 uincliſ *in ras.* *γ*: *cf.* 405 maniciſq. (q *e corr. add.*) *c* 441 transformat] commutat *Nonius* 442: *cf. prol.* 53 443 *cf. Ciris* 378 FUGA (M *sup.*) *M* uiã *b* PHALLACIA (F *sup.*) *M* pellacia (pe *in ras.*) *b* 'fallacia; *legitur et* pellacia' *Philargyrius* pellacia *schol. Bern.*, *probavit Bentleius* 444 TANDEMEST *R* 446 DOMUS *M* domoſ *b* at] ET *P* 447 PROTAEVS *R* PROTEUS *M*, *schem. lex.* QVICQVAM *MR*, *Arusianus* quiquam (q *pr. corr. in* c) *γ*, *olim probavi* CVIQVAM *Pc* qui. quã *b*1 cui. quã *b*2 'cuiquam (quisquam *Vat.*); *alii* quicquam *legunt*' *Servius.* '*alii* quicquam *legunt*' *schol. Bern.* *De V non liquet.*

sed tu desine velle. deum praecepta secuti
venimus hinc lassis quaesitum oracula rebus.'
tantum effatus. ad haec vates vi denique multa
ardentis oculos intorsit lumine glauco
et graviter frendens sic fatis ora resolvit:

'non te nullius exercent numinis irae;
magna luis commissa: tibi has miserabilis Orpheus
hautquaquam ad meritum poenas, ni fata resistant,
suscitat et rapta graviter pro coniuge saevit.
illa quidem, dum te fugeret per flumina praeceps,
immanem ante pedes hydrum moritura puella
servantem ripas alta non vidit in herba.
at chorus aequalis dryadum clamore supremos
implerunt montis; flerunt Rhodopeiae arces

---

TESTIMONIA. 449 'lapsis q. o. rebus' Servius Aen. II 114 451 comm. Bern. Lucani V 211 U. 'ardentes o.' schol. Veron. 80, 19 K. 452 'sic f. o. resolvit' comm. Bern. Lucani V 98 U. 453 Charisius I 16 K. 455 'haudquaquam ob m.' Priscianus 986 P. 458 sq. 'immanem . . . ripas' Nonius 388, 47 458 Nonius 323, 13 459 Servius Aen. VII 3 Philargyrius ge. IV 379 'servantem r.' Servius Aen. II 711 III 319 460 'at . . . dryadum' Servius ge. IV 534 460 sq. 'clamore . . . montis' Nonius 388, 7 461 'Rhodopeiae a.' Macrobius Sat. V 17, 15

---

VARIA LECTIO. 448 nolle *Meiser* 449 LASSIS *MPybc*, *in mg.* at.feſſiſ *y ut Aen.* III 145 XI.335 LAPSIS *R*, *Servius Aen.* 450 ETFATUS (*h. e.* ecfatus) *M* AT *M* ad *in ras. b* 451 Ardenteſ *c* INTORSITINLUMINE *M* 453 *vitiosum habet Wagnerus quaest. Verg.* XII 13, *sed testatur hanc versus speciem Charisius, et legerunt* nullius *Servius Philargyrius Asper schol. Bern.* 454 'magna luis commissa tibi .... *et alii ita distinguunt, ut sit* a te commissa. *alii* tibi has miserabilis Orpheus' *Servius* LVES *Rc*, *Servii et Philargyrii φ*, *schol. Bern.* Orpheuſ *in ras. b* 455 HAVTQVAQVAM *RV* HAUDQUAQUAM *Mbc* HAVDQVAMQVAM *P* Aut quamquam *γ1* AD *P*, *Reiskius* OB *MRybc, testantur Priscianus Servius* NISI *M* 457 dum] NON *P* 460 AEQVALI *R* aequalis *Servius et schol. Bern.* SVPREMOS *MVybc*, *testantur Nonius Servius schol. Bern.* SVPREMO *PR* 461 INPLERVIT *P* Impleuer̃ *c1* MONTES *MRy2bc*

altaque Pangaea et Rhesi Mavortia tellus
atque Getae atque Hebrus et Actias Orithyia.
ipse cava solans aegrum testudine amorem
te, dulcis coniunx, te solo in litore secum,
te veniente die, te decedente canebat.
Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
et caligantem nigra formidine lucum
ingressus manisque adiit regemque tremendum
nesciaque humanis precibus mansuescere corda.
at cantu commotae Erebi de sedibus imis
umbrae ibant tenues simulacraque luce carentum,
quam multa in foliis avium se milia condunt,
vesper ubi aut hibernus agit de montibus imber,
matres atque viri defunctaque corpora vita

---

TESTIMONIA. 462 Probus 67, 10 K. 'altaque Pangea' schol. Veron. 82, 4 K. Macrobius Sat. V 17, 15 463 Macrobius Sat. V 17, 15 ult. syll. IV 225 K. 'Actias O.' schol. Veron. 80, 21 465 sq. Macrobius Sat. IV 6, 23 467 ult. syll. IV 263 K. schol. Lucani VI 648 IX 36 Acro Hor. carm. I 34, 10 schol. Statii Theb. I 96 'Taenarias e. faucis' Probus 67, 16 K. comm. Bern. Lucani VI 648 U. 472 'umbrae i. tenues' Acro Hor. carm. I 5, 1 'simulacraque l. carentum' Macrobius Sat. VI 1, 29 Arusianus VII 488 sq. K. 473 Arusianus VII 485 K. 475 sq. Acro Hor. carm. I 28, 19

---

VARIA LECTIO. 462 — *Aen.* I 277 *deficit P* 462 Pangaea *Probus cum ceteris interpretibus* PANGAE*a V* pangea *c* pangęæ *γ* pangaea& (a& *in ras.*) *b* PANCHAEA *ex* 379 *et* II 139 *M*, *Macrobii ω* PANCHAI *R* pancheia *Macrobii Salisb.* Panchea *Servii ω* 463 Ebrus *de ult. syll.* hebruſ *γ* HE*brus V* HEBVRVS *R* ACTIA (S *sup.*) *M* 464 ACERUM (G *supra* ER) *M* 467 TAENAREAS *M* 468 ferrugine *Io. Schraderus* 469 MANES *MRc* TREMENDUSM· *M* 471—475. 476—497 *F* 471 CANTVM *R* 472 luce carentum = 255 karentum *Arusianus* *Post* 472 *in R adduntur haec:* QVAM· MVLTAE· GLOMERANTVR· AVES· VBI· FRIGIDVS· ANNVS// LAPSI · CADVNT · FOLIA · AVT· AD· TERRAM · GVR· GITE· OBARE // TRANS · PONTVM FVGIT· ET· TERRIS · INMITIT· APRICIS (*cf. Aen.* VI 311. 310. 312) 473 INSILUIS *Myc ut Aen.* VI 309 'in foliis, *alii legunt* in fluviis' *schol. Bern.* MILLIA *F* millia (l *pr. eras.*) *γb* 474 aut] iam *c* IMBRE *R* 475—477 = *Aen.* VI 306—308 475 AC *R*

magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae,
impositique rogis iuvenes ante ora parentum;
quos circum limus niger et deformis harundo
Cocyti tardaque palus inamabilis unda
alligat, et noviens Styx interfusa coercet.
quin ipsae stupuere domus atque intima Leti
Tartara caeruleosque implexae crinibus angues
Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,
atque Ixionii vento rota constitit orbis.
iamque pedem referens casus evaserat omnis,
redditaque Eurydice superas veniebat ad auras
pone sequens (namque hanc dederat Proserpina legem),
cum subita incautum dementia cepit amantem
ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes:
restitit Eurydicenque suam iam luce sub ipsa

---

TESTIMONIA. 477 Macrobius Sat. IV 3, 4 'ante o. parentum' de dub. nom. V 585 K. 479 'tardaque . . . unda' Acro Hor. carm. II 14, 17 'Virgilius inamabilem dixit Stygiam paludem' Macrobius Sat. VI 7, 15 480 'noviens S.' ult. syll. IV 247 K. 481 sq. 'quin . . . Tartara' schol. Hor. carm. II 13, 37 482 sq. 'caeruleos . . . Eumenides' Arusianus VII 484 K. 483 'tenuit . . . ora' Nonius 412, 9 Servius Aen. II 1 VIII 520 Acro Hor. carm. III 11, 16 484 Servius Aen. I 190 III 226 VI 616 VIII 216 ge. I 218 Acro Hor. carm. III 11, 21 485 'casus superaverat omnes' Caper VII 97 K. 486 ult. syll. IV 262 K. 487 Augustinus princ. dial. 10 489 Nonius 325, 13 schol. Hor. carm. II 3, 24 'scirent . . . manes' Servius Aen. VI 405 490—493 'restitit . . . foedera' schol. Hor. carm. I 24, 13
490 sq. 'restitit . . . respexit' schol. Hor. carm. I 22, 10 'Eurydicenque . . . ipsa respexit' Arusianus VII 509 K. 490 'Eurydicenque s. iam' Servius ge. IV 497 'Eurydicenque s.' schol. Bern. ge. IV 498

---

VARIA LECTIO. 478 LIMVM *R* 479 *sq.* palus . . . coercet = *Aen.* VI 438 *sq.* VNDA (E *sup. m. rec.*) *F* 480 et] IN *R* 481 quin Leti st. d. a. i. terrae *Flach* 482 CAERULEIS (O *sup.*) *M* implexae *b*, *Servius* IMPLEXAE *M* inpexae *schol. Bern.* inplexae (pl *e corr.*) *γ* INNEXAE *FR: cf. Aen.* VI 281 amplexe *c* 483 *minoribus sed antiquis litteris insertus in F* 484 IXIONEI (E *corr. ex* I) *Fba* ixionei *c* retro *Peerlkampus Aen. vol.* I p. 426 vento *Servius* 'vento . . . *aut* ventu' *Philargyrius. cf. prol.* 54. *an* cantu? 485 superaverat omnes *Caper* 488 SVBITO *R* ſubita (a *in ras. m.* 2) *γ* 490 Eurydicenque suam iam; *alii legunt* iam luce sub ipsa' *Servius*

immemor heu victusque animi respexit. ibi omnis
effusus labor atque immitis rupta tyranni
foedera terque fragor stagnist auditus Averni.
illa 'quis et me' inquit 'miseram et te perdidit, Orpheu,
quis tantus furor? en iterum crudelia retro
fata vocant, conditque natantia lumina somnus.
iamque vale: feror ingenti circumdata nocte
invalidasque tibi tendens, heu non tua, palmas . . .'
dixit, et ex oculis subito ceu fumus in auras
commixtus tenuis fugit diversa, neque illum
prensantem nequiquam umbras et multa volentem
dicere praeterea vidit; nec portitor Orci
amplius obiectam passus transire paludem.
quid faceret? quo se rapta bis coniuge ferret?
quo fletu manis, quae numina voce moveret?
[illa quidem Stygia nabat iam frigida cumba.]
septem illum totos perhibent ex ordine menses
rupe sub aëria deserti ad Strymonis undam

TESTIMONIA. 494 Consentius V 389 K. 'quis me miseram t. p. Orfeu' anecd. Helv. 100 496 'conditque . . . somnus' Nonius 353, 26 502 sq. 'praeterea . . . paludem' Servius Aen. I 49 504 sq. Donatus Ter. adelph. V 3, 3 504 Macrobius Sat. IV 6, 12 507—509 'septem . . . flevisse' Arusianus VII 474 K. 507. 509 'septem . . . menses flevisse' Nonius 526, 4 507 Macrobius Sat. IV 3, 16 508 'rupe s. aeria' ult. syll. IV 230 K.

VARIA LECTIO. 493 terque] SATERQ· *M* STAGNI·EST· *R* STAGNIS *MFγbc* auditur (r *in ras.*) *b* AVERNI *FRγbc*, *Servius* AVERNIS *M*, *Servii Vat.* 494 PERDEDIT *M* ORPHEUS *M* orpheu. *c* 497 FERER *M* 499 ceu . . [IN] auras = *Aen.* V 740 500 TENUES *M* FUGIT, DIUERSA (*corr. col. rubr.*) *M* 'fugit diversa, *i. e. per diversa*' *Servius; duplici modo 'in diversa loca . . . quam tenere non poterat' schol. Bern. interpretatur* 501 UOLAN[E]E (E *sup.*) *M* 504 SERAPTA[E] *M* 505 QUO *Mbc*, *Donatus* QVOS *R* quod γ1 MANES *Mγbc* QVAE *MR* qua. γb qua *c* ·MONERET (U *sup.*) *M* 506 *displicebat Heynio, non praeteritur in schol. Bern. cf. prol.* 50 ILLE (A *sup.*) *M* 507 illos *Nonii* ω PR[E·]OHIBENT *M* perhibent totos *Macrobii Paris.* 508 *om. Nonius*

flesse sibi et gelidis haec evolvisse sub astris
mulcentem tigris et agentem carmine quercus;
qualis populea maerens philomela sub umbra
amissos queritur fetus, quos durus arator
observans nido inplumis detraxit; at illa
flet noctem ramoque sedens miserabile carmen
integrat et maestis late loca questibus implet.
nulla Venus, non ulli animum flexere hymenaei.
solus hyperboreas glacies Tanaimque nivalem
arvaque Riphaeis numquam viduata pruinis
lustrabat raptam Eurydicen atque inrita Ditis
dona querens; spretae Ciconum quo munere matres
inter sacra deum nocturnique orgia Bacchi
discerptum latos iuvenem sparsere per agros.
tum quoque marmorea caput a cervice revolsum
gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus
volveret, Eurydicen vox ipsa et frigida lingua

TESTIMONIA. 510 schol. Hor. carm. III 11, 13 'mulcentem . . . agentem' Servius Aen. IV 245 511 Macrobius Sat. IV 5, 7 schol. Hor. carm. II 4, 16 512 sq. 'quos . . . detraxit' Nonius 360, 8 'durus a. opservans' Acro Hor. epod. III 4 513 'observans . . . detraxit' Nonius 288, 3 513 sq. 'at . . . noctem' Arusianus VII 474 K. 514 'flet n.' Porphyrio Hor. serm. I 3, 17 514 sq. 'ramoque . . . integrat' Donatus Ter. Andr. IV 2, 5 Nonius 126, 32 516 Servius ge. I 125 schol. Bern. ge. IV 520 520 'spretae . . . matres' Probus 67, 19 K. 521 Macrobius Sat. IV 3, 13 522 Nonius 405, 6 'latos . . . agros' Macrobius Sat. IV 4, 16 524 'Oeagrius H.' schol. Veron. 80, 21 K. 525—527 'Eurydicen . . . ripae' Macrobius Sat. IV 6, 23

VARIA LECTIO. 509 FLESSE SIBI ET *R* FLEVISSE ET *Mbc* fleuiſſe ec (c *m.* 2 *in ras.*) γ flevisse *Nonius, Arusianus* ASTRIS *R* .antriſ (a *m.* 2) γ ANTRIS *Mbc: cf. Aen.* VIII 343. *Possis etiam* arctis *conicere conl. Aen.* VI 16 511 maerenſ (ſ *m.* 2 *in ras.*) γ maeret *schol. Hor.* 514 ramo] erebo *Nonii* φ 516 nulliq. animū *c* 517 tanain γ2 CANAIAM *R* tanam (i *supra*) *c* 520 'numine, *alii* munere' *schol. Bern.* 522—549 *V fol. 258.* 522—527. 528—548 *F* 522 diversum *Nonius* .ſperſere γ1 auras *Nonii* φ 523 TVNC *R* 524 QVVM *F* MEDIVS *F* 525 euredicen (euroedicen?) *c*

a! miseram Eurydicen anima fugiente vocabat,
Eurydicen toto referebant flumine ripae.'

Haec Proteus, et se iactu dedit aequor in altum,
quaque dedit, spumantem undam sub vertice torsit.
at non Cyrene; namque ultro adfata timentem:

'nate, licet tristis animo deponere curas.
haec omnis morbi causa, hinc miserabile nymphae,
cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
exitium misere apibus. tu munera supplex
tende petens pacem et facilis venerare napaeas;
namque dabunt veniam votis irasque remittent.
set modus orandi qui sit, prius ordine dicam.
quattuor eximios praestanti corpore tauros,
qui tibi nunc viridis depascunt summa Lycaei,
delige, et intacta totidem cervice iuvencas.
quattuor his aras alta ad delubra dearum
constitue, et sacrum iugulis demitte cruorem,
corporaque ipsa boum frondoso desere luco.

---

TESTIMONIA. 534 sq. 'tum munere tende p. pacem' Nonius 460, 12 535 'et . . . napaeas' Probus 67, 21 K. Servius ecl. III 9 'faciles napaeas' schol. Veron. 80, 27 K. 538 sive 550 Macrobius Sat. III 5, 6 (cf. 550) 540 sive 551 'et . . . iuvencos' Macrobius Sat. III 5, 5 'intacta . . . iuvencas' Servius Aen. VI 38 542 'demitte' cf. Caper VII 97 K.

---

VARIA LECTIO. 526 *om. F* MISERAM (M *posterior m. recentissima in ras., fuit V vel* E) *R* $\overset{u}{e}$rudicen (u *corr. in* i) *γ* 528 PROTAEUS *M* PROTINVS *R* in *in ras. b* 530 ultro] VLTRO EST *F* 531 TRISTES *V* ~~CO~~MPONERE (DE *sup.*) *M: cf. Aen.* IV 341 534 TUM (M *col. rubr., fort.* N *m. pr. fuit*) *M* tum *γ*1, *Nonii ω* munere (*om.* supplex) *Nonii ω* 535—566 *G: quae legi potuerunt memorabilia afferentur* 535 FACILES *Rγ* 538=550 EXIMIOS *Mγ2bc, testatur Macrobius* EXIMIO *Rγ*1 EXIMI — *V* PRAESTANTI *FMbc, testatur Macrobius* PRAESTANTIS *R* preſtantiſ *γ* 540 delege *γ*1 et . . . iuvencas = 551 INTACTAS R *et ut vid. V*, *γ*1, *schol. Bern.* intactaſ (ſ *in ras.*) *b* intacta *Servius et Macrobius* iuvencos *Macrobius* 541 ad *in ras. b* deorum *c* 542 DIMITTE *Myc*

post ubi nona suos Aurora ostenderit ortus,
inferias Orphei Lethaea papavera mittes
et nigram mactabis ovem lucumque revises:
placatam Eurydicen vitula venerabere caesa.'

Haut mora: continuo matris praecepta facessit;
ad delubra venit, monstratas excitat aras,
quattuor eximios praestanti corpore tauros
ducit et intacta totidem cervice iuvencas.
post ubi nona suos Aurora induxerat ortus,
inferias Orphei mittit lucumque revisit.
hic vero subitum ac dictu mirabile monstrum
aspiciunt, liquefacta boum per viscera toto
stridere apes utero et ruptis effervere costis,
immensasque trahi nubes, iamque arbore summa
confluere et lentis uvam demittere ramis.

---

TESTIMONIA. 546 Nonius 341, 22 548 'matris p. facessit' Servius Aen. IV 295 551 'et . . . iuvencas' Acro Hor. epod. 9, 22 554 'dictu m. monstrum' Diomedes I 342 K. 556 'stridere a. utero' Eutychis ars V 464 K.

---

VARIA LECTIO. 544—546 *cf.* 552 *sq.* 544 ubi. (i *m.* 2) *γ* ostenderit] induxerit *b ut* 552 545 Orphei *γ*, *testatur Servius* ORPHEI *M* ORPHEO *R* 'Orphei, *in Ebrii* Orphi' *schol. Bern.* 546 *sq. ordine inverso Longob. Pierii, quem secuntur Duebnerus et Bentleius: cf. prol.* 47 546 revisens *Burmannus* 547 *displicuit Heynio, legitur Servio* 548 FACESSIT *ut Aen.* IV 295 IX 45 *FR*, V *ut vid., in ras. bc: testatur Servius* CAPESSIT *M: cf. Aen.* I 77 capeſſit, *in mg.* al̄ faceſſit *γ* 'capessit . . . *alii legunt* facessit' *schol. Bern.* 550=538 eximioſ *bc* eximio[f] *γ* EXIMIO *MR* PRAESTANTI *Mbc* PRAESTANTI (S *sup. m.* 2) *R* praeſtanti' (*eras. supra* ſ) *γ* 551 et . . . iuvencas = 540 INTACTO (A *sup.*) *M* INTACTAS *Rγ*1 intac[ta] *b* 552 *sq. cf.* 544 —546 552 ube *γ*1 induxer[a]t *b* induxerit *c*1, *schol. Bern* 553 *sqq. plane legi potuerunt in G* 553 ORPHAEO *Rb*· reuiſit (ſit *in ras.*) *b* 555 BOUUM *GM* uiſcere *γ*1 556 & *superscr. b* etferuere (*i. e.* ecferuere) *π* 557 TRAHENS *R* trahit *γ*1 nubē *b* 558 DIMITTERE *Mc*

Haec super arvorum cultu pecorumque canebam
et super arboribus, Caesar dum magnus ad altum
fulminat Euphraten bello victorque volentis
per populos dat iura viamque affectat Olympo.
illo Vergilium me tempore dulcis alebat
Parthenope studiis florentem ignobilis oti,
carmina qui lusi pastorum audaxque iuventa,
Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi.

---

TESTIMONIA. 559 sq. 'haec . . . arboribus' Diomedes I 413 K. Arusianus VII 508 K. 562 'viamque a. Olympo' Arusianus VII 455 K. 563—566 schol. Bern. app. 996 H. 563 sq. Philargyrius ge. IV 219 schol. Hor. epod. V 43 Priscianus 1103 P. 564 fragm. Bob. de nom. V 556 K. 'florentem studiis ignobilis o.' Priscianus 735 P. 'studiis f. i. oti' schol. Hor. cod. Par. γ epod. V 43 Ku. 565 sq. Donati vita (schol. Bern. p. 741 H.) 565 'carmina . . . pastorum' Servius ecl. I 10 VI 1 schol. Hor. carm. IV 9, 9 566 Servius ecl. praef. p. 3 'Tityre . . . sub' ult. syll. IV 237 K. Donati vita (schol. Bern. p. 744 H.)

---

VARIA LECTIO. 559 CVLTVS *G* cultu. *b* pecodum *Diomedis φ* 563 uirgilium *γc* alebat (l *in ras.*) *b* 564 'Parthenope, *in Ebrii* Parthinope' *schol. Bern. cf. prol.* 176 565 'auxi, *alii legunt* audax' *schol. Bern.* 566 *cf. ecl.* I 1 TV (E *sup.*) *G* PATVLECAECINIT *M* CAECINIPATVLAE *R* (A *sup.*)

P̃ VERGILI MARONIS GEORGICON LĨB· IIII EXPL·. INCIPIT AENEIDOS LĨB· I *M* VERGILI MARONIS GEORGIC LIBER · IIII · EXPLIC · FELICITER · *R* P̄ UIRGILI MARONIS GEORGICON LIBER IIII EXPLICIT *γb* PVB̃ · VIR̃ · MAR̃ · GEOR · LB̃ · IIII EXPLC̃ · VERSICVLI · ASMENII · SVPER · XII · LB̃ · ENEIDOS · INCIP̂ · *Sequuntur* XII *versus* (*v. proleg.*). *Deinde* INCIPIT VERSVS OVIDII · NASONI. *Sequuntur* XI *versus.* ENEIDORVM LIBER · I · *c*

# P. VERGILI MARONIS

# OPERA

APPARATV CRITICO IN ARTIVS CONTRACTO

ITERVM RECENSVIT

**OTTO RIBBECK.**

VOL. II.

## AENEIDOS LIBRI I—VI.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCXCV.

# P. VERGILI MARONIS

# AENEIDOS LIBRI I–VI.

APPARATV CRITICO IN ARTIVS CONTRACTO

ITERVM RECENSVIT

**OTTO RIBBECK.**

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCXCV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

P. VERGILI MARONIS

# A E N E I S

## CODICUM TABULA.

*A* schedae Vaticano-Berolinenses*)
*F* schedae Vaticanae n. 3225
*G* schedae Sangallenses rescriptae
*M* codex Mediceus
*P* codex Palatinns
*R* codex Romanus
*V* schedae Veronenses rescriptae
*γ* codex Gudianus fol. 70
*a* codex Bernensis 172 (conlatus ubi deficit R)
*b* codex Bernensis 165
*c* codex Bernensis 184
*m* codex Minoraugiensis
*π* codicis Pragensis m. ant.
*ψ* ceterorum librorum plerique omnes
*χ* deteriorum librorum pauci quidam
*ω* auctorum, quorum testimonia laudantur, boni libri plerique omnes
*φ* eorundem boni libri aliquot.

*) Casu excidit in tabula priori fasciculo praemissa.

# P. VERGILI MARONIS

# AENEIDOS

## LIBER PRIMVS

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris

---

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
carmen, et egressus silvis vicina coegi
ut quamvis avido parerent arva colono,
gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis

---

TESTIMONIA. AENEIS I [1 sq.] 'ille ... carmen' Priscianus p. 1064. 1103. 1110. 1114. 1118 P. [1] Priscianus 940. 1095 P. Pompeius V 202. 298 K. anecd. Helv. 136. 141. 203 'ille e.' Priscianus 1043 P. 1—7 Augustinus de mus. V 3 1 sq. 'arma ... Lavinaque' CIL II 4967, 31 litteris saeculi I 1 Diomedes I 497 K. Priscianus 1215 P. Marius Victorinus VI 52. 61. 65. 128 K. Atilius Fortunatianus VI 284 K. Terentianus Maurus v. 2006 Mallius Theodorus VI 590 K. de metris VI 617 K. de rhythmo VI 631 K. 'arma virum' Servius Aen. II 16 cf. CIL IV 1282. 3198 Mittheil. d. arch. Inst. IV 122 'arma virumque' Diomedes I 459 K. Cledonius V 74 K. Audacis exc. VII 361 cf. Giorn. d. Scavi di Pompei N. S. II p. 35 'arma . . . cano' Isidorus diff. II 251 Charisius I 12. 13 K. Diomedes I 511. 516 K. Priscianus 537 P. Clodiani ars rhet. p. 590 H. Servius in Don. IV 425 K. Sergius IV 485 K. Pompeius V 118. 121. 133. 282 K. [Aspri] ars V 548 K. Marius Victorinus VI 29. 37. 54. 63. 102. 108 K. de fin. VI 240 K. Atilius Fortunatianus VI 282 K. Terentianus Maurus 1032 Sacerdos VI 508. 517 K. Velius Longus VII 49 K. Cassiodorius de orthogr. VII 146 K. anecd. Helv. 221. 227 Probus 6, 33 K. schol. Bern. ge. IV 8 app. I 21 Digest. XLV 1, 65 'arma . . . Troiae' Sergius IV 485 K. Martianus Capella p. 69, 6 E. explan. in Don. IV 535 K. Marius Victorinus VI 108 K. de fin. VI 240 K. fragm. Sangall. VI 638 K. anecd. Helv. 276 cf. CIL II 2361 'Troiae . . . oris' Quintilianus I 5, 27 Charisius I 91. 210 K. Diomedes I 515. 517 K. 'primus ab oris' Diomedes I 506 K. Probi cath. IV 41 K. Marius Victorinus VI 26. 116. 162 K. Terentianus Maurus 1949 Sacerdos VI 493 K. 'arma . . . cano genus u. Latinum' Priscianus 1195 P. 1—3 'Troiae . . . litora' Priscianus 814 P. Macrobius Sat. V 2, 8

---

VARIA LECTIO. AENEIS I. '*Nisus grammaticus audisse se a senioribus dicebat, Varium . . . etiam primi libri correxisse principium his demptis versibus:* ille ego ... Martis' *Donatus vitae* 15, 60:

Italiam fato profugus Lavinaque venit
litora, multum ille et terris iactatus et alto
vi superum saevae memorem Iunonis ob iram,

TESTIMONIA. 2 sq. 'Italiam . . . litora' Gellius X 16, 6 explan. in Don. IV 511 K. 2 de metris VI 612. 616 K. schol. Lucani V 266 'Italiam f. profugus' Quintilianus I 5, 18 Charisius I 265 K. Diomedes I 450. 452. 497 K. Priscianus 1075. 1179. 1214 P. de ult. syll. IV 259 K. Donati ars IV 392. 396 K. Servius in Don. IV 444 K. Cledonius V 34. 65 K. Pompeius V 285. 297 K. Iuliani exc. ex comm. in Don. V 324 K. Consentius V 389. 400 K. Marius Victorinus VI 38 K. Atilius Fortunatianus VI 285 K. 'fato . . . venit' Marius Victorinus VI 121 K. 'Lavinia' Terentianus Maurus 1508 2 sq. 'Laviniaque v. litora' Diomedes I 443 K. de dub. nom. V 582 K. Pompeius V 301 K. 3 sq. 'multum . . . superum' Priscianus 761. 1104 P. 3 'multum . . . alto' Donatus Ter. eun. I 1, 5 Isidorus orig. I 34, 6 Charisius I 279 K. Diomedes I 442 K. Priscianus 1006 P. Donati ars IV 396 K. Consentius V 390 K. [Aspri] ars V 550 K. Marius Victorinus VI 66 K. Victorini ars VI 190 K. Sacerdos VI 456 K. Audacis exc. VII 342 K. Servius Aen. XI 243 'multum . . . iactatus' Victorini de metr. et de hex. VI 213 K. Servius Aen. XII 5 'multum . . . terris' Charisius I 270 K. ult. syll. IV 264 K. Marius Victorinus VI 22 K. Audacis exc. VII 339 K. Servius Aen. X 707 'terris . . . alto' Diomedes I 450 K. 4 Victorinus de metr. VI 214 K. 'saevae . . . iram' Nonius 388, 14 schol. Bern. ge. I 279 schol. Leid. ge. II 279 Acro Hor. carm. I 19, 1 'memorem . . . iram' Donatus Ter. Andr. I 1, 17

VARIA LECTO.

*idem narrat Servius in prooemio commentariorum Aeneidis et ad v.* 1. *Senecam horum versuum auctorem in quodam exemplari dici narrat Is. Vossius castig. ad Catullum* 284 *cf. prol.* 90 *sq.*

[1—4] *in mg. m. rec. a, om. MRVybcψ* Arma virumque *initium poematis Vergiliani agnoscit tota antiquitas ut Ovidius trist.* II 533 *amor.* I 15, 25 *Propertius* III 34, 63 *sq. Persius* I 96 *Martialis* VIII 56 XIV 185 *Ausonius epigr.* 137 1—26 *Veron. fol.* 256 2 'Lavina *legendum est, non* Lavinia' *Servius: cf.* IV 236 *Iuvenalis* XII 71, *Wagneri quaest.* XXXIII 1 *sqq., Lachmannus Lucr.* p. 115 LAVINAQ· *Ryabc, titulus saec.* I, *Macrobii, Gellii, Prisciani, Marii Victorini, Pompei, scholiastae Lucani ω, de metr. Vatic. Gorl., explan. in Don. Lavant.* LAVINIAQ· *V, Prisciani Sangall., explan. in Don. Sant. Fris., de metr. Darmst., Diomedis codd., de dub. nom.* (*cf. Terentianus Maurus*) LAUINIA ∴ *M* Laurentia *Peerlkampus* VENIT LITORA *V* UENIT LITORA *M* 3 LITORA *in mg. m. ant. add. V, hic om. M* ALT ∴ O *M*

multa quoque et bello passus, dum conderet urbem
inferretque deos Latio, genus unde Latinum
Albanique patres atque altae moenia Romae.
Musa, mihi causas memora, quo numine laeso
quidve dolens regina deum tot volvere casus
insignem pietate virum, tot adire labores
impulerit. tantaene animis caelestibus irae?

Urbs antiqua fuit (Tyrii tenuere coloni)

---

TESTIMONIA. 5 sq. 'multa . . . Latio' Priscianus 1028 K. 5 Diomedes I 496 K. Priscianus 1033. 1105. 1172. 1258 P. Terentianus Maurus 2007 Alcuinus 2135 P. 'multa . . . passus' Donatus Ter. hec. V 1, 7 Consentius V 390 K. Marius Victorinus VI 121 K. Victorinus de metr. VI 213 K. Audacis exc. VII 339 K. 'dum c. urbem' Charisius I 227 K. Diomedes I 393 K. Marius Victorinus VI 129 K. Dositheus VII 420 K. Servius Aen. I 265 5 sq. 'dum . . . deos' Servius Aen. II 294 'dum . . . Latio' Diomedes I 453 K. 6 Diomedes I 498 K. fr. Bob. de vers. VI 623 K. 'inferretque d. Latio' ult. syll. IV 253 K. Servius Aen. I 181. 210 IV 373 VIII 12 'genus u. Latinum' Donatus Ter. eun. prol. 11 I 2, 35 Priscianus 1005. 1019. 1104 P. Marius Victorinus VI 131 K. Audacis exc. VII 360 K. Servius ecl. I 21 Aen. V 489 VI 766 VIII 71 schol. Bern. ge. II 240 Porphyrio Hor. carm. I 12, 17 Acro Hor. serm. I 2, 78. 6, 12 'unde L.' Terentianus Maurus 2173 7 Acro Hor. carm. saec. 54 'Albanique p.' Diomedes I 429 K. Servius Aen. XII 135 'altaque magnae moenia R.' Terentianus Maurus 2175 sq. 8 Diomedes I 517 K. Priscianus 821. 842 P. Marius Victorinus VI 113 K. 'Musa m.' schol. Bern. ecl. III 104 'Musa m. causas' Marius Victorinus VI 108 K. Terentianus Maurus 1744. 1746 'Musa . . . memora' Diomedes I 438 K. Priscianus 1132. 1138 P. Servius de fin. IV 450 K. Dositheus VII 429 K. schol. Bern. ge. praef. Alcuinus 2110 P. Isidori diff. II 251 anecd. Helv. 276 'Musa . . . quo' Sacerdos VI 514 K. 'quo n. laeso' Macrobius Sat. I 17, 4 9 Priscianus 1199 P. 'quidve d.' Sacerdos VI 533 K. Audacis exc. VII 361 K. 'quidve d. regina' Sacerdos VI 516 K. 'tot v. casus' Charisius I 260 K. 10 'insignem p.' ult. syll. IV 253 K. Sacerdos VI 516 K. 'insignem p. virum' Nonius 331, 8 Lactantius divin. inst. V 10 'insignem . . . tot' Sacerdos VI 514 K. 'tot adire labores' Diomedes I 434 K. 11 'tantaene . . . irae' Isidorus de rhet. p. 519 H. orig. I 21, 15 12 Augustinus de civ. dei X 1 Priscianus 1037 P. Victorinus de metr. VI 214 K. 'urbs a. fuit' Nonius 429, 3 Marius Victorinus VI 108 K. Servius Aen. I 159. 530 XII 347 schol. Bern. ge. praef.

---

VARIA LECTIO. 6 *om., add. m.* 2 *in mg. γ* 7 ALTA *R* 8 memora causas *anecd. Helv.* 11 IMPULERAT *R* conpulerit *Baehrens ann. philol.* 1884 *p.* 391 TANTAENAE *M* tantęn.e *c* 'tantaen *quasi exclamatio est mirantis . . . nonnulli* tantaene *legunt, ut interrogatio sit potius quam exclamatio*' *Servius*

Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe
ostia, dives opum studiisque asperrima belli;
quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
posthabita coluisse Samo: hic illius arma,
hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,
siqua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.
progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
audierat, Tyrias olim quae verteret arces;
hinc populum late regem belloque superbum

---

TESTIMONIA. 13 'Karthago I.' Consentius V 390 K. 'Italiam c.' Donati ars IV 401 K. Pompeius V 309 K. Maximus Victorinus de rat. metr. VI 221 K. Sacerdos VI 463 K. 13 sq. 'contra T. ostia' de dub. nom. V 585 K. 'Tiberinaque l. ostia' Charisius I 203 Servius Aen. II 711 V 406 14 'dives . . . belli' Nonius 501, 8 'dives o.' Servius Aen. I 44 Porphyrio Hor. serm. II 3, 142 Acro Hor. serm. I 1, 79 cf. Probi app. IV 196 K. 15 sq. 'quam . . . Samo' Priscianus 1078. 1194. 1198 P. schol. Lucani VIII 458 'unam . . . Samo' Aen. VI 105 ecl. III 61 'unam . . . coluisse'. Servius Aen. XII 817 15 Sacerdos VI 504 K. Probus 10, 17 K. 'quam . . . fertur' Marius Victorinus VI 65. 67 K. 16—18 Tertullianus ad nat. II 17 fragm. Berol. de speciebus hex. her. VI 636 K. 16 Donatus Ter. adelph. III 2, 54 'posthabita' schol. Bern. ecl. VII 17 'hic i. arma' explan. in Don. IV 559 K. Servius Aen. I 671 'illius a.' ult. syll. IV 233. 259 K. 16 sq. 'hic illius . . . fuit' Charisius I 281 K. Diomedes I 444 K. Donati ars IV 397 K. Pompeius V 208. 299. 301 K. Sacerdos VI 457 K. schem. dian. p. 76 H. Servius Aen. I 8. 553 II 614 17 Victorinus de metr. VI 214. 215 K. Audacis exc. VII 340 K. 'hic c. fuit' Servius Aen. I 52 'hoc . . . esse' Priscianus 1064 P. Asper 112, 15 K. 18 'siqua . . . sinant' Charisius I 218 K. 'iam . . . fovetque' Nonius 311, 23 19 sq. Lactantius divin. institut. II 16 19 sq. 'progeniem . . . audierat' Charisius I 270 K. Priscianus 1033 P. Velius Longus VII 70 K. Quintilianus IX 3, 14 Donatus Ter. hec. I 2, 3 19 ult. syll. IV 244 K. 21 schol. Hor. epod. V 63 'hinc . . . regem' Charisius I 268 K. Diomedes I 434 K.

---

VARIA LECTIO. 13 CARTHAGO *RVb: cf. prol.* 429 18 SINUNT (A *sup.*) *M* tantum, *i. e.* ian tum *Nonii exempl. cf. prol.* 430 19 'sed *vero coniunctio quamvis lex grammaticorum per* t *litteram dicat . . . nescio quomodo tamen obrepsit auribus nostris et* d *litteram sonat cum dicimus* progeniem . . . audierat. *ubi quaerendum erat, contrane ac loquimur scribendum sit an secundum scriptionem loquendum' Velius Longus* 20 *sqq.* qui v. a. hinc . . . venturum *Rau* 21 *sq.* '*in Probi adpuncti sunt et adnotatum: hi duo si eximantur, nihilominus sensus integer erit. sed Vergilius amat aliud agens exire in laudes populi Romani' Servius Dan.: miro artificio utitur Schoellius mus. Rhen.* XLI 20. *Mihi*

venturum excidio Libyae: sic volvere parcas.
id metuens veterisque memor Saturnia belli,
prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis
(necdum etiam causae irarum saevique dolores
exciderant animo; manet alta mente repostum
iudicium Paridis spretaeque iniuria formae
et genus invisum et rapti Ganymedis honores):
his accensa super iactatos aequore toto
Troas, relliquias Danaum atque immitis Achilli,
arcebat longe Latio, multosque per annos
errabant acti fatis maria omnia circum.
tantae molis erat Romanam condere gentem.

---

TESTIMONIA. 23 'id m.' Servius Aen. I 280 'veterisque . . . belli' Servius Aen. IV 372 24 Priscianus 981. 1204 P. explan. in Don. IV 517 K. Pompeius V 273 K. Arusianus VII 451 K. anecd. Helv. 216 Servius ge. I 12 'ad . . . Argis' Servius in Don. IV 419 K. 25 sq. 'necdum . . . animo' Nonius 300, 15 26—28 cf. Macrobius Sat. V 16, 11 26 sq. 'manet . . . Paridis' Nonius 368, 10 'manet . . . iudicium' Consentius V 388 K. 26 'manet . . . repostum' Nonius 349, 31 27 'iudicium P.' Sacerdos VI 478 K. 28 'et genus . . . rapti' Terentianus Maurus 1264 'et rapti G. honores' Nonius 320, 12 Servius Aen. IV 198 'rapti G. honores' Diomedes I 422 K. 29 sq. 'his . . . Troas' Nonius 169, 17 'iactatos . . . Troas' idem 328, 1 29 Priscianus 1001 P. 30 Priscianus 706. 1101 P. 'relliquias' Servius in Don. IV 444 K. 'relliquias D.' Charisius I 265 K. Diomedes I 452 K. Donati ars IV 392 K. Servius in Don. IV 444 K. exc. ex Iuliani comm. in Don. V 324 K. Consentius V 388. 400 K. Marius Victorinus VI 38 K. Sacerdos VI 452 K. Albini orthogr. VII 308 K. Beda 2344 P. Donatus Ter. Phorm. prol. 22 'relliquias . . . Achilli' Pompeius V 284 K. schol. Bern. ge. I 3 Servius ge. I 8 Aen. XI 8 XII 545 'atque . . . Achilli' Charisius I 68 K. Servius Aen. II 7 'inmitis A.' Probi cath. IV 28 K. Cledonius V 43 K. Sacerdos VI 479 K. Servius Aen. I 220 VIII 383 31 Victorinus de metr. VI 213 K. 32 'acti . . . circum' Servius Aen. X 8 'maria o. circum' Priscianus 977. 983 P. de dub. nom. V 583 K. Alcuini gramm. 2138 P. orthogr. VII 298 K. 33 Quintilianus VIII 5, 11 Cassiodorii orthogr. VII 146 K. Iulius Victor rhet. p. 437 H.

---

VARIA LECTIO.
*hunc locum non absolvisse videtur poeta: nam aut* Tyrias . . . arces *aut v.* 21 *sq. omittere debebat. Incredibilia v.* 20 Latias olim quae poneret *Baehrens excogitavit* 25 cauſa *c*1 30 relliquiaſ *c*, *testatur Servius cum grammaticis* RELIQVIAS *ceteri libri* ACHILLI *Mybc*, *ut Asper praecepit* (*cf. prol.* 130 *sq.*), *testantur Servius, Priscianus, Sacerdos, Probus cath.* ACHILLIS *R*, *Pompei ex.*

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
vela dabant laeti et spumas salis aere ruebant,
cum Iuno aeternum servans sub pectore volnus
haec secum: 'mene incepto desistere victam
nec posse Italia Teucrorum avertere regem?
quippe vetor fatis. Pallasne exurere classem
Argivom atque ipsos potuit submergere ponto
unius ob noxam et furias Aiacis Oili?
ipsa Iovis rapidum iaculata e nubibus ignem
disiecitque rates evertitque aequora ventis,
illum expirantem transfixo pectore flammas

TESTIMONIA. 34. 36 'vix . . . telluris, cum . . . servans' Servius Aen. X 659 34 sq. 'vix . . . laeti' Macrobius Sat. V 2, 8 Priscianus 862 P. 'vix . . . dabant' Acro Hor. a. p. 146 34 Servius Aen. V 34 'vix . . . telluris' Servius Aen. III 8 'vix e conspectu' Servius Aen. IV 545 35 'vela d. laeti' Servius Aen. VII 430 'spumas . . . ruebant' Nonius 380, 20 cf. Servius Aen. II 209 36 Diomedes I 453. 496 K. Cledonius V 25 K. Victorini de metr. VI 213 K. Atilius Fortunatianus VI 280 K. 'cum . . . pectore' Sacerdos VI 429 K. 37 Priscianus 1037 P. 'haec s.' Donati ars IV 395 K. Servius Aen. I 502 Donatus Ter. hec. I 2, 32 comm. Bern. et schol. Lucani II 522 schol. Bern. app. I 25 schem. dian. p. 75 H. 'mene . . . victam' Macrobius Sat. IV 2, 2 Servius ecl. II 70 Probi inst. IV 145 K. Marius Victorinus VI 22 K. Audacis exc. VII 361 K. Emporius eth. p. 563 H. 'mene i.' Sacerdos VI 448 K. 38 Priscianus 1165 P. Arusianus VII 449 K. 'Italia . . . regem' Augustinus conf. I 17 39—41 'Pallasne . . . Oili' Acro Hor. epod. 10, 13 cf. Porphyrio ad h. l. 39 Victorinus de metr. VI 213 K. 'quippe v. fatis' ult. syll. IV 251 K. 39 sq. 'Pallasne . . . Argivum' Macrobius Sat. IV 5, 5 Diomedes I 464 K. 40 'atque . . . ponto' Servius Aen. XII 804 41 Macrobius Sat. IV 5, 5 Nonius 438, 20 'unius . . . furias' Quintilianus I 5, 18 'unius ob noxam' Donati ars IV 392 K. exc. ex Iuliani comm. in Don. V 324 K. Consentius V 389 K. de fin. syll. VI 626 K. Servius Aen. I 451 'furias A. Oili' Diomedes I 428 K. 42 Macrobius Sat. V 22, 8 43 'disiecitque r.' ult. syll. IV 253 K. 44 Priscianus 556 P. Servius Aen. X 565 'transfixo p. flammas' comm. Bern. Lucani I 151

VARIA LECTIO. 35 secabat *Servius Aen.* II 209 *cf.* X 214 37 hoc *schol. Lucani* men *legi vult Marius Victorinus* 38 ITALIAM *MRγ* 40 ARGIUUM *libri* 41 OILI *M*, *Salisb. Macrobii, Diomedis ω, ut scripsit Asper* (*cf. Servius Aen.* VIII 383) OILEI *Rγ*, *Macrobii, Nonii, Acronis, Servii ω* olei *bc* 42 rapidum] positum *c1* 44 '*Probus et* (e. t. *Schoellius mus. Rhen.* XLI 18) tempore *legit, ut ipse* IX 588, *sed qui legunt* pectore, *de Accio translatum affirmant*' *e. q. s. Servius Dan.*: *defendit* tempore *Schoellius l. l. cf. prol.* 141

turbine corripuit scopuloque infixit acuto;
ast ego, quae divom incedo regina, Iovisque
et soror et coniunx, una cum gente tot annos
bella gero. et quisquam numen Iunonis adorat
praeterea aut supplex aris imponet honorem?'

Talia flammato secum dea corde volutans
nimborum in patriam, loca feta furentibus austris,
Aeoliam venit. hic vasto rex Aeolus antro
luctantes ventos tempestatesque sonoras
imperio premit ac vinclis et carcere frenat.
illi indignantes magno cum murmure montis
circum claustra fremunt; celsa sedet Aeolus arce
sceptra tenens mollitque animos et temperat iras.

---

TESTIMONIA. 45 'turbine c.' Nonius 254, 16 'scopuloque i. acuto' de dub. nom. V 589 K. 46 sq. 'ast . . . coniunx' schol. Hor. carm. III 3, 64 46 [Aspri] ars V 548 K. 'ast e.' anecd. Helv. 157 'ast . . . divum' Marius Victorinus VI 28 K. Servius Aen. VI 104 'ast . . . incedo' Servius in Don. IV 426 K. Pompeius V 269 K. 'ast . . . regina' Servius in Don. IV 418 K. Servius Aen. I 37. 250. 405 VIII 672 Acro Hor. carm. III 3, 64 'quae . . . regina' Servius Aen. I 8 46—48 'Iovisque . . . gero' Priscianus 1200 P. 47 sq. 'una . . . gero' Priscianus 1177. 1184. 1190. 1191. 1200 P. schol. Hor. serm. I 3, 17 'tot . . . gero' de schem. lex. p. 57 H. Porphyrio Hor. serm. I 3, 17 47 'et soror et c.' Lactantius div. inst. I 10 'una . . . annos' Terentianus Maurus 1240 48 sq. 'et quisquam . . . praeterea' Servius Aen. XII 11 ge. IV 501 'et . . . adorat' Quintilianus IX 2, 10 anecd. Paris. Ecksteinii 21, 25 Diomedes I 417 K. Augustini regul. V 521 K. Servius Aen. II 79 X 826 'et q. n. adorat' Dositheus VII 422 K. 49 Agroecius VII 122 K. 50 Terentianus Maurus 1238 'talia f.' Diomedes I 429 K. 51 sq. 'nimborum . . . venit' Priscianus 1100 P. schol. Lucani II 456 51 Diomedes I 508 K. 'loca . . . austris' Nonius 210, 33. 312, 2 52 'hic . . . antro' Nonius 415, 9 53 sq. Seneca nat. quaest. VI 18 54 Nonius 365, 9 'vinclis . . . frenat' Servius Aen. I 63 55 sq. 'illi . . . fremunt' Servius Aen. I 245 'magno . . . fremunt' Seneca nat. quaest. VI 18

---

VARIA LECTIO. 45 '*Cornutus ait,* inflixit *verius, quod sit vehementius*'. *Servius Dan.: cf.* X 303 47 victa *Peerlkampus: an* vana? 48 adoret *b2c2p*, *Quintiliani Ambr. Bern. Bamb.*, *Servius Aen.* II 79 X 826 XII 11 adorat, praeterea aut *Baehrens* 49 aut *corr. in* et, *ut vid.*, *b* in$^{o}$ponit *y* inponit *b1* imponit *c* inponat *π* 53 luct$^{n}$atoſ (o *corr. in* i) *y* 54 ac] et *Nonius*

ni faciat, maria ac terras caelumque profundum
quippe ferant rapidi secum verrantque per auras:
set pater omnipotens speluncis abdidit atris
hoc metuens, molemque et montes insuper altos
imposuit regemque dedit, qui foedere certo
et premere et laxas sciret dare iussus habenas.
ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est:
'Aeole, namque tibi divom pater atque hominum rex
et mulcere dedit fluctus et tollere vento,
gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor,
Ilium in Italiam portans victosque penates:
incute vim ventis submersasque obrue puppes,
aut age diversos et disice corpora ponto.

TESTIMONIA. 58 sq. Probus 19, 7 K. 58 Nonius 460, 20 Priscianus 1004 P. ult. syll. IV 255 K. 'maria . . . profundum' Isidorus orig. XIV 9, 4 59 Nonius 302, 30. 420, 2 60 'speluncis a. atris' Charisius I 273 K. Diomedes I 458 K. Donati ars IV 400 Pompeius V 306 exc. ex Iuliani comm. in Don. V 324 Sacerdos VI 467 K. 61 'molemque et montes' Servius Aen. I 111. 311. 648 II 420 V 431 X 754 georg. II 192 62 sq. 'qui . . . habenas' Diomedes I 417 K. Dositheus VII 422 K. 62 'foedere c.' Servius Aen. I 141 63 Nonius 340, 6. 365, 10 Servius Aen. XII 499 'dare i. habenas' Servius Aen. I 141 64 Charisius I 266 K. Servius Aen. I 24 'ad . . . supplex' Cledonius V 25 K. 65 sq. Macrobius Sat. V 4, 1 Priscianus 1029 P. 'Aeole . . . fluctus' explan. in Don. IV 535 K. 65 Diomedes I 496 K. Priscianus 1034 P. 'Aeole n.' ult. syll. IV 229 K. 'Aeole n. tibi' ult. syll. IV 232 K. Consentius V 399 K. Servius Aen. I 38. 664 Emporius eth. p. 563 H. 'divum . . . rex' Quintilianus VIII 6, 29 66 Nonius 406, 32. 415, 13 Acro Hor. carm. I 3, 16 67 sq. Augustinus de civ. dei I 3 67 Victorinus de metr. VI 214 K. 'gens i. mihi' de dub. nom. V 579 K. 'Tyrrhenum n. aequor' Quintilianus IX 3, 17 Servius Aen. III 191 schem. lex. p. 56 H. 68 Servius Aen. II 374 VIII 12 'Ilium . . . portans' Servius Aen. VIII 37 69 sq. Donatus Ter. Andr. II 1, 28 Dositheus VII 423 K. 'incute . . . diversos' Diomedes I 418 K. 69 'submersasque o. puppes' Isidorus orig. XVIII 2, 7 70 Isidorus orig. XVIII 2, 7 schol. Lucani IV 458 'aut a.' Terentianus Maurus 470 'aut a. diversos' Sacerdos VI 444 K. 'et . . . ponto' Servius Aen. V 683

VARIA LECTIO. 58 FACIANT *M* 59 trepidi *Nonii* 420 *ω excepto Bern.* 61 montiſ *γb1* 65 DIUUM *libri* 66 emulcere *explan. in Don.* 69 venti *Usener ann. philol.* 1865 *p.* 267 ventis *dativum testatur Servius* SUMMERSAS *R* 70 et] AUT *m.* 2 *corr. in* ET *M: cf. Serv. Dan.* disice *schol. Lucani, Donati exempl.: vindicavi in coroll. com. Rom.*[2] *p.* XV DISSICE *Rybcm, Servius Dan., nisi quod* disiece *Par., Isidori ω*: *cf.* VII 339 DISSICEP *M*

sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae,
quarum quae forma pulcherrima Deiopea,
conubio iungam stabili propriamque dicabo,
omnis ut tecum meritis pro talibus annos
exigat et pulchra faciat te prole parentem.'

Aeolus haec contra: 'tuus, o regina, quid optes,
explorare labor; mihi iussa capessere fas est.
tu mihi quodcumque hoc regni, tu sceptra Iovemque
concilias, tu das epulis accumbere divom
nimborumque facis tempestatumque potentem.'

Haec ubi dicta, cavom conversa cuspide montem
impulit in latus: ac venti velut agmine facto,
qua data porta, ruunt et terras turbine perflant.

---

TESTIMONIA. 71—73 Macrobius Sat. V 4, 3 71 Asper 112, 9 K. schem. lex. p. 56 H. Servius et schol. Bern. ge. IV 336 'sunt... septem' ult. syll. IV 232 K. 72 sq. 'quarum . . . stabili' Donatus Ter. Phorm. prol. 3 72 Victorinus de metr. VI 213 K. Sacerdos VI 506 K. Acro Hor. carm. I 16, 1 73 Donatus Ter. Phorm. V 5, 2 Consentius V 389 K. Eutychis ars V 468 K. 'propriamque d.' Probi cath. IV 38 Sacerdos VI 490 K. Servius ecl. VII 31 Aen. III 85 VI 871 74 sq. 'omnis . . . exigat' Nonius 291, 15 Donatus Ter. hec. III 5, 40 75 Asper 112, 9? 'et . . . parentem' Servius Aen. IV 457 IX 220 'pulchra prole' Servius Aen. I 313. 496 III 286 76 sq. 'tuus . . . labor' Servius Aen. IV 113 76 'tuus . . . optes' Servius Aen. I 425 77 'mihi . . . est' Nonius 266, 17 Servius Aen. I 63. 387 'iussa c.' Acro Hor. epist. I 9, 12 78 sq. Donatus Ter. Phorm. II 2, 24 'tu mihi . . . concilias' Priscianus 1101. 1110 P. 78 'tu . . . regni' Quintilianus XI 3, 176 Donatus Ter. hec. IV 4, 21 79 'tu . . . divum' Nonius 278, 25 Arusianus VII 468 K. schol. Hor. carm. III 3, 11 Acro Hor. carm. I 27, 8 Servius Aen. I 318 XI 463 ecl. IV 62 schol. Bern. ecl. IV 62 80 Arusianus VII 498 K. 'potens tempestatum' Probi app. IV 196 K. 81—83 'cavum . . . ruunt' Quintilianus VIII 4, 18 81 Macrobius Sat. V 4, 4 Priscianus 1020 P. 81 sq. 'haec . . . latus' schol. Lucani II 456 82 'impulit in latus' Probus 81, 29 K. Priscianus 1000 P. schol. Lucani III 545 83 Priscianus 1007 P. 'qua . . . ruunt' Servius Aen. II 250 comm. Bern. Lucani V 610 U.

---

VARIA LECTIO. 72 *cf.* X 225 · forma est *m* deiopeia *Macrobii Paris.* I deiopeam $\chi$, *Donati ex.* 73 proprio *c1* 77 explanare *Baehrens et Kvičala* (*cf. Serv. Dan.*) explorare *interpr. Servius* 79 CONCILIA *R* DIUUM *libri* 81 CAUUM *libri* CONVRSA (E *sup. m. rec.: futtne* conversa?) *R*

incubuere mari, totumque a sedibus imis
una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis
Africus, et vastos volvont ad litora fluctus.
insequitur clamorque virum stridorque rudentum.
eripiunt subito nubes caelumque diemque
Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra.
intonuere poli et crebris micat ignibus aether,
praesentemque viris intentant omnia mortem.
extemplo Aeneae solvontur frigore membra;
ingemit, et duplicis tendens ad sidera palmas
talia voce refert: 'o terque quaterque beati,
quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
contigit oppetere! o Danaum fortissime gentis

TESTIMONIA. 84 'incubuere m.' cf. Acro Hor. carm. III 3, 6 84 sq. 'incubuere . . . ruunt' Priscianus 1037. 1206 P. 'totumque . . . ruunt' Nonius 380, 9 Priscianus 798. 1104 P. 85 sq. 'una . . . Africus' Seneca nat. quaest. V 16 85 Priscianus 1007 P. 'una . . . ruunt' Priscianus 981. 1006. 1021 P. Servius ge. I 105 85 sq. 'creberque p. Africus' Acro Hor. carm. I 14, 5 86 'et . . . fluctus' Acro Hor. carm. III 3, 6 87 Priscianus 742 P. Eutychis ars V 472 K. 88 de dub. nom. V 573 K. Servius Aen. I 143 89 'ponto . . . atra' comm. Bern. Lucani V 564 U. schol. cod. Paris. 10317 Stat. Theb. VI 575 K. 90 Acro Hor. carm. I 34, 6 'intonuere p.' comm. Bern. Lucani V 564 U. 'micat i. aether' Nonius 348, 7 92 Macrobius Sat. V 3, 9 Nonius 311, 2 'solvuntur f. membra' de dub. nom. V 583 K. Servius Aen. III 308 93 'duplicis . . . palmas' Pompeius V 146 K. Servius Aen. IV 205 94—96 'o . . . oppetere' Seneca epist. 67, 8 94 'o . . . beati' Macrobius Sat. IV 6, 3 Charisius I 240 K. Asper 114, 15 K. explan. in Don. IV 510. 520 K. Pompeius V 100 K. Acro Hor. carm. I 13, 17 95 sq. 'quis . . . oppetere' Nonius 361, 9 'Troiae . . . oppetere' Augustini regul. V 523 K. 95 'quis . . . patrum' ult. syll. IV 233 K. Cledonius V 76 K. Augustini regul. V 508 K. fragm. Bob. de pron. V 565 K. 'ante o. patrum' Priscianus 976 P. 'Troiae . . . altis' Charisius I 236 K. 96 sq. 'o . . . Tydide' Charisius I 157 K. Servius in Don. IV 407 K. explan. in Don. IV 492 K. 'o . . . Tydides' Dositheus VII 401 K. 'Danaum . . . Tydide' Charisii exc. I 537 K. Servius Aen. III 475 'fortissime g. Tydide' Pompeius V 158 K. 96 'o . . . gentis' Servius in Don. IV 431 K. 'fortissime g.' Priscianus 605. 1122 P.

VARIA LECTIO. 84 totum: *cf.* II 611 tortum *Marklandus epist. crit.* 52 85 cient *Peerlkampus* ruunt *testantur Priscianus et Servius Dan.* 86 UOLUUNT *libri* FLVSTVS (C *supr. m. rec.*) *R* 87 *cf.* II 313 it caelo *Priscianus*: *cf.* XI 192 RUDENTE *M* rudentem *γ* 89 TEUCRORUMQ· *M* 92 SOLUUNTUR *libri* 93 DUPLICES *Mγ2c2*

Tydide! mene Iliacis occumbere campis
non potuisse tuaque animam hanc effundere dextra,
saevos ubi Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis
scuta virum galeasque et fortia corpora volvit!'

Talia iactanti stridens aquilone procella
velum adversa ferit fluctusque ad sidera tollit.
franguntur remi; tum prora avertit et undis
dat latus; insequitur cumulo praeruptus aquae mons.
hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
terram inter fluctus aperit, furit aestus harenis.
tris Notus abreptas in saxa latentia torquet,

---

TESTIMONIA. 97 'Tydide m. Iliacis' ult. syll. IV 229 K. 98 'tua . . . dextra' Donatus Ter. hec. IV 4, 94 adelph. III 2, 14 99 sq. Priscianus 1019 P. 99 'saevus . . . Hector' Nonius 388, 18 schol. Hor. carm. I 12, 43 Servius Aen. XI 910 'saevus Hector' Acro Hor. carm. I 37, 29 100 sq. 'ubi . . . volvit' schol. Hor. epod. XIII 14 Servius Aen. XI 257 102 'stridens a. procella' Servius Aen. I 85 'aquilone p.' Charisius I 238 K. 104 'franguntur litora remi' (?) de dub. nom. V 589 K. 'franguntur r.' Servius Aen. I 552 'tum p. avertit' Servius Aen. I 402 'proram a.' Porphyrio Hor. serm. I 3, 35 105 'insequitur . . . mons' Diomedes I 457 K. 'cumulo . . . mons' Servius Aen. II 498 'aquae m.' Macrobius Sat. VI 6, 7 106 Priscianus 825 P. 107 'terram . . . aperit' Isidorus orig. I 36, 21 'furit a. arenis' comm. Bern. Lucani VIII 166 U. 108—110 'tris . . . summi' ('dorsum . . . summo om. Borb.) Charisius I 275 K. 108 sq. Donati ars IV 401 K. Pompeius V 310 K. Sacerdos VI 466 K. 108 'tris . . . torquet, et cetera' (intelleguntur 'saxa . . . summo') Diomedes I 461 K. 'tris N. abreptas' Consentius V 365 K.

---

VARIA LECTIO. 97 Tydides *Dosithei cod.* 99 SAEUUS *libri* 100 SARPEDO (N *sup.*) *M* '*et* sub undis *legimus et* sub undas. *sed si* sub undas, *correpta intellige, si* sub undis, *volvit; varia ergo distinctio est*' *Servius: cf.* VIII 539. *Sed fallitur Servius: hic enim narratur quod iam factum est, illic quod olim fiet. quae miror non intellegere Schoellium l. l.* 22 103 ADFERSA (U *sup.*) *M* FLUCTUM (S *sup.*) *M* fluctum *γc* fluxam *Baehrens* 104 PRORAM *Mγ*, *Porphyrio* 'proram . . . *alii* prora *legi tradunt*' *Servius Dan.* 'avertit *pro avertitur*' *Servius: cf. prol.* 65 105 tumulo *c1* 108 LAXA (S *sup.*) *M*

[saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras]
dorsum immane mari summo, tris Eurus ab alto
in brevia et syrtis urguet (miserabile visu)
inliditque vadis atque aggere cingit harenae.
unam, quae Lycios fidumque vehebat Oronten,
ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
in puppim ferit: excutitur pronusque magister
volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem
torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex.
apparent rari nantes in gurgite vasto,
arma virum tabulaeque et Troïa gaza per undas.

---

TESTIMONIA. 109 Quintilianus VIII 2, 14 110 'dorsum . . . summo' Nonius 203, 3. 459, 22 'dorsum i. mari' de dub. nom. V 577 K. 111 Servius Aen. V 192 'brevia' Isidorus de nat. rer. p. 73, 3 B: cf. orig. XIII 18, 6 'miserabile v.' Diomedes I 342 K. 112 schol. Hor. carm. I 3, 24 'inliditque v.' Acro Hor. carm. I 3, 24 113 exempl. poetarum cod. Vat. 35 K. schol. Hor. carm. I 8, 16 'una q. Lycios' Servius Aen. III 8 VI 334 'fidumque v. Oronten' Charisius I 20 K. Charisii exc. I 538 K. cf. Caper VII 97 K. 114 'ipsius a. oculos' ult. syll. IV 234. 259 K. Servius Aen. I 584 'ingens . . . pontus' Charisius I 88 K. Diomedes I 459 K. Sacerdos VI 468 K. 114 sq. 'ingens . . . ferit' Charisius I 274 K. Priscianus 757 P. Donati ars IV 400 K. Pompeius V 308 K. schol. Bern. ge. II 310 115 'in p. ferit' Martianus Capella p. 474 H. 116 sq. 'ast . . . circum' Nonius 413, 25 117 'et . . . vortex' Charisius I 88 K. 'vorat a. vortex' Servius Aen. XII 673 118 Consentius V 388 K. Sacerdos VI 448 K. Isidorus orig. I 32, 11 schem. dian. p. 71 H. schol. Hor. carm. II 1, 33 'apparent . . . nantes' Marius Victorinus VI 39 K. anecd. Helv. 280 119 Pompeius V 106 K. Beda VII 230 K. schol. Hor. carm. I 29, 1 'arma v.' Servius Aen. II 16 VI 653 'arma v. tabulaeque' fragm. Bob. de nom. V 556. 558 K. 'Troia . . . undas' schol. Hor. carm. II 16, 9

---

VARIA LECTIO. 109 *merito reprehendit Quintilianus non indicato auctoris nomine, deleri voluit Bryant, unde suspicionem de fide versiculi denuo movit Schoellius l. l. De structura versuum* 109—111 *varia proposuerunt grammatici, cf. etiam Pluess ann. phil.* 1884 *p.* 590 MEDIISQ· *Mγ, quod placuit Wagnero lectt. Verg. p.* 387 in *non legit Servius Cass., nec Diomedes ut vid.* 112 '*et multi sic legunt:* inliditque vadis atque aggere c. h.' *Servius Cass. quae quid sibi velint obscurum: cf. Schoellius l. l.*
113 ORONTEM *Myb* orontē *c* Oronten *testatur Charisius* 114 vertice, *non* vortice *auctore Plinio apud Charisium* 88 115 IM *M* '*nonnulli sane* pronum *adverbialiter legunt' Servius Dan.* 116 aliam *conieci prol.* 68 117 VORTEX *Rybc, Plinius apud Charisium l. l.* VERTEX *M* 119 Troia gaza: *cf.* II 763

iam validam Ilionei navem, iam fortis Achati,
et qua vectus Abas, et qua grandaevos Aletes,
vicit hiems; laxis laterum compagibus omnes
accipiunt inimicum imbrem rimisque fatiscunt.

Interea magno misceri murmure pontum
emissamque hiemem sensit Neptunus et imis
stagna refusa vadis, graviter commotus; et alto
prospiciens summa placidum caput extulit unda.
disiectam Aeneae toto videt aequore classem,
fluctibus oppressos Troas caelique ruina.
nec latuere doli fratrem Iunonis et irae.
Eurum ad se Zephyrumque vocat, dehinc talia fatur:
'tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
iam caelum terramque meo sine numine, venti,
miscere et tantas audetis tollere moles?

TESTIMONIA. 120 Probi inst. art. IV 81 K. 'fortis A.' Charisius I 132 K. 121 Servius in Don. IV 417 K. 'et . . . Abas' Servius Aen. I 4 II 452 VI 22 VIII 636 XII 651 122 'laxis l. compagibus' Probi cath. IV 10 K. Sacerdos VI 475 K. Servius Aen. I 383 'compagibus' fragm. Bob. de nom. VII 541 K. 122 sq. 'omnes . . . imbrem' Servius Aen. I 173 123 Priscianus 825 P. 'accipiunt i. imbrem' de dub. nom. V 581 K. 124 'magno . . . pontum' Servius Aen. I 55 125 'emissamque h. sensit' de dub. nom. V 580 K. 125 sq. 'miratus Neptunus . . . vadis' schol. Lucani Guelf. in add. 803 126 'stagna . . . commotus' ult. syll. IV 261 K. 126 sq. 'et alto . . . unda' Priscianus 1211 P. 'et a. prospiciens' Priscianus 1175. 1181. 1201 P. 129 'caelique r.' Servius Aen. VIII 525 ge. I 324 130 'nec l. doli' Diomedes I 434 K. 132 Probi inst. art. IV 145 K. 133 sq. 'iam . . . miscere' Acro Hor. epod. 13, 1 Donatus Ter. adelph. V 3, 4 133 'iam c. terramque' Servius Aen. VI 724 'meo . . . venti' Priscianus 627 P. 134 'et . . . moles' Servius Aen. V 790

VARIA LECTIO. 120 Achati *testatur Charisius Plinio auctore* achate *γ* ACHATAE *MRbc*, *Probi inst.* 123 REMIS *M1γ* *Post* 124 *sequitur* 159 *in b* 126 refuſſa *γ1* 127 *cf. ge.* IV 352 129 RVINAM (M *erasa*) *Rγ* ruina *Servius* 130 IUNONIS *M* '*aut* doli Iunonis *aut* fratrem Iunonis: *gemina ergo distinctio est' Servius* 132 *m. pr. om. π*, *in suspicionem vocavit Kvičala p.* 51 *sqq.* GENERؘOS *M* 133 '*distingue* numine, *ut* venti *convicium sit' Servius Dan.*

quos ego —; set motos praestat componere fluctus:
post mihi non simili poena commissa luetis.
maturate fugam regique haec dicite vestro:
non illi imperium pelagi saevomque tridentem,
set mihi sorte datum. tenet ille immania saxa,
vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula
Aeolus et clauso ventorum carcere regnet.'

Sic ait, et dicto citius tumida aequora placat
collectasque fugat nubes solemque reducit.
Cymothoe simul et Triton adnixus acuto
detrudunt navis scopulo; levat ipse tridenti
et vastas aperit syrtis et temperat aequor,
atque rotis summas levibus perlabitur undas.
ac veluti magno in populo cum saepe coorta est

TESTIMONIA. 135 'quos e. — 'post . . . poena' Servius Aen. I 65 135 Quintilianus IX 2, 54 Macrobius Sat. IV 6, 21 VI 6, 15 Donatus Ter. eun. I 1, 20 Aquila Romanus p. 24 H. Sacerdos VI 468 K. Isidorus de rhet. p. 521 H. schem. dian. p. 74 H. anecd. Paris. Eckateinii p. 19, 3 'sed . . . fluctus' Nonius 257, 4 Donatus Ter. Andr. III 5, 18 anecd. Paris. Eckateinii 13, 24 136 Priscianus 991 P. Alcuini gramm. 2137 P. Probi inst. art. IV 149 K. 'luetis' cf. fragm. Bob. de nom. VII 541 K. 137 Nonius 348, 33 'maturate f.' Arusianus VII 492 K. Acro Hor. carm. II 11, 22 138 Servius Aen. V 792 'saevumque t.' schol. Hor. carm. I 37, 29 139 sq. 'immania . . . domos' Servius Aen. III 272 140 sq. Isidorus orig. I 36, 32 'illa . . . Aeolus' Servius Aen. VIII 242 'illa . . . regnet' Donatus Ter. eun. III 1, 25 141 'clauso . . . regnet' cf. Servius Aen. I 78 142 Priscianus 907 P. 'et . . . placat' Arusianus VII 463 K. 143 'collectasque f. nubes' de dub. nom. V 584 K. Acro. Hor. carm. I 12, 30 144 sq. 'Cymothoe . . . scopulo' Priscianus 1100 P. 144 'Cymothoe' . . . adnixus' Servius Aen. XII 576 144 sq. 'adnixus a. detrudunt' Diomedes I 375 K. 145 'levat i. tridenti' Nonius 336, 18 Servius Aen. I 330 146 Nonius 236, 15. 246, 33 147 'summas perlabitur undas' Diomedes I 434 K. 148 sq.; 154 'ac . . . seditio: sic . . . fragor' Sacerdos VI 464 K. 148 sq. 'ac . . . seditio'' Priscianus 1280 P. Victorinus ad Cic. p. 239 H. 'veluti . . . seditio' Isidorus orig. I 36, 35 148 'ac . . . populo' ult. syll. IV 248 K. Porphyrio Hor. epist. I 15, 14 'et . . . populo' Cledonius V 66 K.

VARIA LECTIO. 138 SAEVVM *libri* 139 datum est *schol. Lucani* 140 domuſ *b* 142 sic] Hae^c *c* 145 NAUES *M* 146 *om., imo mg. add. c* SYRTES *Mb* 148 et *Cledonius* magna *π*

seditio, saevitque animis ignobile volgus,
iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat;
tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
conspexere, silent arrectisque auribus adstant;
ille regit dictis animos et pectora mulcet:
sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam
prospiciens genitor caeloque invectus aperto
flectit equos curruque volans dat lora secundo.

Defessi Aeneadae quae proxima litora cursu
contendunt petere et Libyae vertuntur ad oras.
est in secessu longo locus: insula portum
efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.
hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
in caelum scopuli, quorum sub vertice late

---

TESTIMONIA. 149—152 'saevit ... vulgus; tum ... silent' (om. 150) de schem. lex. p. 56 H. 149 'saevit ... vulgus' Charisius I 74 K. Probus de nom. IV 208 K. Cledonius V 40 K. 'ignobile v.' Servius in Don. IV 431 K. Consentius V 345 K. de dub. nom. V 593 K. 150 'furor a. ministrat' Arusianus VII 492 K. Iulius Rufinianus p. 43 H. schol. Lucani I 240 III 671 VI 172 151—153 Quintilianus XII 1, 27 151 'tum ... meritis' Nonius 314, 3 schol. Gron. Cic. pro Rosc. p. 425 Or. 153 'ille ... animos' schol. Gron. Cic. pro Rosc. p. 245 Or. schol. Persii I 14 157 sq. 'quae ... petere' Nonius 258, 19. 264, 9. 367, 5. 157 Priscianus 583 P. 'defessi A.' Priscianus 1244 P. 159—169 Macrobius Sat. V 3, 18 159 sq. 'est ... efficit' schol. Bern. app. I 11 159 'est ... locus' Charisius I 12 K. Diomedes I 428 K. Marius Victorinus VI 29 K. schem. dian. p. 73 H.* 'in ... portum' Isidorus orig. I 35, 18 160 sq. 'quibus ... reductos' schol. Hor. carm. II 14, 14 160 Terentianus Maurus 1276 162 sq. 'geminique ... scopuli' Quintilianus VIII 6, 68 Sacerdos VI 465 K. de dub. nom. V 589 K. 162 'hinc ... geminique' Servius Dan. Aen. III 536 'geminique m.' Servius Aen. IV 88

---

VARIA LECTIO. 149 que *om. Probus de nom.* UULGUS *libri* 150 '*multi non* volant, *sed* volunt *invenisse se dicunt. sed Cornutus verendum, ait, ne praeposterum sit* faces velle *et sic* saxa, *cum alibi maturius et ex ordine dictum sit:* arma velit poscatque simul rapiatque iuventus' (VII 340) *Ser[vi]us Dan.* 151 tunc *Nonii* ω, *schol. Cic.* 156 *om., in* γ *add. c* FLVCTV *R* ......γ curru (curru *supra*) curru *Servius* 159 *om., imo mg. add. b cf.* III 229 160 EFFECIT *M* 161 *cf. ge.* IV 420 162 VASTAE (A *alt. in ras.*) *R* UASTES *M* 163 ſcopoli *c*

aequora tuta silent; tum silvis scaena coruscis
desuper horrentique atrum nemus imminet umbra;
fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum,
intus aquae dulces vivoque sedilia saxo,
nympharum domus. hic fessas non vincula navis
ulla tenent, unco non alligat anchora morsu.
huc septem Aeneas collectis navibus omni
ex numero subit; ac magno telluris amore
egressi optata potiuntur Troes harena
et sale tabentis artus in litore ponunt.
ac primum silici scintillam excudit Achates
succepitque ignem foliis atque arida circum
nutrimenta dedit rapuitque in fomite flammam.

---

TESTIMONIA. 164 sq. 'tunc siluis . . . umbra' comm. Bern. Lucani IV 456 U. 164 'tum . . . coruscis' de dub. nom. V 573 K. 165 schol. Lucani III 411 'horrenti . . . umbra' Isidorus orig. I 35, 18 166 'fronte s. a.' de dub. nom. V 579 'scopulis p. antrum' Asper 112, 10 K. 167 sq. 'intus . . . domus' Nonius 456, 29 167 'vivoque s. saxo' Servius Aen. II 719 ge. II 27 168 sq. 'hic . . . tenent' Priscianus 775 P. 169 'unco . . . morsu' Servius Aen. VI 3 171 'et magno . . . amore' Sacerdos VI 455 K. 172 Donatus Ter. hec. III 4, 5 Priscianus 1168. 1193 P. de idiomatibus casuum IV 571 K. 'optata . . . harena' Priscianus 1175 P. Sacerdos VI 455 K. Emporius p. 563 H. 173 schol. Hor. epod. V 40 'sale t.' Servius Aen. I 537 'sale . . . ponunt' Servius Aen. II 209 'in l. ponunt' Sacerdos VI 455 K. 174 sq. 'ac . . . foliis' Priscianus 889 P. 174 Eutyches V 471 K. 'silici . . . Achates' Arusianus VII 471 K. 175 'succepitque i. foliis' Servius Aen. I 144 175 sq. 'atque . . . dedit' Nonius 245, 2 176 'rapuitque . . . flammam' Diomedes I 455 K. Servius in Don. IV 419 K. explan. in Don. IV 518 K. Pompeius V 275 K. Isidorus orig. XVII 6, 26 Servius Aen. I 639 cf. Charisius I 154 K.

---

VARIA LECTIO. 164 tunc *comm. Lucani* 165 horrendis . . . umbris *Isidorus* 166 FRONDE (T *sup. m.* 2) *R* 167—171 *hoc ordine:* 167. 169. 168. 171 *adscriptis in margine* A C B E *litteris, et ima pagina* 170 *adscripta* D *M* 168 NARES (V *sup.*) *M* navis *testatur Priscianus* 169 ANCHORA *Mγc*, *testatur Servius: cf. prol.* 423 ANCORA *Rb* 170 Huic *b*1 171 ac] et *Sacerdos* 172 troeſ potiuntur *cχ* arena *γb*, *dubitat Servius: cf. prol.* 422 174 SILICI *MRγ*, *Servius, Eutychis Bob., testatur Arusianus* ſilicif *bc*, *Servii et Eut. φ*, *Prisciani ω* EXCVTIT *R* excudit (d *in ras.*) *b* excludit *m* excudit *testantur Servius Priscianus Eutyches Arusianus* 175 SVCCEPIT *MRc*, *Prisciani Reg. m.* 2, 'succepit *pro suscepit' Servius* ſuſcepit *γb*, *Prisciani ω*

tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma
expediunt fessi rerum, frugesque receptas
et torrere parant flammis et frangere saxo.
  Aeneas scopulum interea conscendit et omnem
prospectum late pelago petit, Anthea siquem
iactatum vento videat Phrygiasque biremis
aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caici.
navem in conspectu nullam, tris litore cervos
prospicit errantis; hos tota armenta secuntur
a tergo, et longum per vallis pascitur agmen.
constitit hic arcumque manu celerisque sagittas
corripuit [fidus quae tela gerebat Achates]
ductoresque ipsos primum capita alta ferentis
cornibus arboreis sternit, tum volgus et omnem

TESTIMONIA. 177 'tum . . . undis' Servius Aen. I 701 'Cererem c. undis' Quintilianus VIII 6, 23 'Cerealiaque a.' Servius ge. I 160 Aen. I 1, 119 177 sq. 'Cerealiaque . . . expediunt' Priscianus 1219 P. schol. Veron. 81, 4 K. 178 'expediunt f. rerum' de schem. lex. p. 55 H. 'fessi r.' Probi app. IV 196 K. Arusianus VII 473 K. 'frugesque r.' de dub. nom. V 578 K. Servius Aen. I 583 III 666 VI 111
178 sq. 'frugesque . . . saxo' Charisius I 283 K. 179 Diomedes I 461 K. Donatus Ter. adelph. V 3, 60 Isidorus orig. XV 6, 4 Pompeius V 309 K. 'torrere . . . saxo' Donati ars IV 401 K. 180 Victorinus de metr. VI 214 K. 181 sq. 'Anthea . . . biremis' Charisius I 218 K. 181 'Anthea si quem' Servius Aen. X 792 182 'Phrygiasque b.' de dub. nom. V 572 K. 183 Diomedes I 411 K. Victorinus de metr. VI 214 K. Dositheus VII 414 K. 'aut C. a. celsis' ult. syll. IV 227 K. 184 sq. 'tres . . . secuntur' Pompeius V 204 K. 'tres . . . errantes' Isidorus orig. I 36, 22 185 'hos . . . secuntur' Cledonius V 51 K.
190 sq. 'tum . . . turbam' Probus de nom. exc. IV 208 K. 'tum . . . telis' Nonius 243, 9 190 'cornibus a.' Servius ecl. VII 30

VARIA LECTIO. 177 CORREPTAM (V *sup.*) *R* corruptam *Servius* 179 saxis π: *cf. ge.* I 267 181 ſi qua γ2, '*quidam*' *teste Charisio.* '*sane legitur et* si qua' *Servius Dan.* 182 biremeſ *c* 183 capin *γb*, *Diomedis ω* capim (m *corr. in* n) *c*
184 nauim *γb* TRES *Rc* 185—205. 206—226 *F fol.* XI 185 *cf.* XII 719 conſpicit *Isidorus* ERRANTES *Rγbc* SEQVVNTVR *FRb* 187 HIC *m.* 2 *superscr. F* celereſ *bc* 188 fidus . . . Achates *Vergilii non esse videntur Peerlkampo, certe pro tibicine habenda erunt: cf. prol.* 67. *Argute nuper defendit Pluess Verg.* 18 189 FERENTES *Mbc* 190 tunc *c*, *Nonii ω* VVLGVS *FRγbc* omne *fortasse γ*1, *Nonii ω*, *Probi cod.*

miscet agens telis nemora inter frondea turbam;
nec prius absistit, quam septem ingentia victor
corpora fundat humi et numerum cum navibus aequet.
hinc portum petit et socios partitur in omnis.
vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes
litore Trinacrio dederatque abeuntibus heros,
dividit, et dictis maerentia pectora mulcet:
'o socii (neque enim ignari sumus ante malorum),
o passi graviora, dabit deus his quoque finem.
vos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantis
accestis scopulos, vos et Cyclopea saxa
experti: revocate animos maestumque timorem
mittite; forsan et haec olim meminisse iuvabit.

---

TESTIMONIA. 191 Servius Aen. XII 445 'miscet a. telis' Servius ge. I 358 'nemora . . . turbam' de dub. nom. V 584 K. 'nemora i. frondea' schol. Veron. 88, 22 K. Servius Aen. I 430 'nemus frondeum' Servius ge. II 5 'frondea' Servius Aen. II 218 192—194 'quam . . . omnis' (om. 'hinc p. petit') Sacerdos VI 460 K. 192 sq. 'quam . . . humi' Servius Aen. II 95 Nonius 312, 25 193 'et . . . aequet' Diomedes I 465 K. 'numerum . . . aequet' Diomedes I 450 K. Donati ars IV 395 K. Pompeius V 293 K. 194 'et . . . omnes' Probi cath. IV 36 K. Cledonius V 59 K. Pompeius V 233 K. Sacerdos VI 488 K. 195—197 'vina . . . dividit' Diomedes I 461 K. Sacerdos VI 459 sq. K. 195 Nonius 544, 13 Asper 113, 15 K. Acro Hor. carm. II 7, 20 III 14, 18 cf. Iuvenalis VII 236 'quae d. bonus cadis o. Acestes' schol. Hor. cod. Paris $\gamma$ ad carm. IV 12, 17 Kurschat 198—204 'o socii . . . casus' Macrobius Sat. V 11, 5 198 Priscianus 1192 P. 'o socii . . . ante' ult. syll. IV 231 K. 199 Priscianus 862 P. 'o p. graviora' Nonius 370, 8 'o . . . deus' Porphyrio et Acro Hor. carm. I 7, 30 Acro Hor. serm. II 5, 20 'dabit . . . finem' Servius Aen. III 715 200 sq. 'vos . . . scopulos' schol. Bern. ecl. VI 74 'penitus . . . scopulos' Priscianus 889 P. Arusianus VII 454 K. Servius Aen. VI 679 201 sq. 'vos . . . experti' Nonius 295, 32 202 sq. 'maestumque t. mittite' Nonius 348, 14 'maestumque t.' Diomedes I 458 K. comm. Bern. Lucani I 695 U. 203 'forsan . . . iuvabit' Seneca epist. 78, 15 Macrobius Sat. VII 29 Charisius I 185 K. Priscianus 1016. 1018 1021 P. Orosius IV praef. de schem. lex. p. 55 H. Alcuinus 2123 P. Macrobii exc. Bob. V 647 K. schol. Bob. Cic. p. 251 Or.

---

VARIA LECTIO. 192 ABSTITIT *F* 193 humi *c*2$\chi$, *Servius, Nonii Bern. pr. cf.* V 78 VI 423 X 697 XI 665. HVMO *FMRybm$\psi$*, *Servii Cass. Par., Nonii $\omega$, Sacerdotis cod.: cf. ge.* II 460 hun . . *c*1 aequat *c*1 — 195 deinde bonus quae uina $\chi$: *optimorum librorum fidem confirmant Diomedes et Servius* 196 hospes *Mediceus Pierii* 201 *cf prol.* 68 203 FORSAM *R: cf. prol* 420 et *om. F*

per varios casus, per tot discrimina rerum
tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
ostendunt; illic fas regna resurgere Troiae.
durate et vosmet rebus servate secundis.'

Talia voce refert curisque ingentibus aeger
spem voltu simulat, premit altum corde dolorem.
illi se praedae accingunt dapibusque futuris:
tergora diripiunt costis et viscera nudant,
pars in frusta secant veribusque trementia figunt,
litore aëna locant alii flammasque ministrant.
tum victu revocant vires fusique per herbam
implentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.
postquam exempta fames epulis mensaeque remotae,
amissos longo socios sermone requirunt
spemque metumque inter dubii, seu vivere credant

---

TESTIMONIA. 204 sq. 'per . . . Latium' Nonius 282, 16. 410, 33 206 'illic . . . Troiae' Servius Aen. VIII 291 207 Priscianus 800 P. Nonius 285, 9 Donatus Ter. adelph. IV 2, 15 cf. Suetonius Calig. 45 209 schol. Hor. carm. I 35, 21 'spem v. simulat' Servius Aen. I 341 IV 477 Acro Hor. carm. I 37, 25 210 Arusianus VII 449 K. 211 'tergora d. costis' Nonius 414, 4 Probi inst. IV 127 K. 'et v. nudant' Probi inst. IV 125 K. 212 Asper 113, 27 K. Priscianus 1099. 1110 P. de schem. lex. p. 56 H. 'pars . . . secant' Charisius I 267 K. Diomedes I 454 K. Donati ars IV 393 K. Augustinus contra Faustum XXII 25 Servius in Don. IV 446 sq. K. Pompeius V 291. 296 K. Sacerdos VI 450. 457 K. schol. Bern. ge. II 14 Porphyrio Hor. carm. IV 2, 50 epod. XVI 35 Donatus Ter. Andr. III 5, 1 Servius Aen. II 31. 387 V 120 'veribusque t. figunt' Augustini regul. V 501 K. 213 'litore . . . alii' Charisius I 269 K. 215 Nonius 498, 30 Charisius I 267 K. Sacerdos VI 450 K. Arusianus VII 478 K. Servius Aen. I 184 cf. Probi app. IV 196 K. 216 'postquam . . . epulis' Macrobius Sat. II 1, 1 'postquam e. fames' Servius Aen. I 723

---

VARIA LECTIO. 209 *cf.* IV 477 VVLTV SIMVLAT *MRb* VVLTU . SIMULAT (S *erasa*) *Fγc* 211 deripiunt *Heinsius, Wagnerus lect. Verg.* 342: *cf. Kvičala* 85 *sq.* 212 FRVSTRA (T *sup. m. rec.*) *R* FRUSTRA *F* FRUSTRA *Mc* fruſt.. *b1* UETERIBUS *F* FINGVNT *R* 213 LITOR (E *sup.*) *M* Li . tor .. *b1* 214 VIRIS *F* fu . ſi *γ* 216 *cf.* 723 VIII 184 relictae *Alburgensis, quod probabat Peerlkampus* 218 '*et quidam commodius distingui putant:* spemque metumque inter, *et sic subiungunt:* dubii seu vivere credant' *Servius*

sive extrema pati nec iam exaudire vocatos.
praecipue pius Aeneas nunc acris Oronti,
nunc Amyci casum gemit et crudelia secum
fata Lyci fortemque Gyan fortemque Cloanthum.

Et iam finis erat, cum Iuppiter aethere summo
dispiciens mare velivolum terrasque iacentis
litoraque et latos populos, sic vertice caeli
constitit et Libyae defixit lumina regnis.
atque illum talis iactantem pectore curas
tristior et lacrimis oculos suffusa nitentis

---

TESTIMONIA. 220 sq. 'praecipue . . . gemit' Priscianus 706 P. 220 'pius A.' cf. Sacerdos VI 463 K. 'acris O.' Charisius I 132 K. Probi inst. IV 64 K. 221 'nunc . . . gemit' Servius Aen. VI 176 XII 509 221 sq. 'et . . . Lyci' Priscianus 946 P. cf. Lachmannus Lucr. 327 'crudelia . . . Lyci' Servius Aen. I 37 222 'fortemque C.' Nonius 306, 22 223 sq. 'et . . . velivolum' Servius Aen. X 3 'cum . . . mare' Sacerdos VI 429 K. 'cum . . . despiciens' schol. Lucani I 661 'Iupiter . . . despiciens' comm. Bern. Lucani I 660 U. 224 sq. (om. 'litoraque . . . populos') Servius Aen. XII 304 224 schol. Hor. carm. III 4, 45 'despiciens m. velivolum' Macrobius Sat. VI 5, 10 'mare v.' Eutyches V 455 K. Servius Aen. III 124. 520 225 'litoraque . . . populos' Servius Aen. II 557 225 sq. 'sic . . . constitit' Servius Aen. IX 20 226 schol. Bern. app. I 24 'et . . . regnis' Servius Aen. II 690 227 Nonius 327, 29 228 Macrobius Sat. IV 1, 5 Priscianus 603. 1103 P. Consentius V 342 K. Philargyrius ge. IV 89 Alcuinus 2090 P. schol. Lucani I 661 'tristior' comm. Bern. Lucani I 660 U. 'lacrimis . . . nitentes' schol. Hor. epod. IV 3 'oculos s.' Servius Aen. I 320. 481 II 57 III 428 VI 281 XII 599 'oculos s. nitentes' Servius Aen. I 561 XI 480 Acro Hor. carm. I 1, 21

---

VARIA LECTIO. 219 nec . . . vocatos *deleri vult Kvičala acad. Prag.* III (1892) *p.* 122, *legit Servius* 220 ORONTI *FMR2bγ2*, *testantur Servius Charisius Priscianus Plinio auctore* aronti *γ*1 oranti *c* ORONTIS *R*1*m*, *Probi inst. exempl.* 222 *cf.* 612 GYAM *R* guam *c*1 224 'despiciens *deorsum aspiciens* . . . *notandum sane, quia si* dispiciens *diximus, diligenter inquirens significamus' Servius.* dispiciens *cum Moret.* 1 *et Leid. m.* 1 *legendum esse monet Lachmannus in Lucr.* 236 DESPICIENS *FMRγbcψ*, *Macrobius cum ceteris testibus* VENIVOLVM *F* IACENTES *M* 227—247. 248—268 *F fol.* XII 227 TALES *M* 228 atque oculos lacrimis *Prisciani p.* 603 *ω exc. Bern. et Carolir., Alcuinus* nitentes *c*

adloquitur Venus: 'o qui res hominumque deumque
aeternis regis imperiis et fulmine terres,
quid meus Aeneas in te committere tantum,
quid Troes potuere, quibus tot funera passis
cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
certe hinc Romanos olim volventibus annis,
hinc fore ductores revocato a sanguine Teucri,
qui mare, qui terras omni dicione tenerent,
pollicitu's: quae te, genitor, sententia vertit?
hoc equidem occasum Troiae tristisque ruinas
solabar fatis contraria fata rependens;
nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
insequitur. quem das finem, rex magne, laborum?
Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus atque intuma tutus

---

TESTIMONIA. 229 sq. 'o . . . terres' Sacerdos VI 460 K. 231 Nonius 248, 33 Diomedes I 411 K. Dositheus VII 414 K. 232 'quid T. potuere' Servius Aen. I 529 IX 427 233 Servius Aen. I 298. 385 X 44 234—237 'certe . . . pollicitus' Priscianus 822. 1073. 1151. 1179. 1194 P. 234 'tot iam volventibus a.' Victorinus ad Cic. p. 224 H. 'volventibus a.' Servius Aen. I 24 tit. in Giorn. d. Scavi d. Pompei N. S. I p. 281 235 'revocato . . . Teucri' Servius ge. III 89 schol. Bern. ge. III 89 237 'quae . . . vertit' Servius Aen. X 7 240 'tot c. actos' Servius Aen. III 317 241 'quem . . . laborum' Gellius III 21, 12 Charisii exc. I 555 K. Sergius in Don. IV 539 K. 242—244 Charisius I 277 K. 242. 244 (om. 243) schol. Lucani VII 194 242 sq. 'Antenor . . . sinus' Donati ars IV 402 K. Victorinus ad Cic. p. 239 H. 242 Macrobius Sat. IV 5, 2 Diomedes I 464 K. Sacerdos VI 465 K. 'Antenor p.' Sacerdos VI 469 K. inscr. Pomp. 1531

---

VARIA LECTIO. 229 deorumque *ut* II 745 *Bentleius ad Hor. carm.* I 12, 14. *Cf.* 254 *et* XI 725, *nec sane alibi apud Vergilium aut* deum *in exitu versus magis quam* deorum *medio versu aut compositum* hominumque deumque *invenitur. Cf.* 332
234 *om. c*1 235—260 *Veron. fol.* 253 236 *om. c* '*melius* omni *quam* omnis' *Servius* OMNIS (I *m. rec. corr. in* E) *F* OMNES *V* 237 pollicitu's *scripsi: cf. prol.* 153 *sq.* POLLI-
※ s. ÷
CITVS *libri* pollicitus *Prisciani* 1073 *Vind. S* pollicitum *Rau*
238 occa. ſum *γ* 239 *in mg.* CH (*col. rubro*) *M: cf. prol.* 162 240 caſſibuſ *γ* 243 INTUMA *F* INTIMA *MRVγbc*, *Charisii cod.*

regna Liburnorum et fontem superare Timavi,
unde per ora novem vasto cum murmure montis
it mare proruptum et pelago premit arva sonanti.
hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit
Teucrorum, et genti nomen dedit armaque fixit
Troïa, nunc placida compostus pace quiescit:
nos, tua progenies, caeli quibus adnuis arcem,
navibus (infandum!) amissis unius ob iram
prodimur atque Italis longe disiungimur oris.
hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?'

Olli subridens hominum sator atque deorum
voltu, quo caelum tempestatesque serenat,
oscula libavit natae, dehinc talia fatur:

---

TESTIMONIA. 244 'regna L.' schol. Lucani VIII 38 Acro Hor. carm. I 37, 29 'fontem Timavi' Servius Aen. III 293 VIII 231 'fontem s. Timavi' Servius Aen. VIII 95 245 sq. Seneca nat. qu. III 1, 1 245 'unde . . . novem' Servius Aen. III 694 246 'it m. proruptum' schol. Lucani V 438 247 Priscianus 736 P. fragm. Bob. de nom. V 556 K. 'ille u. Patavi' Charisius I 71. 141 K. Priscianus 946 P. 'urbem P.' Servius Aen. I 565 V 52 248 sq. 'armaque f. Troïa' schol. Lucani I 240 249 'nunc . . . quiescit' Nonius 257, 3 'nunc p. compostus' Servius Aen. I 374 'conpostus' Servius Aen. II 379 250—252 Nonius 363, 22 250 Macrobius Sat. IV 6, 6 Servius ge. IV 324 'nos t. progenies' schem. dian. p. 73 H. 'caeli . . . arcem' Servius Aen. X 28 251 Priscianus 1026 P. 'navibus i. amissis' de schem. lex. p. 58 H. Servius Aen. I 39 'unius ob iram' de fin. syll. IV 626 K. 251 sq. 'navibus . . . prodimur' Servius Aen. I 41 'unius . . . prodimur' Isidorus orig. X 221 Donatus Ter. adelph. III 4, 12 IV 5, 58 Servius Aen. II 595 IV 231. 431 X 28 253 Priscianus 1064 P. 'hic pietatis honos, sunt hic sua praemia laudi' (461) Donatus Ter. hec. IV 2, 8 'hic p. honos' Probi cath. IV 16 K. 'sic . . . reponis' Arusianus VII 506 K. 254 'olli' cf. Sacerdos VI 452 K.

---

VARIA LECTIO. 244 LIBYRNORVM *R* F.·.ONTEM *M* 245 murmure] MURE *V* 246 IN (T *sup.*) *V* PRORVPTVM (AE *sup.*) *V* PR.RVPTVM *F* praeruptum *γ*1, *Seneca* '*melius* proruptum *quam* praeruptum' *Servius: cf. de hoc loco Henry twelve years p.* 83—95 247 sedem *Prisciani Sang.* 249 *om. c* 251 infandum! *Prisciannus* infandum *adverbialiter de schem. lex., optionem dat Servius* 252 D$\overset{D}{\text{I}}$IVNGIMVR *F* 255 VVLTV *libri* 256 dein *c*

'parce metu, Cytherea: manent immota tuorum
fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini
moenia, sublimenque feres ad sidera caeli
magnanimum Aenean; neque me sententia vertit.
hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet,
longius et volvens fatorum arcana movebo)
bellum ingens geret Italia populosque feroces
contundet moresque viris et moenia ponet,
tertia dum Latio regnantem viderit aestas
ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.
at puer Ascanius, quoi nunc cognomen Iulo
additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno),

---

TESTIMONIA. 257 sq. 'parce . . . tibi' Priscianus 778. 1102 P. 257 Isidorus de rhet. p. 519 H. 'parce m. Cytherea' Sacerdos VI 447 K. 258 sq. 'et . . . moenia' Consentius V 359 K. 259 'sublimen . . . caeli' Isidorus orig. X 242 261 Nonius 527, 23 Priscianus 1018. 1029 P. explan. in Don. IV 559 K. Servius Aen. X 8 Alcuini gramm. 2124 P. exempl. poet. cod. Vat. 73 K. 'quando . . . remordet' schol. Lucani IV 811 VIII 211 Acro Hor. carm. I 18, 4 III 14, 13 262 ult. syll. IV 260 K. Nonius 32, 9 'fatorum a.' Servius Aen. X 8 263 sq. Acro Hor. carm. saec. 40 263 'bellum . . . Italia' Isidorus orig. I 33, 14 Servius Aen. X 8 263 sq. 'populosque f. contundet' Servius Aen. X 87 264 'contundet . . . et' Sacerdos VI 514 K. 'moresque . . . ponet' Servius Aen. VIII 316 'mores . . . ponet' Servius Aen. VIII 316 265 Trebellius Pollio vita Claudii 10 266 Nonius 400, 30 schol. Hor. carm. I 15, 35 Asper 113, 21 Servius Aen. X 8 267 sq. 'cui . . . additur' schem. lex. p. 55 H. 267 'cui . . . Iulo' Cledonius V 35 K.

---

VARIA LECTIO. 258—266 *unus 'ordo longissimus' videtur Servio ad* 265 258 cernes urbem et] *'aut Romam significat . . . et ne longa sit expectatio, adiecit* et promissa L. m., *aut certe detrahe* et, *sicut multi, et epexegesin facis' Servius: cf. Wagneri quaest. Verg.* XXXIII 8 259 ſublimen *γ* ſubli$^{m}$n (*i. e.* ſublimen) *c* ſublime . *b*1 SVBLIMEM . *FMRVb*2, *Isidorus* 260 AENEAM *Rb* 261 hoc *explan. in Don.* tibi fabor enim *continuat Servius* 263 ferocif *γ*1 264 CONTEND$^{V}$U$^{E}$NT (V *sup. et lin. transv. col. rubro*) *M* 267 Q$^{O}$V$^{I}$O (*corr. m.* 2) *F* CUI *ceteri* 268 *Hunc versum sive totum sive post* additur *aliena manu additum esse suspicatur Heynius* (*cf. Lessingius* XI[1] *p.* 544 *M.*): *interpretatur eum Servius Dan. cf.* 288 ILIVS *F* RE$^{S}$STETIT *MF* reſtitit (titit *in ras.*), *corr. in* re$^{f}$ſtetit *b*

triginta magnos volvendis mensibus orbis
imperio explebit, regnumque ab sede Lavini
transferet et longam multa vi muniet Albam.
hic iam ter centum totos regnabitur annos
gente sub Hectorea, donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus
Romulus excipiet gentem et Mavortia condet
moenia Romanosque suo de nomine dicet.
his ego nec metas rerum nec tempora pono:
imperium sine fine dedi. quin aspera Iuno,
quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat,
consilia in melius referet mecumque fovebit
Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.
sic placitum. veniet lustris labentibus aetas,
cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenas
servitio premet ac victis dominabitur Argis.

---

TESTIMONIA. 269 'triginta m.' Servius Aen. II 651 273 sq. 'donec . . . prolem' Donatus Ter. hec. I 2, 31 schol. Hor. carm. III 3, 32 'donec . . . gravis' Nonius 318, 31 'regina . . . gravis' Arusianus VII 476 K. 274 'geminam . . . prolem' Philargyrius ge. III 101 278 sq. 'his . . . dedi' schol. Hor. carm. saec. 25 schol. Lucani V 44 'illic enim tibi non Vestalis focus, non lapis Capitolinus, sed deus unus et verus nec metas rerum n. t. ponet, imperium s. f. dabit' Augustinus de civ. dei II 29 278 Trebellius Pollio vita Claudii 10 Servius Aen. X 472 comm. Bern. Lucani I 564 V 45 U. 279—285 'quin . . . Argis' Augustinus de civ. dei V 12, 2 279 Victorinus de metr. VI 214 K. 'imperium . . . dedi' Acro Hor. carm. III 3, 46 'quin a. Iuno' Probi inst. IV 83 K. 279 sq. 'quin . . . fatigat' Probus 19, 15 K. 280 Nonius 310, 29 281—283 'mecumque . . . placitum' Priscianus 1077 P. 282 Suetonius Aug. 40 Diomedes I 456 K. Nonius 281, 20 283 'sic p.' Diomedes I 398 K. 'veniet . . . aetas' schol. Hor. carm. II 4, 23 Servius ecl. IV 37 284 'domus A.' Servius Aen. I 273 'Phthiam c. Mycenas' schol. Hor. carm. IV 6, 4 285 Victorini de metr. VI 214 K.

---

VARIA LECTIO. 269 VOLVENTIS *R* ORBES *Mb* 270 a ſede *c* 272 Hicam (n i superscr.) *c* 'hinc iam, *praeterea; si autem* hic iam, *in hoc scil. loco*' *Servius. cf.* II 148 275 NUTRICES *M* 277 *Hinc redit P* DICET (E *corr. ex* I) *R* 281 melius] MELIA · IN · MELIVS *R* 285 PREMIT *R*

nascetur pulchra Troianus origine Caesar,
imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, a magno demissum nomen Iulo.
hunc tu olim caelo, spoliis Orientis onustum,
accipies secura; vocabitur hic quoque votis.
aspera tum positis mitescent saecula bellis;
cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
iura dabunt; dirae ferro et compagibus artis
claudentur Belli portae; Furor impius intus
saeva sedens super arma et centum vinctus aënis
pos tergum nodis fremet horridus ore cruento.'

Haec ait, et Maia genitum demittit ab alto,
ut terrae utque novae pateant Carthaginis arces
hospitio Teucris, ne fati nescia Dido
finibus arceret. volat ille per aëra magnum

---

TESTIMONIA. 286—288 Diomedes I 456 K. 287 sq. 'imperium . . . Iulius' Acro Hor. carm. IV 15, 15 288 Isidorus orig. IX 3, 13 schol. Lucani I 197 III 213 Servius Aen. IV 234 VI 790 'a . . . Iulo' Servius vita p. 4 Th. 'magno . . . Iulo' Cledonius V 35 K. 289 sq. 'hunc . . . accipies' Acro Hor. carm. I 2, 33 II 10, 17 'hunc . . . secura' Nonius 357, 33 291 schol. Hor. cod. Par. γ ad carm. IV 15, 17 sq. 292 'cana F.' Charisius I 32 K. schol. Lucani I 188 'cana . . . Vesta' Nonius 86, 28. 313, 19 schol. Hor. carm. I 35, 21 292 sq. 'Remo . . . dabunt' Servius Aen. I 276 293 sq. 'dirae . . . portae' Porphyrio Hor. epist. II 1, 255 comm. Bern. Lucani I 62 U. 294 'claudentur B. portae' Acro et Porphyrio ad Hor. carm. IV 15, 9 294—296 'Furor . . . cruento' Macrobius Sat. IV 5, 12 Orosius VII 5, 3 295 'saeva . . . arma' Servius Aen. I 176 Cledonius V 24 K. Sacerdos VI 428 K. Audacis exc. VII 355 K. Arusianus VII 508 K. Alcuinus 2141 P. 295 sq. 'et . . . nodis' Porphyrio et Acro Hor. carm. III 9, 18 297 'et . . . alto' comm. Bern. Lucani I 660 U. Acro Hor. carm. I 2, 43 'Maia . . . alto' schol. Veron. 82, 2 K. Servius Dan. Aen. I 3 300 'volat . . . magnum' Charisius I 260 K.

---

VARIA LECTIO. 288 nomin[e] . γ 289 [h]onuſtum γ honuſtum *bo* 'honustum . . . *alii* honestum *legunt' Servius* 292 VASTA (E *sup. m. rec.*) *R* VASTA *Pγ*1 296 Poſtergũ *b*1*c: cf. prol.* 442 POSTTERGVM *MPRγψ* fremit *Macrobii exempl.* irritus *Rau* CRVENTO (CRV *in ras.*) *R* 297 MAIAE (E *eras.*) *R* mai . . *b*1 DIMITTIT *Pγc*1 298 TERRA[E] *P* 299 FATIS (S *eras.*) *R* 300 *ar*CERE[T]S *P* aethera *χ*

remigio alarum, ac Libyae citus astitit oris.
et iam iussa facit, ponuntque ferocia Poeni
corda volente deo; in primis regina quietum
accipit in Teucros animum mentemque benignam.

At pius Aeneas, per noctem plurima volvens,
ut primum lux alma datast, exire locosque
explorare novos, quas vento accesserit oras,
qui teneant (nam inculta videt), hominesne feraene,
quaerere constituit sociisque exacta referre.
classem in convexo nemorum sub rupe cavata
arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
occulit; ipse uno graditur comitatus Achate,
bina manu lato crispans hastilia ferro.
cui mater media sese tulit obvia silva,
virginis os habitumque gerens et virginis arma,

---

TESTIMONIA. 301 'remigium alarum' Isidorus orig. I 36, 5 302 sq. 'ponuntque . . . deo' Nonius 368, 1 303 'volente d.' Sacerdos VI 447 K. 303 sq. 'in primis . . . benignam' Servius Aen. I 571 'quietum . . . animum' Servius Aen. I 231 304 'in T.' fragm. Bob. de nom. VII 542 K. 305—309 'at . . . constituit' (om. 'nam i. videt') Priscianus 1150 P. 306—309 Macrobius Sat. V 4, 5 306 sq. 'exire . . . oras' Nonius 440, 22 'exire . . . novos' Nonius 294, 20 Servius Aen. III 300 306 'lux a.' schol. Bern. ecl. VIII 17 'locosque' cf. fragm. Bob. de nom. VII 542 K. 307 de schem. lex. p. 56 H. 308 sq. 'homines . . . constituit' Nonius 273, 10 308 'hominesne f.' Diomedes I 433 K. Agroecius VII 121 K. 309 Nonius 290, 32 310 'sub r. cavata' de dub. nom. V 589 K. 312 'ipse . . . Achate' Priscianus 731 P. 'uno . . . Achate' Priscianus 768 P. 'uno comitatus A.' Priscianus 731 P. Probi inst. IV 125 K. 313 schol. Veron. 71, 10 K. 314 Nonius 407, 6 315 'virginis . . . gerens' Sacerdos VI 464 K. Philargyrius ge. II 122 315 sq. 'virginis os . . . Spartanae' Priscianus 1341 P.

---

VARIA LECTIO. 303 *sq.* in primis . . . benignam *Vergilio indigna esse censet Peerlkampus: de tota hac parte inde a. v.* 297 *cf. Kvičala* 101 *sq.* 304 accepit *γ* 306 primu. *b*1 primũ. *b*2 DAT(E)AST *P* DATAEST *MRγbc* 307 novos] locos *schem. lex.* 308 UIDENT *M* 309 ſociiſ (q·) *γ* 310 *sq. cf.* III 229 *sq.* 310 conuexu *c* 312 ACHATAE *MR*, *Prisciani* 707 *Bamb.*, *sed idem ablativum testatur identidem* 314 cum *ut vid.* *γ*1

Spartanae vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce volucremque fuga praevertitur Eurum.
namque umeris de more habilem suspenderat arcum
venatrix dederatque comam diffundere ventis,
nuda genu nodoque sinus collecta fluentis.
ac prior 'heus' inquit 'iuvenes, monstrate, mearum
vidistis siquam hic errantem forte sororum
succinctam pharetra, et maculosae tegmina lyncis
aut spumantis apri cursum clamore prementem.'

Sic Venus, et Veneris contra sic filius orsus:
'nulla tuarum audita mihi neque visa sororum,

---

TESTIMONIA. 316 sq. 'vel . . . Hebrum' Nonius 307, 22 316 'vel . . . fatigat' Servius Aen. IV 228 'Threissa' Servius Aen. III 51 317 Priscianus 803 P. 'volucrem . . . Hebrum' Nonius 362, 16 schol. Hor. serm. I 3, 38 318 Donatus Ter. eun. II 3, 23 319 'dederatque . . . ventis venatrix' Servius Aen. XI 648 320 Priscianus 778. 1126. 1178. 1201 P. differentiae voc. 2 p. 226 Endl. schol. Lucani IV 524 VI 708 'nuda g.' Diomedes I 440 K. Servius Aen. II 132. 273 schol. Bern. ecl. VI 15 schol. Persii I 18 comm. Bern. Lucani II 37 U. schol. Hor. cod. Par. γ ad carm. IV 11, 5 Ku. 'nodoque s. c. f.' de schem. lex. p. 55 H. 'sinus c. fluentis' Servius Aen. I 404 321 sq. 'heus . . . sororum' (om. 'inquit') Priscianus 1105 P. 321 'heus . . . mearum' Servius in Don. IV 440 K. Pompeius V 251 K. (om. 'inquit') anecd. Helv. 212 324 'spumantis . . . prementem' schol. Bern. ge. III 413 'apri . . . prementem' Servius Aen. II 530 325 Servius Aen. IX 653 326—329 Macrobius Sat. V 4, 6 326 Victorinus de metr. VI 214 K.

---

VARIA LECTIO. 316 Sarranae *Marklandus ad Stat. silv.* V 2, 118 traeiſſa (trae *in ras.*) *b: cf. prol.* 387 THREISSA *MPRc*, *una* ſ *sup.* γ 317 Eurum *Rutgersius lect. Venus. c.* 6 *et Rob. Titius: cf. prol.* 364 HEBRUM *MPRψ cum Prisciano, Nonio, Porphyrione, Silio* II 73, *Servio Dan., qui tamen adnotavit: 'sed falsum est, nam est quietissimus etiam cum per hiemem crescit.'* haebrū *bc* $^{h}$ebrum γ *cf.* VIII 223 XII 334 II 417 320 NUDOQ· *M* SIN$\overset{V}{O}$S *M* fluenteis *schem. lex.* 322 Vidiſti *c* hec *c*1 323 FARETRA (m *sup. m. rec.*) *R* faretram χ, *Nonii* ω 'pharetram . . . *sed melius in quibusdam codicibus sine* m pharetra *ablativus invenitur; quidam tamen* lyncis cursum *a communi accipiunt' Priscianus* maculoso *Vind.* (*prol.* 353), *Madvicus* tegmina γ1: *cf. Prisc.: commendavi prol.* 328 TEGMINE *ceteri libri* lyncis aut sp. a. cursum *coniunxit Madvicus* 324 SPVMANTEM (IS *sup.*) *P* 325 sic] C. (C *corr. ex* O, *ut vid., tum eras. fort.* U) *P*

o — quam te memorem, virgo? namque hau tibi voltus
mortalis, nec vox hominem sonat; o dea certe,
an Phoebi soror? an nympharum sanguinis una?
sis felix, nostrumque leves quaecumque laborem,
et, quo sub caelo tandem, quibus orbis in oris
iactemur, doceas; ignari hominumque locorumque
erramus vento huc vastis et fluctibus acti:
multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.'

Tum Venus: 'haut equidem tali me dignor honore;
virginibus Tyriis mos est gestare pharetram
purpureoque alte suras vincire coturno.
Punica regna vides, Tyrios et Agenoris urbem;

---

TESTIMONIA. 327—329 Donatus Ter. adelph. V 6, 3 327 sq. 'o . . . sonat' Seneca epist. 115, 5 'o . . . mortalis' Priscianus 1145 P. 'namque . . . certe' Servius Aen. V 647 schol. Lucani I 562 328 schol. Persii III 21 'nec . . . sonat' Priscianus 683 P. Servius Aen. VI 50 329 Priscianus 1031 P. 329 sq. 'an Phoebi . . . felix' Nonius 302, 2 330 Seneca epist. 115, 5 Servius ecl. V 65 'sis f.' Servius Aen. III 246 VII 309 VIII 301 'nostrumque . . . laborem' Servius Aen. I 145 VII 755 331 'et . . . tandem' Servius Aen. I 369 V 34 334 Charisius I 269 K. 335 schol. Hor. carm. I 19, 15 'haud . . . honore' Quintilianus XI 3, 70 Arusianus VII 463 K. Servius Aen. I 417 III 475 ge. II 380 III 486 schol. Bern. ge. III 486 schol. Lucani VIII 806 X 338 336 Priscianus 1213 P. 337 Servius ecl. VII 32 338 'Punica r. vides' Servius Aen. X 24 cf. de dub. nom. V 588 K. 'Tyrios . . . urbem' Philargyrius ge. IV 287

---

VARIA LECTIO. 327 HAUT *M* HAVT *Rγ*1 AVT *P* haud *bc* uoltus *γ* VVLTVS *MRbc* *Voltus P* 328 hominum *γ* hominum *b*1 'o dea certe: *hic* o *distinguendum, ut post inferat* dea certe *confirmans opinionem suam' Servius Dan.* 329 AN (N *m.* 2 *add.*) *P* A. *b*1 an nĩpharum (nnĩ *in ras.*) *b* anympharũ *c* aut nympharum *m* *An forte* es agminis? *quod certe probabilius sit quam Peerlkampi ratio* an pars Nympharum agminis *conicientis, qui contulit Ovid. metam.* V 577 *et Claudian. rapt.* III 58 sanguinis *legit Servius* VNĀ *R* 330 quemcumque *Servius ecl.* V 65 333 vastis et] ETVASTIS *R* ET UASTIS *M* 335 AUT (T *corr. in* D) *M* haud *bc* 336 EST *sup. M* 337 alta. (a *post. corr. in* e) *γ* RIRAS (SV *sup.*) *P* VINCERE *R* aptare *Servius ecl.* VII 32 338 Punica] Tyria *de dub. nom.* URBES· (M *sup.*) *M* urbem *Servius*

set fines Libyci, genus intractabile bello.
imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
germanum fugiens. longa est iniuria, longae
ambages; set summa sequar fastigia rerum.
huic coniunx Sychaeus erat, ditissimus auri
Phoenicum et magno miserae dilectus amore,
cui pater intactam dederat primisque iugarat
ominibus. set regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnis.
quos inter medius venit furor. ille Sychaeum
impius ante aras atque auri caecus amore
clam ferro incautum superat, securus amorum
germanae; factumque diu celavit, et aegram

---

TESTIMONIA. 341 sq. 'multae ambages' Probi cath. IV 10 K. Sacerdos VI 475 K. 342 'sed . . . rerum' Servius ge. IV 286 'summa . . . rerum' Seneca epist. 89, 17 cf. Sacerdos VI 466 K. 343 sq. Diomedes I 483 K. 343 'ditissimus agri' Pompeius V 158 K. Cassiodorius de orat. p. 564$^{b}$ (ed. Ven. 1729) 343 sq. 'ditissimus agri P.' Priscianus 1124. 1126 P. Servius Aen. I 96 344 'miserae dilectus' cf. fragm. Bob. de nom. VII 542 K. 345 'cui . . . dederat' Acro Hor. serm. I 2, 28 347 Nonius 323, 21 Priscianus 599 P. 'scelere . . . immanior' Servius Aen. III 231 'scelere . . . omnes' Priscianus 1075 P. 348 'quos . . . furor' schol. Statii Theb. I 84 349 sq. de schem. lex. p. 52 H. 350 Priscianus 998 P. 'clam . . . superat' Nonius 389, 6 'securus' fragm. Bob. de nom. VII 542 K. 'securus a.' Probi app. IV 196 K. 350 sq. 'securus a. germanae' explan. in Don. IV 556 K. comm. Bern. Lucani I 212 U. schol. Lucani IV 353 schol. Hor. carm. III 8, 25

---

VARIA LECTIO. 341 multae *Probi cath., Sacerdos* 342 qua sequar *Sacerdos* 343 SYCH$^{A}$EVS (A *m.* 2) *P* ſycheuſ *γc* ſichęuſ *b* Synchaeus *hic scripsisse Maronem coniecit Heinsius,* Sycchaeus *Brunckius: cf.* 348 aequaevus *Peerlkampus. Prosodiae differentiam notat Servius* auri *Huetius in Huetianis* 62: *cf.* X 563 VII 537 *prol.* 364 AGRI *libri, nisi quod in P legi nihil potest.* agri *item Servius Dan., Priscianus, Pompeius, Cassiodorius* 344 miſere *γ* 'miserae *dativus est, non adverbium' Servius* 347 *sq.* scelere . . . furor] '*iunge totum, nam aliter non procedit' Servius* 347 omneſ *γ* om̄ſ *c* 348 MEDIOS *Mc*1 '*ordo est:* inter$^{V}$ quos medios' *Servius Dan. cf. prol.* 290 350 AMORE˜ *M* amore$^{v}$ *c*

multa malus simulans vana spe lusit amantem.
ipsa set in somnis inhumati venit imago
coniugis; ora modis attollens pallida miris
crudelis aras traiectaque pectora ferro
nudavit caecumque domus scelus omne retexit.
tum celerare fugam patriaque excedere suadet,
auxiliumque viae veteres tellure recludit
thensauros, ignotum argenti pondus et auri.
his commota fugam Dido sociosque parabat.
conveniunt quibus aut odium crudele tyranni
aut metus acer erat; navis, quae forte paratae,
corripiunt onerantque auro. portantur avari
Pygmalionis opes pelago; dux femina facti.
devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
moenia surgentemque novae Karthaginis arcem.
[mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
taurino quantum possent circumdare tergo.]

---

TESTIMONIA. 352 Servius Aen. VI 542 'multa m. simulans' Diomedes I 450 K. 'vana . . . amantem' de idiom. cas. IV 571 K. 353 sq. 'ipsa . . . coniugis' Charisius I 225 K. Diomedes I 415 K. Servius Aen. IV 29 354 'ora . . . miris' Macrobius Sat. VI 1 49 355 sq. 'traiectaque . . . nudavit' Servius Aen. VI 498 356 'retexit' de nom. VII 542 K. 357 'suadet' de nom. VII 542 K. 358 sq. 'auxilium . . . thesauros' Pseudoasconius ad Cic. p. 181 Or. 359 'ignotum . . . auri' Servius Aen. IV 75 361 sq. 'conveniunt . . . erat' Servius Aen. I 23 IV 545 361 Nonius 271, 4 363 sq. 'avari P. opes' Servius Aen. IV 75 365 sq. 'devenere . . . moenia' Nonius 211, 2 365 'devenere l.' Quintilianus I 5, 43 366 'surgentem . . . arcem' Servius Aen. IV 274 368 Servius Aen. I 211

---

VARIA LECTIO. 352 lu. ſit *γ* 354 PALLADA *P* 355 crudeleſ *b* 356 DOMUSETSCELUS *M* domuſſceluſ (ſſ *in ras.*) *γ* 357 TUNC *M* PATRIAE *M* 358 VETERIS *Mbc* 359 THENSAVROS *MR* *the*SAUROS *P* theſauroſ *γbc* 'thesauros: *hoc nomen* n *non habet' Servius* ignotum *Servius* SANOTVM (S *above* N) (*de* A *non constat*) *P: an* semotum? 360 HICOMMOTA *M* 362 NAVES *MR* 365 CERNES *PRγbc*2: *cf.* 419 CERNIS *Mc*1: *cf.* 338 367 *sq. cum Beckio de sensu crit.* II 62 *damnat Peerlkampus, interpretatur Servius* 368 tergo — Sed *Ladevicus*

set vos qui tandem quibus aut venistis ab oris,
quove tenetis iter?' quaerenti talibus ille
suspirans imoque trahens a pectore vocem

'O dea, si prima repetens ab origine pergam,
et vacet annalis nostrorum audire laborum,
ante diem clauso componet Vesper Olympo.
nos Troia antiqua, si vestras forte per auris
Troiae nomen iit, diversa per aequora vectos
forte sua Libycis tempestas appulit oris.
sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
classe veho mecum, fama super aethera notus.
Italiam quaero patriam et genus ab Iove summo.

---

TESTIMONIA. 369 Quintilianus IX 2, 7 Priscianus 1112 P. Servius Aen. III 337 anecd. Paris. Ecksteinii 21, 15 369 sq. 'sed . . . iter' Nonius 412, 12 370 sq. 'ille . . . vocem' Acro Hor. epod. XI 10 372—374 Macrobius Sat. V 4, 7 372 sq. Priscianus 1077 P. 372 'o dea' ult. syll. IV 219. 229 K. 373 sq. Servius Aen. I 305 373 Macrobius Sat. III 2, 17 Priscianus 1133 P. 374 Nonius 257, 2 Isidorus orig. V 31, 5 Beda de temp. rat. 7 Servius Aen. VIII 639 X 1 XII 109 ecl. III 108 schol. Hor. epist. II 1, 8 377 Priscianus 672 P. Arusianus VII 450 K. Servius Aen. I 341 378 'sum p. Aeneas' schol. Veron. 91, 18 K. Priscianus 1071 P. exc. Grillii p. 605 H. 'ex h.' Servius Aen. II 20 379 'classe v. mecum' Consentius V 355 K. Marius Victorinus VI 67 K. 'fama . . . notus' Priscianus 1212 P. schol. Bern. ecl. V 43 380 'Italiam q. patriam' Servius Aen. III 297 X 87 ge. II 116

---

VARIA LECTIO. 369 aut ueniſtiſ (aut *in ras.*) *b* au(t)ueniſtiſ *c* AU(T)DUENISTIS *M* (*cf. prol.* 287) ADVENISTIS *Rm*, *Quintiliani et Nonii φ*, *fort. recte* 372 o dea *ad personatum Veneris sermonem non satis quadrare iam Servius animadvertit* 373 uacat *Prisciani* 1133 *ω* annaleſ *b* tantorum *Macrobii* III 2, 17 *exempl.* LABOREM (V *sup.*) *M* 374 COMPONET *Myb cum auctoribus antiquis: cf. Cic. Tusc.* V 35, 102 conponet *c* COMPONAT (E *sup.*) *P* COMPONAT *R* 375 AU·STRIS (I *corr. ex* E) *M* aureſ *b* 376 iit (ii *in ras.*) *γ* 378 qui *om. Moret. pr., prob. Wagner lect. Verg.* 387 380 'Italiam quaero: *hoc loco distinguendum est; nam si iunxeris* patriam, *non procedit' Servius.* '*melius sic distinguitur:* Italiam quaero patriam, et genus ab Iove summo, *ut mihi sit Italia patria, Iovis genus efficit' schol. Dan.* PATRIA (M *sup.*) *P* est *pro* et *proposuit Kvičala p.* 112, *del.* et *Haeberlinus Ind. philol.* 1887 summo] MAGNO *R* et genus ab Iove s. *fuerunt qui in suspicionem vocarent*

bis denis Phrygium conscendi navibus aequor
matre dea monstrante viam data fata secutus;
vix septem convolsae undis euroque supersunt.
ipse ignotus egens Libyae deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus.' nec plura querentem
passa Venus medio sic interfata dolore est:

'Quisquis es, haut, credo, invisus caelestibus auras
vitalis carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
[perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.]
namque tibi reduces socios classemque relatam
nuntio et in tutum versis aquilonibus actam,
ni frustra augurium vani docuere parentes.
aspice bis senos laetantis agmine cycnos,
aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto
turbabat caelo; nunc terras ordine longo
aut capere aut captas iam respectare videntur:

TESTIMONIA. 383 'vix . . . undis' Isidorus orig. X 62 384 'Libyae d. p.' Macrobius Sat. IV 3, 9 385 'Europa . . . pulsus' Servius ge. I 383 schol. Hor. carm. III 27, 75 385 sq. 'nec . . . est' Donatus Ter. adelph. IV 5, 45 'nec . . . Venus' Arusianus VII 504 K. 386 'medio . . . est' Servius Aen. I 414 387 sq. 'haud . . . carpis' Donatus Ter. hec. III 2, 15 Servius Aen. II 641 'auras v. carpis' Isidorus orig. I 36, 15 390 'namque . . . socios' Servius Aen. I 585 392 Nonius 416, 27 'vani d. parentes' comm. Bern. Lucani VIII 285 U. 393—395 'aspice . . . caelo' Sacerdos VI 457 K. 393 Priscianus 1203 P. 394 sq. 'aetheria . . . caelo' Nonius 369, 9 395 sq. Terentianus Maurus 2774 sq. 395 Exempl. poet. cod. Vat. 36 K. 'nunc . . . longo' Philargyrius ge. II 230 396 Servius ge. II 230

VARIA LECTIO. 381—399. 400—418 *G fol.* V 381 bis senis *Heydtmannus ann. ph.* 1881 *p.* 421 *ineptiens* 384 ipse ego nudus *Klouček* 389 *post Ravium Kvičala p.* 116 *damnavit non immerito: cf.* 401 PERGE HINC MODO *M* HINC *post* ATQ· *supr. M* 390 REDVCIS *Pγ*1 393 lętanteſ *bc* 394 AETHERIAS *M* QUO (S *sup.*) *M* 395 TVRBABIT *R* 396 AVT CAPTAS *GMRγ*2*b*, *Terentianus Maurus* AVT CAPTVS (V *corr. in* O) *P* aut captoſ *γ* acceptaſ *c*1 aͧtceͣptaſ *c*2 aut capsos *prol.* 321 *proposueram*, aut captis *Brandt, alii alia* RESPECTARE *P* DESPECTARE *GMRbc*, *Servius Dan.*, *Terentianus Maurus* . eſpectare (*in mg.* at deſpectare) *γ*

ut reduces illi ludunt stridentibus alis
et coetu cinxere polum cantusque dedere,
haut aliter puppesque tuae pubesque tuorum
aut portum tenet aut pleno subit ostia velo.
perge modo et, qua te ducit via, derige gressum.'

Dixit, et avertens rosea cervice refulsit,
ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
spiravere; pedes vestis defluxit ad imos;
et vera incessu patuit dea. ille ubi matrem
adgnovit, tali fugientem est voce secutus:
'quid natum totiens, crudelis tu quoque, falsis
ludis imaginibus? cur dextrae iungere dextram
non datur ac veras audire et reddere voces?'
talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
at Venus obscuro gradientis aëre saepsit
et multo nebulae circum dea fudit amictu,
cernere nequis eos neu quis contingere posset

TESTIMONIA. 397 Sacerdos VI 457 K. 'ut . . . ludunt' Servius Aen. V 40 'reduces i. ludunt' Servius Aen. I 390 399 sq. 'haud . . . tenet' Servius Aen. I 144 399 Charisius I 70. 140. 274 K. Diomedes I 459 K. 'puppesque . . . tuorum' Quintilianus IX 3, 75 de schem. lex. p. 51 H. Donati ars IV 400 K. Pompeius V 307 K. 400 'aut p. tenet' de aspir. V 441 K. 401 Augustinus contra acad. I 5, 14 'et . . . gressum' Servius Aen. I 305 402 'rosea c. refulsit' schol. Hor. carm. I 13, 2 403 sq. 'ambrosiae . . . spiravere' Isidorus orig. XVII 9, 80 'divinum . . . spiravere' Servius Aen. V 648 403 Servius Aen. XII 419 404 sq. 'pedes . . . dea' Acro Hor. carm. I 18, 11 405 'et . . . dea' Servius Aen. V 649 VII 448 407 sq. 'quid . . . imaginibus' Servius Aen. XI 427 407 'quid . . . crudelis' ult. syll. IV 250 K. 408 sq. 'cur . . . datur' Servius Aen. III 611 409 'ac . . . voces' Acro Hor. a. p. 158 411—414 Macrobius Sat. V 4, 8 412 'multum . . . amictum' Isidorus orig. I 36, 19 'multo amictu' gloss. Vat. 3321 (C. Gl. IV p. 121, 29)

VARIA LECTIO. 398 COETUM *M* 401 DERIGE (I *sup. m. rec.*) *R* DIRIGE *Mbc* 406 AGNOVIT *Rybc: cf. prol.* 399 408 Laudiſ *c*1 411 GRADIENTES *M* 412 MULTO *MRb2c, Macrobius, gloss. Vat. multo P* mult$^{o}$a *γ mul*TVM *G* multum *b*1, *Isidorus* amictum *Isidorus* 413 NE *P* CONTVNGERE (I *sup.*) *P* POSSIT *GRγbc*1*m*, *Macrobii Paris. et Salisb.*

molirive moram aut veniendi poscere causas.
ipsa Paphum sublimis abit sedesque revisit
laeta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo
ture calent arae sertisque recentibus halant.

Corripuere viam interea, qua semita monstrat.
iamque ascendebant collem, qui plurimus urbi
imminet adversasque aspectat desuper arces.
miratur molem Aeneas, magalia quondam,
miratur portas strepitumque et strata viarum.
instant ardentes Tyrii: pars ducere muros
molirique arcem et manibus subvolvere saxa,
pars optare locum tecto et concludere sulco.
[iura magistratusque legunt sanctumque senatum.]

---

TESTIMONIA. 414 Nonius 346, 4 Diomedes I 418 K. Dositheus VII 423 K. 416 sq. 'ubi . . . halant' Servius Aen. I 335 'centum . . . halant' schol. Hor. carm. I 19, 13 'centum . . . arae' Asper 114, 16 K. 417 'ture c. arae' Probi cath. IV 29 K. Sacerdos VI 480 K. 'sertisque r. halant' Philargyrius ge. IV 109 418 'corripuere v. interea' Acro Hor. carm. I 3, 33 419 sq. 'qui . . . imminet' Servius ge. I 187 421 'miratur m. Aeneas' Servius Aen. I 33 422 Nonius 389, 19 'strepitumque . . . viarum' Nonius 420, 10 'strata v.' Servius Aen. II 332. 725 423 'instant a. Tyrii' Sacerdos VI 498 K. Servius Aen. VI 5 IX 198 'pars d. muros' Servius Aen. IV 86 423 sq. Nonius 240, 16 'pars . . . arcem' Nonius 283, 16 424 Nonius 346, 16 schol. Hor. carm. III 1, 46 'molirique a.' Servius Aen. I 414 425 Servius Aen. IV 655 'optavitque locum regno (III 109) et concludere s.' Isidorus orig. XV 2, 3 'pars . . . tecto' Donatus Ter. Andr. IV 5, 2 Servius Aen. III 509 'pars o. locum' Servius Aen. III 109

VARIA LECTIO. 414 MOLAM (R *sup.*) *M* molam *γ* aut] '*coniunctiva pro* et' *Diomedes.* et *Nonii exempl.* VENII[ENDI] *P* difcere *bm* caussas *m* 416 illi *suprascr. b* 417 ALANT (H *sup.*) *Mb* ALANT (h *sup. m. recentiss.*) *R* 419—439 *F fol.* XIII 420 ASPECTAT *MPRbc, Servius* SPECTANT (AD *sup.*) *F* a[n]fpectat *γ* 421 MIRATVR (T *in ras.*) *R* MIRANTVR *P: quo ad sequentis versus initium restituendum uti possis, si hunc eiciendum esse recte coniecerit Peerlkampus* AENEAS MAGALIA (ENEASMAGAL *in ras.*) *R* 425 [o]APTARE (*corr. m. rec.*) *R* optare *testantur Donatus et Servius.* TECTO (TEC *in ras.*) *R* 426 *interpretatur Servius: alienum esse intellexit Heynius, cuius subscripsi iudicio prol.* 67: *cf.* 507 sanctum] fcm̄ *b* fcantū *c*

hic portus alii effodiunt; hinc lata theatris
fundamenta petunt alii immanisque columnas
rupibus excidunt, scaenis decora alta futuris.
qualis apes aestate nova per florea rura
exercet sub sole labor, cum gentis adultos
educunt fetus, aut cum liquentia mella
stipant et dulci distendunt nectare cellas,
aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
ignavom fucos pecus a praesepibus arcent;
fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
'o fortunati, quorum iam moenia surgunt!'

---

TESTIMONIA. 427 'hic . . . effodiunt' Servius Aen. IV 87 de schem. lex. p. 53 H. 427 sq. 'hinc alta . . . alii' Nonius 340, 20 427—429 Donatus Ter. hec. prol. 2, 15 429 'scaenis . . . futuris' schol. Bern. ge. II 381 430—436 Macrobius Sat. V 11, 2 430 sq. 'qualis . . . labor' Diomedes I 464 K. 430 'per f. rura' Charisius I 32 K. explan. in Don. IV 535 K. 432 sq. 'aut . . . stipant' Nonius 334, 30 'liquentia . . . cellas' Seneca epist. 84, 3 'stipantia mella' de dub. nom. V 584 K. 433 Festus p. 165 M. v. nectar 434 Diomedes I 418 K. Dositheus VII 423 K. 'onera a. venientum' cf. de dub. nom. V 585 K. 434 sq. 'aut agmine . . . arcent' Nonius 49, 31 435 Priscianus 719 P. 436 Priscianus 837. 866 P. 'fervet o.' Servius ge. I 190 437 Sacerdos VI 447 K. 'o f.' Marius Victorinus VI 109 K. Terentianus Maurus 1750 'felices quorum . . . surgunt' de dub. nom. V 584 K.

---

VARIA LECTIO. 427 hinc *Nonii exempl.* HIC *libri* LATA *F* ALTA *MPRybc*, *Nonii exempl. cf.* 429 THEATRIS *Rb* THEATRIS (ATRIS *fort. in ras.*) *F* THEATRIS *Pc* teatrif (h *sup.*) *y*1 THEATRI *My*2, *Servius, Nonii ω* 428 PETUNT *F*, '*nonnulli*' *Pieriani* LOCANT *F*2 *in mg.*, *MPRbcψ*: *cf.* IV 266 IMMANES *R* 429 AGTa (L *sup.*) *P* apta *Bentleius* 430 Qualiſ (ualiſ *in ras.*) *γ* quali *Diomedis Par. A* qualia *eiusdem Par. B*, *Monac.* 431—436 *cf. ge.* IV 162—169. *Contra Kvičalae crimina defendit Albrecht Herm.* XVI 405 *sq. Desiderari possunt v.* 434 *sq.* (= *ge.* IV 167 *sq.*) 432 aut conliquentia *c* 433 STIPAT (N *sup.*) *P* DVLCIS (S *eras.*) *P* dulces *Cantabr. et Salisb. Macrobii* 435 IGNAVVM *FMPRybc* 436 fragrantia *a*1*b*2, *hic commendat Servius* FLAGRANTIA (L *col. rubro*) *M* FLAGRANTIA *Fc*, *Cantabr. Macrobii, Prisciani φ* FLAGRANTIA (R *in ras.*) *R* FRAGL*antia P* fraglantia *γa*2*b*1, *Prisciani Par. R*

Aeneas ait, et fastigia suspicit urbis.
infert se saeptus nebula (mirabile dictu)
per medios miscetque viris, neque cernitur ulli.

Lucus in urbe fuit media, laetissimus umbrae,
quo primum iactati undis et turbine Poeni
effodere loco signum quod regia Iuno
monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
egregiam et facilem victu per saecula gentem.
hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
condebat, donis opulentum et numine divae,
aerea cui gradibus surgebant limina nexaeque
aere trabes, foribus cardo stridebat aënis.
hoc primum in luco nova res oblata timorem
leniit, hic primum Aeneas sperare salutem
ausus et adflictis melius confidere rebus.

TESTIMONIA. 438 'et . . . urbis' Nonius 400, 13  439 'infert . . . nebula' Servius Aen. IV 545  440 'miscetque . . . ulli' Apuleius de deo Socr. 11 schem. dian. p. 76 H. 'neque c. ulli' Arusianus VII 461 K.  441 de dub. nom. V 583 K. 'laetissimus u.' Servius Aen. XI 338  447 'donis o.' Arusianus VII 496 K.  448 sq. Probus 9, 29 K.  448 'aerea . . . limina' Nonius 316, 32 Servius Aen. IV 138  449 'foribus . . . aenis' Isidorus orig. XVI 20, 11  450 sq. 'hoc . . . leniit' Servius Aen. I 463  452 'et . . . rebus' Nonius 262, 5

VARIA LECTIO. 440—460. 461—481 *F fol.* XIV  440 ne$^{c}$ *c*  441 UMBRAE (E *eras.*) *F* VMBRA *MPRybc*, *de dub. nom.* '*aut septimus casus est aut secundum Probum genetivus, ut sit* laetissimus umbrae' *Servius:* umbrae *idem ad* XI 338 *commendare videtur*  443 loco, signum quod *distinxit Servius Dan.*  444 monstrabat (b *corr. in* r) *γ*  ACRIS *m.* 2 *sup. F*  SICNAM *FRa2c* SIGNAM (C *sup.*) *M* SIGNA (M *sup.*) *P* ſignã (c *sup.*) *b2* ſignam (v *sup.*) *γ* ſign̄. *b1* ſign.m *a1* ſignum *χ*  445 facilem '*copiosam, divitem*' *interpretatur Servius Dan. cf. Aen.* VIII 318 *ge.* II 460 victum . . . genti *coni. Kvičala* 122  446 Hi.c *c*  447 do.iſ (n *sup.*) *γ*  448 *sq. cf. Hom. η* 83. 86  448 nixae *b1χ*, *Probus* '*multi* nixae *legunt, non* nexae *Servius Dan.*  que *om. γπ* '*versus sane hypermetrus est*' *Serv. Dan.*  450 IN *m.* 2 *sup. F*, *habent Servii exempl.*  451 LENIT *Rc*  HIC *supr. m. ant. R*

namque sub ingenti lustrat dum singula templo
reginam opperiens, dum, quae fortuna sit urbi,
artificumque manus intrans operumque laborem
miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas
bellaque iam fama totum volgata per orbem,
Atridas Priamumque et saevom ambobus Achillem.
constitit, et lacrimans 'quis iam locus,' inquit, 'Achate,
quae regio in terris nostri non plena laboris?
en Priamus. sunt hic etiam sua praemia laudi;
sunt lacrimae rerum, et mentem mortalia tangunt.
solve metus; feret haec aliquam tibi fama salutem.'
sic ait, atque animum pictura pascit inani
multa gemens largoque umectat flumine voltum.

---

TESTIMONIA. 453 sq. 'namque . . . opperiens' schol. Veron 101, 8 K. 453 Diomedes I 413 K. Beda VII 288 K. Dositheus VII 416 K. Servius Aen. I 431 III 443 IX 481 454 'dum . . . urbi' schol. Veron. 82, 23 K. 455 sq. 'artificumque . . . miratur' Nonius 347, 20 Priscianus 1172 P. 455 Priscianus II 354. 361 K. 456 'videt . . . pugnas' Servius Aen. I 490 VIII 625 458 Seneca epist. 104, 32 Cledonius V 29 K. Arusianus VII 455 K. 'Atridas P.' Maximus Victorinus VI 217 K. 'Priamumque . . . Achillem' Fronto exempl. eloc. ed. Mai II 495 'et . . . Achillen' Priscianus 1179 P. Servius Aen. XI 910 Nonius 388, 12 459 'quis . . . Achate' Priscianus 730 P. Probi inst. IV 81 K. 461 cf. 253 Pompeius V 206 K. 'en P.' Diomedes I 427 K. Servius Aen. IV 597 463 'solve . . . tibi' Atilius Fortunatianus VI 298 K. 'feret . . . salutem' Servius Aen. I 645 464 'atque . . . inani' Servius ge. II 285 schol. Bern. ge. II 285 465 'largoque . . . vultum' Servius Aen. II 305

---

VARIA LECTIO. 454 *deleri iussit Gebhardi ann. phil.* 1879 *p.* 569 455 intrans *proposui emend. Verg.* 10 intra ſe *c*1, *prob. Madvicus adv. crit.* II 33 int..ſe *c*2 INTERSE *FMPRγbψ*, *Servius, Prisciani et Nonii ω* 456 inter se . . . mirantur *Peerlkampus conl. Silio Italico* VIII 196 457 VVLGATA *FPRγbc* 458 *damnabat Gebhardi l. l.* Atridem *Senecae libri* Atridas *testatur Servius* ſaeuom (v) *γ* SAEVVM *FMRbc* ACHILLEM *FPγc*, *Arusianus, nisi quod* Ulyssem, *ut Fronto, Ambros.* ACHILLĒ *MRb* Achillen (N) *Nonii Guelf.* 459 LACRIMAS *Fc* qui *Probi inst. Bobiensis* 461 laudis *Pompei Guelf.* 463 fama tibi *c* 465 uoltum (v) *γ* ..ltum *c*1 VVLTVM *FMRbc*2

namque videbat, uti bellantes Pergama circum
hac fugerent Grai, premeret Troiana iuventus;
hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
adgnoscit lacrimans, primo quae prodita somno 470
Tydides multa vastabat caede cruentus,
ardentisque avertit equos in castra, prius quam
pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent. 473
interea ad templum non aequae Palladis ibant 479
crinibus Iliades passis peplumque ferebant,
suppliciter tristes et tunsae pectora palmis:
diva solo fixos oculos aversa tenebat. 482
parte alia fugiens amissis Troilus armis 474

---

TESTIMONIA. 466—468 'namque . . . Phryges' Priscianus 1006 P. 467 Nonius 364, 31. 470 471 sq. 'Tydides . . . castra' Servius Aen. IX 519 471 'multa v. caede' Servius Aen. IV 200 472 'ardentesque a.' Servius Aen. IV 200 472 sq. 'priusquam . . . bibissent' Macrobius Sat. IV 3, 16 479 sq. Priscianus 1277 P. 480 Priscianus 892. 1272 P. 'crinibus . . . passis' Nonius 370, 12 Diomedes I 377 K. Phocae ars V 438 K. Alcuini gramm. 2128 P. 481 'tunsae p. palmis' Servius Aen. I 480 cf. Servii de centum metr. IV 460 K. 482 Servius Aen. II 690 IV 362 schol. Persii III 80 comm. Bern. Lucani V 736 U. schol. Lucani VII 220 Acro Hor. carm. II 4, 19 schol. Hor. carm. IV 4, 48 474 sq. schol. Hor. carm. II 9, 16

---

VARIA LECTIO. 466 BELLANTIS *R* 467 GRAII *P* GRAII *F*, *Prisciani φ* TR.OIANA (*crasa una lit. vel* I *vel* L *vel* T) *F* 468 PRYGES (A *supra* E *col. rubro*) *M* CVRRVM (M *erasa*) *P* 469 NEC (N *in mg. m.* 2, C *in ras.*) *F* ET (*sup.* HAV *m.* 2) *P* haud (al non) *γ cf. prol.* 323 RHESSI (H *m.* 2 *add.*, S *alt. eras.*) *P* RHESI *Fbc* RHESII *M* 470 lacrimif (i *post. corr. in* a) *γ* 471 TYDIDES.UASTABAT MULTA *M* 472 ARDENTES *Mb1* 473 guftarent *m* TROIIAE *F* xanti *c2* 473. 479—482. 474—478. 483 *sqq. sic mutandum conieci versuum ordinem vulgatum emend. Verg.* 11 *sq., post v.* 468 *inseri v.* 479—482 *voluit Kvičala p.* 134, *alii miris partim argumentis traditum ordinem defendere studuerunt* 481 TVNSE (*corr. m.* 2) *P* TUNSA (E *sup. col. rubro*) *M*: *cf. Servius ad* 480 482—502. 503—522 *F fol.* XV 474 TROIVS *P*

infelix puer atque impar congressus Achilli:
fertur equis curruque haeret resupinus inani,
lora tenens tamen; huic cervixque comaeque trahuntur
per terram, et versa pulvis inscribitur hasta. 478
ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros 483
exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
ut spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici
tendentemque manus Priamum conspexit inermis.
se quoque principibus permixtum adgnovit Achivis
eoasque acies et nigri Memnonis arma.
ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens mediisque in milibus ardet,
aurea subnectens exertae cingula mammae,
bellatrix, audetque viris concurrere virgo.

---

TESTIMONIA. 475 Macrobius Sat. IV 3, 3 Isidorus orig. I 36, 11 Donati ars IV 400 K. 477 sq. 'lora . . . terram' Nonius 410, 9 477 'lora t. tamen' Quintilianus VII 9, 7 comm. Bern. Lucani III 599 U. 478 'et . . . hasta' Charisius I 16 K. Diomedes I 377 K. Phocae ars V 438 K. Servius Aen. I 59 'versa . . . hasta' Charisius I 278 K. Servius Aen. XI 877 483 Macrobius Sat. IV 3, 10 Servius Aen. VIII 684 ult. syll. IV 238 K. 484 schol. Hor. carm. I 10, 14 486 'adque ipsum' Cledonius V 15 K. 'atque ipsum c. amici' Augustini regul. V 507 K. Sacerdos VI 472 K. 487 Servius Aen. II 67 488 Servius Aen. I 242 489 'eoasque a.' Cledonius V 29 K. Marius Victorinus VI 29 K. Isidorus orig. V 31, 14 Servius Aen. XI 4 490 Nonius 555, 8 'ducit A.' Servius Aen. XI 657 ge. II 170 'Amazonidum' schol. Bern. ge. II 170 'furens' cf. Terentianus Maurus 457 491 Diomedes I 411 K. Dositheus VII 414 K. 493 'audetque . . . virgo' Arusianus VII 459 K.

---

VARIA LECTIO. 475 'infelix: *multi hoc loco distinguunt et subiungunt* puer atque . . . *sed tamen etiam si iungas* puer, *unus est sensus*' *Servius* 477 HIC (U *sup. m. ant.*) *F* comae trahuntur· *γ* 478 PULSIS (V *sup.*) *M* 483 MAUROS *M* 486 utque] atque *Sacerdos, Augustinus* adque *Cledonius* 487 INERMES·*MPγ*1 inertes *m* 488 PERMIX (TVM *sup.*) *M* ADGNOVIT *MP* agnouit *γb* ADGNOSCIT *F* AGNOSCIT *R* adnoſcit *c: cf.* 464. 465. 470. 485 VI 193 490 AGMENA (E *corr. in* I) *M* 491 PENTHESILIA *R, Diomedes* penthe-ſilea *γ* (1 *sup.*) penteſilea *bc* *penthesi*LEA *P*

Haec dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
dum stupet optutuque haeret defixus in uno,
regina ad templum, forma pulcherrima Dido,
incessit magna iuvenum stipante caterva.
qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi
exercet Diana choros, quam mille secutae
hinc atque hinc glomerantur oreades: illa pharetram
fert umero gradiensque deas supereminet omnis
(Latonae tacitum pertemptant gaudiā pectus):
talis erat Dido, talem se laeta ferebat
per medios, instans operi regnisque futuris.
tum foribus divae, media e testudine templi,
saepta armis solioque alte subnixa resedit.

---

TESTIMONIA. 494 de schem. lex. 55 H. 495 'obtutu . . . uno' schol. Pers. III 80 496 sq. 'regina . . . incessit' Servius Aen. I 46 'regina ad t. incessit' Consentius V 369 K. 'forma . . . incessit' Servius Aen. I 405 496 Servius Aen. IV 133 497 'stipante c.' gloss. Vat. 498—503 Macrobius Sat. V 4, 9 498—502 Gellius IX 9, 13 498 sq. 'qualis . . . choros' Diomedes I 463 K. 499 'exercet D. choros' Charisius I 278 K. Diomedes I 442 K. ult. syll. IV 259. 263 K. Consentius V 389 K. Maximus Victorinus VI 220 K. fragm. Bob. de fin. syll. VI 626 K. Audacis exc. VII 362 K. Isidorus orig. I 34, 4 499 sq. 'quam . . . oreades' Asper 114, 20 K. 500 'hinc . . . oreades' Macrobius Sat. V 17, 16 501 'ingrediensque . . . omnes' Macrobius Sat. V 13, 8 502 Charisius I 35 K. 504 'instans . . . futuris' Priscianus 1177. 1183 P. 505 Nonius 58, 12 505 sq. 'media . . . armis' Sacerdos VI 454 K. 506 'solioque . . . residit' Arusianus VII 506 K.

---

VARIA LECTIO. 494 cum *schem. lex.* DARDANI (O *sup. m.* 2) *F* 497 COMITANTE *R: cf. prol.* 281 499 secutae *om. c* 500 glomerent˜ *c* 501 ingrediens *Macrobii* V 13, 8 *exempl.* omnef *b* 503 FERAT *F* ferebant *b*1 504 INSTAR (R *erasa*, NS *sup. m.* 2) *F* 505 tum] in *Nonius* sub *Gebhardi* *post* divae *complura excidisse statuit Kvičala* media e] *i. e. e regione mediae testudinis, sed ut* media *nominativus sit.* MEDIAEMEDIA (EMEDIA *eras.*) *P* MEDIA *ceteri, Nonius* foribus divae media, a testudine *Peerlkampus* 'tum foribus divae, *instans praecipue foribus, et hoc loco distinguendum est*' (*adiunctis igitur antecedentibus*) ... '*quamvis quidam iungant:* tum foribus divae media testudine templi . . . *sed prima melior expositio est*' *Servius* '*alii hunc ordinem volunt:* tum foribus divae templi resedit, media scutorum (scutulatorum?) testudine (testudo?) quia saepta armis erat' *Servius Dan.* 506 SAEPTAM *F* residit *Arusianus*

iura dabat legesque viris, operumque laborem
partibus aequabat iustis aut sorte trahebat:
cum subito Aeneas concursu accedere magno
Anthea Sergestumque videt fortemque Cloanthum
Teucrorumque alios, ater quos aequore turbo
dispulerat penitusque alias avexerat oras.
opstipuit simul ipse, simul percussus Achates
laetitiaque metuque: avidi coniungere dextras
ardebant, set res animos incognita turbat.
dissimulant et nube cava speculantur amicti,
quae fortuna viris, classem quo litore linquant,
quid veniant: cunctis nam lecti navibus ibant
orantes veniam, et templum clamore petebant.

---

TESTIMONIA. 507 'iura . . . viris' Servius Aen. IV 12 507 sq. 'operumque . . . iustis' Nonius 244, 8 508 Nonius 412, 25 Servius ge. IV 165 509 Victorini ars VI 204 K. 511 'ater . . . dispulerat' Probi de nom. exc. IV 210 K. 514 'laetitiaque m.' Servius Aen. I 583 516—518 'nube . . . veniant' schem. lex. p. 53 H. 517 sq. 'quae . . . veniant' Donatus Ter. adelph. III 3, 50 518 'quid v.' Donatus Ter. Andr. I 4, 7 519 'orantes v.' Servius Aen. III 144 IV 435 X 903 comm. Bern. Lucani III 148 U. schol. Gron. Cic. p. 427 Or. 'orantes pacem' Servius Aen. X 31 'et . . . petebant' Servius Aen. VIII 216

---

VARIA LECTIO. 508 HAUT (T *m.* 2 *corr. in* D) *F* . . . ſorte *c* 509 subit *Victorini ex.* ascendere *Victorini exempl.* 512 Deſpulerat *c*1: *cf. Servius ad h. l.* alioſ *γ*1 AVERTERAT *Fγ* (*ut* IV 106) AUEXERAT (D *sup. col. rubro*) *M* aduexerat *π*, *probavit Lachmannus ad Prop.* IV 6, 63: *cf. Haeckermann explic. Vergil.* 15 513 PERCVSSVS *FRγ*1*b*1 PERCVSSVS (L *sup. m.* 2) *P* PERCULSUS *Mcγ*2*b*2, *Servii Cass.* 514 contingere *γ*1: *cf.* 413 515 ardebat *γ* 517 LIQVAN*t* *P* liquant *γ* linquent *c* 518 ueniant: cunctiſ nam lecti *b*2*c*1*m*, *Servius, sed addens 'nonnulli tamen* lectis navibus *legunt.'* VENIANT ·CVNCTIS NAM LECTIs (S *ult. m.* 2 *add.*) *P* ueniant; cunctiſ nam lectiſ *γ*1 VENIANT· CUNCTI· NAM LECTI *M*, *sine interp. Fγ*2*b*1*c*2 VENIANT CUNCTI NAM LETIS (C *sup. m. rec.*) *R* *Post* veniant *distinctum legerunt rhetor de schem. lex. et Donatus* 519 pacem *Servius Aen.* X 31, veniam *testatus ad h. l.*

Postquam introgressi et coram data copia fandi,
maximus Ilioneus placido sic pectore coepit:
'o regina, novam cui condere Iuppiter urbem
iustitiaque dedit gentis frenare superbas,
Troes te miseri, ventis maria omnia vecti,
oramus: prohibe infandos a navibus ignis,
parce pio generi et propius res aspice nostras.
non nos aut ferro Libycos populare penatis
venimus aut raptas ad litora vertere praedas;
non ea vis animo nec tanta superbia victis.
est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt,
terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae;
Oenotri coluere viri; nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem:
hic cursus fuit,
cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion

TESTIMONIA. 520 Priscianus 998 P. 522 Priscianus 1023. 1106 P. Sacerdos VI 503 K. 'o r. novam' Emporius eth. p. 563 H. 'o . . . cui' Sacerdos VI 515 K. 'o . . . Iuppiter' Sacerdos VI 512 K. 'Iuppiter u.' Sacerdos VI 517 K. 524 'Troes t. miseri' Emporius eth. p. 563 H. 526 'parce p. generi' Servius Aen. V 688 'et . . . nostras' Servius Aen. X 254 XII 218 527 sq. 'non . . . venimus' Servius Aen. I 299 'populare p. venimus' Donatus Ter. hec. I 2, 114 Phorm. I 2, 52 527 'non . . . populare' Emporius eth. p. 563 H. 'populare p.' schem. lex. p. 57 H. 528 'raptas . . . praedas' Servius Aen. VIII 208 529 Servius Aen. IX 427 Isidorus orig. II 30, 9 'non . . . animo' Servius Aen. I 232 530 Macrobius Sat. VI 1, 11 Servius Aen. I 12 explan. in Don. IV 535 K. 'est l.' Servius Aen. I 561 531 'terra a.' Servius Aen. I 375 'atque u. glaebae' Servius Aen. III 4. 95 532 'Oenotri c. viri' ult. syll. IV 220 K. 533 Servius Aen. III 335 ecl. V 2 534 Nonius 198, 22 Servius Aen. praef. p. 2 Th. 'hic c.' gloss. Vat. 535 Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 23 Marius Victorinus VI 29 K. ult. syll. IV 259 K. Servius Aen. III 517 IV 52 V 626 schol. cod. Paris. 10317 Statii Theb. III 27 Kohlmann. Acro Hor. carm. I 28, 21 'cum s. adsurgens' Velius Longus VII 70 K. 'nimbosus O.' Acro Hor. epod. X 10

VARIA LECTIO. 521 placito *b1* 523 GENTES *Rγ1bc* 525 ignis *γ1* IGNES *MRγ2bc* 526 PROPRIUS (*corr. col. rubro*) *M* PROPRIVS *Pγ1c1* propius *testatur Servius* 527 PENATES *Mγbc* 530—533 = III 163—166 GRAII *P* 532 OENOTRII *M* 533 DVCES *Pγ1* 534 huc *χ* hic *Servius quoque legisse videtur: cf.* IV 46 CVRSVS (S *pr. in ras. ut vid.: scriptum fuit* CVRRVS *ut v.* 17) *R* 535 cum *ab antiquis littera* q *scriptum esse docet Velius Longus* Consubito *c*

in vada caeca tulit, penitusque procacibus austris
perque undas superante salo perque invia saxa
dispulit: huc pauci vestris adnavimus oris.
quod genus hoc hominum? quaeve hunc tam barbara morem
permittit patria? hospitio prohibemur harenae;
bella cient primaque vetant consistere terra.
si genus humanum et mortalia temnitis arma,
at sperate deos memores fandi atque nefandi.
rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
nec pietate fuit nec bello maior et armis.
quem si fata virum servant, si vescitur aura
aetheria neque adhuc crudelibus occubat umbris,
non metus. officio nec te certasse priorem
paeniteat: sunt et Siculis regionibus urbes
armaque Troianoque a sanguine clarus Acestes.

* * *

quassatam ventis liceat subducere classem

TESTIMONIA. 536 Servius Aen. I 575 'in . . . tulit' Nonius 231, 16 'penitusque p. austris' Nonius 460, 23 'procacibus a.' Donatus Ter. hec. I 2, 84 537 sq. 'per invia s. dispulit' Servius Aen. I 616 538 'huc . . . oris' Arusianus VII 452 K. Servius Aen. IV 373. 613 'pauci . . . oris' schol. Veron. 81, 20 K. 539 Macrobius Sat. VI 1, 32 540 sq. 'hospitio . . . terra' Orosius V 2, 2 540 'hospitio p. harenae' Servius Aen. I 233. 298 IV 373 541 Priscianus 865 P. 'primaque . . . terra' Servius ge. I 12 542 anecd. Helv. 280 543 Servius Aen. X 45 Acro Hor. carm. I 31, 18 'fandi a. nefandi' Martianus Capella III 325 544 sq. 'quo . . . armis' Lactantius divin. inst. V 10 Servius Aen. IV 11 546 sq. 'quem . . . aetheria' Nonius 415, 29 'si vescitur . . . umbris' Isidorus orig. I 33, 9 548 sq. 'non . . . paeniteat' Charisius I 268 K. 'officio . . . paeniteat' Nonius 254, 28 'nec . . . paeniteat' Donatus Ter. Phorm. prol. 21 Servius Aen. I 720 551 Servius Aen. IV 53. 375

VARIA LECTIO. 538 nostris (*i. e.* uostris) *Arusiani Ambros.* 542 Si. *b* 543 At ſpirate *c*1 547 aeria *Lachmannus Lucr. p.* 167 'aetheria aura; *quod animum* aëre . . . *nutrimus*' *Servius Cass. Cf.* IV 446 NEC (C *m.* 2 *corr. in* Q') *R* nec *Isidorus* occupat *c*1 548 'non metus: *hoc loco distinguendum est . . . alii* non metus officio *legunt*' *Servius* officio] omnino *Charisii cod.* ne *Hamburg. m.* 2, *Heinsius* nec *Servius quoque, tuetur Henry* 549 urbiſ *b*1 550 ARMAQVE *Rybcm* '*gratiam reddere possumus,* arma *latenter minatur*' *Servius* ARVAQVE *M: cf.* 569 *Post hunc versum hiare oratio videtur*

et silvis aptare trabes et stringere remos,
si datur Italiam sociis et rege recepto
tendere, ut Italiam laeti Latiumque petamus;
sin absumpta salus, et te, pater optume Teucrum,
pontus habet Libyae nec spes iam restat Iuli,
at freta Sicaniae saltem sedesque paratas,
unde huc advecti, regemque petamus Acesten.'
talibus Ilioneus; cuncti simul ore fremebant
Dardanidae.

Tum breviter Dido voltum demissa profatur:
'solvite corde metum, Teucri, secludite curas.
res dura et regni novitas me talia cogunt
moliri et late finis custode tueri.
quis genus Aeneadum, quis Troiae nesciat urbem
virtutesque virosque aut tanti incendia belli?
non obtusa adeo gestamus pectora Poeni,
nec tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe.
seu vos Hesperiam magnam Saturniaque arva

TESTIMONIA. 552 'et st. r.' schol. Med. ecl. IX 61 553 Priscianus 862 P. 'sociis . . . recepto' Isidorus orig. I 35, 5 559 sq. 'talibus . . . Dardanidae' Diomedes I 498 K. 561 Servius Aen. X 621 'tum b. Dido' Servius Aen. X 16 562 Donatus Ter. hec. III 1, 8 'solvite c.' gloss. Vat. 'solvite . . . Teucri' Nonius 390, 30 Servius Aen. I 257 'secludite c.' Servius ecl. I 15 563 sq. 'res . . . moliri' Nonius 346, 6 565 sq. 'quis . . . belli' (om. 'Troiae . . . aut') Victorinus ad Cic. p. 158 H. 567 Donatus Ter. eun. V 2, 41 Servius Aen. I 480 ge. I 262 'non tam adeo g. obtunsa p. Poeni' anecd. Helv. 102 568 schol. Hor. carm. I 16, 17 569 'seu . . . magnam' ult. syll. IV 252 K.

VARIA LECTIO. 552 optare *Montalbanius* 'aptare . . . *legitur et* optare' *Servius Dan.* 556 iã *suprascr. b*, *om. c* 557 ut *Baehrens* ſaltim *c*1 558 HVNC *R* aceſtem *b* 559 CVNCTIS *MPc* cuncta *γ*1 561 VVLTVM *MRγbc* VVLTVM (M *m.* 2 *del.*) *P* uultu *m* PROFATVR (OF *in ras., in spatio trium litt.*) *R* profa . tur (a *corr. ex* e, *m.* 1 profertur, *ut vid.*) *γ* 562 TEUCRIS *M* 564 FINES *Rb* 565 troia *γ*1: *fort.* Troiam *voluit* ne . ſciat (ne *m.* 2 *in ras.*) *γ* 567 OBTVSA (N *suprascr.*) *P* OBTUNSA *MRγ*1*b*2*c* obtı . . a *b*1 obtusa *testatur Servius ad v.* 480 568 tamen *γ*1 569 ARVA (V *in ras.*, *vid. fuisse* M) *P* arma *m*

sive Erycis finis regemque optatis Acesten,
auxilio tutos dimittam opibusque iuvabo.
voltis et his mecum pariter considere regnis:
urbem quam statuo, vestra est; subducite navis;
Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.
atque utinam rex ipse noto compulsus eodem
adforet Aeneas! equidem per litora certos
dimittam et Libyae lustrare extrema iubebo,
siquibus eiectus silvis aut urbibus errat.'

His animum arrecti dictis et fortis Achates
et pater Aeneas iandudum erumpere nubem
ardebant. prior Aenean compellat Achates:
'nate dea, quae nunc animo sententia surgit?
omnia tuta vides, classem sociosque receptos.
unus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi
submersum; dictis respondent cetera matris.'

TESTIMONIA. 570 'sive E. fines' Sacerdos VI 445 K. 572 sq. 'vultis . . . est' Donatus Ter. Phorm. V 7, 53 572 Arusianus VII 461 K. Servius Aen. IV 596 573 Priscianus 1101 P. 'urbem . . . est' Macrobius Sat. VI 6, 11 Diomedes I 440. 454 K. Donatus Ter. eun. IV 3, 11 Donati ars IV 394 K. Pompeius V 291 K. anecd. Helv. 180 Servius Aen. I 120 schol. Lucani I 565 574 Nonius 282, 24 Servius Aen. II 7 575 sq. 'atque . . . Aeneas' Priscianus 807. 1021 P. 576 sq. 'equidem . . . dimittam' Nonius 286, 22 Servius Aen. V 2 comm. Bern. Lucani V 552 U. 578 'si q. eiectus' ult. syll. IV 251 K. 579 'his . . . dictis' Isidorus orig. I 33, 5 580 'et p. Aeneas' Acro Hor. carm. IV 4, 27 580 sq. 'iamdudum . . . ardebant' schol. Veron. 85, 10 K. 484 Pompeius V 106 K. 585 'dictis . . . matris' Servius ge. I 47

VARIA LECTIO. 570 FINES *My2b* fine (s sup.) *c* aceſtem *ybc* 572 Voltiſ (v sup.) *b* VVLTIS *MRyc* et *om. Arusianus* PARITER MECVM *P* TERRIS *R* 573 '*multi antiptosin vocant . . . melius ergo est* vultis *bis intellegere ut sit* . . . vultis urbem quam statuo? vestra est' *Servius* . ſtatuo *c* NAVES *MRb* 574 habetur *Nonius cf.* X 108 habetor *Guietus* agetur *Servius* 578 EIÈCTIS (U *sup. m.* 2) *P* montibus *cum libris quibusdam deterioribus Burmannus, conferri Sedulii carm. pasch.* 18 *iubet Peerlkampus* 580 ERVMPERE (P *m.* 2 *corr. ex* B) *P* (A sup.) ERVMPERE (A *m.* 2 *sup.*, E *pr. corr. in* B) *R* 581 aeneā *c* 584 abest] erit *Pompeius: cf.* V 814 585 SVMMERSVM *R*

vix ea fatus erat, cum circumfusa repente
scindit se nubes et in aethera purgat apertum.
restitit Aeneas claraque in luce refulsit
os umerosque deo similis; namque ipsa decoram
caesariem nato genetrix lumenque iuventae
purpureum et laetos oculis adflarat honores:
quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
argentum Pariusve lapis circumdatur auro.
tum sic reginam adloquitur cunctisque repente
inprovisus ait: 'coram, quem quaeritis, adsum
Troïus Aeneas, Libycis ereptus ab undis.
o sola infandos Troiae miserata labores,
quae nos, reliquias Danaum, terraeque marisque

TESTIMONIA. 587 Nonius 236, 9 Servius Aen. V 20 588—593 Macrobius Sat. V 4, 11 588—591 Servius Aen. I 305 589 'os . . . similis' Nonius 440, 19. 459, 7 Charisius I 277 K. Diomedes I 463 K. ult. syll. IV 226 K. Donati ars IV 402 K. de dub. nom. V 580 K. Sacerdos VI 464 K. Victorinus ad Cic. p. 228. 239 H. 589—594 'namque . . . adloquitur' Sacerdos VI 464 K. 589—591 'namque . . . honores' Servius Aen. IV 11 590 sq. 'lumenque . . . honores' Nonius 320, 5. 340, 33 591 'et . . . honores' Donatus Ter. eun. II 1, 24. 3, 65 III 2, 21 'laetos . . . honores' Martianus Capella II 132 593 Priscianus 1190 P. Arusianus VII 460 K. Acro Hor. carm. I 19, 6 'Pariusve . . . auro' Probi inst. IV 145 K. Servius Aen. III 126 ge. III 34 'Pariusve l.' Audacis exc. VII 350. 356 K. 'Pariusve' Probi inst. IV 146 K. 595 sq. 'coram . . . undis' Macrobius Sat. V 4, 13 'coram . . . Aeneas' Priscianus 1106 P. 595 'coram . . . adsum' Priscianus 998 P. ult. syll. IV 254 K. Servius Aen. II 538 'coram' cf. Caper VII 97 K. 596 'Troius A.' Servius Aen. I 119 597 Isidorus de rhet. p. 508 H.

VARIA LECTIO. 586—590. 591—611 *F fol.* XVI 586 cum] QUAE *F* 588 *bis, sed altero ferme abraso et add. in mg.* Θ *M* 590 LUMEN (L *m.* 2 *corr. ex* N *eras.*) *F* IVVENTA *P: cf.* IV 559 591 purp$^{v}$oreum *γ* ADFLA$^{RA}$VIT *P* 593 QVE *P*, *Acro* ve *testatur Probus* circumdatus *Probus* 594 tunc *Sacerdos* SI (C *sup. rubr.*) *M* 595 'coram quem quaeritis: *hoc loco distinguendum; nam si unum esset,* adest *diceret, non* adsum' *Servius* 598 RELIQVIAS (L *sup. m.* 2) *Fc* REQUIAS (LI *sup. col. rubro*) *M* relliquias *b: cf. prol.* 430 DANAVΘM *P: cf. prol.* 448 da . . naum *b*

omnibus exhaustis iam casibus omnium egenos
urbe domo socias, grates persolvere dignas
non opis est nostrae, Dido, nec quidquid ubique est
gentis Dardaniae, magnum quae sparsa per orbem.
di tibi, siqua pios respectant numina, siquid
usquam iustitia est et mens sibi conscia recti,
praemia digna ferant. quae te tam laeta tulerunt
saecula? qui tanti talem genuere parentes?
in freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet,
semper honos nomenque tuum laudesque manebunt,
quae me cumque vocant terrae.' sic fatus amicum
Ilionea petit dextra laevaque Serestum,
post alios, fortemque Gyan fortemque Cloanthum.

---

TESTIMONIA. 599 Arusianus VII 469 K. Servius Aen. IV 75 600 'urbe d. socias' Servius Aen. XI 567 601 'non . . . Dido' Charisius I 33 K. 601 sq. 'nec . . . orbem' Donatus Ter. Phorm. prol. 18 602 'magnum . . . orbem' Servius Aen. III 4 603 sq. 'si quid . . . est' Priscianus 1029 P. 604 'mens s. conscia' Sacerdos VI 517 K. 605 sq. 'quae . . . saecula' Donatus Ter. adelph. III 2, 6 Isidorus de rhet. p. 508 606 'qui . . . parentes' Donatus Ter. Andr. I 1, 70 607—609 (om. 'convexa . . . pascet') Isidorus de rhet. p. 508 H. 607 sq. Porphyrio Hor. epod. XV 7 Probus 5, 8 K. 607 schol. Bern. ecl. V 76 'in . . . current' Servius ecl. V 76 608 'convexa . . . pascet' Acro carm. I 28, 21 609 de dub. nom. V 580 K. 610 'quae . . . terrae' Servius Aen. IV 339 611 Priscianus 737 P. 612 'fortemque Gyam fortemque Serestum' Macrobius Sat. V 15, 8

---

VARIA LECTIO. 599 EXAVSTIS (H O) (*corr. m.* 2) *F* exhaustis *Servius: cf.* IV 14 X 57 XI 256 EXHAVSTOS (H *m.* 2 *add.*) *Pb* EXHAVSTOS *MRγcψ*, *Arusianus* caſſibuſ *γ*1 600 SOCIOS (A *sup. m.* 2) *P* ſotiaſ (a *in ras.*) *c* 601 NOSTRES (A *sup.*) *M* QUICQUID *Fγ*2*bc* QUIQUID *M* UBI QUE EST (*m. rec. add.* EST) *F* 604 IVSTITIAEST *FPRγ*, *Prisciani ω*, *Servius 'si valet apud homines iustitia' interpretans.* IUSTITIAEST (E *sup.*) *M* iuſtitiae est *bc*, *Prisciani φ* 605 ferent *Iortinus conl.* IX 254, *non male* 607 FLVVI (I *sup. m. rec.*) *R* currunt *m* 608 LVSTRABVNT· *M* 'dum montibus . . . convexa: *alii hoc loco distinguunt . . . alii tamen* convexa sidera *volunt' Servius: cf. prol.* 65 *sq.* PASC*et P* POSCET *F* PASCIT *Mγ*1, *Isidori Gud. m.* 1 612 *cf.* 222 *Certe pro tibicine habenda* fortemque G. f. C, *damnavit Albrecht Herm.* XVI 426 gyam *c* Serestum *Macrobius translatum ex* 611

Opstipuit primo aspectu Sidonia Dido,
casu deinde viri tanto, et sic ore locuta est:
'quis te, nate dea, per tanta pericula casus
insequitur? quae vis immanibus applicat oris?
tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae
alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?
atque equidem Teucrum memini Sidona venire
finibus expulsum patriis, nova regna petentem
auxilio Beli; genitor tum Belus opimam
vastabat Cyprum et victor dicione tenebat.
tempore iam ex illo casus mihi cognitus urbis
Troianae nomenque tuum regesque Pelasgi.
ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,

TESTIMONIA. 613 Charisius I 216 K. Servius Aen. IV 1. 11 614 'sic ... est' Charisius I 271 K. Diomedes I 449 K. Priscianus 1037 P. Donati ars IV 395 K. Sacerdos VI 454 K. 615 sq. 'quis ... insequitur' Charisius I 90 K. Servius Aen. IV 14 ge. IV 324 617 sq. Priscianus 1096. 1111 P. Servius Aen. I 100 'quem ... undam' Donatus Ter. Andr. III 2, 6 617 Priscianus 1072. 1114. 1119 P. Servius Aen. IV 365 'tune i. Aeneas' Quintilianus XI 3, 176 Priscianus 1064 P. anecd. Helv. 203 618 Donatus Ter. eun. II 3, 32 619 Macrobius Sat. V 14, 15 Priscianus 1034 P. Macrobii exc. Bob. V 646 K. 620 Acro Hor. carm. IV 2, 10 622 'et ... tenebat' Servius Aen. I 740 625 Donatus Ter. hec. III 5, 25

VARIA LECTIO. 616 APPLICAT *Rc*, *quam antiquam scriptionem esse adfirmat Servius.* ADPLICAT *Mγ* ADP*licat P* adplicat (d *in ras.*) *c* 618 adundāſ *in ras. b* 619 MEMINI TEVCRVM *R* memini Teucrum *Macrobii exempl. excepto Paris.* 1 SIDONIA UENTRE (*corr. minio*) *M* 620 PATRIIS (I *m.* 2 *ut vid. add.*) *P* patriſ *c* 621 BEL (I *sup. m.* 2) *P* BELI (V *sup. m.* 2) *R* BELVS (V *sup. m.* 2) *R* 622 CYPRISM (VM *sup. m.* 2) *P* DECIONE (E *pr. corr. in* I) *M* ditione *γb* dicione *commendare videtur Servius Dan.* '*potestas dietis constat*' *adnotans: cf. prol.* 414 tenebant *b*1 623 ILLO (L *alt. corr. ex* I) *M* 624 regiſ *c*1 625 *sq. Displicet homoeoteleuton: cf.* IV 256 *sq.* 625 hoſtiſ (ſ *post. e corr.*, i *in ras.*) *c* '*quidam* hostis *singularem, quidam pluralem legunt*' *Servius Dan.* INSIGNIS (S *alt. eras. ut vid.*) *P*, *item Servius Dan.*, *qui* 'laude *quidam pro virtute accipiunt*' *adnotaverit.* inſigni *c*2 inſign.. *c*1

seque ortum antiqua Teucrorum a stirpe volebat.
quare agite o tectis iuvenes succedite nostris.
me quoque per multos similis fortuna labores
iactatam hac demum voluit consistere terra:
non ignara mali miseris succurrere disco.'
sic memorat; simul Aenean in regia ducit
tecta, simul divom templis indicit honorem.
nec minus interea sociis ad litora mittit
viginti tauros, magnorum horrentia centum
terga suum, pinguis centum cum matribus agnos,
munera laetitiamque dii.
at domus interior regali splendida luxu
instruitur, mediisque parant convivia tectis:
arte laboratae vestes ostroque superbo,
ingens argentum mensis caelataque in auro
fortia facta patrum, series longissima rerum
per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.

---

TESTIMONIA. 626 Charisius I 191 K. 'ab stirpe' gloss. Verg. (C. Gl. IV p. 427, 24) 627 'o iuvenes tectis s. nostris' Arusianus VII 507 K. 628 Macrobius Sat. IV 6, 9 630 Servius Aen. I 573 ecl. VI 74 631 sq. 'simul . . . honorem' Servius Aen. IV 63 XII 268 632 'et divum . . . honorem' Eutychis ars V 469 K. 636 Gellius IX 14, 8 Acro Hor. carm. I 18, 6 637 sq. 'at . . . instruitur' Arusianus VII 481 K. 'domus luxu instruitur' anecd. Helv. 280 637 de dub. nom. V 577 K. 639 'arte l. vestes' Priscianus 922. 1159 P. 'ostroque s.' Servius Aen. II 2 640 sq. 'caelata . . . patrum' Nonius 436, 13

---

VARIA LECTIO. 626 AB (B *sup.*) *M* ab *bc*, *gloss. Verg.* 627 IVVENES TECTIS *R*, *Arusianus* 628 SIMVLIS (V *erasa*, I *sup. m.* 2) *P* ſimileſ *c*1 629 AC *M* CONSIDERE *Py*: *cf.* 572 631 AENEASN *M* aenea *c* 632 simul] et *Eutyches* diuom *y* DIVVM *MRb* diū *c* honores *Baehrens ann. philol.* 1884 *p.* 410 634 UIGINTIM *M* 636 DEI *Rybc* DEI (I *rubra*) *M* 'dei, *i. e. Liberi patris . . . aut certe, ut multi legunt* laetitiamque die, *i. e. diei . . . nonnulli* dii *legunt, sicut veteres famis fami . . . sane quidam hunc versum intellegi non putant posse*' *Servius.* '*non dubium est quin* dii *scripserit pro diei . . . quod inperitiores* dei *legunt*' *Gellius: cf. prol.* 203 637 interea *Fronto* regaliſ *yc*1 641 PATRVM *sup. M* 642 ANTIQVA *Rbc*1 ANTIQVAE (E *m.* 2 *add.*) *Py* ANTIQUAE *Mc*2

Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
passus amor) rapidum ad navis praemittit Achaten,
Ascanio ferat haec ipsumque ad moenia ducat;
omnis in Ascanio cari stat cura parentis.
munera praeterea Iliacis erepta ruinis
ferre iubet, pallam signis auroque rigentem
et circumtextum croceo velamen acantho,
ornatus Argivae Helenae, quos illa Mycenis,
Pergama cum peteret inconcessosque hymenaeos,
extulerat, matris Ledae mirabile donum;
praeterea sceptrum Ilione quod gesserat olim,
maxima natarum Priami, colloque monile
bacatum et duplicem gemmis auroque coronam.
haec celerans iter ad navis tendebat Achates.

At Cytherea novas artes, nova pectore versat
consilia, ut faciem mutatus et ora Cupido
pro dulci Ascanio veniat donisque furentem

---

TESTIMONIA. 643 sq. Diomedes I 461 K. Donati ars IV 401 K. Pompeius V 309 K. Isidorus orig. I 36, 18 Servius Aen. I 65 (om. 'neque . . . amor') 'patrius amor' Probi inst. IV 74 K. 644 'rapidum . . . Achaten' Probi inst. IV 81 K. 646 'cari . . . parentis' Servius Aen. XI 215 648 'pallam . . . rigentem' Nonius 538, 5 Servius Aen. XI 576 649 Isidorus orig. XIX 24, 10 'croceo v. acantho' Probi cath. IV 30 K. Sacerdos VI 482 K. 650 'ornatus A. Helenae' Probi de nom. exc. IV 213 K. 653 sq. 'praeterea . . . Priami' Priscianus 1218 P. 653 'praeterea s. Ilione' ult. syll. IV 223 K. 654 sq. 'colloque m. bacatum' schol. Hor. epod. VIII 13 655 'duplicem . . . coronam' Servius ge. III 87 Acro Hor. carm. I 17, 27 658 sq. 'ut . . . Ascanio' Augustini regul. V 519 658 'ut . . . Cupido' Diomedes I 408 K. schol. Med. ecl. VIII 41 'faciem . . . Cupido' Servius Aen. XII 416 659 'pro . . . veniat' Diomedes I 414 K. Beda de orthogr. VII 283 K.

---

VARIA LECTIO. 644 ad] &$^{ad}$ *c* nauef *bc* praemittit] '*non* praemittit, *nec enim sequitur ipse, sed* praerapidum' *Servius* ACHATĒ *MR* achatem *γ* 645 ad moenia ducat] B—— *P* 646 *mihi suspectus, nam repetit superiora v.* 643 *sq.* caro *Baehrens* 648 ſignoſ *c1* 650 HERENAE (R *erasa*, L *sup. m.* 2) *P* 652 matri$^{f}$ *γ* 654—656. 657—659. 660—680 *F fol.* XVII 655 MIS (GEM *m. satis ant. sup.*) *F* 656 NAVES *FRγ* ACATHES *F* 659 que] Q· *sup. F*

incendat reginam atque ossibus implicet ignem.
quippe domum timet ambiguam Tyriosque bilinguis;
urit atrox Iuno, et sub noctem cura recursat.
ergo his aligerum dictis adfatur Amorem:
'nate, meae vires, mea magna potentia solus,
nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis,
ad te confugio et supplex tua numina posco.
frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
litora iactetur odiis Iunonis acerbae,

---

TESTIMONIA. 661 'Tyriosque b.' schol. Lucani III 217 cf. comm. Bern. ad h. l. 662 Priscianus 1000 P. 'et . . . recursat' Arusianus VII 509 K. Alcuini gramm. 2141 P. Servius Aen. I 750 V 721 'sub . . . recursat' Servius ge. I 67 Acro et Porphyrio Hor. serm. I 1, 10 663 Sacerdos VI 460 K. 'ergo . . . dictis' Diomedes I 459 H. 'aligerum . . . Amorem' Diomedes I 459 K. 664—666 Diomedes I 445 K. 664 sq. Charisius I 281 K. Donati ars IV 398 K. Pompeius V 302 K. Sacerdos VI 458 K. 664 Iulius Severus VI 645 K. schol. Bern. ge. II 109 665 Priscianus 588 P. schol. Lucani IV 595 Acro Hor. epod. XVII 56 'patris qui . . . temnis' Porphyrio Hor. epod. XVII 56 'qui . . . temnis' Priscianus 563 P. schol. Lucani VI 92 666 Priscianus 980 P. Velius Longus VII 69 K. 'supplex . . . posco' Servius Aen. VI 116 668 'iacteturque . . . iniquae' Nonius 328, 1

---

VARIA LECTIO. 660 Incendet *c* 661 BILINGUIS (G *m. rec. in ras.*) *F* bilingueſ *bc* 664 NATAE *FM1P1*, *corr. in MP* POTENTIA· SOLUS ‖ NATE· *M* 'solus, nate, *qui Iovis contemnis fulmina*' *Servius* 665 PATRES (E *corr. in* I) *Fγ* TYPHOEA *FMR*, *testatur Priscianus* tiphoea *b* ty . phoea (ty *in ras.*) *c* typhoe^a *γ* 'Typhoea, *multi* Typhoia *legunt*' *Servius, cf. eiusdem adnot. ad* 177 666 AT *Pγ1* ad *praecipit Velius Longus* munera *χ*, *Prisciani φ* numina *testatur Servius* 668 IACTAETUR (Q· *sup. m.* 2) *F*: *cf. ge.* III 76 *Aen.* IV 222 V 284, *Fleckeisenus in annal. suis* LXI 33, *Corssenus de pronuntiatione linguae Lat.* 364. IACTETVRQ· *MRγbcψ*, *Nonius* 'iacteturque; *vacat* que' *Servius.* iacteturque *si revera in Vergiliano exemplari scriptum fuerit, inter hanc vocem et* litora *hemistichia duo inserturus fuisse putandus sit poeta, sed cf. prol.* 65 acerbae *m* ACERBAE (INQUAE *sup. m.* 2) *P* acerbae (*suprascr.* iniq;) *γ* ACERBAE *eras., in mg. m. recentiore* INIQUAE *F*: *cf.* XI 587 iniq̄: (*in mg.* acerbe) *b* INIQVAE *MRc*, *Servius in lemmate, Nonius ut* VIII 292

nota tibi, et nostro doluisti saepe dolore.
nunc Phoenissa tenet Dido blandisque moratur
vocibus; et vereor, quo se Iunonia vertant
hospitia; haut tanto cessabit cardine rerum.
quocirca capere ante dolis et cingere flamma
reginam meditor, nequo se numine mutet,
sed magno Aeneae mecum teneatur amore.
qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem:
regius accitu cari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
dona ferens pelago et flammis restantia Troiae;
hunc ego sopitum somno super alta Cythera
aut super Idalium sacrata sede recondam,
nequa scire dolos mediusve occurrere possit.
tu faciem illius noctem non amplius unam
falle dolo et notos pueri puer indue voltus,

TESTIMONIA. 669 Priscianus 1167 P. 'nota t.' ult. syll. IV 260 K. 'et . . . dolore' Arusianus VII 464 K. 670 sq. 'hunc Phoenissa . . . vocibus' Priscianus 1206 P. 671 sq. 'quo . . . hospitia' Servius Aen. IV 96 672 'haud . . . rerum' Servius Aen. IV 96 VI 694 673 sq. 'quocirca . . . meditor' Priscianus 989 P. 675 Servius Aen. IV 101 676 schol. Hor. serm. I 4, 87 Servius Aen. XII 554 'nostram . . . mentem' Servius Aen. IV 100 677 sq. 'urbem S.' gloss. Vat. (C. G. L. IV 195, 14. 22) 678 'mea m. cura' Servius Aen. IV 1 681 'aut s. Idalium' ult. syll. IV 259 K. 'super I.' Cledonius V 77 K. 682 Priscianus 1007 P. 683 sq. 'tu . . . dolo' Priscianus 1192 P. Servius XI 593 'noctem . . . dolo' Priscianus 1190. 1199. 1207 P. 683 'noctem . . . unam' Dositheus VII 427 K. 684 'notos . . . vultus' Donatus Ter. Phorm. prol. 1

VARIA LECTIO. 670 Nunc *ut vid. c*, *χ* NUNC (H *sup. m. rec.*) *F* HUNC *MRγb*, *Prisciani ω*: *cf.* 680 671 at *Heumannus* 672 AVT (h *sup. m. rec.*) *R* AUT (H *sup.*, T *corr. in* D) *M* haud *γb* cessauit *b*1 675 AENEAN (E *sup.*) *M* MECVM TENEATVR *libri cum Servio* mentem incendatur *Peerlkampus*. pectus teneatur *van Gent. Fortasse* media ut teneatur *secundum Graecam locutionem μέσον λαμβάνειν et ἔχειν* 676 quam *suprascr.* pro ut *γ* Quo *b* qua *testantur schol. Hor. et Servius* POSSES *R* 677 ACCITUS *F* 683 CONOCTEM *M* 684 uoltuſ *γ* VVLTVS *MPRbc*

ut, cum te gremio accipiet laetissima Dido
regalis inter mensas laticemque Lyaeum,
cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet,
occultum inspires ignem fallasque veneno.'
paret Amor dictis carae genetricis, et alas
exuit et gressu gaudens incedit Iuli.
at Venus Ascanio placidam per membra quietem
inrigat et fotum gremio dea tollit in altos
Idaliae lucos, ubi mollis amaracus illum
floribus et dulci adspirans complectitur umbra.
iamque ibat dicto parens et dona Cupido
regia portabat Tyriis duce laetus Achate.
cum venit, aulaeis iam se regina superbis
aurea composuit sponda mediamque locavit;

---

TESTIMONIA. 685 'ut . . . accipiet' schol. Med. ecl. VIII 41 687 Charisius I 226 K. Diomedes I 392 K. Dositheus VII 419 K. 'cum d. amplexus' Sacerdos VI 429 K. 688 Donatus Ter. eun. IV 3, 6 'fallasque v.' Servius Aen. IV 2 689 'paret . . . genetricis' Nonius 375, 21 Probi cath. IV 36 Servius Aen. IV 238 'paret A. dictis' Sacerdos VI 488 K. Servius Aen. I 118 691 sq. 'at . . . inrigat' Philargyrius ge. IV 115 'placidam . . . inrigat' Macrobius Sat. VI 1, 44 692. cf. schol. Persii V 56 'et f. gremio' Servius Aen. I 718 693 'Idaliae l.' Servius Aen. I 681 693 sq. 'ubi . . . umbra' Isidorus orig. XVII 9, 14 694 schol. Hor. carm. III 4, 12 695 sq. 'iamque . . . portabat' schol. Hor. carm. II 8, 14 695 'iamque . . . parens' Diomedes I 434 K. 697 sq. Diomedes I 392 K. 'cum . . . sponda' Charisius I 226 K. Priscianus 1194 P. Dositheus VII 419 K. 697 Donatus Ter. Andr. II 2, 25 'cum v. aulaeis' Victorini ars VI 204 K. 'aulaeis . . . superbis' Acro Hor. carm. III 29, 16 698 Servius Aen. II 2 'aurea c. sponda' Servius Aen. I 492

---

VARIA LECTIO. 685—703. 704—722 *G fol.* VI 685 ut| .t *b* con *c*1 686 *nihil legi potuit in P* Regaleſ *b* 687—696 *in textu om., add. m.* 2 *in mg. b* 690 *nihil legi potuit in P. Hic in extrema pagina uni versui spatium relictum est* greſſuſ *c*1 incendit *γ*1 694 et dulci *om. Isidori libri* ADSPIRANS (D *m.* 2 *add.*) *P* aſpiranſ *c* amplectitur *m* 696 TYRIIs (s *m.* 2 *add.*) *P* 697 AVLEIS *PRybc* aulaeis *praecipit Servius* 698 'aurea: *si Dido* aurea, *pulchram significat, et est nominativus; si sponda* aurea, *septimus quidem est, sed synizesis fit et spondeus est' Servius: cf. idem ad* 492. *Eadem synizesis* VII 190

iam pater Aeneas et iam Troiana iuventus
conveniunt, stratoque super discumbitur ostro.
dant manibus famuli lymphas Cereremque canistris
expediunt tonsisque ferunt mantelia villis.
quinquaginta intus famulae, quibus ordine longam
cura penum struere et flammis adolere penates;
centum aliae totidemque pares aetate ministri,
qui dapibus mensas onerent et pocula ponant.
nec non et Tyrii per limina laeta frequentes
convenere toris iussi discumbere pictis.

---

TESTIMONIA. 700 'stratoque . . . ostro' Charisius I 230. 237 K. Diomedes I 410 K. Arusianus VII 508 K. Acro Hor. carm. I 27, 8 diff. voc. 1 p. 226 Endl. 'discumbitur o.' Charisius I 253 Dositheus VII 407 K. cf. Diomedes I 399 K. 701 Priscianus 1347 P. 701 sq. 'Ceremque c. expediunt' Nonius 297, 3 702 'tonsisque . . . villis' Pompeius V 309 K. de dub. nom. V 583 K. Servius ge. III 20 703 sq. Nonius 247, 30 'quinquaginta . . . struere' schol. Persii III 74 'longam penum struere' Gellius IV 1, 15 'longam penum' Charisius I 74 K. 703 'penum s.' Acro Hor. epist. I 16, 72 704 Nonius 5?, 27 'cura p. struere' Priscianus 654 P. 'flammis a. penates' Servius Aen. III 134 schol. Med. ecl. VIII 65 'adolere p.' Arusianus VII 457 K. 705 'totidemque . . . ministri' schol. Hor. carm. IV 11, 10 708 'toris . . . pictis' Isidorus orig. XX 1, 3

---

VARIA LECTIO. 700 *in mg.* λ· *M* CONVENIENT (V *sup. m.* 2) *R* CONVENIVNT (T *m.* 2 *add.*) *P* *Post* 700 *sequuntur* 709—716, *deinde* 701—708 *M* 701 *in mg.* 'B *M* MANIBVS FAMVLI *GRc*, *Servius in lemm.* MANIBVS FAMVLAE (A *add. m.* 2) *P* manibus famule (e *corr. in* i) *γ* MANIB· FAMVLAE *M* famuli manibuſ *b*, *Prisciani exempl.*, *nisi quod* famuli lymphas manibus *Par.* 702 tonsis . . . villis = *ge.* IV 377 TUNSIS *M* MANTILIA *M1γ1*, *de dub. nom.* matelia *b* *fluctuant inter* mantelia *et* mantilia *Servii exempl.* 703—706 *aptiorem post v.* 638 *locum habebant* 703 longam *Charisius* (*cf. prol.* 206), *legit Ausonius* XII 28 LONGO *MRγbcmψ*, *schol. Persii, Nonius, ut* 395 II 766 VI 482. 754 VIII 722 XI 143. '*meministi enim, credo, quaeri solitum quid Vergilius dixerit,* penum struere *vel* longam *vel* longo ordine: *utrumque enim profecto scis legi solitum*' *Gellius.* longam *agnoscere Servius et Priscianus videntur, qui de generibus nominis praecipiant* 704 PENATIS *Rγ1* 705 AETATE *sup. M* 706 ONERANT *GR* honerent *γ* PONVNT *GR* 708 toris i. d. p. *temere in suspicionem vocavit Kvičala p.* 162 DISCUMBERE (B *sup.*) *M* diſcūbere *c* DISCVMPere *P*

mirantur dona Aeneae, mirantur Iulum
flagrantisque dei voltus simulataque verba.
[pallamque et pictum croceo velamen acantho.]
praecipue infelix, pesti devota futurae,
expleri mentem nequit ardescitque tuendo
Phoenissa, et pariter puero donisque movetur.
ille ubi complexu Aeneae colloque pependit
et magnum falsi implevit genitoris amorem,
reginam petit. haec oculis, haec pectore toto
haeret et interdum gremio fovet, inscia Dido,
insidat quantus miserae deus. at memor ille
matris Acidaliae paulatim abolere Sychaeum
incipit et vivo temptat praevertere amore
iam pridem resides animos desuetaque corda.

Posquam prima quies epulis mensaeque remotae,

TESTIMONIA. 709 sq. 'mirantur dona . . . vultus' Servius Aen. I 23 712 Nonius 461, 2 714 'pariter . . . movetur' Charisius I 214 K. 716 'falsi . . . amorem' Diomedes I 377 K. 717 sq. Charisius I 267 K. 717 'reginam p.' Servius Aen. IX 126 718 sq. 'et . . . deus' Nonius 311, 29 719 'insidat . . . deus' Servius Aen. VI 708 720 'matris A.' Acro Hor. carm. I 19, 1 'paulatim a. Sychaeum' Servius Aen. IV 497 720 sq. 'paulatim . . . incipit' Macrobius Sat. VI 6, 7 'paulatim . . . amore' Nonius 183, 27 723 Servius Aen. I 216 'postquam . . . epulis' Macrobius Sat. II 1, 1

VARIA LECTIO. 710 VVLTVS *libri* ſimulataque . . . uerba (e *pr. e corr.*) *γ* 711 *Versum hunc facile desiderari posse monet Heynius, praetermittit Servius: cf.* 648 *sq.* *Etiam v.* 712 —714 *melius deesse et dittographiam videri iudicavi prol.* 67 715 COMPLEXVM *G* PERENDIT (P *sup.*) *P* 719 INSIDAT *Mγ2χ, Nonius, Servius ad* VI 708 inſid . at *b* INSIDEAT *Rc insi*DEAT *G* inſidiat *γ*1 'insidat *in sinu sedeat, legitur tamen et* insideat, *i. e. ut quidam volunt, insidias faciat' Servius Dan.* AD *P* AC *G* a . t *γ* (P A *sup.*) 721 TEMPTAREUERTERE *M* AMOREM *Rγ*1 722 ANIMOSUETA *M* (DE *sup.*) 723 *cf.* 216 POSQVAM (T *sup. m.* 2 *satis ant.*) *R: cf. prol.* 442 POSTQVAM *ceteri* REPOsTAE (M *sup.*) *P* remotae *ut v.* 216 *Servius in lemm.*

crateras magnos statuunt et vina coronant.
it strepitus tectis vocemque per ampla volutant
atria; dependent lychini laquearibus aureis
incensi, et noctem flammis funalia vincunt.
hic regina gravem gemmis auroque poposcit
implevitque mero pateram, quam Belus et omnes
a Belo soliti; tum facta silentia tectis:
'Iuppiter, hospitibus nam te dare iura locuntur,
hunc laetum Tyriisque diem Troiaque profectis
esse velis, nostrosque huius meminisse minores.
adsit laetitiae Bacchus dator et bona Iuno;
et vos o coetum, Tyrii, celebrate faventes.'

---

TESTIMONIA. 724 Diomedes I 458 K. Nonius 515, 30 Isidorus orig. XX 5, 3 'et v. coronant' Pompeius V 307 K. Sacerdos VI 467 K. 'vina c.' Donati ars IV 400 K. 725 sq. 'fit strepitus . . . atria' schol. Hor. carm. III 19, 23 726 'dependent l.' Servius et schol. Bern. ge. I 391 'lychni' cf. Martianus Capella de rhet. p. 473 H. 'dependent . . . aureis' Macrobius Sat. VI 4, 18 de dub. nom. V 583 K. 726 sq. 'dependent . . . incensi' Acro Hor. carm. II 16, 11 727 'et . . . vincunt' Acro Hor. carm. I 27, 5 728 sq. 'hic . . . pateram' schol. Hor. epod. V 47 728 'hic . . . gemmis' Charisius I 270 K. 729 sq. 'quam . . . soliti' Servius Aen. I 642 731 schol. Veron. 102, 19 K. Servius Aen. IV 590 733 'nostrosque . . . minores' Servius Aen. VIII 601 734 Macrobius Sat. III 4, 10 Priscianus 862 P. Servius Aen. IV 92 schol. Bern. ecl. V 65 schol. Hor. carm. I 18, 3 IV 15, 26 'adsit . . . dator' Acro Hor. carm. I 7, 19 'et b. Iuno' Servius Aen. II 296 'bona I.' Servius Aen. I 747 735 Servius Aen. I 747

---

VARIA LECTIO. 724 *cf.* VII 147 Crateref *b1c* MAGNO (S *sup. m. ant.*) *R* magnoſ (ſ *m.* 2 *add.*) *γ* laeti *Nonius, ut* VII 147 725 It *Menag. prior,* *χ*: *cf.* IV 443. 665 V 451 VIII 595 IX 497. 661 XI 192 It (I *in ras.*) *b* Id *γ*1 FIt *γ*2 FIT *MRç*, *schol. Hor.*: *cf. ge.* IV 188 *Aen.* II 209 VI 220 'it . . . *legitur autem et* fit' *Servius* alta *schol. Hor. ut* IV 665 VOLVNTaNT (aNT *m. recentiss.*) *R* UOLUTAÑ (Ñ *rubr.*) *M* 726 ľYCHNILAQUEARIBVS (IL *m.* 2 *add.*) *P* lychini *c*1 lychyni *Mentel. pr.* lichini *Menag. pr., de gen. nom.* (*etiam in lemmate*): *cf. prol.* 418 *Ritschelii opusc.* II 479 *sqq.* 517 LYCHNI *Rybψ* LYCNI (H *sup.*) *M* *Certe numeris commendatur forma trisyllaba* LA·Q·AURIBUS (VE *sup. m. rec.*) *R* laquaea.rib; *c* 'laquearibus . . . *legitur et* lacuaribus' *Servius Dan.* 727 fanalia (u *sup.*) *c* 729 qua *G. Valla ad Iuven.* V 38 731 LOQVNTVR *MR* 733 minoriſ *c*1 734 ATSIT *M* 'adsit . . . *alii* adsis *legunt*' *Servius*

dixit, et in mensam laticum libavit honorem
primaque libato summo tenus attigit ore;
tum Bitiae dedit increpitans. ille impiger hausit
spumantem pateram et pleno se proluit auro;
post alii proceres. cithara crinitus Iopas
personat aurata, docuit quem maximus Atlans.
hic canit errantem lunam solisque labores,
unde hominum genus et pecudes, unde imber et ignes,
[arcturum pluviasque hyadas geminosque triones,]
quid tantum Oceano properent se tinguere soles
hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet.
ingeminant plausu Tyrii, Troesque secuntur.
nec non et vario noctem sermone trahebat
infelix Dido longumque bibebat amorem,
multa super Priamo rogitans, super Hectore multa;
nunc, quibus Aurorae venisset filius armis,

---

TESTIMONIA. 738 sq. 'ille . . . auro' Nonius 319, 21 schol. Hor. serm. I 5, 16 'ille . . . pateram' schol. Bern. ge. IV 427 739 'pleno . . . auro' schol. Hor. serm. II 4, 27 742 'hic c. errantem' Charisius I 270 K. 'canit . . . labores' Quintilianus I 10, 10 'errantem l.' Porphyrio Hor. serm. I 8, 21 'hic . . . lunam' comm. Bern. Lucani I 78 U. Acro Hor. serm. I 8, 21 743 Minucius Felix Oct. 19, 2
744 'arcturum p. hyadas' Isidorus orig. III 70, 12 Acro Hor. carm. III 1, 27 747 'ingeminant . . . Troesque' schol. Lucani I 133 749 Nonius 339, 8 Arusianus VII 458 K. 'longumque b. amorem' Donatus Ter. eun. IV 3, 6 Servius Aen. I 688 IV 2 750 Charisius I 233 K. Priscianus 963. 1001. 1105. 1211 P. Donati ars IV 391 K. Beda VII 288 K. Audacis exc. VII 355 K. Dositheus VII 416 K. Servius Aen. II 506 Acro Hor. carm. IV 2, 42 'multa . . . rogitans' Diomedes I 413 K. Donati ars IV 366 K. Cledonius V 36 K. Pompeius V 277 K. Arusianus VII 508 K. anecd. Helv. 170. 265 Alcuini gramm. 2141 P. Servius Aen. X 42 Acro Hor. carm. I 9, 5 'super P. rogitans' Servius in Don. IV 420 K.

---

VARIA LECTIO. 740 iopeſ *b* iopaſ (p *sup.*) *c* 741 personat, *sc.* atria: *cf.* VI 171. 418 quem (m *erasa*) *γ* q̃: *b* 'quae *legendum est, non* quem' *Servius* 742 *cf. ge.* II 478 743 igniſ *b1*
744 = III 516 *om., imo mg. add. b, seclusit Albrecht l. l.* 426 HYADA (S· *sup.*) *M* 745 *sq.* = *ge.* II 481 *sq.* 746 vel] TVM (EL *sup. m.* 2) *P* qui *c1* OBSTAT (E *sup. m.* 2) *P*
747 plausum *schol. Lucani: cf. prol.* 66 SEQVNTVR *PR* ſequuntur *γ* 750 HECTORA *Pγ* haectora *c1*

nunc, quales Diomedis equi, nunc, quantus Achilles.
'immo age, et a prima, dic, hospes, origine nobis
insidias' inquit 'Danaum casusque tuorum
erroresque tuos. [nam te iam septima portat
omnibus errantem terris et fluctibus aestas.']

---

TESTIMONIA. 753 Augustini ars V 496 K. Servius Aen. III 717 'Virgilius dicit dice' ars V 544 K. cf. Aen. V 551 VI 318. 343 VII 546 'a . . . nobis' Servius Aen. II 11 754 'insidias i. Danaum' Servius Aen. II 65 755 sq. 'nam te . . . aestas' Servius Aen. V 626 Acro Hor. carm. I 15, 35 756 'omnibus e. terris' Marius Victorinus VI 37 K.

---

VARIA LECTIO. 752 QUALIS *M* 755 *sq.* nam . . . aestas *interpolatoris esse conieci prol.* 79. 109, *defendere conatur Noack Herm.* XXVII 419 *sqq.* 755 TUOS (O *corr. ex* U) *M* nam] IAM (N *sup. m.* 2) *P*

P̄ UERGILI MARONIS ‖ AENEIDOS LĪB · I EXPL · ‖ INCIPIT · LĪB · II · FELICITER *M* VERGILI MARONIS ‖ LIBER · I · EXPLIC · ‖ FELICITER · INCIPIT ‖ LIBER · II · (*sequuntur in altera pag.* 11 *versus, quos vide in proleg.*) *R* AENEIDOS · LIB · I ‖ AENEIDOS LIB · II *P* FINIT LIB̂ PRIMVS AENEIDOS INCIP̄ LIB̂ II *γ* PVBLII VIRG MĀR ENEIDOS LĪB I · EXPL INCIP̄ PFAT̄ LIB̄ II · (*sequuntur 9 versus, quos vide in proleg.*) *c*

# P. VERGILI MARONIS
# A E N E I D O S
## LIBER SECVNDVS

Conticuere omnes intentique ora tenebant.
inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
'infandum, regina, iubes renovare dolorem.
Troianas ut opes et lamentabile regnum

---

TESTIMONIA. AENEIDOS II. 1 Macrobius Sat. V 5, 1 Charisius I 175 K. Priscianus 1039 P. Atilius Fortunatianus VI 285 K. Sacerdos VI 505 K. fr. Bob. de vers. VI 623 K. Martianus Capella I 90 CONTI C. I. L. IV 3151 CONTICVER C. I. L. IV 1672 'conticuere' Priscianus 1229 P. 'conticuere o.' Quintilianus I 5, 43 Charisius I 266 K. Macrobii exc. Bob. V 632 K. fr. Bob. de vers. VI 624 K. Servius Aen. III 718 'intentique ora t.' Servius Aen. I 256 Sacerdos VI 453 K. 'ora t.' Sacerdos VI 517 K. 2 Charisius I 268 K. Diomedes I 498 K. Priscianus 1020. 1061 P. Terentianus Maurus v. 2008 Sacerdos VI 505 K. Audacis exc. VII 333 K. 'inde t. pater' Sacerdos VI 517 K. 'inde . . . Aeneas' Marius Victorinus VI 128 K. Terentianus Maurus v. 1688 Sacerdos VI 448 K. Servius Aen. III 89 'toro . . . alto' de dub. nom. V 592 K. 'sic . . . alto' Diomedes I 377 K. Marius Victorinus VI 128 K. 3—5 'infandum . . . Danai' Macrobius Sat. V 5, 2 Charisius I 228 K. Diomedes I 394 K. Dositheus VII 421 K. 3 Nonius 56, 8 Diomedes I 395 K. Victorini de metr. et de hex. VI 213. 214 K. Atilius Fortunatianus VI 284 K. Terentianus Maurus v. 2832 Sacerdos VI 504 K. Audacis exc. VII 340 K. Servius Aen. III 261 V 749. 849 'infandum r. iubes' Diomedes I 498 K. 'infandum r.' Diomedes I 497 K. Marius Victorinus VI 65. 153 K. Terentianus Maurus 1687 'regina i.' Terentianus Maurus 1691 'iubes r.' Diomedes I 395 K. 4 Donatus Ter. hec. III 5, 18 Augustini regul. V 519 K. 'Troianas ut opes' Diomedes I 408 K. Servius Aen. I 601

---

VARIA LECTIO. AENEIDOS II. 1 intenti] arrecti *Sacerdos: cf. prol.* 211 3—8 *recte distinxit Haeckermannus in Muetzelii ephem.* VI 263 *sqq.* dolorem, . . . fui. *cum aliis Wagnerus etiam in lect. Verg.* 415

eruerint Danai, quaeque ipse miserrima vidi
et quorum pars magna fui, quis talia fando
Myrmidonum Dolopumve aut duri miles Ulixi
temperet a lacrimis? et iam nox umida caelo
praecipitat suadentque cadentia sidera somnos.
set si tantus amor casus cognoscere nostros
et breviter Troiae supremum audire laborem,
quamquam animus meminisse horret luctuque refugit,
incipiam.
fracti bello fatisque repulsi
ductores Danaum, tot iam labentibus annis,
instar montis ecum divina Palladis arte

---

TESTIMONIA. 5 'eruerint' Diomedes I 395 K. 'eruerint D. quae' Sacerdos VI 544 K. 'quaeque . . . vidi' Priscianus 935. 1111. 1172. 1267 P. Servius Aen. I 114 II 499 schol. Bern. ge. II 68 5 sq. 'quaeque . . . fui' Donatus Ter. adelph. III 1, 3 Priscianus 1103 P. 6—8 'quis . . . lacrimis' Donatus Ter. hec. I 2, 53 6 sq. 'quis . . . Ulixi' Priscianus 706 P. Porphyrio Hor. epod. V 13 'quis . . . Myrmidonum' Priscianus 811 P. schol. Veron. 84, 6 K. 6 'quis t. fando' Diomedes I 342 K. Servius Aen. II 361 7 'aut . . . Ulixi' Sacerdos VI 467 K. comm. Bern. Lucani V 682 U. 8 'temperat a l.' Arusianus VII 512 K. 8 sq. 'et . . . praecipitat' Charisius I 270 K. Priscianus 790 P. 'nox . . . praecipitat' Servius Aen. I 104 II 341 IV 251 XI 660 'praecipitat nox' Porphyrio Hor. sat. I 3, 35 9 'suadentque . . . somnos' Servius Aen. I 753 schol. Bern. ge. II 298 10 Macrobii exc. Paris. V 624 K. exc. Bob. V 646 K. 11 Marius Victorinus VI 22 K. 12 sq. 'quamquam' . . . incipiam' Charisius I 263 K. Diomedes I 390 K. Sacerdos VI 457 K. 12 (om. 'animus') Dositheus VII 420 K. 'quamquam . . . horret' Diomedes I 393 K. Priscianus 1030 P. Servius ecl. II 34 'meminisse . . . refugit' Servius Aen. III 3 13 sq. 'fracti . . . Danaum' Donatus Ter. hec. I 2, 39 13 'fracti . . . repulsi' Servius Aen. III praef. schol. Veron. p. 85, 28 K. 15 sq. 'instar . . . aedificant' Nonius 452, 17 Arusianus VII 483 K. 'equum . . . aedificant' Quintilianus VIII 6, 34 15 'instar m. equum' Sacerdos VI 464 K.

---

I

VARIA LECTIO. 5 ERVERVNT (*corr. m.* 2) *P* eruerint *testatur Diomedes* 8 *litteris minoribus sed eis antiquis insertus in M* temperat *γm*, *Arusianus* et a nox *Prisciani exempl.* 10 agnoscere *γ*1 12 luctusque resurgit *van Gent* luctuque remugit *infeliciter Fr. Schoell act. soc. philol. Lips.* VI 352 refugit *legit Servius* 13 FACTIS *M* factiſ *b*1 fa. tiſ *b*2 15 INSTRA (A *sup. m.* 2) *P* INSTAR (SIMILIS *sup.*) *M* ECUM (Q *rubra sup.*) *M* EQVM *P* EQVVM *Ryb* aequū *c* DIVINAE *R* diuine *c*1

aedificant sectaque intexunt abiete costas:
votum pro reditu simulant, ea fama vagatur.
huc delecta virum sortiti corpora furtim
includunt caeco lateri penitusque cavernas
ingentis uterumque armato milite complent.

Est in conspectu Tenedos, notissima fama
insula, dives opum, Priami dum regna manebant,
nunc tantum sinus et statio male fida carinis:
huc se provecti deserto in litore condunt.
nos abiisse rati et vento petiisse Mycenas.
ergo omnis longo solvit se Teucria luctu:
panduntur portae; iuvat ire et Dorica castra
desertosque videre locos litusque relictum.

---

TESTIMONIA. 16 Beda VII 249 K. 'aedificant' Servius Aen. II 60 'secta . . . costas' Isidorus orig. I 16, 4 'intexunt a.' Pompeius V 120 K. 'abiete c.' Servius in Don. IV 425 K. Servius Aen. I 112 19 'includunt c. lateri' Arusianus VII 485 K. 'cavernas' cf. de dub. nom. V 574 K. 19 sq. 'penitusque . . . complent' Priscianus 776 P. Donati ars IV 395 K. Pompeius V 294 K. 'cavernas i.' Servius Aen. I 118 20 de ult. syll. IV 230 K. 'uterumque . . . complent' Isidorus orig. I 35, 6 21 'in . . . fama' schol. Bern. ecl. VI 74 22 'insulá d. opum' Diomedes I 459 K. Charisius I 274 K. dè schem. lex. p. 55 H. 'dives o.' Porphyrio Hor. serm. II 3, 142 23 'statio . . . carinis' Servius Aen. II 735 IV 8 25 Donatus Ter. adelph. I 1, 2 Servius Aen. III 603 'nos a. rati' Charisius I 265 K. de ult. syll. IV 242 K. Donati ars IV 392 K. Iuliani exc. ex comm. in Don. V 324 K. Consentius V 388 K. 26 'et longo . . . luctu' Acro Hor. carm. IV 6, 12 27 'panduntur p.' Acro Hor. art. poet. 199 27 sq. 'iuvat . . . locos' Acro Hor. carm. I 2, 38 'iuvat ire et videre Dorica c.' Consentius V 371 K. 'Dorica c.' gloss. Verg. (C. Gl. IV p. 439, 20) 28 Servius Aen. IV 144 'desertosque v. locos' Cledonius V 66 K.

---

VARIA LECTIO. 18 DILECTA *Pγ1* 20 Ingentes *b1c* ingentis *testatur Priscianus* 21 TENEDVS *R* 24 in *suprascr. b, abesse perperam maluit Eussner ann. phil.* 1876 *p.* 77 25 ABISSE (I *sup. abras.*) *M* ABIESSE *R* ABISSE *P* abiisse *testantur grammatici cum Servio* et . . . Mycenas: *cf. v.* 180 PETISSE (I *sup.*) *M* PETISSE *PRγ* petiisse *testatur Servius* 27 Dorica castra: '*mala est compositio ab ea syllaba incipere, qua superior finitus est sermo; nam plerumque et cacemphaton facit, ut hoc loco*' *Servius.* Doria *hic et* VI 88 *proponit Wagnerus. Cf.* II 462

hic Dolopum manus, hic saevos tendebat Achilles,
classibus hic locus, hic acie certare solebant.
pars stupet innuptae donum exitiale Minervae
et molem mirantur equi; primusque Thymoetes
duci intra muros hortatur et arce locari,
sive dolo seu iam Troiae sic fata ferebant.
at Capys et quorum melior sententia menti
aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
praecipitare iubent subiectisque urere flammis,
aut terebrare cavas uteri et temptare latebras.
scinditur incertum studia in contraria volgus.

Primus ibi ante omnis, magna comitante caterva,

---

TESTIMONIA. 29 sq. de schem. lex. p. 53 H. 29 Nonius 410, 24 Quintilianus IX 2, 37 Servius Aen. II 7 schem. dian. p. 71 H. 'hic . . . Achilles' Servius Aen. VIII 605 30 Isidorus orig. IX 3, 59 31—39 Macrobius Sat. V 5, 3 31 sq. 'pars . . . equi' Asper 113, 19 K. 31 Servius Aen. II 16 Priscianus 1158 P. 'donum . . . Minervae' Servius Aen. II 232 32 Priscianus 1186 P. 35 'at . . . melior' ult. syll. IV 227 K. 36—38 Diomedes I 418 K. Dositheus VII 423 K. 'aut pelago . . . iubet' post 38 Pompeius V 268 K. 36 sq. Priscianus 1040. 1105 P. 'pelago . . . flammis' Acro Hor. carm. I 16, 3 'suspectaque . . . iubet' Nonius 400, 22 'suspectaque . . . flammis' Servius Aen. IV 143 37 'subiectisque u. flammis' Donati ars IV 394 K. Cledonius V 74 K. Pompeius V 268 K. Cassiodorius de diaſ. p. 572[b] (ed. Ven. 1729) 38 Priscianus 1198 P. 39 Probi de nom. exc. IV 208 K. 40 'primus . . . omnes' Servius Aen. VIII 546 XII 448 ge. II 475 III 300

---

VARIA LECTIO. 29 SAEVOS (O *corr. in* V) *P* SAEVVS *MRb* ſeuuſ *γc* 30 acie$^{ſ}$ *γ* acieſ *bcm*, *schem. lex.*, *Isidorus.* 'acies *legitur et* acie' *Servius* (*sed Cass. hoc tantum:* 'acie, *hic exercitu*'). *Habet autem* acies *quo placere possit propter praegressum* classibus: *cf.* 599 *et* VII 42 32 THYMΘ*tes* (E *m.* 2 *sup.*) *P* THYMETES *Mγ* 33 LOCAR*i* *P* locare *γ*1 34 ſic troiae *b* 36 dana.um *b* 37 IVBENT *P* iubet *γ*, *Nonius, Pompeius, Prisciani* 1105 *Reg.* QVE *libri* 'que *pro* ve *posuit: nam sonantius visum est. antiqua tamen exemplaria* ve *haberc inveniuntur*' *Servius.* 'subiectisque *pro* subiectisve' *testantur Donatus, Priscianus, Cledonius, Pompeius, Cassiodorius* 38 *ante* 36 *Pompeius, non male* CEREBRARE (T *sup. m.* 2) *P* VTERO (I *sup. m.* 2) *P* utero *Pompeius, placet* 39 uolguſ *γ*2 UΘLGUS (U *sup.*) *M* VVLGUS *Rγ*1*bc* 40 omneſ *b*1

Laocoon ardens summa decurrit ab arce
et procul ‘o miseri, quae tanta insania, cives?
creditis avectos hostis aut ulla putatis
dona carere dolis Danaum? sic notus Ulixes?
*aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
**aut haec in nostros fabricata est machina muros
**inspectura domos venturaque desuper urbi,
aut aliquis latet error: equo ne credite, Teucri.
quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentis.’
sic fatus validis ingentem viribus hastam
in latus inque feri curvam compagibus alvom

TESTIMONIA. 41 ‘Laocoon a.’ Servius Aen. I 423 44 ‘carere dolo’ gloss. Vat. 3321 (C. G. L. IV 28 G.) 45—48 Dositheus VII 429 K. ‘aut . . . equo’ Diomedes I 438 K. 46 Priscianus 1029 P. Servius Aen. II 15 48 Priscianus 1029 P. ‘aut . . . equo’ Diomedes I 434 K. 48 sq. ‘ne . . . est’ Probi inst. art. IV 145 K. 49 Diomedes I 417 K. Dositheus VII 422 K. ‘timeo . . . ferentes’ Servius Aen. I 671 ‘timeo dona ferentis’ Augustini regul. V 521 K. 51 sq. ‘in latus . . . contorsit’ Nonius 193, 23 schol. Veron. 98, 16 K. Servius Aen. I 81 XI 637 ‘inque feri . . . contorsit’ Servius Aen. I 215 Nonius 307, 19 51 Priscianus 654. 718 P. Servius Aen. VII 489 XI 571 ‘in l.’ Servius Aen. II 231 ‘inque . . . alvum’ Servius Aen. V 818 ‘in alvum’ Servius Aen. II 231 ‘curvam c. alvum’ Probi de nom. exc. IV 207 K.

VARIA LECTIO. 41 *sqq. Laocoontis partes, v.* 40—56 *et* 199 —233 *secundis curis poetam inseruisse putat Bethe mus. Rhen.* XLVI 511 *sqq.* 41 LAUCOON *Mc: cf. prol.* 448 43 hostes *b*
44 ‘*ordo est* dona Danaum, *non* dolis Danaum’ *Servius* dolo *gloss. Vat.* . notus (gnotus?) *γ* 45 in ligno *Diomedes*
46 atque haec *suo iure flagitavit Heynius. Sed* aut *cum etiam Diomedes et Priscianus legerint, poetam ipsum arbitror dubium utrum v.* 45 *an* 46 *sq. versui* 48 *opponeret, interim utraque ad posuisse, ut tamen in edendo textu aut v.* 45 *aut* 46 *sq. omissurus esset: cf. prol.* 69. *Interpolatos esse v.* 46 *sq. arbitrati sunt Gebhardi et Heidtmann* FABRICATEST *M* 48 ‘*distinguendum sane* error, *et sic dicendum:* equo ne credite T. [equo latet: *id est sub praetexto, sub specie equi. alii* equo *in equo accipiunt*’ *Cass.*] *Servius. Post* equo *interpunxit Diomedes quoque* ne *suprascr. γ*
49 Quicquid *γb* ‘quidquid id est, timeo, *hoc enim melius est*’ *Servius* FERENTES *Mb*1*c*, *Diomedis ω* 51 in latus] *interpretum opinationes lege apud Servium* FERIT *M* feri . *b* alvom *γ* ALVVM *MRbc*

contorsit. stetit illa tremens, uteroque recusso
insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.
et si fata deum, si mens non laeva fuisset,
impulerat ferro Argolicas foedare latebras,
Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.

Ecce manus iuvenem interea pos terga revinctum
pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidae, qui se ignotum venientibus ultro,
hoc ipsum ut strueret Troiamque aperiret Achivis,
optulerat, fidens animi atque in utrumque paratus,
seu versare dolos seu certae occumbere morti.
undique visendi studio Troiana iuventus
circumfusa ruit, certantque inludere capto.

---

TESTIMONIA. 52 'uteroque r.' Acro ad Hor. a. p. 151 53 Servius ge. I 184 'cavernae' de dub. nom. V 574 K. 54—56 Dositheus VII 428 K. 54 Diomedes I 438 K. 'si mens . . . fuisset' Servius Aen. X 275 55 Sergius de accentib. IV 484 K. 'impulerat f.' schol. Veron. 81, 30 K. schem. lex. p. 54 H. 56 [Aspri] ars V 548 K. 'Troiaque n. stares' Diomedes I 428 K. Marius Victorinus VI 35 K. Max. Victorini ars VI 197 K. Velius Longus VII 55 K. Audacis Exc. VII 328 K. 57 Donatus Ter. Andr. I 1, 42 schem. lex. p. 55 H. Servius Aen. II 270 'ecce . . . interea' Sacerdos VI 448 K. 60 'hoc . . . strueret' Sacerdos VI 472 K. 61 Priscianus 1122 P. 'fidens . . . paratus' Seneca de vita beata 8, 3 62 Nonius 418, 27 Servius Aen. XI 704 ecl. X 68 63 sq. Asper 113, 29 K. 64 'certantque . . . capto' Nonius 253, 27 Priscianus 1201 P. Servius Aen. IV 591

---

VARIA LECTIO. 54: *cf. ecl.* I 16 55 inpulerit *schem. lex.* 56 'Troiia . . . *sic enim ista scribi per geminatam* i *metri ratio deposcit' Maximus Vict.* (*cf. prol.* 138) Troia *ceteri grammatici* STARES *PRybc*, *grammatici.* 'stares: *si* staret, maneres *sequitur propter* ὁμοιοτέλευτον' *Servius* MANERES (T *sup. rubra*) *M* maneret *Dositheus: utrumque etiam Servius legisse videtur.* maneres *Aspri person. Vat.* 57 poſterga *b: cf. prol.* 442 POST TERGA *MPRyc* 59 'quis se, *quibus se, alii* qui se *legunt' Servius* 60 PERIRET (A *sup.*) *M* 61 ANIMO *R*, *Senecae libri* animi *testatur Servius* 62 uerſare dolo *b*, *Nonius.* 'versare dolo, *dolo cvertere* . . . *aut* dolos versare, *exercere' Servius.* versare dolos *idem ad Aen.* XI 704 *ecl.* X 68. superare dolo *Peerlkampus* se servare dolo *coni. Kvičala acad. Prag.* III 124 CERTAE (A *del.*) *P* CERTE (M *sup.*) *Myb*, *Nonii exempl.* OCCVRRERE (R *alt. m.* 2 *corr. in* B) *P* occumbere *Ennii trag.* 384 *exemplo confirmat Servius* 64 CERTAT *R* certaN (N *in ras.*) *b* certant *test. Servius Dan.*

accipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno
disce omnis.
namque ut conspectu in medio turbatus inermis
constitit atque oculis Phrygia agmina circumspexit:
'heu quae nunc tellus' inquit, 'quae me aequora possunt
accipere? aut quid iam misero mihi denique restat?
cui neque aput Danaos usquam locus, et super ipsi
Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt.'
quo gemitu conversi animi compressus et omnis
impetus. hortamur fari, quo sanguine cretus
quivĕ fuat, memores quae sit fiducia capto.

---

ille haec deposita tandem formidine fatur:

---

TESTIMONIA. 65 sq. Nonius 240, 4 Donatus Ter. Phorm. II 1, 35 'et . . . omnes' Servius Aen. X 189 'crimine . . . omnes' Donatus Ter. adelph. V 1, 12 65 anecd. Helv. 204 H. 'accipe . . . insidias' Servius Aen. I 676. 754 VI 66 ecl. I 18 'et . . . uno' Servius Aen. II 98 67 sq. 'namque . . . constitit' Donatus Ter. eun. III 5, 48 68 explan. in Don. IV 523 K. fr. Sangall. de scans. her. vers. VI 637 K. 69 sq. 'heu . . . accipere' Quintilianus IX 2, 9 69 'heu . . . inquit' ult. syll. IV 227 K. Cledonius V 79 K. 70 'aut . . . restat' Nonius 378, 26 71 sq. Beda de orthogr. VII 288 K. Dositheus VII 416 K. 'cui . . . Dardanidae' Diomedes I 413 K. 'et . . . infensi' Probi inst. art. IV 149 K. Cledonius V 77 K. 74 'hortamur . . . cretus' Arusianus VII 477 K. Grillii comm. in Cic. de inv. p. 602 H.

---

VARIA LECTIO. 65 *dana*VVM *P* 'crimine ... *alii sic legunt:* Danaum insidias et crimina' *Servius* 66 OMNES *Mb* 69 nunc] me *Quintiliani ω* 73—III 684 *deficit R* 75 quive fuat, memores *conieci exemplo usus* III 608 *sq.: cf. prol.* 364 *sq.* QVIDVE FERAT MEMORET *libri, Servius: cf.* X 149 *sqq.* 'memoret quae sit fiducia capto' (*quae duplici modo explicantur*) . . . *alii* memorem *legunt, ut sit sensus: hortabamur ad loquendum memorem* . . . *vel* quidve ferat memoret' *Servius.* memoret ... capto *spuria habuit Peerlkampus* cepto *χ* 74—76 hortamur . . . fatur *interpolata videntur Kvičalae* 76 = III 612 *om. Pyb*, *ima pag̃. litteris miniatis add. M*, *margine inferiore add. a*, *superiore b*, *in ras. m. rec. c: non interpretatur Servius. Adversatur huic versui* 107

'Cuncta equidem tibi, rex; fuerit quodcumque, fatebor 77
vera' inquit, 'neque me Argolica de gente negabo.
hoc primum; nec, si miserum fortuna Sinonem
finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.
fando aliquod si forte tuas pervenit ad auris
Belidae nomen Palamedis et incluta fama
gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi
insontem infando indicio, quia bella vetabat,
demisere Neci, nunc cassum lumine lugent:
illi me comitem et consanguinitate propincum
pauper in arma pater primis huc misit ab annis.

---

TESTIMONIA. 77 'cuncta . . . rex' Servius Aen. II 149 'fuerit q. fatebor' Servius Aen. V 710 'sed iam quodcumque fuerit,' ut dixit Sinon' e. q. s. Phaedrus III prol. 27 'cuncta e. t. r. fatebor quaecunque' Grillii comm. p. 602 H. 78 sq. 'neque . . . primum' schem. dian. p. 60 H. 78 'neque . . . negabo' Grillii comm. p. 602 H. 79 sq. 'hoc . . . finxit' schol. Bern. app. 1 15 'nec si . . . finget' Macrobius Sat. VI 1, 57 Nonius 309, 7. 417, 3 Donatus Ter. eun. II 2, 10 79 'hoc p.' Grillii comm. p. 602 H. 81 Diomedes I 342 K. Priscianus 811 P. Cassiodorius (ex Velio Longo) VII 154 K. Servius Aen. II 6 82 'Belidae Palamedis' Charisius I 124 K. cf. Diomedes I 323 K. 'Belidae nomen Palamedis' Charisius I 68 K. 83—85 'quem . . . neci' Macrobius Sat. IV 4, 5 84 sq. Sacerdos VI 470 K. 85 Priscianus 874. 921. 1127 P. schol. Hor. carm. I 28, 11 'nunc . . . lugent' Priscianus 869 P. Arusianus VII 489 K. 87 'pauper . . . pater' Probi inst. art. IV 83 K.

---

VARIA LECTIO. 77 fuerit quodcumque fatebor (tquod — or *in ras.*) *b* fuerit qđ..cūq: fatebor (đ *corr. ex* u) *a* fuerit quocumque (d *supra* c) f. *c*2 fuerit quaecumque (quodcumque *m.* 1) f. *γ*2 fuerint quaecumque f. *c*1*m* FVERITQVAECVMQ*ue fatebor P* (*quae nolim sic interpretari:* cuncta tibi rex — fuerit! quaecumque fatebor). fuerit quodcumque, f. *Servius, legit Phaedrus*. 78 ne*q:* *b* 79 hoc primum: *cf. Vahlenus ind. lectt. Berol.* 1880 *p.* 9 ne*c* *b* 80—104 *V fol.* I 80 finget] fugit *γ*1 81 ALIQVOT *V* aliquid, *sed corr. ex* aliquod *a* aliquod (o *corr. in* i) *b* aliquid *c*, *Prisciani φ*, *Cassiodorii ω*. *Cogitare possis de ablativo* aliqui *au*RES *V* aures *γ*2*bc*, *Diomedis libri* 82 BELIDE *ut vid. V*. *De producta syllaba paenultima v. Priscianus* 584 *P.* INCLYTA *Mac: cf. prol.* 452 inclita *γb* 85 kassum *Arusianus* 86 *sq.* illi me c. primis huc misit ab annis Pauper in a. p. consanguinitate pr. *Keyssner* 86 PROPINQ*uum V* (*totum periit in P*) propinqum *γ* propinquum *abc* 87 *cf.* III 595 huc *dubium*

dum stabat regno incolumis regumque vigebat
conciliis, et nos aliquod nomenque decusque
gessimus. invidiā postquam pellacis Ulixi
(haut ignota loquor) superis concessit ab oris,
adflictus vitam in tenebris luctuque trahebam
et casum insontis mecum indignabar amici.
nec tacui demens et me, fors siqua tulisset,
si patrios umquam remeassem victor ad Argos,
promisi ultorem et verbis odia aspera movi.
hinc mihi prima mali labes, hinc semper Ulixes
criminibus terrere novis, hinc spargere voces
in volgum ambiguas et quaerere conscius arma.
nec requievit enim, donec Calchante ministro —

TESTIMONIA. 89 sq. 'et . . . gessimus' Sidonius Apollinaris epist. IV 14 Charisius I 269 K. Macrobius Sat. IV 3, 7 Nonius 316, 23 Donatus Ter. hec. III 3, 23 schol. Veron. 83, 25 K. Servius ge. II 240 Aen. I 248 90 'pellacis U.' Velius Longus VII 65 K. Servius ge. IV 442 Donatus Ter. Phorm. I 2, 17 cf. Charisius I 68 K. 93 Priscianus 1167 P. Servius Aen. I 37 96 Nonius 362, 24 'promisi u.' Acro ad Hor. serm. II 3, 9 97 'hinc . . . labes' schol. Iuven. I 168 98 sq. 'hinc (vel 'tunc') . . . ambiguas' Nonius 230, 21 Charisius I 74 K. Beda de orthogr. VII 293 K. 'spargere . . . vulgum' anecd. Helv. 238 'spargere . . . ambiguas' Probi de nom. exc. IV 208 K. Consentius V 345 K. 99 'in v. ambiguas' Charisius I 21 K. Charisii exc. I 538. 548 K. Cledonius V 40 K. Servius Aen. I 149 'in v. ambiguam' Servius in Don. IV 431 K. 'et . . . arma' Servius Aen. XII 6 georg. IV 245 'quaerere c. arma' Servius Aen. I 542 schol. Bern. ge. IV 245 100 sq. 'donec . . . revolvo' Macrobius Sat. IV 6, 22 Sacerdos VI 468 K.

---

c VARIA LECTIO. 88 reg . um *b* reg . ũ (g *in ras.*) *a* 89 CONSIL*iis* *V* Conſiliiſ *bc*2 aliquod (od *in ras.*) *b* 90 PELLACIS *My2a2b in ras., c, testantur Velius Longus, Donatus, Servius* FALLACIS *Py1a1b sup. m. rec., m, Charisius: cf. Bentleius ad Hor. carm.* III 7, 20 ..LLACIS (*sed ut* A *potius quam* E *ante* L *fuisse videatur*) *V* ulixei *c* 91 loquor (o *post. e corr.*) *a* loquor (quor *in ras.*) *b* 92 FLVCT*uque* *V* 93 caſſum *γ*1 *cf. prol.* 444 *sq.* 94 set me *A. Nauckius Mél.* III 87 me *suprascr. a* 95 *deleri voluit A. Nauckius l. l. cf. Kloucek symb. Prag.* 77 *sq. Kvíčala acad. Prag.* III 125 97 HIC$^{N}$ *M* Hinc (in *e corr.*) *a* haec *Nauckius* prima . la . beſ (a *altera ex corr., in mg.* mali) *c* 98 hinc] tunc *Nonii exempl.* 99 VVLGVM *MVγabc* (*abscissum in P*) ambiguam *testatur Servius in Don.*

set quid ego haec autem nequiquam ingrata revolvo?
quidve moror? si omnis uno ordine habetis Achivos
idque audire sat est, iandudum sumite poenas:
hoc Ithacus velit et magno mercentur Atridae.'

Tum vero ardemus scitari et quaerere casus,
ignari scelerum tantorum artisque Pelasgae.
prosequitur pavitans et ficto pectore fatur:

'saepe fugam Danai Troia cupiere relicta
moliri et longo fessi discedere bello;
fecissentque utinam! saepe illos aspera ponti
interclusit hiems et terruit auster euntis.
praecipue cum iam hic trabibus contextus acernis
staret ecus, toto sonuerunt aethere nimbi.

---

TESTIMONIA. 103 sq. 'iamdudum . . . Atridae' Grillii comm. in Cic. p. 602 H. Servius Aen. X 617 103 Priscianus 1180 P. 'iamdudum s. poenas' Donatus Ter. Andr. I 4, 1 Priscianus 1018. 1242 P. Servius Aen. I 580 Alcuini gramm. 2123 P. 104 Acro ad Hor. serm. II 3, 195 'hoc I. v.' Quintilianus IX 3, 11 Marius Victorinus VI 22 K. 'et . . . Atridae' Servius Aen. X 503 comm. Bern. Lucani I 34 U. 105 Priscianus 826 P. 106 Arusianus VII 480 K. 108—110 'saepe . . . utinam' Sacerdos VI 470 K. 108 sq. 'saepe . . . moliri' Charisius I 217 K. 108 'saepe f. Danai' ult. syll. IV 249 K. 109 'et . . . bello' Arusianus VII 473 K. 110 'fecissentque u.' Cledonius V 20 K. Sacerdos VI 432 K. 111 'et . . . euntes' Servius Aen. III 581 ge. I 193 schol. Bern. ecl. VI 3 112 sq. 'cum . . . ecus' Macrobius Sat. VI 9, 13

---

VARIA LECTIO. 101 NEQUIGQUAM *M* nequicquam *c* NEQ*uiquam ingrata* (*ut quae legere non potui tredecim litterarum spatium expleant*) *V* 102 *veram interpunctionem revocavit Vahlen ind. lectt.* 1880 *p.* 4 si] SIVE *P* SED (E *erasa,* D *corr. in* I) *M* omneſ *ab* 103 iamdudum *γabc* 104 hocc *Marius Victorinus* 105 tunc *Prisciani Par.* CAvSVS (*corr. m.* 2) *P* cauſaſ (ſ *pr. e corr.*) *a* CAVSAS *Mγbc*, *Servius, Priscianus* 106 scelerum *om. Arusiani cod.* 107 persequitur *prop. Kvičala* 108 voluere *Charisius.* '*ut ostendat propter bellum fugere, ait* cupiere, *non* voluere' *Servius Dan.* 111 Interclu . ſit (*erasa* ſ) *a* eunteſ *b* 112 PRAECIPUAE IĀM CŪM *M* hic *om. π*, *Macrobii exempl.* 113 equuſ *γabc*

suspensi Eurypylum scitantem oracula Phoebi
mittimus, isque adytis haec tristia dicta reportat:
"sanguine placastis ventos et virgine caesa,
cum primum Iliacas, Danai, venistis ad oras:
sanguine quaerendi reditus, animaque litandum
Argolica." volgi quae vox ut venit ad auris,
obstipuere animi, gelidusque per ima cucurrit
ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.
hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
protrahit in medios: quae sint ea numina divom,
flagitat. et mihi iam multi crudele canebant
artificis scelus et taciti ventura videbant.
bis quinos silet ille dies tectusque recusat

---

TESTIMONIA. 114 sq. 'suspensi . . . mittimus' Nonius 386, 18 Donatus Ter. eun. III 4, 10 Charisius I 270 K. 115 'is . . . reportat' Nonius 409, 24 116—119 'sanguine . . . Argolica' Macrobius Sat. III 5, 4 116 Servius Aen. VIII 52 118 sq. 'animaque l. Argolica' Arusianus VII 489 K. 124 sq. 'et . . . canebant exitium' schol. Veron. 81, 15 K. 'et . . . videbant' Donatus Ter. adelph. I 1, 5 Phorm. prol. 13 125 'artificis s.' schol. Iuven. XV 16 Servius Aen. XII 632 126 'bis . . . dies' Servius Aen. II 324 126 sq. 'tectus . . . sua' Acro Hor. carm. I 9, 21

---

VARIA LECTIO. 114 'suspensi *aut solliciti . . . aut ad nimbos refertur distinctione mutata, ut distinguamus* nimbi suspensi' *Servius* SCITANTEM *P* ſcitantem (n *erasa*) *γ* ſcitantē (tantē *in ras., corr. in* ſcitante) *b* SCITANTUM *M* ſcita . t . um *a* ſcitatum *c*, *Nonii et Donati exempl., Charisius* 'scitantem . . . *alii* scitatum *legunt' Servius* 116 ce . ſa (*erasa* ſ) *a* 116 *sq.* 'sanguine . . . cum primum: *hic distinguendum est, quia et semel ad Troiam ventum est et ante quam ad eam veniretur, de Iphigenia est sacrificatum' Servius* vertistis *Ernestus Schulze ann. philol.* 1894 *p.* 25 119 VVLGI *libri* AVRES *M2γ2abc* 120 *cf.* V 404 VIII 530 IX 123 *et* VI 54 XII 447 121 Oſſa (ſa *in ras.*) *a* cui] quid *Peerlkampus* cui *testatur Servius* paret *Madvicus Adv.* II 34, *sed cf. prol.* 66 123 QUA∴ . *M* quem signent *Peerlkampus* quae sint ea *legit Servius* diuom *γ* DIUU˜ *Mc* diuum *ab* 124 canebant exitium *schol. Veron. cf.* 131 125 taciti (citi *m.* 2 *in ras.*) *γ* pavidi *Schraderus* taciti *legit Servius* 126 recuſſat *γ1a1*

prodere voce sua quemquam aut opponere morti.
vix tandem, magnis Ithaci clamoribus actus,
composito rumpit vocem et me destinat arae.
adsensere omnes et quae sibi quisque timebat.
unius in miseri exitium conversa tulere.
iamque dies infanda aderat: mihi sacra parari
et salsae fruges et circum tempora vittae.
eripui, fateor, leto me et vincula rupi,
limosoque lacu per noctem obscurus in ulva
delitui, dum vela darent, si forte dedissent.
nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi
nec duplicis natos exoptatumque parentem;
quos illi fors et poenas ob nostra reposcent
effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt.
quod te per superos et conscia numina veri,
per siqua est quae restet adhuc mortalibus usquam

---

TESTIMONIA. 127 Nonius 363, 19 129 Donatus Ter. Phorm. V 1, 29 'composito r. vocem' Servius Aen. X 63 'rumpit v.' Servius Aen. III 246 'me d. arae' Servius Aen. II 100 . 130 'adsensere o.' Diomedes I 381 K. 131 Nonius 406, 27 . 132 sq. 'mihi . . . vittae' schol. Hor. carm. III 23, 3 132 Nonius 522, 9 'mihi s. parari' Donatus Ter. Andr. IV 1, 32. 2, 7 133 'et s. fruges' Servius ecl. VIII 82 134 'eripui . . . me' Servius Aen. I 596 136 'dum . . . dedissent' Donatus Ter. Phorm. II 1, 43 141 'quod . . . superos' Donatus Ter. Andr. I 5, 54 'quod te p. s. oro' (cf. 143) Donatus Ter. Andr. III 3, 24

---

VARIA LECTIO. 129 rupit $\chi$ 130 timebant $\gamma$1*a*1*c*1 '*est autem figuratius, si legatur* timebant' *Servius Dan. cf.* XI 186 *prol.* 344 132 ergo dies *Nonii exempl.* parantur *schol. Hor.*

136 VEGA (L *sup. m.* 2) *P* uelle *c*1 DID*issent P* darent, si forte d. *tuetur Wagnerus.* darent si forte, dedissent *Heynius et Peerlkampus, sed ille ut malit omisso hemistichio* si f. d. *versum inperfectum relinquere.* si forte d. *coniungit Servius* 138 DVPLICIS *P numeris melioribus* dul.ciſ (l *in ras.*) *a* '*quidam sane non* dulces, *sed* duplices *legerunt, quia* dulces *leve esset et commune epitheton liberorum*' *Servius.* DULCIS *Myb*2*c*: *cf.* IV 33 dulceſ *b*1 139 'fors et poenas; *forte et poenas. alii iungunt* forset, *ut sit forsan*' *Servius* et] ad *cm*, *in ras. m. rec. b*

142 RESTAT (E *s*) *M* reſtat *b* 'restet, *supersit*' *Servius Dan.* UMQUA˘ *M*

intemerata fides, oro, miserere laborum
tantorum, miserere animi non digna ferentis.'

His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro.
ipse viro primus manicas atque arta levari
vincla iubet Priamus dictisque ita fatur amicis:
'quisquis es, amissos hinc iam obliviscere Graios:
noster eris. mihique haec edissere vera roganti:
quo molem hanc immanis equi statuere? quis auctor?
quidve petunt? quae religio aut quae machina belli?'
dixerat. ille dolis instructus et arte Pelasga
sustulit exutas vinclis ad sidera palmas:
'vos, aeterni ignes, et non violabile vestrum
testor numen' ait, 'vos arae ensesque nefandi,
quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi:
fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura,
fas odisse viros atque omnia ferre sub auras,
siqua tegunt; teneor patriae nec legibus ullis.
tu modo promissis maneas servataque serves

---

TESTIMONIA. 143 sq. 'oro . . . ferentis' Grillii comm. in Cic. p. 606 H. 'miserere l. tantorum' ult. syll. IV 235 K. 144 'miserere . . . ferentis' Nonius 302, 22 Servius Aen. I 597 IV 370 145 Nonius 472, 25 'miserescimus u.' Diomedes I 343 K. Macrobii exc. Bob. V 650 K. 146 sq. 'ipse . . . Priamus' Servius Aen. II 57 'manicas . . . Priamus' Nonius 350, 26 'atque . . . Priamus' Nonius 336, 16 Servius Aen. I 145 148 C. I. L. IV 1841 Priscianus 1183 P. Servius Aen. I 387 'amissos . . . Graios' Donatus Ter. Phorm. I 2, 91 'obliviscere G.' Arusianus VII 495 K. de idiom. cas. IV 569 K. 149 'noster e.' Donatus Ter. hec. V 2, 4 'mihique . . . roganti' Donatus Ter. Phorm. II 3, 32 Servius Aen. I 8 150 'quo . . . statuere' Servius Aen. II 183 150 sq. 'quis auctor? quae m. belli?' Servius Aen. II 185 152 'arte P.' Servius Aen. XI 760 153 Nonius 300, 6. 404, 25 Servius Aen. II 57 154 'vos a. ignes' ult. syll. IV 223 K. Servius Aen. II 57 157 Servius Aen. IV 350 VIII 1 160 sq. 'servataque . . . fidem' Acro Hor. carm. III 7, 24

---

VARIA LECTIO. 146 UERO (I *rubra*) *M* uero *c*1 148 IAM HINC *P* 149 VERBA *P* 'edissere vera: *hic distinguendum. vera enim audire desiderat' Servius* 154 Vestae *Marklandus ad Stat. silv.* I 1, 36 vestrum *legit Servius* 156 vittaeque] '*multi hic distinguunt et sic subiungunt:* deum quas hostia gessi' *Servius Dan.* 158⸗182 *Veron. fol.* 206, *a* 158 aureſ *a*1 159 tegunt] *non legi, potest fuisse* NOVI *in V*

Troia fidem, si vera feram, si magna rependam.
omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. impius ex quo
Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes
fatale adgressi sacrato avellere templo
Palladium caesis summae custodibus arcis
corripuere sacram effigiem manibusque cruentis
virgineas ausi divae contingere vittas:
ex illo fluere ac retro sublapsa referri
spes Danaum, fractae vires, aversa deae mens.
nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
vix positum castris simulacrum, arsere coruscae
luminibus flammae arrectis, salsusque per artus
sudor iit, terque ipsa solo (mirabile dictu)
emicuit parmamque ferens hastamque trementem.
extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas,
nec posse Argolicis excindi Pergama telis,
omina ni repetant Argis numenque reducant,
quod pelago et curvis secum avexere carinis.

---

TESTIMONIA. 161 'si vera . . . rependam' Donatus Ter. Phorm. I 4, 20 164 'scelerumque i. Ulixes' Charisius I 274 K. Diomedes I 459 K. 166—170 'caesis . . . Danaum' Augustinus de civ. dei I 2 169 'ac . . . referri' Servius Aen. XI 290 169 sq. 'ex . . . Danaum' Nonius 303, 25 170 'fractae v.' Servius Aen. II 13 'aversa d. mens' Acro Hor. carm. II 4, 19 172 sq. 'vix . . . flammae' Servius Aen. II 166 175 'hastamque t.' Servius Aen. II 166 176 Nonius 412, 32

---

VARIA LECTIO. 161 repandam $\chi$ 164 ENIMQVEI *P* que *om. PV* 165 ACVELLERE *P* a.uellere *γa* 166 caeſſiſ (*rasa prima* ſ), *in mg.* al caeſiſ *γ* 167 que *om. γ* 168 auſi (ſ *e corr.*) *a* 169 *cf. gc.* I 200 Ex illo, *in mg.* al ex ilio *γ* 170—190. 191—198 *F fol.* XVIII 170 spes] res *Kvičala acad. Prag.* III 127 aduerſa *γ* 172 in caſtriſ *c* co.ruſci.(i *corr. in* e) *b* 173 '*Probo sane displicet* salsus sudor, *et supervacue positum videtur*' *Servius Dan. cf. schol. Veron. et prol.* 144. largus *Novák* 174 *nihil apparuit in V* 177—179 *nihil apparuit in V* 178 omnia [i . ni] (i *inf. eras.*), *in mg.* al omnia ni *γ* Omnia *a*1 Omin.a [Ni] *a*2 179 *post v.* 183 *collocari iussit Buechner progr. Sverin.* 1886 *p.* 12, *deleri voluit Dietsch*

et nunc quod patrias vento petiere Mycenas,
arma deosque parant comites, pelagoque remenso
inprovisi aderunt: ita digerit omina Calchas.
hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso
effigiem statuere, nefas quae triste piaret.
hanc tamen inmensam Calchas attollere molem
roboribus textis caeloque educere iussit,
ne recipi portis aut duci in moenia posset
neu populum antiqua sub religione tueri.
nam si vestra manus violasset dona Minervae,
tum magnum exitium (quod di prius omen in ipsum
convertant!) Priami imperio Phrygibusque futurum;
sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem,
ultro Asiam magno Pelopea ad moenia bello
venturam, et nostros ea fata manere nepotes.'

Talibus insidiis periurique arte Sinonis

TESTIMONIA. 181 'arma . . . comites' Servius Aen. II 99 181 sq. 'pelagoque . . . aderunt' Servius Aen. III 157 184 'nefas . . . piaret' Consentius V 352 K. 185 sq. 'Calchas a. iussit' Servius Aen. II 150 187 sq. Priscianus 1028 P. 187 'ne r. portis' Servius Aen. II 150 188 Servius Aen. III 281 190 sq. Arusianus VII 474 K. 'quod . . . convertant' Servius Aen. VIII 484 193 sq. 'ultro . . . venturam' schol. Veron. 88, 3 195 'periurique a. Sinonis' Servius Aen. I 657

VARIA LECTIO. 180 *cf.* 25 UENTO (U *m.* 2 *corr. in* L *ut vid.*) *F* 181 PARNT.MN.S (OMNES?) *V* 182 *nihil apparuit in V, nisi quod* OMINA *videbatur agnosci posse* Inprouiſ. *c*1 degerit *a*1*b*1 om$^{i}$na (a *m.* 2 *in ras.*) *ya* omnia *in ras. b* 183 le.ſo *a*· 185 hanc *repetitum ex v.* 183 *displicuit Peerlkampo* 187 im *y* IN~~TRA~~ *M* POSSET *Pyb*2 POSSIT *FMb*1*c*, *Prisciani exempl.* poſ ſit (ſit *e corr.*) *a* 188 RE$^{L}$LIGIONE *Fb*2 relligione *c* relegione *yb*1 RE$^{LI}$GIONE *M*: *cf. prol.* 429 190 Tunc *b* DII *MPy* 191 PHRYG$^{BU}$IIS (*corr. m.* 2) *F* 192 Si$^{n}$ *b* A$^{S}$~~C~~CENDISSET *P* 193 magnam *schol. Veron. cf. prol.* 199 195 PERIVRII *F* PEI$^{R}$URI *M*: *cf. prol.* 443

credita res, captique dolis lacrimisque coactis
quos neque Tydides nec Larisaeus Achilles,
non anni domuere decem, non mille carinae.

Hic aliud maius miseris multoque tremendum
obicitur magis atque inprovida pectora turbat.
Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras.
ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(horresco referens) immensis orbibus angues
incumbunt pelago pariterque ad litora tendunt;
pectora quorum inter fluctus arrecta iubaeque
sanguineae superant undas, pars cetera pontum
pone legit sinuatque immensa volumine terga.
fit sonitus spumante salo; iamque arva tenebant
ardentisque oculos suffecti sanguine et igni
sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

---

TESTIMONIA. 196 'captique . . . coactis' Donatus Ter. eun. I 1, 22 Nonius 253, 22 197 Asper 115, 8 K. 'quos n. Tydides' ult. syll. IV 222 K. 'Larissaeus A.' Charisius I 274 K. Diomedes I 459 K. Sacerdos VI 463 K. comm. Bern. Lucani VI 355 U. Acro Hor. carm. I 7, 11 198 Terentianus Maurus 1239 199 Nonius 412, 19 203 sq. Nonius 191, 14 Donatus Ter. adelph. IV 7, 4 203 Donatus Ter. Phorm. II 1, 34 'ecce . . . Tenedo' Pseudoascon. ad Cic. p. 133 Or. 204 'horresco r.' Charisius I 13 K. ult. syll. IV 257 K. Marius Victorinus VI 30 K. Servius Aen. VIII 565 'inmensis o. anguis' de dub. nom. V 572 207 sq. 'pars . . . legit' Nonius 332, 16 [Sergius] in Don. IV 561 K. 211 Servius ge. I 328 'sibila ora' Servius ecl. V 82 gloss. Verg. (C. G. L. IV p. 463, 45) 'linguis v.' gloss. Verg. (C. G. L. IV p.. 450, 9) item lib. gloss. (cf. Goetzii comm. p. 280)

---

VARIA LECTIO. 196 coacti *γ*2, *Nonii exempl.* coactis *testantur Servius et Donatus* 197 LARISAEVS *Pγ* larifae . uf (*erasa* u) *a* larifeuf *bc*, *Diomedis Par. B cf. prol.* 448 CLARISEVS *F* CLARISSAEVS (C *comp. minio*) *M* larisseus *Charisii Neap., Diomedis Par. A et Mon., Sacerdotis cod.* claris saeuus *Charisii exc. Leid.: cf.*. XI 404 201 LAUCOON *Mc*1 *cf. prol.* 448 NEPTVNI *P* neptun. (*eras.* i) *γ* 202 ARA˜ *M* 204 inimicus inmensis *dub. nom. cf.* V 84 207 superant, undans pars *Peerlkampus* 208 finuat *γc* finuat . . (t *e corr.*) *a* uolumina *c*1

diffugimus visu exsangues. illi agmine certo
Laocoonta petunt: et primum parva duorum
corpora natorum serpens amplexus uterque
implicat et miseros morsu depascitur artus;
post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem
corripiunt spirisque ligant ingentibus, et iam
bis medium amplexi, bis collo squamea circum
terga dati superant capite et cervicibus altis.
ille simul manibus tendit divellere nodos
perfusus sanie vittas atroque veneno,
clamores simul horrendos ad sidera tollit,
qualis mugitus, fugit cum saucius aram
taurus et incertam excussit cervice securim.
at gemini lapsu delubra ad summa dracones
effugiunt saevaeque petunt Tritonidis arcem,
sub pedibusque deae clipeique sub orbe teguntur.
tum vero treme facta novos per pectora cunctis

---

TESTIMONIA. 212 sq. 'illi . . . petunt' Servius Aen. I 82 212 'illi a. certo' Servius Aen. I 393 214 de dub. nom. V 577 K. 'serpens a.' Servius Aen. II 204 215 Priscianus 796. 1214 P. 'et . . . artus' Priscianus 1168. 1176 P. 219 'superant . . . altis' Caper VII 96 K. 220 Nonius 411, 4 222—224 Macrobius Sat. V 13, 10 'clamores . . . taurus' Charisius I 277 K. Diomedes I 463 K. Lactantius de morte persecut. 33 222 Nonius 406, 26 223 sq. Beda de trop. 385 Cap. 'qualis . . . taurus' Macrobius Sat. IV 5, 8 Nonius 398, 9 Donati ars IV 402 K. Servius Aen. IX 101 Victorinus in Cic. p. 228. 239 H. 224 Priscianus 757 P. 'et . . . securim' Servius Aen. XI 767 'incertam . . . securim' Gellius XIII 21, 6 225—227 Macrobius Sat. III 4, 4 225 'delubra . . . dracones' Servius Aen. II 204 227 'clipeique . . . teguntur' Charisius I 286 K.

---

VARIA LECTIO. 212 EXANGVES *P* EXANG(s)UES *Mb* 213 LAUCOONTA *M* 214 c. n. sternuntur limine primo *conflata ex v.* 364 *et* VI 427 *de dub. nom.* 216 illum *b*1 221 '*est interpositus versus: nam potest tolli salvo sensu*' *Servius* 223 mugitus, veluti fugit *Macrobii* IV 5, 8 *exempl.* mugitu. *c* 224 INCERTAM (M *m.* 2 *add.*) *P* incertam *testatur Servius* 225 *in mg. m.* 2 *add. c* gemini.. *a* 226 DIFFUGIUNT *M: cf.* 212 X 804 Tritonidos *Macrobii Par.* 1 228 tremifacta *a*1 *ut vid.* NOVVS *libri*

insinuat pavor, et scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
laeserit et tergo sceleratam intòrserit hastam.
ducendum ad sedes simulacrum orandaque divae
numina conclamant.
dividimus muros et moenia pandimus urbis.
accingunt omnes operi pedibusque rotarum
subiciunt lapsus et stuppea vincula collo
intendunt. scandit fatalis machina muros
feta armis. pueri circum innuptaeque puellae
sacra canunt funemque manu contingere gaudent.
illa subit mediaeque minans inlabitur urbi.
o patria, o divom domus Ilium et incluta bello
moenia Dardanidum! quater ipso in limine portae
substitit atque utero sonitum quater arma dedere:
instamus tamen inmemores caecique furore

TESTIMONIA. 229 'insinuat p.' Servius Aen. I 104 III 106 'et . . . merentem' Servius Aen. VII 307 'scelus . . . merentem' Iuliani exc. V 324 K. 229 sq. 'et . . . ferunt' Nonius 303, 2 Servius Aen. XI 708 230 'sacrum q.' Terentianus Maurus 1255 232 'ducendum . . . simulacrum' Servius Aen. II 46 234 Isidorus orig. XV 3, 59 Cassiodorius VII 146 K. Servius Aen. XI 567 'dividimus m.' Acro Hor. carm. III 16, 13 'et . . . urbis' Servius Aen. II 252 235 'accingunt o. operi' Donatus ad Ter. eun. V 9, 30. 46 Servius Aen. IX 73 'accingunt operi' Servius Aen. I 210 235 sq. 'accingunt . . . lapsus' Priscianus 796 P. 'pedibusque . . . lapsus' Diomedes I 412 K. Dositheus VII 415 K. 236 sq. 'et . . . intendunt' Nonius 329, 4 Servius Aen. IV 506 237 'scandit . . . muros' Servius Aen. II 192 schol. Veron. 85, 24 K. 237 sq. 'scandit . . . armis' Nonius 312, 3 Philargyrius ge. III 176 238 'feta a.' Servius Aen. I 51. 506 II 20 VI 516 239 'funemque . . . gaudent' Nonius 268, 7. 240 'mediaeque . . . urbi' schol. Hor. carm. III 4, 54 241 'o patria . . . domus' ult. syll. IV 231 K. 241 sq. 'o patria . . . Dardanidum' Macrobius Sat. V 1, 10 Priscianus 733 P. 242 ult. syll. IV 247 K.
242 sq. 'quater . . . dedere' Asper 114, 15 K. schol. Bern. ecl. VIII 75
244 'instamus t. inmemores' Donatus ad Ter. Andr. IV 3, 8 Servius Aen. IX 374

VARIA LECTIO. 230 Laucoonta *c* 231 Laeſſerit *γ1* Leſſerit *a1* 235 accedunt *Novák: cf. prol.* 65 237 fataleſ *γ2* MACCHINA *P: cf. prol.* 431 239 CONSTINGERE *P*
241 *di*VVM *P* DIUUM *Mabc* d$\overset{u}{i}$um *γ* INCLUTA (Y *sup. col. rubro*) *M* inclita *γabc*

et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
ora dei iussu non umquam credita Teucris:
nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
ille dies, festa velamus fronde per urbem.

Vertitur interea caelum et ruit Oceano nox
involvens umbra magna terramque polumque
Myrmidonumque dolos; fusi per moenia Teucri
conticuere, sopor fessos complectitur artus.
et iam Argiva phalanx instructis navibus ibat
a Tenedo tacitae per amica silentia lunae
litora nota petens: flammas cum regia puppis
extulerat, fatisque deum defensus iniquis
inclusos utero Danaos et pinea furtim
laxat claustra Sinon. illos patefactus ad auras

TESTIMONIA. 245 Servius Aen. II 345 'et m. infelix' Servius Aen. I 330 246 sq. 'tunc ... ora' explan. in Don. IV 528 K. 247 Nonius 275, 6 248 sq. schol. Hor. carm. IV 6, 14 'nos ... dies' Macrobius Sat. III 4, 4 Probi de nom. exc. IV 210 K. cf. Probi inst. art. IV 89 K. 250—252 'vertitur ... dolos' Nonius 328, 17 250 sq. Macrobius Sat. V 5, 5 'ruit ... polumque' Isidorus orig. V 31, 3 250 Macrobius Sat. VI 1, 8 Nonius 380, 17 'vertitur i. caelum' Isidorus orig. XIII 1, 5 anecd. Helv. 271 'et ... nox' Servius Aen. X 256 251 Servius Aen. IV 7 255 'tacitae ... lunae' schol. Hor. carm. II 8, 10 III 30, 9 256 sq. 'flammas' ... extulerat' Isidorus orig. I 36, 13 Servius Aen. III 519 257 'fatisque ... iniquis' comm. Bern. Lucani II 85 U. 258 sq. 'inclusos ... Sinon' de schem. lex. p. 48 H. 'pinea claustra' Servius Aen. II 112 'et ... Sinon' Servius Aen. II 158

VARIA LECTIO. 246 caſandra *c: cf. prol.* 444 247 'non umquam, *non aliquando, i. e. numquam. nam si* nonnunquam *esset, duae negativae facerent unam confirmativam' Servius* 251 umbram *γ*1 MAGNAM *Pγ*1 *Inter v.* 253 *et* 254 *versum unum excidisse coniecit Weidner: cf. Kvičala p.* 251 *sqq.* 254—258. 260—267 (*ante* 260 *in summa pag. abscissus unus versus*) *F fol.* XIX 254 *sqq. recte distinxisse sententiam videtur Heynius* 256 flammans *Fr. Schoell l. l.* turris *Baehrens ann. philol.* 1885 *p.* 392 *cf.* VI 519 cum] iam *Speijer* 257 deum at dei *γ* iniquuſ (u *post. corr. in* i) *γ* 258 .INCLVS (OS *sup.*) *F* Incluſoſ (ſ *utraque in ras.*) *a* et pinea ... illos *eiecit Baehrens* 259 *abscissus in F*

reddit equs, laetique cavo se robore promunt
Thessandrus Sthenelusque duces et dirus Ulixes
demissum lapsi per funem, Acamasque Thoasque
Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon
et Menelaus et ipse doli fabricator Epeos.
invadunt urbem somno vinoque sepultam;
caeduntur vigiles, portisque patentibus omnis
accipiunt socios atque agmina conscia iungunt.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
incipit et dono divom gratissima serpit.
in somnis ecce ante oculos maestissimus Hector
visus adesse mihi largosque effundere fletus,
raptatus bigis ut quondam, aterque cruento

TESTIMONIA. 261 'Thessandrus S. duces' Acro Hor. carm. IV 9, 19 'Graiae linguae quam se libenter addixerit, de crebris quae usurpat vocabulis aestimate: dius Ulixes' Macrobius Sat. V 17, 15 'divus Ulixes' Charisius I 273 K. 'durus Ulixes' schol. Bern. ge. IV 512 262 'demissum . . . funem' Quintilianus VIII 3, 84 Nonius 286, 15 (dimittere, desuper mittere) Isidorus de rhet. p. 517 H. 'Acamasque T.' Sacerdos VI 459 K. 262—264 'Acamasque . . . Epeos' Charisius I 283 K. Sacerdos VI 455 sq. K. 262 sq. 'Acamasque . . . Neoptolemusque' Donati ars IV 399 K. 'Acamasque . . . Machaon' Priscianus 1039 P. Pompeius V 304 K. 263 sq. 'primusque . . . Menelaus' Cledonius V 73 K. 263 'primusque M.' Servius in Don. IV 418 Cledonius V 74 K. Pompeius V 128 K. Servius Aen. I 24 264 'et . . . Epios' Charisius I 156 K. Dositheus VII 397 K. 'ipse . . . Epios' Diomedes I 323 K. ex Charisii arte exc. I 536 K. ult. syll. IV 224 K. 265 Macrobius Sat. VI 1, 20 Servius Aen. X 365 'urbem sepultam' Servius Aen. II 193 266 'caeduntur v.' Nonius 272, 3 268 sq. Quintilianus VIII 6, 60 'tempus . . . incipit' explan. in Don. IV 535 K. 269 'et . . . serpit' Servius Aen. III 176 270 cf. Charisius I 44 K. 272 sq. 'aterque . . . tumentes' Macrobius Sat. IV 3, 8

VARIA LECTIO. 260 EQVvS *P* EQUUS *Mγbc* equıſ *a* ſe (e *e corr.*) *γ* produnt *π*, *prob. Kvičala* 261 Theſandruſ *γabc* Tydides *flagitat Kvičala* truces *Baehrens* DIuUS (R *supra*) *F* divus *Charisius* dius *Macrobius* durus *schol. Bern.* 262 ACAMAS (H *supra*) *P* ACHAMAS (λ *supra*) *M* achamaſ *γac*, *Prisciani φ* athamas *Charisius* 263 Neoptolemusque *Donatus, item Pompeius, qui quinquies* que *legit* medicusque *Brandt* 264 DOLIS *P* EPEOS *Fγ2a2c*, *ult. syll.* EPAEOS *M* EPIOS (*ut vid.*) *P* epioſ *γ1a1b*, *Charisius, Diomedes* 266 uigileſ. . . . . portiſ *c* OMNES *Mγabc*
268—288. 289—309 *F fol.* XX 269 DIvVM *P* DIUUM *Mγabc* GRATISSIMV (A *supra*) *P*

pulvere perque pedes traiectus lora tumentis.
ei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli
vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignis,
squalentem barbam et concretos sanguine crinis
volneraque illa gerens, quae circum plurima muros
accepit patrios! ultro flens ipse videbar
compellare virum et maestas expromere voces:
'o lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum,
quae tantae tenuere morae? quibus Hector ab oris
expectate venis? ut te post multa tuorum
funera, post varios hominumque urbisque labores
defessi aspicimus! quae causa indigna serenos
foedavit voltus? aut cur haec volnera cerno?'
ille nihil, nec me quaerentem vana moratur,

TESTIMONIA. 274—276 Macrobius Sat. V 5, 6 274 sq. 'ei . . . Hectore' Priscianus 740. 1012. 1024 P. (om. 'qualis e.') Probi inst. art. IV 146 K. Audacis exc. VII 356 K. 'quantum . . . Hectore' Donatus Ter. Phorm. II 1, 32 274 'ei . . . erat' Cledonius V 79 K. Alcuini gramm. 2142 P. 'qualis e.' ult. syll. IV 233 K. 275 'qui . . . Achillis' Arusianus VII 479 K. 'exuvias i. Achillis' Servius Aen. XI 76 277 Nonius 404, 12 'squalentem b.' Servius ge. IV 91 277 sq. 'gerens s. barbam' schol. Bern. ge. IV 91 279 'ultro . . . videbar' Servius Aen. VII 194 280 'et . . . voces' Nonius 350, 29 281 Macrobius Sat. VI 2, 18 Acro Hor. carm. IV 5, 5 'o. l. Dardaniae' Servius Aen. XI 349 282 sq. 'quibus . . . ut' Augustini regul. V 519 K. 283 sq. 'ut . . . funera' Diomedes I 408 K. 283 'expectate v.' Donatus Ter. Andr. I 1, 7 hec. prol. 2, 25 285 sq. 'quae . . . voltus' Donatus Ter. adelph. III 2, 10

VARIA LECTIO. 274 hei *Probus* '*totum iungendum, ne doloris distinctione frigescat sicut plurimis doctissimis visum est*' *Servius Dan.* 275 ACHILLI *M*, *Macrobii* ω ACHILLEI *F* achilli ſ (*sed* ſ *corr. add.*) *a*, *item ut vid.* γ achilliſ *bc*, *Arusianus, Macrobii Salisb.* Achilli *P* 276 igneſ (i *sup.*) γ igneſ *b* 277 concreto (*ut vid.*) *c1* crineſ γ*abc* 278 VVLNERAQVE *FM*γ*abc*, *in P abscissum* quo circum (o *corr. in* e, cir *in ras.*) *a* 281 spes] SPESS ∴ US (S ∴ US *eras.*) *M* FISSIMA (di *sup.*) *M* sanctissima *Acronis Med.* fidissima *Servius* 283 *sq. m. 2 in mg. add. c* 283 te . poſt *a2* tempuſ *a1*, *fort. ex* te pos *corruptum* 286 uoltuſ γ VVLTVS *FMPabc* uolnera (v *sup.*) γ VVLNERA *Fbc*

sed graviter gemitus imo de pectore ducens
'heu fuge, nate dea, teque his' ait 'eripe flammis.
hostis habet muros, ruit alto a culmine Troia.
sat patriae Priamoque datum: si Pergama dextra
defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
sacra suosque tibi commendat Troia penatis:
hos cape fatorum comites, his moenia quaere,
magna pererrato statues quae denique ponto.'
sic ait, et manibus vittas Vestamque potentem
aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

Diverso interea miscentur moenia luctu,
et magis atque magis, quamquam secreta parentis
Anchisae domus arboribusque obtecta recessit,
clarescunt sonitus armorumque ingruit horror.
excutior somno et summi fastigia tecti
ascensu supero atque arrectis auribus asto:
in segetem veluti cum flamma furentibus austris

---

TESTIMONIA. 289 Priscianus 1012 P. 'heu . . . dea' Donatus Ter. hec. II 2, 16 Cledonius V 79 K. 'teque ... flammis' Priscianus 1167 P. 290 schol. Hor. carm. IV 6, 3 'hostis h. muros' Nonius 317, 27 'ruit . . . Troia' Nonius 379, 31 Servius Aen. XII 453 ge. I 105 291 'sat . . . datum' Donatus Ter. hec. IV 2, 18 293 sq. 'sacra ... comites' schol. Hor. carm. IV 4, 45 293 Augustinus de civ. dei I 3 Servius Aen. II 320 Macrobius Sat. III 4, 12 294 'hos . . . comites' Servius Aen. IV 341 296 sq. Macrobius Sat. III 4, 12 297 Servius Aen. I 358 'effert p. ignem' Servius Aen. II 271 299—301 'et . . . sonitus' Priscianus 1030 P. 300 'arboribusque o. recessit' Servius Aen. II 706. 725 302 'excutior s.' Servius Aen. III 176 302 sq. 'excutior . . . supero' schol. Bern. ge. II 288 304—308 Macrobius Sat. V 13, 12 Sacerdos VI 464 sq. K. 304 sq. Servius Aen. I 566 V 595 XII 524 'in ... incidit' Diomedes I 464 K. 304 Nonius 395, 12 'veluti . . . austris' Servius Aen. II 758

---

VARIA LECTIO. 288—313 *V fol.* 231 *a* 289 heus *Baehrens* 290 alta *Dorvillius, Wagnerus lect. Verg.* 376 A *m.* 2 *sup. Fa* TROIIA *F* 291 datum ē *b* 292 'etiam: *multi distinguunt, ut sit* adhuc . . . *sed melius est* etiam hac' *Servius* ha.. *c*1 293 PENATES *FMγ2abc* 294 '*multi* quaere *distinguunt et sic subiungunt:* magna pererrato' *e. q. s. Servius Dan.* QUAERE | MAGNA·PERERRATO *M* 297 adfert *b*1 298 Diuerſa *c*1 299 et] AT *M* quamquã. (a *post.* e *corr.*) *a* QVAM *V* 303 ERECTIS (E *sup.*) *ut vid. V* arrectis *Servius*

incidit, aut rapidus montano flumine torrens
sternit agros, sternit sata laeta bovomque labores
praecipitesque trahit silvas; stupet inscius alto
accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt
insidiae. iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Volcano ecsuperante domus, iam proximus ardet
Ucalegon, Sigea igni freta lata relucent.
exoritur clamorque virum clangorque tubarum.
arma amens capio; nec sat rationis in armis,
sed glomerare manum bello et concurrere in arcem
cum sociis ardent animi; furor iraque mentem
praecipitant, pulchrumque mori succurrit in armis.

Ecce autem telis Panthus elapsus Achivom,
Panthus Othryades, arcis Phoebique sacerdos,
sacra manu victosque deos parvomque nepotem

TESTIMONIA. 305—307 'aut . . . silvas' schol. Hor. carm. III 29, 37 305 sq. 'aut . . . agros' schol. Hor. carm. IV 14, 28 305 'aut . . . torrens' Asper 112, 11 K. 306 schem. dian. p. 76 H. 307 sq. 'sedet . . . pastor' Quintilianus VIII 6, 10 308 Servius Aen. IV 152 'saxi . . . pastor' Servius Aen. VI 360 310 sq. 'iam . . . domus' Servius Aen. VI 495 311 sq. 'iam . . . Ucalegon' Quintilianus VIII 6, 26 Donatus Ter. Phorm. V 1, 5 Nonius 240, 15 Isidorus orig I 36, 8 schol. Iuven. III 199 Beda de trop. 380 Cap. 'iam p. Ucalegon' Servius Aen. II 624 313 'clangorque t.' Diomedes I 460 K. 314 Capitolinus Clod. Alp. 5 'nec . . . armis' Donatus Ter. Andr. I 1, 11 318—321 Augustinus de civ. dei I 3 318 'ecce . . . Panthus' Servius Aen. II 203 319 Priscianus 721 P. 320 sq. 'parvumque . . . trahit' Servius Aen. II 457

VARIA LECTIO. 305 RABIDVS *ut vid.* *V* flumina *c* torren(ſ)t *c* 306 BOVVM *Fc* BOVM *MPVab* b(o)um *γ* hominum *π*: *cf. ge.* I 118. 325 *Hom. Il.* E 12 307 stupet] sedet *Quintilianus* inſciuſ (ſ *pr. erasa*) *a* anxius *Baehrens* 308 ſaxi. (i *e corr.*) *a* 309 uere *γ*1 311 VOLCANESVPERANTE *P* Vulcano. ſupante (c *e corr.*) *a*: *cf.* 759 uolcano ſuperante *γ* VVLCANO SVPERANTE *MVbc* 312 Vcalego N (N *e corr. add.*) *a* 317 PRAECIPITANT *Mabc*, *Servius* PRAECIPITAT *Pγ*1 318 achiuom *γ* achiuum *abc* ACH*ivom P* 320 PARUUM *MPγab* pa. ruū *c*

ipse trahit, cursuque amens ad limina tendit.
'quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?'
vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:
'venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae. fuimus Troes, fuit Ilium et ingens
gloria Teucrorum; ferus omnia Iuppiter Argos
transtulit; incensa Danai dominantur in urbe.
arduus armatos mediis in moenibus astans
fundit equos, victorque Sinon incendia miscet
insultans. portis alii bipatentibus adsunt,
milia quot magnis umquam venere Mycenis;
obsedere alii telis angusta viarum
oppositis; stat ferri acies mucrone corusco
stricta, parata neci; vix primi proelia temptant
portarum vigiles et caeco Marte resistunt.'
talibus Othryadae dictis et numine divom
in flammas et in arma feror, quo tristis Erinys,

TESTIMONIA. 322 Priscianus 722 P. Pseudoasconius in Cic. p. 106 Or. Servius Aen. I 145 'quo . . . Panthu' ult. syll. IV 230 K. 323 Nonius 421, 5 324—327 Macrobius Sat. V 1, 9 324 sq. 'venit . . . Dardaniae' Priscianus 651. 780 P. Nonius 401, 28 324 anecd. Helv. 133 schol. Gron. Cic. p. 386 Or. 'venit s. dies' Charisius I 110 K. comm. Bern. Lucani IV 536 V 483 U. 'et . . . tempus' Marius Victorinus VI 121 K. 325—327 'fuimus . . . urbe' Priscianus 1138 P. 325 'ruit Ilium et i.' Consentius V 401 K. 326 sq. 'ferus . . . transtulit' Macrobius Sat. III 9, 15 Nonius 307, 14. 425, 26 schol. Lucani VII 647 330 sq. schol. Bern. app. I 17 332 ult. syll. IV 263 K. 333 'stat . . . corusco' explan. in Don. IV 538 K. 334 'stricta p. neci' comm. Bern. Lucani VIII 612 U. 334 sq. 'vix . . . vigiles' Servius Aen. II 266

VARIA LECTIO. 321 CVRRV (s superscr.) *P* 'cursu; *legitur et* cursum' *Servius* 322 qua p. *Schenkl ephem. Austr.* 1870 quin p. *Peerlkampus* qua tendimus *Schraderus*. *alii aliter, sed nil mutandum* arce m (m *corr. add.*) *a* 323 efatus (a superscr.) *c* 325 ruit *Consentii codd.* 326 Teucrorum] Dardanidum *Prisciani ex.* 328 ADSTANS *MPγc* 329 Fu.dit *a* fudit *m* equoſ *a* EQUUS *Mγbc* 333 OPPOSITIS·STAT *Mγ1a1c1* oppoſiti (ſ superscr.) tat *b* 334 prima *c1* 335 reſiſtent *c* 336 diuom *γ* DIVVM *Mabc* et numine divom *damnavit Peerlkampus, legit Servius*

quo fremitus vocat et sublatus ad aethera clamor.
addunt se socios Ripheus et maximus armis
Epytus oblati per lunam Hypanisque Dymasque
et lateri adglomerant nostro, iuvenisque Coroebus
Mygdonides: illis ad Troiam forte diebus
venerat insano Cassandrae incensus amore,
et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat,
infelix qui non sponsae praecepta furentis
audierit.
quos ubi confertos audere in proelia vidi,
incipio super his: 'iuvenes, fortissima frustra
pectora, si vobis audentem extrema cupido
certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis.
excessere omnes adytis arisque relictis

---

TESTIMONIA. 340 'oblati p. lunam' Servius Aen. II 255 341—344 'iuvenis . . . ferebat' Macrobius Sat. V 5, 7 341 'et . . . nostro' Nonius 36, 22 342 'Mygdonides' fragm. Bob. de nom. V 541 K. 342 sq. 'Mugdonides . . . venerat' Priscianus 1200 P. 344 Donatus Ter. Andr. I 1, 86 'et g. auxilium' Servius Aen. III 330 345 sq. 'infelix . . . audierit' comm. Bern. Lucani I 695 U. 347 Arusianus VII 458 K. 348—353 'iuvenes . . . ruamus' Isidorus orig. I 36, 20 348 'incipio s. his' Pompeius V 118 K. 350 'quae . . . videtis' Asper 112, 16 K. 351 sq. Orosius VI 1, 2 'excessere . . . steterat' Macrobius Sat. III 9, 1 Augustinus de civ. dei II 22 Orosius VI 1, 23 'excessere . . . di' Macrobius Sat. V 22, 7 Arusianus VII 471 K. Augustinus de civ. dei III 7 (bis) 351 'excessere o. adytis' Servius Aen. II 764

---

VARIA LECTIO. 338 quod *γ* 342 Mugdonides *Prisciani ω* illis qui ad *Macrobii exempl.* 346 Audierat *cm*, *in mg. m.* 2 *add. b* 347 AVDER *P* ardere *Gronovius ad Senecae Herc. fur.* 779 *et Burmannus: cf.* XII 71 audere *testatur Arusianus* 348 Incipio *in ras. a* '*ordo talis est:* iuvenes, fortissima pectora, frustra succurritis urbi incensae, quia excesserunt omnes dii, unde si vobis cupido certa est me sequi audentem extrema, moriamur et in media a. r.' *Servius* 349 audentem *a2b*, *Isidorus* audent(em) *γ2* audentẽ (tẽ *in ras.*), *in mg.* ł audendi *c* AVDENDI *Mγ1a1* AVDEN— *P* '*multi* audendi *legunt, multi* audenti, *sed neutrum procedit. ergo* audentem *legendum est*' *Servius.* audendi e. cupido certa, sequi *usu infinitivi Homerico, non Vergiliano Ladevicus progr. Neostr. a.* 1853 *p.* 22, *refutatus a. Wagnero lectt. Verg.* 377 *et Maixnero de infin. usu Verg.* 27 *sqq.* 351 *modo* abscessere, *modo* excessere *Augustinus* .aditiſ. (a *corr. ex* u, iſ *ex* u), *in mg.* ał audit' *γ*

di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
incensae: moriamur et in media arma ruamus.
una salus victis nullam sperare salutem.'
sic animis iuvenum furor additus. inde lupi ceu
raptores atra in nebula, quos improba ventris
exegit caecos rabies catulique relicti
faucibus expectant siccis, per tela, per hostis
vadimus haud dubiam in mortem mediaeque tenemus
urbis iter [nox atra cava circumvolat umbra].
quis cladem illius noctis, quis funera fando
explicet aut possit lacrimis aequare labores?
urbs antiqua ruit multos dominata per annos;
plurima perque vias sternuntur inertia passim
corpora perque domos et religiosa deorum
limina. nec soli poenas dant sanguine Teucri:
quondam etiam victis redit in praecordia virtus,

---

TESTIMONIA. 353 'moriamur . . . ruamus' Priscianus 1040 P. 354 Seneca nat. quaest. VI 2, 2 Vegetius de re milit. III 21 de schem. lex. p. 54 H. Priscianus 1333 P. comm. Bern. Lucani IV 275 U. 355—360 Macrobius Sat. V 5, 9 355—357 'lupi . . . rabies' Lactantius divin. inst. V 9 355 sq. 'inde . . . nebula' Quintilianus VIII 3, 72 Iulius Victor p. 437 H. 355 'lupi ceu' Diomedes I 460 K. Terentianus Maurus 474 356 sq. 'quos . . . rabies' Nonius 291, 12 Acro Hor. epist. I 10, 40 361—363 Macrobius Sat. V 1, 10 361 sq. 'quis enim cladem illius temporis, quis fando funera explicet aut aequare lacrimis possit dolores?' Orosius II 18, 4 'quis cladem . . . explicet' comm. Bern. Lucani II 98 U. 'quis f. f. explicet' Servius Aen. X 602 'quis funera . . . labores' comm. Bern. Lucani VII 630 U. 363 Priscianus 798 P. 365 sq. 'perque . . . limina' Macrobius Sat. IV 13, 3 'et . . . limina' Servius Aen. II 502 367 Priscianus 1018 P. Agroecius VII 117 K. Alcuini gramm. 2124 P. Servius Aen. III 414

---

VARIA LECTIO 352 DII *MPγac* 358 HOSTES *M* 360 nox . . . umbra *aliunde adsuta esse coni.* 340 *coniecit Ortuinus, cui adsentiri mavult Peerlkampus quam ex. Hor. serm.* II 1, 58 nox *in* mors *mutare; et legit* nox *Servius: nobis tibicen sane, sed is Vergilianus videtur. cf.* 397. 420. 621. *Ceterum vide quae P. Cauer progr. Kil.* 1885 *p.* 10 *de hoc loco disputavit* 362 laborē *b1* dolorem *Macrobius* dolores *Orosius* 363 agitata *Prisc. Lugd.* 365 domoſ (o *post. e corr.*) *a* relligioſa *bc*, *Servius* 367 virtus] sanguis *Prisciani φ*

victoresque cadunt Danai. crudelis ubique
luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.

Primus se Danaum magna comitante caterva
Androgeos offert nobis, socia agmina credens,
inscius, atque ultro verbis compellat amicis:
'festinate, viri. nam quae tam sera moratur
segnities? alii rapiunt incensa feruntque
Pergama; vos celsis nunc primum a navibus itis?'
dixit, et extemplo (neque enim responsa dabantur
fida satis) sensit medios delapsus in hostis.
opstipuit retroque pedem cum voce repressit.
inprovisum aspris veluti qui sentibus anguem
pressit humi nitens trepidusque repente refugit
attollentem iras et caerula colla tumentem:
haut secus Androgeos visu treme factus abibat.
inruimus densis et circumfundimur armis,

TESTIMONIA. 368 'victoresque c. Danai' Servius Aen. III 288 368 sq. 'crudelis . . . imago' Lactantius divin. inst. V 11 Orosius II 5, 10 369 schol. Veron. 102, 14 K. 'et . . . imago' Servius Aen. VIII 557 370 sq. 'primus . . . nobis' Priscianus 602 P. 373 sq. 'festinate . . . segnities' Nonius 441, 32 373 'festinate v.' Servius Aen. IV 573 374 sq. 'alii . . . Pergama' Nonius 302, 32 375 'nunc . . . itis' Servius Aen. II 254 377 'sensit . . . hostis' Charisius I 269 K. Priscianus 1183. 1188. 1189. 1199. 1205 P. 378 'retroque . . . repressit' comm. Bern. Lucani I 194 U. 379–382 Macrobius Sat. V 5, 11 379 sq. 'inprovisum . . . nitens' Iulius Rufinianus p. 45 H. 380 'pressit h. nitens' Nonius 353, 16 Arusianus VII 495 K. 'humi n.' Servius Aen. I 193 381 cf. de dub. nom. V 577 K. 'dorsum generis neutri, ut Virgilius 'dorsum inmane mari' et alibi 'dorsa caerulea'

VARIA LECTIO. 369 pavorque *schol. Veron. cf. prol.* 132 371 Androgeoſ *γb2c*, *Prisciani Reg.*, *testatur Servius* Androgeoſ (v s.l.) *a* ANDROGEUS *Mb1*, *Prisciani ω* 373 .tā. *in ras. c* 377 dilapſuſ *γ2*, *Charisii cod.* illapsus *Priscianus* hoſteſ *b* 381 *cf. ge.* III 421 dorsa *de dub. nom.?* 382 androgeoſ (v s.l.) *γ* ANDROGEUS *Mac* androieuſ (g s.l.) *b* 383 circumfundimur (*sed* r *post. c corr.*) *ab* circumfundimuſ (ſ *corr. in* r) *c* circumfudimuſ (n s.l.; ſ *corr. in* r) *γ* CIRCVMFVDIMVS *P*: *cf.* III 635. *Ceterum vix credo Vergilium hunc versum et simillimum* 409 *tam exiguo spatio distinctos sic relicturum fuisse*

ignarosque loci passim et formidine captos
sternimus: adspirat primo Fortuna labori.
atque hic successu exultans animisque Coroebus
'o socii, qua prima' inquit 'fortuna salutis
monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur:
mutemus clipeos, Danaumque insignia nobis
aptemus. dolus an virtus, quis in hoste requirat?
arma dabunt ipsi.' sic fatus deinde comantem
Androgei galeam clipeique insigne decorum
induitur laterique Argivom accommodat ensem.
hoc Ripheus, hoc ipse Dymas omnisque iuventus
laeta facit; spoliis se quisque recentibus armat.
vadimus immixti Danais haud numine nostro,
multaque per caecam congressi proelia noctem
conserimus, multos Danaum demittimus Orco.
diffugiunt alii ad navis et litora cursu

---

TESTIMONIA. 385 'adspirat . . . labori' Arusianus VII 457 K. Servius Aen. III 529 IX 523 comm. Bern. Lucani IV 712 U. 389 'mutemus c.' Servius Aen. III 286 390 'dolus . . . requirat' Macrobius Sat. V 16, 7 Servius Aen. II 341 391 sq. 'deinde . . . galeam' Servius Aen. III 468 392 'Androgei g.' Charisius I 92 K. Servius Aen. VI 20 'Vergilius: Androgeos Androgei' Probi cath. IV 19 K. 393 'laterique . . . ensem' Nonius 71, 10. 244, 14 'laterique adcommodat e.' Arusianus VII 452 K. 394 sq. 'hoc Ripheus . . . facit' Sacerdos VI 459 K. 'omnisque i. laeta' Servius Aen. I 35 396 Nonius 143, 31 ('numen pro ornatu') Donatus Ter. adelph. V 6, 8 Servius Aen. II 336 'vadimus i. Danais' Servius Aen. I 488 397 sq. 'multa . . . conserimus' Nonius 270, 22 397 'per caecam noctem' Servius Aen. II 255 398 'dimittimus O.' liber gloss.

---

VARIA LECTIO. 385 aſpirat *b* 387 QUAE *Ma*1 qua. *γ* 389 mutamuſ *γ*1 390 requirit *Macrobii ω excepto Salisb.* 391 'arma: *subdistingue, ut sit quasi interrogantis, et responsio:* dabunt ipsi' *Servius* 393 ARGIVVM *libri* 394 'hoc ipse: *multi hic distinguunt et ad Aeneam referunt, et ideo subiunctum:* spoliis . . . armat. *alii* hoc ipse Dymas *distinguunt' Servius* 396 IMMIXTIS *M* nomine *γa: ac fortasse* nomine *scripsit poeta, ut coniecit Haeckermannus* 398 demittimuſ *γ*2*b*2*c*2, (emi *in ras.*) *a: ut* II 85 IX 527 X 662 DIMITTIMVS *MPγ*1*b*1*c*1, *lib. gloss.: cf. ad* V 692 399 naueſ *γ*2*abc*

fida petunt, pars ingentem formidine turpi
scandunt rursus ecum et nota conduntur in alvo.

Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis!
ecce trahebatur passis Priameia virgo
crinibus a templo Cassandra adytisque Minervae,
ad caelum tendens ardentia lumina frustra,
lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus,
et sese medium iniecit periturus in agmen.
consequimur cuncti et densis incurrimus armis.
hic primum ex alto delubri culmine telis
nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes
armorum facie et Graiarum errore iubarum.
tum Danai gemitu atque ereptae virginis ira
undique collecti invadunt, acerrimus Aiax

---

TESTIMONIA. 401 Nonius 249, 28 'et . . . alvo' Pompeius V 275 K. Servius Aen. I 176 Arusianus VII 485 K. 'nota . . . alvo' explan. in Don. IV 518 K. 402 Servius Aen. II 396 VI 104 'nihil . . . divis' Priscianus 1333 P. 403 sq. 'ecce . . . crinibus' Donatus Ter. adelph. IV 7, 4 'passis . . . crinibus' Priscianus 870 P. 'ecce trahebatur a templo adytisque Minervae' Macrobius Sat. IV 3, 14 'nonnunquam Virgilius in una re ad augendum pathos duobus aut pluribus locis coniunctis utitur . . . circa Cassandram ex modo: ecce trahebatur, ex habitu corporis: passis . . . crinibus, ex loco: a templo adytisque M.' idem IV 5, 21 'passis crinibus' Macrobii exc. V 607 K. 405 'ad . . . lumina' Nonius 410, 33 Servius Aen. XI 818 407 Nonius 386, 24 Donatus Ter. Andr. I 1, 115 'furiata' cf. Servius Aen. II 489 410 'hic . . . alto' Servius Aen. II 419 410 sq. 'telis . . . caedes' Priscianus 880 P. 411 'oriturque m. caedes' Servius Aen. II 439 412 Servius Aen. XI 885 413 'atque . . . ira' Martianus Capella p. 475 'ereptae v.' Diomedes I 435 K. 'ereptae v. ira' Donati ars IV 372 Sergius de acc. IV 484 K. Victorini ars VI 194 K. 'virginis i.' anecd. Helv. 230 414 'undique c. invadunt' Servius Aen. II 727 'acerrimus A.' Probi inst. IV 64 K. ult. syll. IV 221 K.

---

VARIA LECTIO. 401 scandere *Moretanus* EQUUM *Myabc* 402 fidere] credere *Servius Aen.* II 396 403 ECE *P* 404 caſandra *yabc* 405 *sq.* = *Ciris* 402 *sq.* 408 $^{\text{in}}$iecit *a* iecit *m* morituruſ *ab, Servii Cass. cf.* 511 412 gra.iarũ *b* galearum *a* 413 tum̄ (m *e corr.*) *a* tunc *Servii ω in lemmate* erepta e *fuisse qui legerent Donati ars prodit: cf. prol.* 180

et gemini Atridae Dolopumque exercitus omnis,
adversi rupto ceu quondam turbine venti
confligunt, Zephyrusque Notusque et laetus eois
Eurus equis; stridunt silvae, saevitque tridenti
spumeus atque imo Nereus ciet aequora fundo.
illi etiam, siquos obscura nocte per umbram
fudimus insidiis totaque agitavimus urbe,
apparent; Priami clipeos mentitaque tela
adgnoscunt atque ora sono discordia signant.
ilicet obruimur numero; primusque Coroebus
Penelei dextra divae armipotentis ad aram
procumbit; cadit et Ripheus, iustissimus unus
qui fuit in Teucris et servantissimus aequi
(dis aliter visum); pereunt Hypanisque Dymasque
confixi a sociis; nec te tua plurima, Panthu,

---

TESTIMONIA. 415 'gemini A.' Servius Aen. III 180 416—419 Macrobius Sat. V 13, 14 416—418 'diversi magno ceu . . . equis' Macrobius Sat. VI 2, 28 417 sq. 'et . . . equis' Isidorus orig. V 31, 14 Servius Aen. I 35 XI 4 418 'stridunt s.' Sacerdos VI 486 K.
420—422 'illi . . . apparent' Nonius 313, 3 422 'mentitaque tela' Macrobius Sat. VI 6, 17 424 'ilicet o. numero' Charisius I 202 K. 'obruimur n.' Servius Aen. II 415 424 sq. 'primusque . . . dextra' fragm. Bob. de nom. V 561 K. 425 sq. 'Penelei . . . procubuit' Charisius I 92 K. 'divae . . . procubuit' Macrobius Sat. IV 3, 14
426 sq. 'cadit . . . Teucris' Nonius 266, 12 427 Arusianus VII 507 K. 'et s. aequi' Servius Aen. V 851 X 9 ge. II 398 428 'dis a. visum est' Seneca epist. 98, 4 Donatus Ter. Andr. I 1, 4. 2, 18 Priscianus 1207 P.

---

VARIA LECTIO. 415 dolopumue *bc* 416 Aduerſiſ *b1* diuersi magno ceu *Macrobii* VI 2, 28 *exempl.* 418 *om., add. litteris rubris ima pag. sic:* ∴∴ EQUIS STRIDEN ∴∴∴// EVRVS EQVIS STRIDVNT SILVĘ SAEVITQ·TRIDENTI *M* 419 *atq*VE *P* aque *Baehrens.* 'ab *minus est, id est* ab imo' *Servius* 420—423 *post* 412 *collocari voluit L. Mueller mus. Rhen.* XXXI 305 421 fundimuſ *γ1a1* 422 *p*RI.MI (*ante M fuit fort.* A) *P* PRIMI *Mγabcψ* privos *Novák. Sententiam sic interpretor:* adgnoscunt mentita arma, clipeos et tela non Graecorum, sed Priami Troianorumque esse. *cf. prol.* 310, *ubi non* illi *obscurum esse dixi, sed* primi 423 atque *om. γ* 425 Penelei (i *in ras.*) *b* 'Penelei dextra, *aut ut alii tradiderunt,* Peneleo' *anon. de nom.* Penelei *testatur Charisius* 426 procubuit *Charisii et Macrobii ω* 428 visum est *Seneca*

labentem pietas nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineres et flamma extrema meorum,
testor, in occasu vestro nec tela nec ullas
vitavisse vices, Danaum et, si fata fuissent,
ut caderem meruisse manu. divellimur inde
Iphitus et Pelias mecum (quorum Iphitus aevo
iam gravior, Pelias et volnere tardus Ulixi),
protinus ad sedes Priami clamore vocati.
hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam
bella forent, nulli tota morerentur in urbe,
sic Martem indomitum Danaosque ad tecta ruentis
cernimus obsessumque acta testudine limen.
haerent parietibus scalae, postisque sub ipsos
nituntur gradibus clipeosque ad tela sinistris

---

TESTIMONIA. 430 'labentem p.' ult. syll. IV 225 K. 431 Donatus Ter. Andr. III 3, 9 'Iliaci c.' de dub. nom. V 576 K. Servius Aen. I 488 VI 351 432 'testor . . . vestro' Servius Aen. II 155 433 'vitavisse v. Danaum' Servius Aen. III 376 434—436 'divellimur . . . gravior' de schem. lex. p. 53 H. 434 sq. 'divellimur . . . mecum' Priscianus 919. 1103 P. Donatus Ter. Andr. III 2, 39 'Iphitus et P. mecum divellimur inde' Donatus Ter. Andr. I 5, 8 435 sq. Quintilianus IX 3, 35 schem. dian. p. 76 H. 'quorum . . . Ulixi' Diomedes I 417 K. Augustini regul. V 521 K. Dositheus VII 422 K. 436 'et . . . Ulixi' Gellius IX 12, 17 Philargyrius ge. III 226 441 'obsessumque . . . limen' Servius Aen. XI 585 442 sq. 'postisque . . . gradibus' Priscianus 1000. 1211 P. Probi inst. IV 96 K. Donati ars IV 365. 390 K. anecd. Helv. 170 'postesque . . . gradibus' Arusianus VII 508 K.

---

VARIA LECTIO. 430 NEQVE *Py* apollonif *c*1 433 Danaum *ad* manu *pertinere vidit Peerlkampus.* vices Danaum *coniungunt cum M Servius et schol. Lucani* 434 *om., imo mg. add. b* 436 uolnere (v *sup.*) *y* UULNERE *Mb* uulnera *ac*1 VLIXEI *P* ulixei *ac* olixis *schem. dian.* ulixes *Dositheus* 437—457. 458—468 *F fol.* XXI 437 AD *m.* 2 *sup. F* fedem *b* 439 MORE-REGVR (NT *sup.*; *corr. m.* 2) *P* morirent (z *sup.*) *c*1 441 ATRA (ACTA *sup.*) *F* 442 POSTES *Fyabc*, *Prisciani ω* postis *testatur Probus* 443 adtela (ad *in ras.*) *c* ACTELA *MPya*1, *ortum, ni f., ex scriptura* at tela. ADTECTA (ACTELA *sup.*) *F*: *cf.* 445. 'ad tela, *id est contra tela, et hoc verum est, nam si* ac tela, *sinistris manibus simul tenent tela et scutum, cum se tegunt' Servius Dan.*

protecti obiciunt, prensant fastigia dextris.
Dardanidae contra turris ac tota domorum
culmina convellunt (his se, quando ultima cernunt,
extrema iam in morte parant defendere telis),
auratasque trabes, veterum decora illa parentum,
devolvont; alii strictis mucronibus imas
obsedere fores, has servant agmine denso.
instaurati animi regis succurrere tectis
auxilioque levare viros vimque addere victis.

Limen erat caecaeque fores et pervius usus
tectorum inter se Priami, postesque relicti
a tergo, infelix qua se, dum regna manebant,
saepius Andromache ferre incomitata solebat

---

TESTIMONIA. 445 sq. 'turres . . . convellunt' Priscianus 744 P. 445 'turres . . . domorum' Cledonius V 47 K. Servius Aen. IX 527 448 'decora alta p.' Priscianus 772 P. 449 'strictis m.' Servius Aen. II 493 449 sq. 'strictis . . . fores' Servius Aen. II 485 'imas o. fores' Donatus Ter. Phorm. I 4, 38 452 Nonius 420, 30 453 Nonius 336, 7 455 sq. 'infelix . . . solebat' Servius Aen. XI 563 456 Charisius I 268 K. 456 sq. 'ferre . . . soceros' Probi inst. IV 127 K.

---

VARIA LECTIO. 444 praeſſant (n sup.) *c* 445 turreſ *b*, *Prisciani ω* et *Picrii χ*, *Prisciani ω* TΘTA (CT *m.* 2 *sup.*, *cras.*) *P* tota (teta, o sup., *m.* 2) *γ* tuta *a* TECTA (*erasis litteris quibusdam supra*) *F* TECTA *Mbc*, *Priscianus*, *Cledonius.* 'tecta *participium est* . . . *quamvis legatur et* tota' *Servius. cf.* XII 132 446 HIS *m.* 2 *sup. F* 447 iam morte *c* 448 ILLA *Pa*1 ILLA (ALTA *sup. m. ead. ut* 441) *F* alta *m. rec., sed erasa lectione antiqua γ*, *ut primo scriptum fuisse* illa *coniciat Heinsius.* ALTA *Ma*2*bc*, *Priscianus: cf.* I 429 *Statius Theb.* V 424 449 DEVOLVVNT *FMPγbc* Deuolunt (u sup.) *a* alii *om., add. in mg. c* 450 OBSIDERE *F* foraſ *b*1 HAS SERVANT (H *m.* 2 *add.*) *P* aſſeruant *γ*: *cf.* 763 'has servant; *alii* adservant' (*om. Cass.*) *Servius: cf.* 446 VI 298. *An* ac servant? 451 Inſtaura.ti *c* Inſtaurato *a*1 452 VIA (M *sup.*) *F* uim *in ras. a* UICTIMS *M* 453 VIVS (PER sup.) *F* 455 'dum, *donec* . . . *alii tamen* cum *legunt*' *Servius* monebant *γ*1

ad soceros et avo puerum Astyanacta trahebat.
evado ad summi fastigia culminis, unde
tela manu miseri iactabant inrita Teucri.
turrim in praecipiti stantem summisque sub astra
eductam tectis, unde omnis Troia videri
et Danaum solitae naves et Achaica castra,
adgressi ferro circum, qua summa labantis
iuncturas tabulata dabant, convellimus altis
sedibus impulimusque: elapsa repente ruinam
cum sonitu trahit et Danaum super agmina late
incidit. ast alii subeunt, nec saxa nec ullum
telorum interea cessat genus.

Vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrhus
exultat, telis et luce coruscus aëna;

---

TESTIMONIA. 457 Consentius V 403 K. 'puerum A. trahebat' Consentius V 403 K. 458 'evado . . . culminis' Nonius 294, 10 460 sq. 'turrim . . . eductam' Priscianus 761 P. 460 Priscianus 757 P. 'turrem . . . stantem' Gellius XIII 21 Charisius I 39 K. Charisii exc. I 544 K. 463 'qua s. labentes' Consentius V 400 K. 469 sq. Gellius II 3, 5 470 'et . . . aëna' Macrobius Sat. V 12, 2 Arusianus VII 459 K.

---

VARIA LECTIO. 457 *om. Goth. pr., interpretatur Servius* et] atque *Consentii codd.* 458 'evado, e *vacat, ut emortuus. sane minus est* hac, *id est* hac evado' *Servius, et* evado hac summi *coniecit Guietus: cf.* IV 685 459 INERTIA, *in mg. m.* 2 IRRITA *F* irrita *γ2a2b* 460 TVRREM *ut vid. F* turrim *confirmant Valerius Probus apud Gellium et Priscianus* turrem *Charisius: cf. prol.* 136 p̃capiti *c* 462 *om. Goth. tert.* ACHAICA *MPab, Servii exempl.: cf.* 27 V 623 ac[h]aica *γ* achai[c]a *c* ACHAIA *Fχ* 463 Aggreſſi *b* que *γ1* LABENTIS (A *sup. col. rubro*) *M* labanteſ *γ* labentes *Consentii codd.* 465 ſedimuſ *γ1* elapsa *ut* XII 356 *γa* [A]ELAPSA *P* ealapſa (ea *in ras.*) *b* EALAPSA *M: cf.* VI 100 EALABSA *F* ealapſa· *c* [EP]RVENTE *P* repente *Servius* RVINA[M] (M *m. rec.*) *M* 470—482 *Veron. fol.* 228 *a* 470 aena *superscripta* h *in libro 'mirandae vetustatis, qui ipsius Vergilii fuisse credebatur' apud Gellium*

qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,
frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
nunc positis novos exuviis nitidusque iuventa
lubrica convolvit sublato pectore terga,
arduos ad solem, et linguis micat ore trisulcis.
una ingens Periphas et equorum agitator Achillis,
armiger Automedon, una omnis Scyria pubes
succedunt tecto, et flammas ad culmina iactant.
ipse inter primos correpta dura bipenni
limina perrumpit postisque a cardine vellit
aeratos; iamque excisa trabe firma cavavit
robora et ingentem lato dedit ore fenestram.
apparet domus intus et atria longa patescunt,
apparent Priami et veterum penetralia regum,
armatosque vident stantis in limine primo.

At domus interior gemitu miseroque tumultu
miscetur, penitusque cavae plangoribus aedes

---

TESTIMONIA. 471—475 Macrobius Sat. V 5, 12 471 'coluber ... pastus' Nonius 201, 19 'mala g. pastus' de dub. nom. V 579 K. Arusianus VII 497 K. 475 'et ... trisulcis' Nonius 448, 22 476 'una i. Periphas' ult syll. IV 225 K. 477 'armiger A.' ult. syll. IV 224 K. 478 Servius Aen. II 723 IV 10 'et ... iactant' Nonius 328, 9 480 'postesque ... vellit' Servius ecl. VI 3 482 'et ... fenestram' Nonius 459, 15 Servius Aen. II 464 XII 453 486 sq. 'domus ... miscetur' Iulius Rufinianus p. 47 H.

---

VARIA LECTIO. 471 lucis *Schraderus* luco *Peerlkampus* COLVBER (V *an* O *non liq.*) *V* 473—475 *cf. ge.* III 437—439 473 *p*OSITVS *P* pofituf *γ*1 po. fit. if (it *in ras.*, i *post. corr. ex* u) *a* NOVVS *MVγabc* NO[I]VVS *P* EXVVIS *P* 474 CONVOLVENS, *sup. m.* 2 ENT *ut vid.*, *V ut ge.* III 426 pectore terga (eterg *in ras.*) *a* 475 Arduuf (u *post. in ras.*) *a* ARDVVS *MVγbc* 476 ACHILLES *Pb*1 477 OMNES *M* 478 *tect*O *P* muro *Servius ad Aen.* II 723, *sed* tecto *ad h. v.* ad fastigia *Servii l. l.* φ 479 BIPENNI (E *an* I *non liq.*) *V* bipenui *confirmat Servius* 480 POSTES *Mabc* 481 EX [CISA] *P* excifla *γ*1*a*1 483—496 *Veron. fol.* 228 *b* 483 INTVSETVETERVMPENETRALIAREGVM [ATRIALONGE (?) PATESCVNT] *V* 484 *om. V* 485 STANTES *Mγ*2*ab*1

femineis ululant; ferit aurea sidera clamor.
tum pavidae tectis matres ingentibus errant
amplexaeque tenent postes atque oscula figunt.
instat vi patria Pyrrhus: nec claustra nec ipsi
custodes sufferre valent; labat ariete crebro
ianua, et emoti procumbunt cardine postes;
fit via vi; rumpunt aditus primosque trucidant
immissi Danai et late loca milite complent.
non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis
exit oppositasque evicit gurgite moles,
fertur in arva furens cumulo camposque per omnis
cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furentem
caede Neoptolemum geminosque in limine Atridas,
vidi Hecubam centumque nurus Priamumque per aras
sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignis.

---

TESTIMONIA. 490 Servius Aen. III 351 'amplexaeque t. postes' Probi inst. IV 96 P. 491 'instat . . . Pyrrhus' Nonius 420, 29 491 sq. 'nec claustra . . . valent' Nonius 396, 29 492 sq. 'custodes . . . ianua' Beda VII 249 K. 'labat . . . ianua' Priscianus 803 P. Eutychis ars V 467 K. Macrobius exc. Bob. V 653 K. 492 'labat a. crebro' Priscianus 612 P. Servius Aen. II 480. 493 'et . . . postes' Nonius 202, 18 496—499 'non sic . . . trahit' Macrobius Sat. V 5, 13 496 sq. 'non . . . exit' Diomedes I 464 K. Nonius 296, 18 Servius ecl. V 82 schol. Bern. ge. I 116 (om. 'amnis') 'cum . . . moles' Donatus Ter. adelph. IV 4, 16 'cum . . . exit' Servius georg. I 116 497 'oppositasque . . . moles' ult. syll. IV 264 K. 500 'geminosque . . . Atridas' Victorinus de rat. metr. VI 217 K. 501 'vidi . . . nurus' Asper 114. 17 K. 'vidi H.' Servius Aen. II 499 502 Augustinus de civ. dei I 2 Isidorus orig. X 100 Servius Aen. II 55 schol. Iuven. X 268 Porphyrio Hor. carm. II 7, 12 'sanguine f.' Servius Aen. II 286 III 216 IV 673

---

VARIA LECTIO. 490 POSTES *MPγ2bc*, *testatur Probus* POST . S *Vγ1* poſtiſ *a* 491 nec ipſi *γabc*, *Nonius: cf. Wagneri qu. Verg.* XXXII 8 NEC*ipsi P* NEQ·IPSI *M*, *defensum a Wagnero l. l. p.* 535 494 promoſ *c1* (*an* pronos?) 495 *Nihil legi potuit in V* 496 amniſ (a *in ras.*) *c* 497 Exit *c*, *Nonii ω*: *Lachmannus ad Lucr. p.* 209 EXIIT *MPγbψ*, *Servius, defensum a Wagnero lect. Verg.* 316 *sqq.* exi . it (exilit?) *a: cf. ge.* II 81 oppoſitoſ *c1* erupit *Macrobius* moloſ *c1* 498 ruens *Dawesius misc. crit.* 11 omneſ *ab* 502 igneſ *γ1ab*

quinquaginta illi thalami, spes ampla nepotum,
barbarico postes auro spoliisque superbi
procubuere; tenent Danai, qua deficit ignis.

Forsitan et Priami fuerint quae fata requiras.
urbis uti captae casum convolsaque vidit
limina tectorum et medium in penetralibus hostem,
arma diu senior desueta trementibus aevo
circumdat nequiquam umeris et inutile ferrum
cingitur ac densos fertur moriturus in hostis.
aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe
ingens ara fuit iuxtaque veterrima laurus,
incumbens arae atque umbra complexa penates.
hic Hecuba et natae nequiquam altaria circum,
praecipites atra ceu tempestate columbae,
condensae et divom amplexae simulacra sedebant.
ipsum autem sumptis Priamum iuvenalibus armis

TESTIMONIA. 503 Servius Aen. V 645 'quinquaginta i. thalami' (add. 'erant' ante 'illi') de dub. nom. V 592 K. 504 Marius Victorinus VI 107 K. 504 sq. 'barbarico . . . procubuere' Nonius 391, 11 505 'tenent . . . ignis' schol. Veron. 89, 2 K. 506 Charisius I 185 K. Servius Aen. I 30. 203 XI 3 'forsitan . . . fuerint' Cledonius V 66 K. 'forsitan et P.' ult. syll. IV 247 K. 507 schol. Iuven. X 205 509 sq. 'arma ... umeris' schol. Iuven. X 267 510 Marius Victorinus VI 66 K. 'inutile f.' Servius Aen. II 231. 544 510 sq. 'inutile f. cingitur' Servius ecl. III 11 512 'nudo . . . axe' schol. Lucani V 632 514 'incumbens arae' Probi app. IV 196 K.

VARIA LECTIO. 503 SPESAM*pla P* (*cf. Propertius* III 22, 41) ſpeſ ampla, *in mg.* at tanta *γ* SPESTANTA *Mabcm, Servius Aen.* V 645 504 ſuperbi. *a* 505 defecit *γ*1 deficit (ic *e corr.*) *a* igneſ *γ*1 506 fuerunt *c*1 fa.ta *c* requires *Charisii cod.* 507 u.ti captae (*in mg.* at uti captę) *γ* caſuſ *b*1 CONVVLSA *Pγab* conuul.ſa *c* colapſa *schol. Iuven.* 508 et *sup. b* MEDIVM [IS] *P* mediiſ *γ*1*c* medi[v] *γ*2 'medium . . . *si autem* mediis *legeris, non stat versus nisi excluso* s' *Servius: cf.* 665 in] ET (IN *sup.*) *P* 510 NEQVIEQVAM *P* 511 HOSTES *Mγ*2*bc* 513 iuxta quam, *in mg.* at iuxtaq. *γ* 514 Inco[v]. benſ *c* araeq[at]: *b* 515 NEQUIGQUAM *M* NEQVICQVAM *P* 517 diuom[v] *γ* DIUUM *Mabc* amplexi *c* TENEBANT [S D] *M*

ut vidit, 'quae mens tam dira, miserrime coniunx,
impulit his cingi telis? aut quo ruis?' inquit.
'non tali auxilio nec defensoribus istis
tempus eget, non, si ipse meus nunc adforet Hector.
huc tandem concede; haec ara tuebitur omnis,
aut moriere simul.' sic ore effata recepit
ad sese et sacra longaevom in sede locavit.

Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites,
unus natorum Priami, per tela, per hostis
porticibus longis fugit et vacua atria lustrat
saucius. illum ardens infesto volnere Pyrrhus
insequitur, iam iamque manu tenet et premit hasta.
ut tandem ante oculos evasit et ora parentum,
concidit ac multo vitam cum sanguine fudit.
hic Priamus, quamquam in media iam morte tenetur,
non tamen abstinuit, nec voci iraeque pepercit.
'at tibi pro scelere' exclamat, 'pro talibus ausis,

---

TESTIMONIA. 521 sq. 'non . . . eget' Arusianus VII 469 K. 'non defensoribus . . . eget' schol. Lucani VII 88 523 'haec . . . omnes' Servius Aen. II 501 schol. Gron. Cic. 382 Or. 524 sq. 'sic fata recepit ad sese' Nonius 384, 7 526 Arusianus VII 472 K. 528 sq. 'vacua . . . saucius' Servius Aen. XII 476 529 sq. 'illum . . . insequitur' Servius Aen. VII 533 'insequitur infesto v. Pyrrhus' Servius Aen. X 140 531 Nonius 294, 12 533 'quamquam . . . tenetur' Servius Aen. II 377 534 Arusianus VII 501 K. 'nec . . . pepercit' Sacerdos VI 433 K. 535—537 'at . . . dignas' Iulius Rufinianus p. 43 H. 535 Macrobius Sat. IV 2, 2 'at . . . exclamat' Audacis exc. VII 351 K. 'at . . . scelere' Donatus Ter. Andr. IV 1, 43

---

VARIA LECTIO. 521 Nec tali *b* non defensoribus *schol. Lucani* 522 '*subaudis* posset defendere' *Servius: inperfectam orationem fortasse expleturus erat poeta. cf. Kloucek ephem. Austr.* 1881 523 huic *a*1 omneſ *ab* 524 fata (*om.* ore) *Nonii exempl.* 525 longaeuom *γ* LONGAEUUM *Mabc* 526 . lapſuſ *c* 527 hoſteſ *a*2*bc* 529 UULNERE *Mγabc* 531 oculos] $^{\text{CU}}$VLOLOS *P* 532 fundit *Bentleius* 533 PRIAMVM (s *supra* M) *P* 534 obſtinuit (o *corr. in* a, i *pr. in ras.*) *a* uoce *b*1 535 A . t *a*

di, siqua est caelo pietas, quae talia curet,
persolvant grates dignas et praemia reddant
debita, qui nati coram me cernere letum
fecisti et patrios foedasti funere voltus.
at non ille, satum quo te mentiris, Achilles
talis in hoste fuit Priamo; sed iura fidemque
supplicis erubuit, corpusque exangue sepulchro
reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit.'
sic fatus senior, telumque inbelle sine ictu
coniecit, rauco quod protinus aere repulsum
ec summo clipei nequiquam umbone pependit.
cui Pyrrhus 'referes ergo haec et nuntius ibis
Pelidae genitori. illi mea tristia facta
degeneremque Neoptolemum narrare memento:
nunc morere.' hoc dicens altaria ad ipsa trementem
traxit et in multo lapsantem sanguine nati,
inplicuitque coma laevam, dextraque coruscum

---

TESTIMONIA. 536 sq. epigramma in Osanni syll. 455 CLXXV ex sched. Hasii Vatic. 536 Priscianus 1029 P. 'di . . . pietas' Priscianus 1143 P. 537 sq. 'persolvant . . . debita' Servius Aen. XI 856 538 sq. 'qui . . . fecisti' Servius Aen. I 114 IV 602 X 443 540 sq. 'at . . . Priamo' Quintilianus V 11, 14 Charisius I 267 K. 544 sq. 'telumque . . . coniecit' Nonius 267, 25 Servius Aen. XII 50 544 'telumque i.' Servius Aen. II 231 546 Servius georg. I 403 Porphyrio ad Hor. epist. I 3, 32 547—549 'referes . . . memento' Isidorus orig. I 36, 29 547 sq. 'referes . . . genitori' Nonius 381, 22 548 sq. Donatus Ter. adelph. I 2, 36 'illi . . . memento' Nonius 409, 8 548 'illi . . . facta' Donatus Ter. hec. I 2, 19 Phorm. I 2, 41 549 Charisius I 268 K. explan. in Don. IV 554 K. Donatus Ter. hec. V 4, 38 Phorm. V 8, 38 Servius Aen. IX 739 X 73 550 sq. 'altaria . . . nati' Macrobius Sat. IV 4, 14 'altaria . . . traxit' Nonius 412, 24

---

VARIA LECTIO. 536 Diſ *a*1 DII *titulus Osanni* curat *Prisciani ex.* CURENT *M* 537 PERSOLVAT DIGNAS GRATES *titulus* REDDAT *titulus* persolvant *et* reddant *Servius* 539 UULTOS *M* VVLTVS *Pγabc* 542 corpuſ (q: *superscr.*) *b* exſangue. (e *post. m.* 2) *γ* exſanguine *c*1 546 ET *MPγabcψ*, *Donatus, Servius e Vratisl.* NEQUIGQUAM *M* 547 *inter lineas m.* 2 *add. a* 548 illi *Donatus* illic *interpretatur* fata *Donati ad Ter. adelph.* I 2, 36 *exempl.* 552 COMA *Pγ*1 comā *γ*2*c* COMAM *Mab* LAEVAM *P* leua. *c* LAEUA *Mγab*

extulit ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
haec finis Priami, fatorum hic exitus illum
sorte tulit, Troiam incensam et prolapsa videntem
Pergama, tot quondam populis terrisque superbum
regnatorem Asiae. iacet ingens litore truncus
avolsumque umeris caput et sine nomine corpus.

At me tum primum saevos circumstetit horror.
opstipui; subiit cari genitoris imago,
ut regem aequaevom crudeli volnere vidi
vitam exhalantem; subiit deserta Creusa
et direpta domus et parvi casus Iuli.

---

TESTIMONIA. 553 'capulo . . . ensem' Seneca suasor. IV 5 Macrobius Sat. IV 4, 14 Priscianus 982P. Nonius 377, 29 'capulo t.' Arusianus VII 512 K. anecd. Helv. 265 H. 554 sq. 'haec . . . tulit' Acro Hor. art. poet. 35 554 'haec . . . fatorum' Gellius XIII 21, 12 Charisii exc. I 555 K. schol. Veron. 85, 29 K. Probi de nom. exc. IV 210 K. explan. in Don. IV 539 K. anecd. Helv. 237 H. 'haec f. Priami' Charisius I 266 K. Probi inst. IV 124 K. 556 sq. 'tot . . . Asiae' Macrobius Sat. IV 3, 6 557 'regnatorem A.' Servius Aen. II 14 'iacet . . . truncus' schol. Hor. carm. III 4, 32 Servius Aen. II 135 557 sq. 'iacet . . . corpus' schol. Veron. 97, 19 K. 558 Nonius 354, 17 (om. 'sine') Diomedes I 508 K. 'avulsumque humeris caput' Arusianus VII 453 K. 559—561 (om. 560) 'at . . . regem' Diomedes I 408 K. 560 'obstipuit subiit c.' ult. syll. IV 238 K. 'subiit . . . imago' Macrobius Sat. IV 6, 9 561 'ut r. aequaevum' schol. Iuven. IV 94 Augustini regul. V 519 K. 'crudeli v.' Augustini regul. V 500 K. 562 'subiit d. Creusa' Nonius 403, 27 563 'direpta . . . Iuli' Audacis exc. VII 328 K. 'et parvi c. Iuli' Macrobius Sat. IV 3, 3

---

VARIA LECTIO 554 Hęc (ęc *in ras.*) *c* fat. orũ *c* Priami, fatorum hic *Haeckermannus in annal. Iahn. suppl.* XVIII 310 *sqq. eandem interpunctionem commendaverat Peerlkampus.* Priami fatorum *coniungunt M, schol. Veron. cum Gellio aliisque, sed haesisse interpretes in voce quae est* sorte *prodit Servius Dan. narrans 'et quidam* exitus sorte *pro* sortis *tradunt, ablativum pro genetivo'.* hac *Heinsius* EXVITVS *P* 558 Auolſumque *γ* Auulſum *abc* 559 *om., in mg. inf. m.* 2 *add. a* SAEVVS *MPγabc* CIRCVMINSTETIT *P: cf.* V 312 560 rubiit (r *corr. in* ſ), *in mg.* al ſubiit *γ* 561 *a*EQVAEVOM *P* aequaeuom, al aequaeũ *γ* aeque.uom *a* AEQUAEUUM *Mb* aequeuum *c* 562 EXLHALENTEM (L *del. hasta rubra*) *M* exalantem *b* ſubiit (i *post. eras.*) *γ*

respicio et, quae sit me circum copia, lustro:
deseruere omnes defessi et corpora saltu
ad terram misere aut ignibus aegra dedere.

* * *

[Iamque adeo super unus eram, cum limina Vestae
servantem et tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio; dant claram incendia lucem
erranti passimque oculos per cuncta ferenti.
illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros
et Danaum poenam et deserti coniugis iras
praemetuens, Troiae et patriae communis erinys,
abdiderat sese atque aris invisa sedebat.
exarsere ignes animo; subit ira cadentem
ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.
'scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenas
aspiciet partoque ibit regina triumpho,

---

TESTIMONIA. 564 schol. Hor. serm. I 1, 57 'et . . . lustro' Probi app. IV 196 K.

---

VARIA LECTIO. 564 et *om. m* circum me *appendix Probi* 567—588 *om. MPγabcm cum ceteris Bernensibus*, ψ: *habent Dorvillianus, Gothani duo cum paucis aliis apud Heynium recentissimis.* '*Post hunc versum* (566) *hi versus fuerunt, qui a Tucca et Vario obliti sunt:* iamque adeo . . . mente ferebar' *Servius Dan.* '*in secundo hos versus constat esse detractos:* aut ignibus (566) . . . cum mihi se non ante alias' (589) *Servius in vita.* '*ut enim in primo diximus, aliquos* (*aliquot?*) *hinc versus constat esse sublatos, nec inmerito. nam et turpe est . . . et contrarium . . . illi rei quae in sexto* (495) *dicitur . . . hinc autem versus esse sublatos Veneris verba declarant dicentis*' (601) *e. q. s. Servius ad v.* 592. *Uncis inclusi versus, qui et desunt in optimis libris nec a quoquam praeter Servium commemorantur. Disputaverunt de hoc loco Gruppe in eo libro, qui Minos inscribitur, p.* 173 *sqq. et aliis prudentius Thilo. Nuperrime eum Vergilio vindicare conatus est Noack mus. Rhen.* XLVIII 420 *sqq. cf. prol.* 92 *sqq.* 568 ſecretam (m *del.*) *Servii Cass.* 569 claram *coni. prol.* 93 clara *Cass.: cf. v.* 590. 605 572 poenam *Servii Mon.* poenas *Cass.* 573 permetuens *Bern.* 576 et sceleratae *Valesius* ex scelerata *Heidtmannus* 578 regnata *Cass.*

coniugiumque domumque patres natosque videbit,
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris?
occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium totiens sudarit sanguine litus?
non ita. namque etsi nullum memorabile nomen
feminea in poena est nec habet victoria laudem,
extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis
laudabor poenas, animumque explesse iuvabit
ultricis flammae et cineres satiasse meorum.'
talia iactabam et furiata mente ferebar,]
cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
optulit et pura per noctem in luce refulsit
alma parens, confessa deam qualisque videri
caelicolis et quanta solet, dextraque prehensum
continuit, roseoque haec insuper addidit ore:
'nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
quid furis aut quonam nostri tibi cura recessit?
non prius aspicies, ubi fessum aetate parentem
liqueris Anchisen, superet coniunxne Creusa
Ascaniusque puer? quos omnes undique Graiae
circum errant acies et, ni mea cura resistat,

---

TESTIMONIA. 589 sq. 'cum . . . obtulit' Servius Aen. I 407 591 'alma . . . deam' Servius ecl. VIII 102 'alma p.' Diomedes I 434 K. schol. Bern. ecl. VIII 18 'deam confessa' Servius Aen. VIII 611 593 'roseoque . . . ore' Acro Hor. carm. III 3, 12 595 Charisius I 269 K. 596—600 Priscianus 1149 P. 597 sq. 'superet . . . puer' Macrobius Sat. IV 3, 3 597 'coniunxne C.' ult. syll. IV 248. 251 K. 599 'et . . . resistat' Servius Aen. II 756

---

VARIA LECTIO. 579 *ab interpolatore fictum esse suspicatus est Wagnerus* patriſ *Menag. alt.* 584 nec habet *exempl. inpressa* habet haec *codd.* 587 famae *Cass.* famam *ψ* flammam *Stephanus* ultricique manu cineres *coni. Fr. Schoell* 588 ferebar] loquebar *Servii Fuld.* loquebatur *Cass.* 589 OCULOS *M* alias *Servius in vita, sed* oculis *in comm.* 592 Caelicol.iſ *a* DEXTRAM *M* '*hinc autem versus fuisse sublatos Veneris verba demonstrant dicentis:* non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae' *Servius conl. adnot. ad* 566 594 indomituſ *c1* tantaſ *c* 596 IBI (U superscr.) *M* 597 superest *Prisciani ω* 598 OMNIS *Pγc* 599 reſiſtit *γ1*

iam flammae tulerint inimicus et hauserit ensis.
non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae
culpatusve Paris: divom inclementia, divom,
has evertit opes sternitque a culmine Troiam.
aspice (namque omnem, quae nunc obducta tuenti
mortalis hebetat visus tibi et umida circum
caligat, nubem eripiam; tu nequa parentis
iussa time neu praeceptis parere recusa):
hic, ubi disiectas moles avolsaque saxis
saxa vides mixtoque undantem pulvere fumum,
Neptunus muros magnoque emota tridenti
fundamenta quatit totamque a sedibus urbem
eruit. hic Iuno Scaeas saevissima portas
prima tenet sociumque furens a navibus agmen
ferro accincta vocat.
iam summas arces Tritonia (respice) Pallas
insedit, limbo effulgens et Gorgone saeva.
ipse pater Danais animos viresque secundas

TESTIMONIA. 601—603 'non . . . opes' Priscianus 1004. 1138 P. 601 Macrobius Sat. V 17, 16 Cledonius V 66 K. Servius Aen. II 592 schol. Hor. carm. II 11, 22 'Lacaena' Servius Aen. IV 37 602 de schem. lex. p. 50 H. 602 sq. 'divum inclementia . . . opes' Donatus Ter. Andr. V 3, 12 604—606 'aspice . . . eripiam' Macrobius somn. Scip. I 3, 19 610 sq. 'Neptunus . . . quatit' Priscianus 765 P. 'magnoque . . . quatit' Servius Aen. V 810 612 sq. 'hic . . . tenet' schol. Hor. carm. III 3, 23 614 Servius Aen. I 16 615 sq. schol. Hor. carm. I 15, 11 'Tritonia . . . insedit' Acro Hor. carm. III 3, 23 615 'Tritonia Pallas' Servius Aen. X 668 616 'nimbo e.' Servius Aen. IX 109 617 sq. 'ipse . . . sufficit' Nonius 386, 5 Servius Aen. III 89

VARIA LECTIO. 600 INIMICUMS *M* 602 culpandus *Gebhardi* diuom *bis γ* DIUUM *bis Mabc* 604 OMNESM *M* 605 Mortaleſ *b* EUETAT (H *et* B *col. rubro*) *M* 608 auolſa *γ* auulſa *abc* 611 AB *Pγa: cf.* I 84 612 CAEA *M* ſc . eaſ (*erasa* a) *c* ſceaſ *a* ſceaſ . . *γ* 616 limbo *Moret. sec. pro varia lect., quod recte defendit Henry* (*twelve years* 106 *et in Fleckeiseni annal.* LXXIII 458) 'nimbo . . . *alii* limbo *legunt*' *Servius* NIMBO *MPγabcψ*, *schol. Hor., quod valde infeliciter tueri conatur Wagnerus lectt. Verg.* 334 ETFULGENS (*i. e.* ecfulgens) *M*

sufficit, ipse deos in Dardana suscitat arma.
eripe, nate, fugam, finemque impone labori.
nusquam abero et tutum patrio te limine sistam.'
dixerat, et spissis noctis se condidit umbris,
apparent dirae facies inimicaque Troiae
numina magna deum.

Tum vero omne mihi visum considere in ignis
Ilium et ex imo verti Neptunia Troia;
ac veluti summis antiquam in montibus ornum
cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant
eruere agricolae certatim, illa usque minatur
et treme facta comam concusso vertice nutat,
volneribus donec paulatim evicta supremum
congemuit traxitque iugis avolsa ruinam.
descendo, ac ducente deo flammam inter et hostis
expedior; dant tela locum flammaeque recedunt.

TESTIMONIA. 618 'ipse . . . arma' Diomedes I 411 K. Priscianus 1103 P. Dositheus VII 414 K. Servius Aen. II 326 K. 619 'eripe n. fugam' Servius Aen. I 382 620 'nusquam a.' schol. Veron. 89, 4 K. Servius Aen. I 382 II 801 622 sq. 'inimicaque . . . deum' Servius Aen. I 407 624 'tum . . . considere' ult. syll. IV 223 K. 624 sq. 'considere . . . Ilium' Diomedes I 378 K. 626–631 Macrobius Sat. V 11, 9 627 Servius Aen. I 54 'crebrisque b. instant' Servius Aen. XI 135 628 'illa u. minatur' Servius Aen. I 162 632 'descendo . . . deo' Servius Aen. I 382 IV 228 VII 498 schol. Veron. 95, 26 K. 'ducente d.' Charisius I 154 K. Sacerdos VI 447 K.
632 sq. 'descendo . . . expedior' Macrobius Sat. III 8, 1 Donatus ad Ter. eun. V 2, 36 adelph. V 6, 6 'flammam . . . expedior' Nonius 296, 31 'flammam . . . recedunt' Acro Hor. carm. saec. 43

VARIA LECTIO. 619 corripe *Novák* 'eripe, *accelera, raptim fac, vel* eripe te fuga' *Servius* fuga *Leid.* 620 NUSQUAM (S *corr. ex* M) *M* numquam *Servius Aen.* II 801 lemine (limene?) *c1* 623—635 *Veron. fol.* 220*b* 624 ĕ uiſum *b* IGNES *Ma2b* ignems *Diomedis Paris. B* 627 quam (quom?) f. excisam *Servius Aen.* I 54 *Cass.* BIPINNIBVS *MV* 628 uſque illa *b* 629 tremae facta *c: cf. Priscianus* 803, *Lachmannus Lucr.* 192, *Corssen de pronunt. ling. Lat.* II 311 *sq.* tremefacta *γab* ·COMAM· *superscr. M* concuſſo (ſ *pr. in ras.*) *a* 630 VVLNERIBVS *Vγabc volneri*BVS *P* VICTA *V* 631 au$^{v}$olſa *γ* auulſa *abc* 632 discedo *Macrobii ω* ac (c *corr. ex* d) *γ* deo *γ2b1*: *testantur Macrobius Donatus Ser-*

Atque ubi iam patriae perventum ad limina sedis
antiquasque domos, genitor, quem tollere in altos
optabam primum montis primumque petebam,
abnegat excisa vitam producere Troia
exiliumque pati. 'vos o, quibus integer aevi
sanguis' ait 'solidaeque suo stant robore vires,
vos agitate fugam.
me si caelicolae voluissent ducere vitam,
has mihi servassent sedes. satis una superque
vidimus excidia et captae superavimus urbi.
sic o sic positum adfati discedite corpus.
ipse manu mortem inveniam; miserebitur hostis
exuviasque petet. facilis iactura sepulchri.
iam pridem invisus divis et inutilis annos

---

TESTIMONIA. 634 'atque . . . perventum' ult. syll. IV 224. 246 K. 637 Nonius 372, 23 comm. Bern. Lucani IV 796 U. 'excisa . . . Troia' Servius Aen. III 201 638 sq. 'vos . . . ait' Nonius 224, 6 Servius Aen. III 415 'vos . . . sanguis' Servius ecl. VIII 27 638 'vos . . . aevi' de schem. lex. p. 51 H. 'integer a.' Servius Aen. IV 599 642 'has . . . sedes' Servius Aen. II 703 642 sq. 'satis . . . urbi' Nonius 388, 31 'satis . . . excidia' Priscianus 993. 1343 P. Servius Aen. III 476 643 'captae s. urbi' Caper VII 97 K. 644 Servius Aen. IX 482 646 'facilis i. sepulcri' Seneca de remed. fort. 5 comm. Bern. Lucani V 668 U.

---

VARIA LECTIO.

*vius* dō *a*1 DEA (O sup.) *Mc* DEA (DEO *sup. m.* 2) *V* doa *γ*1*a*2*b*2, *Sacerdos* DE (A sup.) *P* *Utramque scripturam schol. Veron. noverat. cf. prol.* 177 *adn.* HOSTES *Vbc* 635 ALTO (*om.* S *ut vid.*) *V* 636—648 *Veron. fol.* 220 *a* 636 monteſ *b* 637 exciſa. *b* exscissa *Lahmeyer* ꝓ. ducere *a* TROIA·Ṁ *M* 643 *in mg.* λ *M* et *sup. b*: *an* ut? urbe *γ*1 644—646 *damnat Peerlkampus* 644 *hic om., sed ima pag. m. ant. add., in mg. B, M* SIC·Ᵽ·O·SIC *M* poſitum *m. rec. superscr. a* affati *γ*2*a*2*b* 645 *in mg.* C *M* manum *γ*1*a*1 MORTE *P*

manum morti *Klouček* 'mortem autem ego hostis inveniam manu, *nam hic ordo est' Servius, unde intellegitur eum sic distinxisse:* manu mortem inveniam (miserebitur) hostis aut miserebitur *coni. Wagnerus* 646 p&et & *γ* p&.& *a*, *ut fuerit fortasse qui scribi vellet:* ipse m. m. inveniam (miserebitur) hostis: exuvias petet, et f. i. s. facilis iactura sepulchri] *interpretatur Servius*

demoror, ex quo me divom pater atque hominum rex
fulminis adflavit ventis et contigit igni.'
Talia perstabat memorans fixusque manebat.
nos contra effusi lacrimis coniunxque Creusa
Ascaniusque omnisque domus, ne vertere secum
cuncta pater fatoque urgenti incumbere vellet.
abnegat, inceptoque et sedibus haeret in isdem.
rursus in arma feror, mortemque miserrimus opto.
nam quod consilium aut quae iam fortuna dabatur?
'men efferre pedem, genitor, te posse relicto
sperasti, tantumque nefas patrio excidit ore?
si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui
et sedet hoc animo, perituraeque addere Troiae
teque tuosque iuvat, patet isti ianua leto,
iamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
gnatum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.

---

TESTIMONIA. 648 sq. 'ex . . . igne' Macrobius Sat. IV 3, 8 'ex . . . ventis' schol. Bern. ge. I 329 comm. Lucani I 151 648 'ex . . . rex' Priscianus 995 P. 649 Servius Aen. VIII 429 'fulminis a. ventis' Servius Aen. I 230 cf. schol. Veron. 89, 7 K. 652 'Ascaniusque o. d.' Nonius 403, 27 655 'rursus . . . feror' Nonius 384, 29 'mortemque m. opto' Servius Aen. IV 451 657 sq. 'mene . . . sperasti' Donatus Ter. Andr. IV 5, 13 657 'mene . . . genitor' Nonius 297, 16 schol. Veron. 89, 11 K. 'mene e. pedem' Sacerdos VI 448 K. 658 'tantumque . . . ore' Arusianus VII 473 K. Servius Aen. VI 686 659 Augustinus de magistro 3. 19 660 'et . . . animo' Servius Aen. IV 15 661 'patet . . . leto' explan. in Don. IV 510 K. Pompeius V 247 K. anecd. Helv. 184 Servius Aen. XI 422

---

VARIA LECTIO. 648 diuom *y* diuum *abc* 649—674 *Veron. fol.* 248 649 igne *Macrobii exempl.* 651 effuſi . *b* 657 MENE *MPVyabc* ETFERRE (*i. e.* ecferre) *M* 658 TANTVM *P* (*an* tantumne?) 660 HAEC (AE *eras.*) *V* 661 iſtic *a2c* iſtinc *m* iſtae *ut vid. a1* 'isti *apocope est pro* istic' *Servius, item pro adverbio habent Pompeius et expl. in Don.* 662 Priami multo de s. *χ* multo maculatus s. *Venetus* 'multo . . . *quasi bis sanguinem fuderit Priamus' Servius Dan. fortasse* ultro: *cf.* V 55. *nisi forte transponendo sic:* iamque aderit Pyrrhus Priami de sanguine inulto *corrigere malis.* parvo P. de s. *Bergkius* 663 NATVM *PVbc* PATRIS *m. 2 sup. P* PATREMQ· *My* patrēq *c*

hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignis
eripis, ut mediis hostem in penetralibus utque
Ascanium patremque meum iuxtaque Creüsam
alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
arma, viri, ferte arma; vocat lux ultima victos.
reddite me Danais, sinite instaurata revisam
proelia. numquam omnes hodie moriemur inulti.'

Hinc ferro accingor rursus clipeoque sinistram
insertabam aptans meque extra tecta ferebam.
ecce autem complexa pedes in limine coniunx
haerebat parvomque patri tendebat Iulum:
'si periturus abis, et nos rape in omnia tecum;
sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,

---

TESTIMONIA. 664 'hoc . . . parens' Charisius I 12. 13. 15 K. ult. syll. IV 222 K. Servius in Don. IV 424 K. Sergius de syll. IV 479 K. Cledonius V 30 K. Pompeius V 119 K. Consentius V 399 K. Marius Victorinus VI 22. 31. 37 K. de fin. VI 230. 242 K. Dositheus VII 388 K. fragm. Bob. VII 539 K. Martianus Capella III 276 Servius Aen. IV 228 VI 791 schol. Veron. 89, 21 K. 'hoc e. alma' Terentianus Maurus 1667 'hoc e.' Marius Victorinus VI 27. 36 K. Mallius Theodorus VI 587 K. 'alma p.' schol. Bern. ecl. VIII 17 664 sq. 'hocc . . . eripis' Priscianus 948. 958 P. Velius Longus VII 54 K. 665 schol. Veron. 90, 6 K. 666 'iuxtaque C.' ult. syll. IV 254 K. 668 'arma v. f. arma' schol. Veron. 81, 5 cf. 89, 16 K. 670 'numquam . . . inulti' Donatus Ter. Andr. I 2, 25 II 4, 7 adelph. II 2, 7 IV 2, 31. 5, 26 Priscianus 1208 P. comm. Bern. Lucani IV 275 U. 'numquam o. hodie' schol. Veron. 89, 28 K. 671 sq. 'clipeoque ... aptans' Macrobii exc. Bob. V 651 K. Servius Aen. II 393 X 383 673 'ecce . . . pedes' schol. Veron. 89, 34 K. 674 'parvumque . . . Iulum' Macrobius Sat. IV 3, 3 Servius Aen. I 486 IV 31 schol. Veron. 90, 2 K. 675 Priscianus 908 P.

---

VARIA LECTIO. 664 Hoc (c *supra* c) *b* hocc *χ*, *ut scribendum suadet Velius Longus: 'et sic in antiquissimis codicibus invenitur bis* c *scriptum' Priscianus* (*cf. Marius Victorinus et de ult. syll.*) IGNES *Vγa ignis P* hoſteſ *bχ*, *Prisciani* 948 *ω* 665 ERIPIT *M* ut..que (t *e corr.*) *γ* 667 MACTATO SANGVINE *MPV* mactatum, maculatum, iactantes *χ* (n *supra*) 670 HODIEOMNES *V* moriamur *Prisciani φ* 671 Hic *a* ACCINGOR *P* ruſſuſ *b1* 672 INSERTEBAM *M* insertaBAM *P* 673—678. 679—699 *F fol.* XXII 674 PARVVM *libri* 675—700 *Veron. fol.* 245 675 rape *in ras. a*

hanc primum tutare domum. cui parvos Iulus,
cui pater et coniunx quondam tua dicta relinquor?'

'Talia vociferans gemitu tectum omne replebat,
cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum.
namque manus inter maestorumque ora parentum
ecce levis summo de vertice visus Iuli
fundere lumen apex, tactuque innoxia mollis
lambere flamma comas et circum tempora pasci.
nos pavidi trepidare metu crinemque flagrantem
excutere et sanctos restinguere fontibus ignes.
at pater Anchises oculos ad sidera laetus
extulit et caelo palmas cum voce tetendit:
'Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
aspice nos, hoc tantum, et, si pietate meremur,
da deinde augurium, pater, atque haec omina firma.'

---

TESTIMONIA. 678 Nonius 439, 10 'et . . . relinquor' schol. Veron. 90, 7 K. 682 sq. 'ecce . . . apex' Macrobius Sat. III 3, 7 683 'fundere l. apex' Probi de nom. exc. IV 215 K. 684 schol. Hor. serm. I 5, 74 'lambere f. comas' Eutychis ars V 468 K. 'et . . . pasci' Cledonius V 76 K. 685 sq. Macrobius Sat. III 3, 7 687 'at p. Anchises' Servius in Don. IV 418 K. 689. 691 (om. 690) Boethius de interpret. ed. sec. p. 291 (ed. Basil. 1546) 690 'aspice . . . tantum' Servius Aen. I 226 X 473 comm. Bern. Lucani VII 734 U. schol. Gron. Cic. 409 Or. 690 sq. 'et . . . firma' Probus 14, 10 K.

---

VARIA LECTIO. 677 HAC *V* PARVVS *libri* 678 RELINQUAR (O *sup.*) *M* 679 VOCIFERENS *V* 680 QVVM *F* cuM *P* ſubitum *ac* 'subitum *pro* subito' *Servius: cf. ge.* IV 554 *Aen.* V 522 SVBITV(M) *F* ſubito (v̄ *sup.*) *yb* SVBITO *MPV* dictu . *b2* dictum *b1* miſerabile *ya1* 683 LUMEN (I *sup. col. rubro*) *M* tectu (a) *c* qua *a1* molli *χ*, *non male* 684 *fla*MMAS comaſ (S *eras., corr. m.* 3) *P* 685 metu (et *in ras.*) *γ* crineſque flagranteſ (ſque flagranteſ *in ras.*) *b crinemque flagrantem V* FRAGLANTEM *P* 686 ſc̄oſ *abc* '*hic ergo* sanctos *sacros accipiemus*' *Servius Dan.*, *sed* sacros *in lemm. vulg.* reſtringere *c1* reſt . ing(u)ere *c2* IGNES *MPVγbc* igniſ *a* 687 laeto(v)ſ *b* 690 *Rectius distinxit verba Vahlenus ind. lectt. Berol.* 1880 *p.* 9 HOS (C) *M* 691 *in ras. b* augurium *Probus,*

Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore
intonuit laevom, et de caelo lapsa per umbras
stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
illam, summa super labentem culmina tecti,
cernimus Idaea claram se condere silva
signantemque vias; tum longo limite sulcus
dat lucem, et late circum loca sulpure fumant.
hic vero victus genitor se tollere ad auras,
adfaturque deos et sanctum sidus adorat:
'iam iam nulla morast; sequor et qua ducitis adsum.
di patrii, servate domum, servate nepotem.
vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troiast.
cedo equidem nec, nate, tibi comes ire recuso.'
dixerat ille, et iam per moenia clarior ignis

TESTIMONIA. 693 'intonuit l.' Charisius I 176. 243 K. Diomedes I 348 K. ult. syll. IV 238 K. Servius ge. IV 7 Aen. II 54 Philargyrius ge. IV 7 schol. Veron. 90, 16 K. schol. Bern. ge. IV 7 694 'stella f. d.' Servius Aen. V 524 schol. Veron. 90, 21 K. 697 'tunc . . . sulcus' comm. Bern. Lucani V 562 U. 698 'et . . . fumant' Isidorus de nat. rer. 30 p. 57 B. schol. Persii II 25 699 'hic . . . genitor' ult. syll. IV 250 K. 700 Priscianus 1202. 1249 P. 702 Macrobius Sat. III 4, 13 'servate d. s. nepotem' Nonius 387, 23 703 sq. Nonius 251, 4 703 cf. schol. Veron. 90, 28 K. 704 Servius Aen. VI 112 705 sq. 'dixerat . . . auditur' Diomedes I 390 K.

VARIA LECTIO.
*probavit H. Keilius Philol.* II 166 AVXILIVM *libri, Boethius: 'non enim unum* augurium *vidisse sufficit, nisi confirmetur ex simili' Servius: cf.* 703 X 254 HAEC *om. F* H.IC *V* HAE$^{c}$ *M* 693 *cf.* IX 631 lae.$\overset{v}{u}$om *γ* LAEVVM *FMVac* leuũ *in ras. b* 696 SILUA·M *M* SILVAM *Fa1 silva V* 697 *in mg. add. c* 698 circum late *schol. Persii* 699 TOLLERE *Pa1* tolle$^{t}$.. (e *corr. in* i) *γ* TOLLIT *FMVbc, et ni fallor a2, Servius in lemm.* ad auras] MIRAS *ut vid. V: fort.* in auras. *an* mirans *voluit?* 700 Affatur *ab* ſanctum (c *m.* 2) *γ* ſc̄m *a: cf.* 686 701—725 *Veron. fol.* 223 *b* 701 MORAEST *Pyabc* MA$^{λ}$IOREST *M* duciti.ſ (ſ *in ras.*) *a* 702 DIS *P* DII *MV* 703 TROIAEST *Myabc* TROiast *P* 704 recuſſo *a1* 705 'dixerat ille: *hic distinguendum. alii* ille *et* ignis, *sed male' Servius* ille //// & *c*

auditur, propiusque aestus incendia volvont.
'ergo age, care pater, cervici imponere nostrae;
ipse subibo umeris, nec me labor iste gravabit.
quo res cumque cadent, unum et commune periclum,
una salus ambobus erit. mihi parvos Iulus
sit comes, et longe servet vestigia coniunx.
vos, famuli, quae dicam animis advertite vestris.
est urbe egressis tumulus templumque vetustum
desertae Cereris iuxtaque antiqua cupressus
religione patrum multos servata per annos:
hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
tu, genitor, cape sacra manu patriosque penatis;
me, bello e tanto digressum et caede recenti,
attrectare nefas, donec me flumine vivo
abluero.'
haec fatus latos umeros subiectaque colla

TESTIMONIA. 706 'propiusque . . . volvunt' comm. Bern. Lucani VIII 166 U. 707 Donatus Ter. hec. I 1, 6 IV 3, 4 Phorm. I 2, 12 adelph. IV 2, 33 Arusianus VII 483 K. 'ergo . . . pater' ult. syll. IV 252 K. 710 'una . . . erit' Acro Hor. carm. III 9, 24 713 'est . . . tumulus' Arusianus VII 469 K. schol. Lucani V 510 714 'desertae C.' schol. Veron. 91, 3 K. 715 Sacerdos VI 452 K. 'religione p.' Augustinus c. Faust. XXII 25 717—720 Macrobius Sat. III 1, 1 717 Nonius 253, 33 Donatus Ter. adelph. IV 5, 71 'cape s. manu' schol. Veron. 91, 23 K. 'patriique p.' Macrobius Sat. III 4, 13 719 sq. 'donec . . . abluero' Macrobius Sat. III 1, 6 Isidorus orig. XIII 21, 1 de schem. lex. p. 57 H. Donatus Ter. adelph. I 2, 47 Phorm. II 3, 73 IV 1, 24 Servius Aen. IV 635 VI 230 Acro Hor. epod. I 32 719 'flumine vivo' schol. Veron. 91, 13 K. 721 'latos u.' schol. Veron. 91, 17 K.

VARIA LECTIO. 706 PROPRIVS *Pyb*1 propi.uſ *b*2 VOLVVNT *MVyabc* *volvont P* 710 PARUUS *Myabc* 711 haut longe *coni. Kvičala et Güthling* et lente *Brandt* atque legens *Schenkl* et longe *legit Servius* CONIV*nx P coni*VX (*sed fort.* NX) *V* coniux (n sup.) *bc* 713 ETGRESSIS (*i. e.* ecgressis) *M* GRESSI *P* 714—726 *Veron. fol.* 223 *a* 715 RELIGIONE (L *sup.*) *V religio*NE *P* Relligione *b*2*c* 716 unum *a*1 717 PENATES *My*2*a*2*bc* 718 me] MEM *V* & tanto (*i. e.* ec tanto) *y*1 ex tanto *Macrobii Salisb.* 719 ADTRECTARE *V* attractare *cm*, '*Mediceus et vetera alia exemplaria*' *Pierii. attrecta*RE *P* me] NE *V*

veste super fulvique insternor pelle leonis,
succedoque oneri; dextrae se parvos Iulus
implicuit sequiturque patrem non passibus aequis;
pone subit coniunx. ferimur per opaca locorum;
et me, quem dudum non ulla iniecta movebant
tela neque adverso glomerati ex agmine Grai,
nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
suspensum et pariter comitique onerique timentem.
iamque propinquabam portis omnemque videbar
evasisse viam, subito cum creber ad auris
visus adesse pedum sonitus, genitorque per umbram
prospiciens 'nate' exclamat, 'fuge, nate; propinquant.
ardentis clipeos atque aera micantia cerno.'
hic mihi nescio quod trepido male numen amicum
confusam eripuit mentem. namque avia cursu
dum sequor et nota excedo regione viarum,

---

TESTIMONIA. 722 'fulvique . . . leonis' Servius Aen. XI 536 723 sq. 'succedo . . . inplicuit' schol. Veron. 91, 19 K. 723 'succedoque o.' Servius Aen. IV 10 VII 214 724 'sequiturque . . . aequis' comm. Bern. Lucani IV 270 U. 'non p. aequis' Seneca de morte Claudii 1, 2 725 Priscianus 979. 1106 P. 'pone s. coniunx' Priscianus 1019 P. ult. syll. IV 254 K. anecd. Helv. 261 H. 'ferimur . . . locorum' ult. syll. IV 242 K. 726—729 Seneca epist. 56, 12 728 sq. 'nunc . . . suspensum' schol. Lucani VIII 6 729 'et . . . timentem' Macrobius Sat. IV 4, 6 de schem. lex. p. 55 H. 'pariter . . . timentem' Servius Aen. XI 550 733 'fuge n. propinquant' Priscianus 799 P. 734 Nonius 196, 20. 348, 7 Servius Aen. VI 110 736 sq. 'namque . . . viarum' Servius Aen. II 359

---

VARIA LECTIO. 723 PARVVS *MVγabc* 725 coniux (n *superscr.*) *c* ferimu. *a*1 726 ...mo.uebant *b* 727 NEC *Pγa* GLOMERATȦI *M* GRAII *P* 728 OMNES A̶ *M* om̃iſ *in ras. a* aurę (terrent *superscr.*) *b* 729 oneriq: *in mg. add. c* 731 *in ras. a* vicem *Marklandus ad Statii silv.* V 2, 152 viam *defendunt conl.* III 282 VI 425 AURES *Mγ*2*b*2 733 '*haec singula pronuntianda sunt . . . quidam adfectiose distinguunt*' *Servius* 734 Ardenteſ *c* '*nonnulli quaerunt, ex cuius persona* cerno *dictum sit. sed altius intuentes* cerno *Aeneae dant, ut ipse hunc versum dixisse videatur*' *Servius* 736 Comfuſam *b*1

heu misero coniunx fato mi erepta Creusa.
substitit erravitne via seu lassa resedit,
incertum: nec post oculis est reddita nostris,
nec prius amissam respexi animumve reflexi,
quam tumulum antiquae Cereris sedemque sacratam
venimus; hic demum collectis omnibus una
defuit et comites natumque virumque fefellit.
quem non incusavi amens hominumque deorumque,
aut quid in eversa vidi crudelius urbe?
Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque penatis
commendo sociis et curva valle recondo.
[ipse urbem repeto et cingor fulgentibus armis.]
stat casus renovare omnis omnemque reverti
per Troiam et rursus caput obiectare periclis.
principio muros obscuraque limina portae,
qua gressum extuleram, repeto et vestigia retro
observata sequor per noctem et lumine lustro:

---

TESTIMONIA. 738 'heu m. coniunx' Probi inst. IV 146 K. 745 Donatus Ter. adelph. III 2, 6 V 3, 4 746 Servius Aen. II 6 747 sq. schol. Hor. carm. IV 4, 54 750 'stat . . . omnes' Nonius 391, 33 Consentius V 371. 380 K. Servius Aen. I 646 XII 678 750 sq. 'omnemque . . . Troiam' Servius Aen. I 185 753 sq. 'et . . . noctem' Nonius 360, 3 754 'lumine l.' gloss. Vat. 3321 (C. Gl. IV 112)

---

VARIA LECTIO. 738 fato mi *conieci* FATONE *MPγbcψ* fato . ue (*erasa* q, *corr.* u *ex* N) *a* fato est *Peerlkampus* '*ordo est:* fato erepta Creusa substititne erravitne via. *non enim dubitat fato esse sublatam*' *Servius* aerepta *γ* .. aerepta *a* 739 Subſt&it *a*1 ERRAVITNE (N *in ras.*) *P* laſſa *a*2*bc* RAPTA (L SS) *P* LAPSA *Mm* . a . . a *a*1 ſeulaſſa, *in mg.* ał eurapta *γ* 741 PRIMUS *M* AMMISSAM *M* ue *in ras. a* Q· *M* q: *c* 742 QUM (λ) *M* 745 incuſſaui *γ*1*a*1 DEORVmque *P* deorumque (orumque *in ras.*) *c* deumque *Donati ad Ter. adelph.* III 2, 6 *exempl.* deorumque *testatur Servius: cf.* I 229 747 ANCHISEM *Mγab* anchiſen /// (q;) *c* PENATES *Mγ*2*bc* PEN*atis P* 749 *spurium iudicat Peerlkampus: cf.* 671 '*si armatus erat, quare* cingor? *solvitur*' *e. q. s. Servius Dresd.* 750 OMNES *Mb* 753 extulerã // *c* 754 LVMI*ne P* lumina *γ*1*a*1 'lumine lustro; *oculos circumfero, non enim facem ferre poterat*' *Servius: cf.* VIII 153

horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent.
inde domum si forte pedem, si forte tulisset,
me refero: inruerant Danai et tectum omne tenebant.
ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
volvitur, exsuperant flammae, furit aestus ad auras.
procedo et Priami sedes arcemque reviso:
et iam porticibus vacuis Iunonis asylo
custodes lecti Phoenix et dirus Ulixes
praedam adservabant. huc undique Troïa gaza
incensis erepta adytis mensaeque deorum
crateresque auro solidi captivaque vestis
congeritur. pueri et pavidae longo ordine matres
stant circum.
ausus quin etiam voces iactare per umbram
implevi clamore vias maestusque Creusam
nequiquam ingeminans iterumque iterumque vocavi.
quaerenti et tectis urbis sine fine ruenti

TESTIMONIA. 755 'simul . . . terrent' schol. Iuven. X 21 758 sq. 'ilicet . . . volvitur' schol. Hor. carm. III 4, 58 'summa . . . volvitur' schol. Lucani IV 296 758 'ignis e.' Diomedes I 323 K. 761—767 'Iunonis . . . circum' Augustinus de civ. dei I 4 762 'divus U.' Charisius I 273 K. 764 'mensaeque deorum' Servius Aen. VIII 279 765 sq. 'captivaque v. congeritur' Servius Aen. X 520 766 'pueri . . . matres' Servius Aen. VI 482 769 'implevi c. vias' Servius Aen. III 341

VARIA LECTIO. 755 ANIMOSIMVL *MPa*1 animo.[ſ]ſimul *γ* animoſ ſimul *bcχ* 756 forte . . tulisset *γ* forte tetuliſſet *a*1 757 irruerant *b* inruere[N̄] (e *post. corr. in* a) *γ* *tenebant P* re-plebant, *ut* 679, *Menag. pr.* 758 VEN*to P* T[V]E[N]CT[O]I *M: cf.* 302 vento *Servius, schol. Hor. Guelf.* (tecti *eiusdem edd. Mediol. et Fabric.*) 762 cuſtodiſ *a*1 duruſ *c*1 diuus *Charisii cod.* 763 a[ſ]ſeruabant *b* obſeruabant *m* HUNC *M* [G]ZAZZA *M: cf. prol.* 453 765 *cratere*S *P* CRAT[E]ERAS (E *sup. col. rubro*) *M* SOLIDI (O *corr. ex* V *ut vid.*) *P* .olidi *a* ueſteſ *a*1 767 *variis supplementis interpolatur in libris recc.* 768 umbraſ *bχ* 770 Nequi . quam *b* ITERUMQ · ITERUM *M* iterum iterumque *γa* 771 RVENTI *Pcγ*1 f[r]uenti (*in mg.* al furenti) *γ*2 FVRENTI *Mb* furrenti *a*1 *cf.* 498

infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusae
visa mihi ante oculos et nota maior imago.
opstipui, steteruntque comae et vox faucibus haesit. 774
'quid tantum insano iuvat indulgere dolori, 776
o dulcis coniunx? non haec sine numine divom
eveniunt; nec te hinc comitem asportare Creusam
fas aut ille sinit superi regnator Olympi.
longa tibi exilia, et vastum maris aequor arandum: 780
et terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva

---

tum sic adfari et curas his demere dictis 775

TESTIMONIA. 772 sq. 'atque . . . imago' Nonius 329, 8 772 'atque . . . Creusae' Augustinus confess. I 13 774 Macrobius Sat. IV 1, 1 Servius Aen. VI 493 'obstipui s. comae' ult. syll. IV 259 K. 'steteruntque c.' Pompeius V 285 K. Sacerdos VI 452 K. Servius Aen. I 575 'steteruntque . . . haesit' Servius in Don. IV 444 Pompeius V 297 K. 776 Arusianus VII 478 K. Servius Aen. V 21 ecl. IX 43 ge. I 481 'insano . . . dolori' Servius Aen. II 343 777 sq. 'non . . . eveniunt' Servius Aen. II 738 780 'maris a. arandum' Servius Aen. II 696 781 'et . . . venies' Servius Aen. III 5 'terram H. venies' ult. syll. IV 262 K. 781 sq. 'ubi . . . fluit (om. 'virum l.') Porphyrio Hor. sat. I 6, 1

---

VARIA LECTIO. 774 = III 48 obſtıpui (u *m. ead.*) *γ* ſteter.nt (u) *c* hę.ſit *a* 775 = III 153 VIII 35 Tunc *c* adfar.. (*erasa & ut vid.*) *a*1 affari *bc* '*hic versus dicitur in plerisque non fuisse*' *Servius Dan.* 776 iuvat insano tantum *Arusianus* labori, *ut* VI 135, *bm*, *Arusianus* 777 O . . . . dulciſ coniux (n) *b* DIUUM *Mabc* diuum (um *m.* 2 *in ras.*) *γ* 778 te hinc comitem aſportare *b* (*sed* hinc comitē aſ *in ras.*), *Mentel. alter* TE COMITEM HINC ASPORTARE *Py*1*am* te comitem hinc . . portare *γ*2 te comitem hinc ^aſ^portare (*corr. m. rec.*) *c* TE COMITEM HINC PR·TARE (O) (*erasa fort.* E) *M* te comitem portare *Moretani duo.* '*hic versus caret scansione, unde multi ei* hinc, *multi* as *syllabam detrahunt. si tamen vis fide servata scandere, fiat conversio, ut:* eveniunt nec te hinc comitem asportare' *Servius. Cf.* IV 598 779 ^h^aut *a* ^h^aud (aut *m.* 1) *γ*2 SVPERVM (I) *P* 780 uaſtum (*in mg.* aĩ longū) *γ* 781 et] ad *χ*, *Servius Aen.* III 5

inter opima virum leni fluit agmine Thybris.
illic res laetae regnumque et regia coniunx
parta tibi: lacrimas dilectae pelle Creusae.
non ego Myrmidonum sedes Dolopumve superbas
aspiciam aut Grais servitum matribus ibo
Dardanis et divae Veneris nurus,
sed me magna deum genetrix his detinet oris.
iamque vale et nati serva communis amorem.'
haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa volentem
dicere deseruit tenuisque recessit in auras.
ter conatus ibi collo dare bracchia circum;
ter frustra comprensa manus effugit imago,
par levibus ventis volucrique simillima somno.
sic demum socios consumpta nocte reviso.
  Atque hic ingentem comitum adfluxisse novorum
invenio admirans numerum, matresque virosque,
collectam exilio pubem, miserabile volgus.

---

TESTIMONIA. 782 'leni . . . Thybris' Macrobius Sat. VI 4, 4 Servius Aen. II 212 IX 30 ge. I 322 783 sq. 'regnumque . . . tibi' Servius Aen. VII 315 784 'lacrimas . . . Creusae' Servius Aen. X 863 785—787 explan. in Don. IV 537 K. 785 'non e. Myrmidonum' ult. syll. IV 247 K. Marius Victorinus VI 28 K. 792—794 Macrobius Sat. V 5, 14 792 sq. Asper 114, 14 K. 793 Servius Aen. VI 370 796 'comitum a. novorum' Servius Aen. I 113 III 591

---

VARIA LECTIO. 782 leni *superscr.* *a* fluat *a*1 fl.uit *c* 783 LAETAE (T *superscr.*) *P* ITALAE (L *superscr.*) *M*, *cf.* VIII 626 latae *m* 786 haut *Rottend. pr.* haud *χ* graiiſ *a*1 787 DARDANIES *M* IOUAE (I *superscr.*) (I *m. aliena corr. in* D) *M* '*sane hunc versum quidam ita supplevit:* et tua coniux' *Servius Dan.* 792—794 = VI 700—703. *tres vel duos* (793 *sq.*) *sunt qui deleri velint: cf. ann. philol.* 1862 *p.* 385 793 conprenſa *a* conpreɴ /// ſa (eɴ *in ras.*) *b* comprꝛeſſa *γ*1, *Macrobii Salisb., Servii Aen.* VI 370 *ω* 794 PARS *P*, *et corr. minio M* uentiſ (t *m.* 2) *γ* pennis *Mediceus Pierii* fumo *Macrobii ω excepto Med.* 2: *cf.* V 740 somno *Servius* 796 haec *c* ATFLVXISSE *P* adfluxiſſe (f *superscr.*) *b* 797 virosque] NUIRO . . . . *P* 798 'exilio, *ad exilium alii. Donatus contra metrum sensit dicens* ex Ilio, *quasi de Ilio: nam longa est*' *Servius* VOLGV*s* *P* uolguſ *γ* UULGVS *Mabc*

undique convenere, animis opibusque parati,
in quascumque velim pelago deducere terras.
iamque iugis summae surgebat Lucifer Idae
ducebatque diem, Danaique obsessa tenebant
limina portarum, nec spes opis ulla dabatur.
cessi et sublato montes genitore petivi.

---

TESTIMONIA. 799 Servius Aen. I 182 801 Servius Aen. I 382 ecl. VIII 30 802 'ducebatque d.' Servius ecl. VIII 17

---

VARIA LECTIO. 800 deducere, *in mg.* at decurrere, *γ: cf.* V 212 deducere *Servius* 802 diem *sup. b* 804 MONTES *M* montiſ (iſ *in ras.*) *b* montem (em *in ras.*) *a* MONTEM *Pγcm, Servius: cf.* 636

AENEIDOS LIB · II *P* P̄ UERGILI MARONIS AE̅N · LIB · II EXPL · INC · LI̅B · III FELICITER *M* EXPLICIT LIBER II INCIPIT LI̅B TERTIVS *γa* EXPLICIT LIBER SFCVNDVS V̄ dCCXXX VERSVS OVIDII (*sequuntur versus undecim, quos vide in prolegg.*) INCIPIT LIBER TERTIVS *b* AENEIDORVM LIBER · II · EXPLICIT · VERSVS dCC · LXXX · X · VERSVS OVIDII NASONIS. *Sequuntur decem versus* (*v. prolegg.*). PVBLII · VIRGILII MARONIS ENEIDV̄ LB̃ III · INCIP̃ *c*

# P. VERGILI MARONIS

# AENEIDOS

## LIBER TERTIVS

Posquam res Asiae Priamique evertere gentem
inmeritam visum superis, ceciditque superbum
Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia:
diversa exilia et desertas quaerere terras

TESTIMONIA. AENEIDOS III 1—6 Priscianus 1102 P. 1 sq. 'postquam . . . superis' Diomedes I 394 K. Dositheus VII 421 K. schol. Hor. carm. I 33, 10 1 Charisius I 228 K. Priscianus 1235 sqq. P. Sacerdos VI 501. 504 K. 'postquam r.' Terentianus Maurus 1024. 'postquam r. Asiae' Marius Victorinus VI 22. 108. 145. 148 K. Terentianus Maurus 1047. 1204. 1738. 1740. 1756. 1766. 1944. 1949 Sacerdos VI 504 K. 'postquam r. A. vertere gentem' Marius Victorinus VI 120 K. 'postquam r. A. (4) quaerere t.' Marius Victorinus VI 120 K. 'Priamique e. gentem' Marius Victorinus VI 66. 104 K. Terentianus Maurus 1844 2 'inmeritam v. superis' Servius ge. IV 393 'visum s.' Servius Aen. V 50 2 sq. 'ceciditque . . . Troia' Charisius I 267 K. Donati ars IV 394 K. explan. in Don. IV 564 K. 'ceciditque s. Ilium' Servius Aen. I 21. 623. 697 Acro Hor. carm. IV 9, 18 3 Acro Hor. epod. XVI 25 'Ilium . . . fumat' ult. syll. IV 224 K. 'et . . . fumat' Sacerdos VI 450 K. 'omnis . . . Troia' Donatus Ter. adelph. III 3, 11 Servius Aen. III 11 4 sq. 'diversas quaerere . . . divum' Servius Aen. IV 341 4 Marius Victorinus VI 120 K.

VARIA LECTIO. AENEIDOS III. 1—3. 4—12 *F fol.* XXIII 1 posquam *Marius Victorinus* p. 22, *Terentiani Mauri* 1740 *ed. pr.* *posq*VAM *P* Postquam (oſt *in ras.*) *γ* POSTQVAM *FMabc* UERTERE (E *infra scripta minio*) *M* 2 immeritum *c* 3 fumat] '*quod ait Probus ad discernendum tempus circumflectendam ultimam syllabam, ut intellegamus* fumavit, *non procedit' Servius; idem, quod Probus, praecipit Sacerdos: cf. Lachmannus Lucr.* 290 4 desertas quaerere terras, *i. e. novas sedes in desertae patriae vicem in alia patria quaerere* diversas *Servius Aen.* IV 341

auguriis agimur divom, classemque sub ipsa
Antandro et Phrygiae molimur montibus Idae
incerti quo fata ferant, ubi sistere detur,
contrahimusque viros. vix prima inceperat aestas,
et pater Anchises dare fatis vela iubebat:
litora cum patriae lacrimans portusque relinquo
et campos, ubi Troia fuit. feror exul in altum
cum sociis gnatoque penatibus et magnis dis.

Terra procul vastis colitur Mavortia campis
(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo,
hospitium anticum Troiae sociique penates,
dum fortuna fuit. feror huc, et litore curvo
moenia prima loco fatis ingressus iniquis,
Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

Sacra Dionaeae matri divisque ferebam
auspicibus coeptorum operum, superoque nitentem

---

TESTIMONIA. 5 'auguriis a. divum' Acro Hor. carm. saec. 39 5 sq. 'classemque . . . Antandro' Diomedes I 413 K. explan. in Don. IV 528 K. Beda de orthogr. VII 288 K. 6 'Phrygiae . . . Idae' Donatus Ter. eun. II 3, 32 7 'incerti . . . ferant' Servius Aen. III 4 8 'vix . . . aestas' Servius Aen. III 70 9 Priscianus 862 P. Servius Aen. II 300 III 472 10 Macrobius Sat. IV 3, 11 11 'et . . . fuit' Macrobius Sat. V 1, 8 Servius Aen. II 557 III 3 X 60 Acro Hor. carm. III 3, 40 'exul in altum' Marius Victorinus VI 116 K. Terentianus Maurus 2167 12 Macrobius Sat. III 4, 9 'natoque . . . dis' Servius Aen. I 378 'penatibus . . . dis' Servius Aen. III 264 IX 256 13 sq. Arusianus VII 506 K. 14 schol. Hor. carm. II 6, 11 'acri . . . Lycurgo' Charisius I 82 Maximus Victorinus VI 201 K. anecd. Helv. 263 comm. Bern. Lucani II 90 U. 'quondam r. Lycurgo' schol. Hor. carm. III 3, 43 17 'moenia . . . fatis' Marius Victorinus VI 28 K. 18 Arusianus VII 494 K. Servius Aen. I 267 19 Macrobius Sat. III 3, 2 Nonius 303, 5 20 sq. 'superoque . . . taurum' de nom. V 556 K.

---

VARIA LECTIO. 5 DIVVM *FMγabc* 7 FERVNT (A supra V) *P* 8 INCEPERIT (A rubra) *M* 10 tum *π*, *commendat Kvičala* LACRIMAS *P* 12 *cf. Aen.* VIII 679 gnato *χ* .nato *c* NATO *FMPγab* 13—33. 34—54 *F fol.* XXIV 14 ERANT (A *supra* E *miniata*) *M* 15 ANTIQVM *P* ANTIQUUM *Mγabc* SOCII PENATES *P* 18 AENEADES *M* 19 dionaee *b* DIONEAE *FMPγac*

caelicolum regi mactabam in litore taurum.
forte fuit iuxta tumulus, quo cornea summo
virgulta et densis hastilibus horrida myrtus.
accessi viridemque ab humo convellere silvam
conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras,
horrendum et dictu video mirabile mostrum.
nam quae prima solo ruptis radicibus arbos
vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttae
et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.
rusus et alterius lentum convellere vimen
insequor et causas penitus temptare latentis:
ater et alterius sequitur de cortice sanguis.
multa movens animo nymphas venerabar agrestis
Gradivomque patrem, Geticis qui praesidet arvis,

TESTIMONIA. 21 Macrobius Sat. III 10, 3 schol. Bern. ge. I 45 (om. 'mactabam') cf. schol. Iuven. XII 5 Servius Aen. II 202 22 sq. 'forte . . . virgulta' Priscianus 1008 P. 22 'forte . . . tumulus' ult. syll. IV 248 K. 24 'viridem . . . silvam' Asper 115, 4 K. 26 Macrobius Sat. III 10, 6 Nonius 319, 8 27 sq. Nonius 333, 27 28 sq. 'huic . . . maculat' Porphyrio Hor. epod. V 65 29 Priscianus 744 P. 'et . . . maculant' Cledonius V 45 K. Pompeius V 186 K. 29 sq. 'mihi . . . sanguis' Quintilianus VIII 3, 70 Iulius Victor p. 437 H. 30 'gelidus . . . sanguis' Isidorus orig. X 102 31 'rursus et alterius' Priscianus 1015 P. 32 Priscianus 1269 P. 34 sq. 'nymphas . . . arvis' Servius Aen. X 402 35 'Geticis . . . arvis' Arusianus VII 498 K.

VARIA LECTIO. 25 araſ (ſ *in ras.*) *c* ARas *P* 26 *cf. Aen.* II 680 horrendum dictu video *Nonius* horrendum dictu et visu *Macrobii exempl.* DICTUM *F* MOSTRUM (N *sup.*) *M* MONSTRVM *FPγabc* 27 Namq: prima *b* Namque (ubi *sup.*) prima *a* Namq: (ubi *sup.*) prima *c* 28 Puellitur *b2* Pellitur *b1* LIQVVNTVR *Mγab*, *Nonii Bern.* 1*: testatur Servius* licuntur *Nonii Gen.* li.quunt' (*erasa* n) *c* LINQVVNTVR *F*, *schol. Hor. exempl.: cf. ge.* II 187 lincuntur *Nonii Lugd.* LINGVNTVR *P* 29 maculat *Porphyrio*

31 RVSVS (R *sup. m. rec.*) *F* RVRSVS *MPγabc* 32 latentiſ (l *e corr.*) *γ* latenteſ *b1c2* 33 *in ras. inter lineas add. a* ater] ALTER *Fγ1* 34 agreſteſ *c* AGREstis *P* 35 gradiuom (v *sup.*) *γ* gradiu (o *sup.*) *c2* GRADIVVM *FMab* gradiū *c1*

rite secundarent visus omenque levarent.
tertia set postquam maiore hastilia nisu
adgredior genibusque adversae obluctor harenae,
(eloquar an sileam?) gemitus lacrimabilis imo
auditur tumulo, et vox reddita fertur ad auris
'quid miserum, Aenea, laceras? iam parce sepulto,
parce pias scelerare manus. non me tibi Troia
externum tulit aut cruor hic de stipite manat.
heu fuge crudelis terras, fuge litus avarum.
nam Polydorus ego. hic confixum ferrea texit
telorum seges et iaculis increvit acutis.'
tum vero ancipiti mentem formidine pressus
opstipui steteruntque comae et vox faucibus haesit.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi, cum iam diffideret armis

---

TESTIMONIA. 36 Eutychis ars V 473 K. 'rite s. visus' Arusianus VII 510 K. 37 sq. 'tertio . . . adgredior' Charisius I 222 K. 38 'genibusque . . . harenae' Cledonius V 59 K. 'obluctor arenae' Probi app. IV 196 K. 39 sq. 'eloquar . . . tumulo' Priscianus 1145 P. 39 Priscianus 1031 P. 'eloquar an s.' Donatus Ter. hec. III 3, 6 Alcuini gramm. 2135 P. 42 'parce . . . manus' Arusianus VII 501 K. 'scelerare' Servius Aen. II 407 42 sq. 'non . . . tulit' Donatus Ter. Andr. I 4, 3 'non . . . manat' Priscianus 1196 P. 43 Sacerdos VI 510. 516 K. 44 Isidorus orig. X 2, 82 Servius Aen. III 639 'heu . . . terras' Sacerdos VI 487 K. 'fuge l. avarum' Probi inst. IV 185 K. 45 'nam P. ego' Priscianus 1072 P. 46 'telorum seges' Macrobius Sat. VI 6, 7 47 Priscianus 764 P. 48 cf. Aen. II 774 50 sq. 'furtim . . . regi' Nonius 348, 28 51 'cum . . . armis' Arusianus VII 468 K.

---

VARIA LECTIO. 36 ſecundaret . . . leuaret *Eutychis cod. Pluralem habet Servius* 37 tertio *Charisius* NIXU *M* . nſu (i suprascr.) *c* 38 genibuſ (q; suprascr.) *b* 39 ELOQVAF (OR suprascr.) (*corr. minio m. rec.*) *P* an . . ſileam *a* GEMITVM *P* 40 AURES *Mγ2b*, *c* (e *in ras.*) 43 aut *γ1* haud (h suprascr.) *γ2* hic *m.* 2 *suprascr. b* 44 CRUDELES *M* 45 'Polydorus ego: *sive* ego *distinguas sive* ego hic, *subaudias* sum *necesse est' Servius* 47 Tunc *bc* 48 = II 774 hę . ſit *a* 51 QVVM *F* IAM *suprascr. M*

Dardaniae cingique urbem obsidione videret.
ille, ut opes fractae Teucrum et Fortuna recessit,
res Agamemnonias victriciaque arma secutus
fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, et auro
vi potitur. quid non mortalia pectora cogis,
auri sacra fames? postquam pavor ossa reliquit,
delectos populi ad proceres primumque parentem
monstra deum refero, et quae sit sententia posco.
omnibus idem animus, scelerata excedere terra,
linqui pollutum hospitium et dare classibus austros.
ergo instauramus Polydoro funus: et ingens
aggeritur tumulo tellus; stant manibus arae
caeruleis maestae vittis atraque cupresso,
et circum Iliades crinem de more solutae;
inferimus tepido spumantia cymbia lacte

---

TESTIMONIA. 52 'cingique . . . videret' Nonius 216, 27 Servius Aen. IV 41 54 'res A.' Servius Aen. III 1 'victriciaque a. secutus' Servius Aen. V 74 55—57 'fas . . . fames' Quintilianus IX 3, 25 55 sq. 'fas . . . potitur' Priscianus 881 P. 'et . . . potitur' Diomedes I 319 K. 'auro vi potitur' Servius Aen. I 270 55 'Polydorum o.' Servius Aen. III 46 56 'vi p.' Alcimus Avitus epist. 51 'potitur' cf. Probi inst. IV 182 K. 'quid . . . cogis' schol. Gron. Cic. 387 Or. anecd. Par. Eckst. 21, 25 56 sq. 'quid . . . fames' Quintilianus IX 2, 10 Isidorus de rhet. p. 519 H. Priscianus 1333 P. comm. Bern. et schol. Lucani III 118 schol. Hor. carm. III 3, 52 Porphyrio Hor. epod. VII 20 Acro Hor. carm. III 16, 6 57 'auri s. fames' Nonius 397, 26 Macrobius Sat. V 16, 7 Diomedes I 310. 437 K. Agroecius VII 119 K. Beda de orthogr. VII 292 K. Servius Aen. IV 412 XI 721 ge. II 395 schol. Lucani X 334 'postquam p. o. r.' de dub. nom. V 585 K. 58 sq. 'primumque . . . refero' Nonius 435, 33 59 'monstra d. refero' Nonius 350, 5 61 'linquere p. hospitium' Donatus Ter. Andr. prol. 16 'dare c. austros' Isidorus orig. I 35, 22 Servius Aen. I 9. 392 II 361 ecl. III 43 schol. Bern. ge. II 71 63 'aggeritur t. tellus' Eutychis ars V 481 K. 'stant m. arae' Servius Aen. I 646 VI 177 ecl. VII 53 64 Acro Hor. carm. II 14, 23 66 Macrobius Sat. V 21, 1

---

VARIA LECTIO. 55 abrupit *Prisciani Par.* 56 *cf.* IV 412 57 relinquid *b1*, *de dub. nom.* 60 ANIMVMs (*corr. m.2*) *P* 61 linquere *χ*, *Donati exempl.* austrum *m* 63 aggeritur terrae tumulus *Eutychis Bob.*

sanguinis et sacri pateras, animamque sepulchro
condimus et magna supremum voce ciemus.
Inde ubi prima fides pelago, placataque venti
dant maria et lenis crepitans vocat auster in altum,
deducunt socii navis et litora complent.
provehimur portu, terraeque urbesque recedunt.
sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri et Neptuno Aegaeo,
quam pius arquitenens oras et litora circum
errantem Mycono e celsa Gyaroque revinxit
immotamque coli dedit et contemnere ventos.
huc feror, haec fessos tuto placidissima portu
accipit. egressi veneramur Apollinis urbem.
rex Anius, rex idem hominum Phoebique sacerdos,
vittis et sacra redimitus tempora lauro,

---

TESTIMONIA. 67 sq. 'animamque . . . ciemus' Servius Aen. I 219 'animamque s. condimus' Nonius 249, 33 67 'sanguinis . . . pateras' Servius Aen. III 231 71 'deducunt . . . naves' ult. syll. IV 255 K. 'deducunt naves s.' Servius Aen. I 551 72 'terraeque u. recedunt' Servius Aen. III 536 73—76 schol. Stat. Theb. III 438 sq. K. 73 'sacra . . . medio' Pseudoasconius ad Cic. p. 170 Or. 'sacra m. colitur' Augustini regul. V 500 K. 74 Sacerdos VI 503 K. 'Nereidum m.' schol. Med. ecl. X 5 76 'Mycono . . . revinxit' Servius ge. III 6 77 Nonius 278, 26 Seneca nat. qu. VI 26, 3 Diomedes I 495 K. Atilius Fortunatianus VI 292. 297. 299 K. 80 'rex A.' Sacerdos VI 463 K. 81 'et . . . lauro' Charisius I 136 K. (sed fortasse hunc versum non laudavit Charisius, ut falso loco in codice inter exempla nominativi 'laurus' transpositum)

---

VARIA LECTIO. 68 SVPRE(M)VIVM *P* (CI)DEMVS (*ut v.* 54 VICTRIDA) *P* 71 NAUES *Mγ2abc* naves socii *Servius Aen.* I 551 et l. complent *deleri vult Novák* 73 medio colitur (colitur) *γab*1 medio colitur *b*2 74 = *Ciris* 473 neptunı(o) aegeo *c* 75 QAM *P* '*bene* pius . . . *legitur et* prius' *Servius Dan.* prius *praetulit Bentleius* ARQVITENENS *MPγa*1*c*1, *Macrobii libri plerique* arcitenenſ *b* 76 micono e *abc* mycone *m* Mycono, *om.* e, *Ladevicus: cf. Wagnerus lectt. Verg.* 335 *sqq.* Gyaro celsa Myconoque r. '*antiqui codd. plerique omnes*' *Pierii, probavit Bentleius: cf. Ovidii metam.* VII 463, *anthol. Lat.* 707, 5 *sq.* R. 79—99. 100—120 *F fol.* XXV 79 Accepit *a*1 egressique intramus *Peerlkampus secundum Ovidii metam.* XIII 631 80 ʀEX (R *m.* 2 *add.*) *P* ASINIVS *F*

occurrit, veterem Anchisen adgnovit amicum.
iungimus hospitio dextras et tecta subimus.
Templa dei saxo venerabar structa vetusto:
'da propriam, Thymbraee, domum: da moenia fessis
et genus et mansuram urbem; serva altera Troiae
Pergama, reliquias Danaum atque immitis Achilli.
quem sequimur? quove ire iubes, ubi ponere sedes?
da, pater, augurium, atque animis inlabere nostris.'
vix ea fatus eram: tremere omnia visa repente,
liminaque laurusque dei, totusque moveri
mons circum et mugire adytis cortina reclusis.
summissi petimus terram, et vox fertur ad auris:
'Dardanidae duri, quae vos a stirpe parentum

---

TESTIMONIA. 82 'veterem . . . amicum' Donatus Ter. Andr. III 3,7 Phorm. I 2, 17 'Anchisen a. amicum' Servius Aen. III 183 83 Servius Aen. III 611 'iunximus h.' ult. syll. IV 238 K. 84 Servius Aen. I 375 VIII 478 85 Sacerdos VI 456 K. Servius Aen. VIII 39 schol. Hor. carm. III 3, 26 'da . . . domum' Nonius 278, 28. 361, 32 Servius Aen. I 73 V 121 VII 122 ecl. VII 31 ge. IV 209 comm. Bern. Lucani VI 774 U. 86 sq. 'serva . . . Pergama' Servius Aen. IV 340 87 'atque i. Achilli' Charisius I 68 K. 'inmitis A.' Cledonius V 43 K. 88 'quove . . . sedes' Audacis exc. VII 360 K. 'quo i. iubes' Augustini regul. V 523 K. 89 schol. Veron. 96, 24 K. 'da p. augurium' Macrobius Sat. III 6, 3 91 'liminaque l. dei' Charisius I 13. 135 K. Diomedes I 433 K. Marius Victorinus VI 30 K. 'liminaque l.' ult. syll. IV 257 K. 93 Nonius 367, 12 'summissi . . . fertur' Nonius 390, 2 94 'Dardanidae duri' Servius Aen. II 118

---

VARIA LECTIO. 82 OCCURRIT (A *supra* O) *M* ueteremq; (q; *m.* 2 *add.*) *a* anchiſem *γ2a* ADGNOVIT *FP*, *Donati ad Andr. exempl.* agnouit *γb*, *Servius ad v.* 183 AGNOSCIT *Mc* a. gno. uit. *a* cognouit *χ*, *Donati ad Phorm. exempl.* 83 iunximus *ult. syll.* hoſpitio dextraſ (o d *e corr.*) *γ* 'hospitio: *licet Probus quaerat, quid sit* iungimus hospitio dextras, *tamen septimus casus est, i. e. iure hospitalitatis. nam* ad hospitium *non potest intellegi, quia iam amicus fuit; aut sicut quidam tradunt:* iungimus dextras, et hospitio tecta subimus' *Servius* 84 uene- L ramur *c1*, *prob. Bentleius: cf.* 79 87 *cf.* I 30 RELIQVIAS *F* reli. quiaſ *a* ACHILLI *Mγab*, *Charisius, Servius* ACHILLEI *F* achilli. (achilliſ *m.* 1) *c achilli P* 90 ERAT *F* erat *b1* erāt *b2* 93 ET *m.* 2 *sup. FP* AVRIS *FMb1c1* aureſ *γa2b2c2* AVREAS *P* auraſ *a1*

prima tulit tellus, eadem vos ubere laeto
accipiet reduces. antiquam exquirite matrem.
hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris
et nati natorum et qui nascentur ab illis.'
haec Phoebus; mixtoque ingens exorta tumultu
laetitia, et cuncti quae sint ea moenia quaerunt,
quo Phoebus vocet errantis iubeatque reverti.
tum genitor, veterum volvens monimenta virorum,
'audite, o proceres,' ait 'et spes discite vestras.
Creta Iovis magni medio iacet insula ponto,
mons Idaeus ubi et gentis cunabula nostrae.
centum urbes habitant magnas, uberrima regna;
maximus unde pater, si rite audita recordor,
Teucrus Rhoeteas primum est advectus in oras
optavitque locum regno. nondum Ilium et arces
Pergameae steterant; habitabant vallibus imis.
hinc mater cultrix Cybeli Corybantiaque aera

TESTIMONIA. 96 'antiquam e. matrem' Servius Aen. VII 207 XII 209 ge. II 268 schol. Bern. ge. II 268 97 sq. Macrobius Sat. V 3, 8 104 'Creta I. magni' Pompeius V 255 K. 'medio . . . ponto' Servius Aen. III 692 105 Servius Aen. IX 79 106 Acro Hor. epod. IX 29 'centum . . . magnas' Gellius XIII 21, 5 Servius Aen. IX 85 schol. Veron. p. 73, 9 K. explan. in Don. IV 545 K. 108 Charisius I 84 K. Priscianus 692 P. 'Teucrus' Charisius I 24 K. 109 'optavitque l. regno' Nonius 358, 16 Isidorus orig. XV 2, 3 (cf. Aen. I 425) Arusianus VII 496 K. Servius Aen. I 76. 425 109 sq. 'nondum . . . imis' Priscianus 1183 P. 110 'habitabant v. imis' Arusianus VII 477 K. 111 'hic . . . Cybeli' Nonius 250, 8 Servius Aen. X 220 'Cybelus mons Phrygiae' gloss. Verg. (CGL IV 436)

VARIA LECTIO. 96 Accipiat *b* 98 NASCVNTVR (E *sup.*) *P* 99 phoebi *a1* 100 QVAERVNT (V *post. in ras.*) *F* 101 ERRANTES *Pγ1ac* 102 MONVMENTA *Mb* munumenta *a1* 105 ibi *b* genti (r *sup.*) *b* 106 urbes *testatur Gellius auctore Valerio Probo* 108 'Rhoeteas . . . *licet alii* Rhoetias *legant propter Rhoetiam Sithonis filiam*' *Servius Dan.* PRIMVSEST (M *sup. minio*) *M* primum (*om.* est) *Charisii cod.* IN *FPγabc Priscianus, Charisius* AD *M* 111 hic *Nonii et Servii Aen.* X 220 *exempl.* cybeli *c2*, *confirmant Servius, Nonius, gloss. Verg.* cybeli . *a* cybili . *c1* cybile *χ* CYBELE *FMP* cybelle (1 *pr. erasa*) *γ* cibele *b* 'Cybeli, *i. e. montis Phrygiae . . . nonnulli* cultrix Cybele *legunt, ut sit quasi Cybeleia.*' *Servius: cf.* XI 768 Cybelae *Heinsius*

Idaeumque nemus; hinc fida silentia sacris,
et iuncti currum dominae subiere leones.
ergo agite, et divom ducunt qua iussa sequamur,
placemus ventos et Cnosia regna petamus.
nec longo distant cursu: modo Iuppiter adsit,
tertia lux classem Cretaeis sistet in oris.'
sic fatus meritos aris mactavit honores,
taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo,
nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaque litora Cretae,
hoste vacare domum sedesque astare relictas.
nauticus exoritur vario certamine clamor; 128
hortantur socii Cretam proavosque petamus.
linquimus Ortygiae portus pelagoque volamus, 124

TESTIMONIA. 112 'hinc . . . sacris' Lactantius divin. inst. V 19 'et fida s. sacris' schol. Hor. carm. III 2, 26 116 Macrobii exc. Bob. V 638 K. 'modo I. assit' exc. Paris. Macrobii V 617 K. Donatus Ter. Phorm. I 2, 9 116 sq. 'modo . . . oris' Porphyrio Hor. carm. I 22, 19 118 sq. Macrobius Sat. III 4, 6 118 'meritos . . . honores' Nonius 320, 20 119 Gellius XIII 27, 3 Macrobius Sat. III 10, 5 V 13, 11 Servius Aen. I 378 120 Servius Aen. IV 58 121 sq. 'fama . . . ducem' Nonius 305, 17 Servius Aen. XI 264 121 schol. Hor. carm. II 2, 8 123 'hoste v.' Arusianus VII 514 K. 124 Nonius 333, 21 'pelagoque v.' Acro Hor. carm. I 37, 16

VARIA LECTIO. 112 hinc] et *schol. Hor.* 113 uincti *c* leoniſ *a*1 114 *d*IVOM *P* diuom *y* DIVVM *FMabc* 115 cnoſia *a*1 CaNOSIA (C *m. rec. corr. in* G) *F* GNOSIA *MPya*2*bc: cf. prol.* 392 117 cretaeiſ *b* CRETEIS (A *rubra*) *M* CRETEIS *Pc* craeteiſ *ya* CRAETEI *F* 'Cretaeis, *ut Aetnaeis' Servius* 118 MERITOS AGRIS *P* merito sacris *Nonii Bern.* 1 MACTABIT (V *sup.*) *F* mactabat *Macrobii et Nonii exempl.* 121—123. 124—126. 127—146 *F fol.* XXVI 122 DESERTAS *M* 123 'hoste: *multi hic distinguunt' Servius* VACERE (*corr. m. ead. ut* II 441) *F: cf. Lachmannus Lucr.* 191 DOMVM *FPy*1 DOMOS *Mab*2*c*, *Arusiani cod.* domuſ *b*1 ASTARE *FPb* ADSTARE *Mya* aſta^re^ *c* *Post* 123 *sequentia Peerlkampus sic:* 128 *sq.* 124—127. 130. 131, *Wagnerus sic ordinat:* 128—130. 124—127. 131 *cf. prol.* 74 *sq.* 124 *sq. inverso ordine m*

bacchatamque iugis Naxum viridemque Donusam,
Oliarum niveamque Parum sparsasque per aequor
Cycladas et crebris legimus freta concita terris.
prosequitur surgens a puppi ventus euntis,
et tandem antiquis Curetum adlabimur oris.
ergo avidus muros optatae molior urbis
Pergameamque voco, et laetam cognomine gentem
hortor amare focos arcemque attollere tectis.
iamque fere [sicco subductae litore puppes;]
conubis arvisque novis operata iuventus,
iura domosque dabam: subito cum tabida membris
corrupto caeli tractu miserandaque venit

---

TESTIMONIA. 125 'bacchatamque i. Naxon' Probi cath. IV 31 K. schol. Hor. carm. III 3, 43 126 'niveamque P.' schol. Hor. carm. I 19, 7 126 sq. 'niveamque . . . Cycladas' Servius Aen. VIII 103 'sparsas . . . Cycladas' schol. Hor. carm. I 14, 19 127 'Cycladas . . . legimus' ult. syll. IV 231 K. 'et . . . terris' Nonius 205, 24 'crebris . . . terris' Isidorus orig. X 154 130 Macrobius Sat. V 13, 6 134 'hortor a. focos' schol. Persii III 26 Macrobii exc. Paris. V 624. 645 K. Servius Aen. I 704 138 sq. 'corrupto . . . lues' Isidorus de nat. rer. 39, 1 138 'corrupto c. tractu' Philargyrius in georg. III 478

---

VARIA LECTIO. 125 Bacchatum *a1* B$^{c}$acatum *c* NAXVM *FPγ1* NAXO$^{N\cdot}$ *M* naxon *abc*, *Servius, Probi cod., sed* Naxum *dici posse videtur Vergilii exemplo firmare.* Donusam '*aliquot*' *Pieriani* DONYSAM (Y *vel* V *in ras.*) *F* DONYSAM *MP* donisam *yabc* 126 OLLARUM, *i. e.* Oliarum *F* oliaron '*aliquot*' *Pieriani* OLEARUM *Pγ1a* OLEARON *Mbc*, *Servius* PARVM *FPγ1* paron *abc*, *Servius* PHARON *M* 127 Cyclades *ult. syll.* consita *χ*, *fort. recte cf. prol.* 240. 358 concita *testatur Servius* 130 EVNTIS (I *an* E, *non liquet*) *P* euntes *bc2* 131 SETANDEM$^{T}$ *M* ADGABIMVr$^{L}$ *P* ADLABITUR$^{M}$ *M* 133 PERGAMEUM (U *m. ant. corr. in* A) *F* et *m. 2 sup. b* 134 arcem . . . tectis *cum versibus* 135 *sq. spuria habet Peerlkampus, legit Servius* 135 iam Berecyntheo *coni. Wagnerus* sicco . . . puppes *tueri non audeo: cf. prol.* 73 SICCOE *M*, *unde* siccae *Klouček* 136 Conubis$^{i}$ *b* CONVBIIS *FMPya2cψ* conubii *a1* 137 DEBANT$^{A\ M}$ *P* DABAMT (M *corr. ex* N) *F*

arboribusque satisque lues et letifer annus.
linquebant dulces animas aut aegra trahebant
corpora; tum steriles exurere Sirius agros,
arebant herbae et victum seges aegra negabat.
rusus ad oraclum Ortygiae Phoebumque remenso
hortatur pater ire mari veniamque precari,
quam fessis finem rebus ferat, unde laborum
temptare auxilium iubeat, quo vertere cursus.

Nox erat, et terris animalia somnus habebat:
effigies sacrae divom Phrygiique penates,
quos mecum ab Troia mediisque ex ignibus urbis
extuleram, visi ante oculos astare iacentis
in somnis, multo manufesti lumine, qua se

---

TESTIMONIA. 139 'et l. annus' Servius Aen. III 141 142 Nonius 395, 19 ult. syll. IV 225 K. Servius et schol. Bern. ge. III 555 144 'hortatur . . . mari' Augustini regul. V 500 K. 145 'quam . . . ferat' Nonius 205, 11 Cledonius V 40 K. 'unde l.' ult. syll. IV 246 K. 145 sq. 'unde . . . iubeat' Nonius 413, 2 147 explan. in Don. IV 535 K. 'nox erat' (non indicato loco cf. IV 522 VIII 26) Charisius I 12 K. Marius Victorinus VI 29 K. Mallius Theodorus VI 587 K. ult. syll. IV 221. 227 K.
148—150 'effigies . . . extuleram' Servius Aen. I 378 'Phrygiique . . . extuleram' Servius Aen. IX 256

---

VARIA LECTIO. 139 LV~~C~~ES (G *supra*) *Pb*1 140 dulcif *c* 141 tum (t *in ras.*) *a* 142 SEDES *M* SEG~~R~~ES (A *supra*) *P* negaba.t *γ* negabant *a*1, *ult. syll.* NEGARE (R *m.* 2 *corr. in* B, E *in* T) *F*
143 RVSVS (R *supra*) *F* RVRSVS *Myabc rursu*S *P* 145 Quem *c*1*m* quam *test. Nonius et Cledonius* 146 TEMPTARE~~T~~ *F* *tempta*RE *P* TEMPTARE (I *supra*) *M* temptari *Servii exempl.* '*quidam* auxilium *distinguunt, ut sequatur:* iubeat quo vertere cursus' *Servius Dan.* 147—152. 153—173 *F fol.* XXVII 148 DIVVM *libri* 149 AB *F* A~~B~~ *P* A *Myabc* TROIIA *F* 150 uifa *b*1 '*non adstabant, sed videbantur. unde et* visa *dicuntur*' *Servius: cf.* 172 ASTARE *FP* ADSTARE *Mya* . aftare (af *e corr.*) *b* afftare *c*
151 'in somnis: *multi hic distinguunt, et volunt unam partem esse orationis, i. e. vigilantis*' (*scil.* insomnis) *Servius* '*multi* in somnis *legunt et posterioribus iungunt, unde et* visi' *Servius Dan.* MANUFESTI *F* MANIFESTI *MPabc* manifefto *γ*1

plena per insertas fundebat luna fenestras,
tum sic adfari et curas his demere dictis:
'quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
hic canit et tua nos en ultro ad limina mittit.
nos te Dardania incensa tuaque arma secuti,
nos tumidum sub te permensi classibus aequor
idem venturos tollemus in astra nepotes
imperiumque urbi dabimus. tu moenia magnis
magna para, longumque fugae ne linque laborem.
mutandae sedes. non haec tibi litora suasit
Delius aut Cretae iussit considere Apollo.
est locus (Hesperiam Grai cognomine dicunt),
terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae,
Oenotri coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem:
hae nobis propriae sedes, hinc Dardanus ortus
Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.
surge age et haec laetus longaevo dicta parenti
haud dubitanda refer, Corythum terrasque requirat

TESTIMONIA. 155 Servius Aen. III 188 158 Servius Aen. I 22 159 sq. 'tu . . . para' Servius Aen. II 294 schol. Veron. 87, 13K. 161 'mutandae s.' Acro Hor. carm. saec. 39 161 sq. 'non . . . Apollo' schol. Persii II 36 162 'aut . . . Apollo' Pompeius V 254 'Cretae . . . Apollo' Cledonius V 65 K. 164 'terra a.' Servius Aen. I 375 170 'haud d. refer' Servius Aen. III 155

VARIA LECTIO. 152 FUNDEBANT (*puncto rubro*) *M* fundebat (t *m.* 2 *in ras. duarum litt.*) *γ* 153 = VIII 35 '*hic versus in multis non invenitur*' *Servius Dan.*: *cf.* II 775 *Fortasse verba* et curas . . . dictis *hic a poeta non posita sunt: cf. prol.* 73 155 en *in ras. a* & *γ* $\overset{en}{\text{ET}}$ *P* 157 $\text{TVME}\overset{D}{\text{F}}\text{VM}$ (*corr. m. ant.*) *F* permenſi . *c* $\text{PERME}\overset{N}{\text{S}}\text{I}$ *M* permiſſi (*voluit* permessi) *Sprot. m.* 1 '*multi autem* permensi *sine* n *legunt a verbo* permetior. *hic versus variasse dicitur*' *Servius Dan.*: *cf.* XI 244 162 confidere *schol. Persii* considere *Cledonius* 163—166 = I 530—533 163 GRAII *FP* 164 GLEBAE *FMγa* 165 $\text{OENOTR}\overset{I}{\text{I}}$ *M* VoENOTRI (O *post* V *m.* 2 *add.*) *P*: *cf. prol.* 447 166 DVXISSE *F* 167 haec *Menag. pr., Franc.* 170 requiraſ *a* REquirat *P* require *π*, *prob. Kvičala*

Ausonias: Dictaea negat tibi Iuppiter arva.'
talibus attonitus visis et voce deorum
(nec sopor illud erat, set coram adgnoscere voltus
velatasque comas praesentiaque ora videbar,
tum gelidus toto manabat corpore sudor)
corripio e stratis corpus tendoque supinas
ad caelum cum voce manus, et munera libo
intemerata focis. perfecto laetus honore
Anchisen facio certum remque ordine pando.
adgnovit prolem ambiguam geminosque parentes
seque novo veterum deceptum errore locorum.
tum memorat: 'nate, Iliacis exercite fatis,
sola mihi talis casus Cassandra canebat.
nunc repeto haec generi portendere debita nostro
et saepe Hesperiam, saepe Itala regna vocare.
set quis ad Hesperiae venturos litora Teucros
crederet? aut quem tum vates Cassandra moveret?
cedamus Phoebo et moniti meliora sequamur.'
sic ait, et cuncti dicto paremus ovantes.
hanc quoque deserimus sedem, paucisque relictis
vela damus vastumque cava trabe currimus aequor.

---

TESTIMONIA. 172 Servius Aen. I 6 175 Macrobius Sat. VI 1, 50 176 'corripio . . . corpus' Nonius 254, 17 176 sq. 'tendoque . . . manus' schol. Hor. carm. III 23, 1 179 Priscianus 729 P. 'Anchisen f. certum' Marius Victorinus VI 67 K. 180 Nonius 245, 12 schol. Hor. carm. I 7, 29 'agnovit p. ambiguam' Servius Aen. I 661 181 de schem. lex. p. 51 H. 182 'nate . . . fatis' Nonius 6, 10. 295, 1 Servius Aen. I 32. 431 183 Donatus Ter. eun. IV 4, 33. 7, 10 Isidorus orig. I 35, 14 Pompeius V 303 K. 'casus C. canebat' Sacerdos VI 459 K. Martianus Capella V 514 p. 169 E. Servius Aen. II 199 186 'sed . . . Hesperiae' ult. syll. IV 233 K. 187 'aut . . . moveret' Servius Aen. X 68 188 Nonius 251, 3 'cedamus P.' Servius Aen. II 704 190 'hanc q. deserimus' Sacerdos VI 445 K. 191 'uastum . . . aequor' Porphyrio Hor. serm. I 1, 30 Nonius 415, 4 Servius Aen. IV 566 'cava . . . aequor' schol. Veron. 73, 10 K.

---

VARIA LECTIO. 172 iuſſiſ, *i. e.* uissis χ *cf. ad* 150 ac *bc* 173 AGNOSCERE *FMab* . . cognoſcere *c* VVLTVS *FMPγabc* (R above c, N above c) 174—194. 195—216 *F* 174 UIDEBAM *M* 180 PARETIS *F* parentiſ *b* 182 €TVM *P* nate . . . fatis = V 725 183 ipsa *Novák* taleſ *b* 187 moneret *a2cm* 189 dictiſ *b* dictiſ (o above) *cm* 190 han^c *c* 191—209. 210—228 *G fol.* VII

Postquam altum tenuere rates nec iam amplius ullae
apparent terrae, caelum undique et undique pontus,
tum mihi caeruleus supra caput astitit imber
noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris.
continuo venti volvont mare magnaque surgunt
aequora, dispersi iactamur gurgite vasto,
involvere diem nimbi et nox umida caelum
abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
excutimur cursu et caecis erramus in undis.
ipse diem noctemque negat discernere caelo
nec meminisse viae media Palinurus in unda.
tris adeo incertos caeca caligine soles
erramus pelago, totidem sine sidere noctes.

---

TESTIMONIA. 192 Macrobius Sat. V 6, 1 192 sq. 'nec iam . . . pontus' Macrobius Sat. V 3, 3 cf. ad V 8 193 'caelum . . . pontus' Quintilianus XII praef. 194 'caeruleus imber' Diomedes I 323 K. 195 'et . . . tenebris' Acro Hor. carm. I 23, 5 'inhorruit u. tenebris' comm. Bern. Lucani V 446. 564 U. 199 'ingeminant . . . ignes' Macrobius Sat. VI 1, 27 200 Nonius 298, 29 202 Probi cath. IV 25 K. schol. Med. ecl. VII 69 203 sq. Nonius 502, 16 Priscianus 1192 P. 'tris . . . pelago' Priscianus 775 P. schol. Persii ecl. V 41 'tris . . . erramus' schol. Hor. carm. IV 2, 46 Servius Aen. I 745 203 fragm. Bob. de nom. V 558 K. Servius ecl. IX 52

---

VARIA LECTIO. 192—195 *cf.* V 8—11 192 *sq.* ulla apparet tellus *Macrobius* V 3, 3 *ex Aen.* V 8 194 A[D]STITIT *M* ADSTITIT *Gγc* adſt&it *a*1 195 hiemem] ignem *m* 196 uolu[v]ont *γ* VOLVVNT *FGMabc* 197 AEQU[OR]A *F* 199 ABRVPTIS *FMPγabcψ*, *Macrobius, quo teste* abruptis *etiam Lucretius scripsit: cf.* XII 451 ABRVPTI *G*, *Moret. sec., Lucretii* II 214 *exemplaria: cf. Aetnae v.* 1 202 UIAM[E]MEDIA (ME *pr. ut vid. eras.*) *M* 203 incert.i (*eras.* g) *c* SOLES (E *fort. corr. ex* I) *F* SOLIS *G* 204 NOCTIS *G*, *Nonii exempl.* 'hinc Pelopis gentes Maleaeque sonantia saxa Circumstant, pariterque undae terraeque minantur. Pulsamur saevis et circumsistimur undis. *hi versus circumducti inventi dicuntur et extra paginam in mundo' Servius Danielis: cf. prol.* 273. *nec v.* 192 *sq. nec* 200 *sqq., quibus nihil omnino cerni potuisse narratur, conciliari possunt cum Peloponnesi Maleaeque commemoratione: cf. prol.* 91

quarto terra die primum se attollere tandem
visa, aperire procul montis ac volvere fumum.
vela cadunt, remis insurgimus, haut mora nautae
adnixi torquent spumas et caerula verrunt.
servatum ex undis Strophadum me litora primum
excipiunt. Strophades Graio stant nomine dictae
insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno
harpyiaeque colunt aliae, Phineia postquam
clausa domus mensasque metu liquere priores.
tristius haut illis monstrum, nec saevior ulla
pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis.
virginei volucrum voltus, foedissima ventris

---

TESTIMONIA. 205 sq. 'quarto . . . montis' Nonius 236, 29 206 'visa . . . montes' Servius Aen. I 107 'aperire . . . fumum' Servius Aen. VI 406 208 Nonius 420, 4. 446, 27 209 sq. 'servatum . . . accipiunt' Nonius 387, 27 Servius Aen. III 569 210 'Graio . . . dictae' Servius Aen. I 646 211 Charisius I 13. 14 K. Marius Victorinus VI 30 K. Terentianus Maurus 1654 'insulae I.' Pompeius V 116 K.
'insulae . . . magno' Diomedes I 429 K. ult. syll. IV 258 K. Servius in Don. IV 424 K. Sergius de syll. IV 479 K. Cledonius V 29 K. Pompeius V 118 K. Consentius V 399 K. Marius Victorinus VI 27. 36. 63. 72 K. de fin. VI 230. 242 K. Sacerdos VI 454 K. Mallius Theodorus VI 587 K. Beda VII 232. 254 K. anon. II 192 H. Martianus Capella III 278 Alcuini gramm. 2085 P. Servius Aen. I 41 'dira C.' Donati ars IV 400 K. Pompeius V 307 K. 211 sq. 'quas . . . aliae' Nonius 250, 9
212 'harpyiaeque c. a.' Charisius I 13 K. 'harpyiaeque c.' ult. syll. IV 257 K. Marius Victorinus VI 30 K. 212 sq. 'Phineia . . . domus' Diomedes I 324 K. ex Charisii art. exc. I 535 K. 214 schol. Iuven. IX 38 216 sq. 'foedissima . . . proluvies' Nonius 373, 12

---

VARIA LECTIO. 205 *quarto terra* DIE *P* quarto die terra *Nonii exempl.* DIEM *G* TANTEM *P* 206 monteſ ac *c* A *erasa,* MONTISAC *suprascr. m.* 2 *F* 207 NA$\overset{T}{\text{U}}$AE *M* n$\overset{v}{\text{a}}$tae *γ* nocte *c* 208 *sq. abscissi in G* 208 = IV 583 obnixi *Nonius p.* 446 *testatur: cf. prol.* 212 209 *in mg.* A *m. ant. F*
PRIMum *P* PRIMA *Mγ* ꝑm . m *a*1 $\overset{i}{\text{ꝑ}}$mum *a*2 210 *ima pag. m. ant. add., et adp.* B *in mg., F* EXCIPIVNT *FGPγa2b2cm cf. prol.* 272 ACCIPIVNT *M, Nonii ex., Servius ad v.* 569 . . xepiunt *a*1 . . cipiunt *b*1 211 INMAGNO *superscr. M* 213 domuſ . . . . menſaſ *γ* 214 nec (c *in ras.*) *c* 215 *ima pag. add., cum v.* 214 *ultimus huius,* 216 *primus sequentis pag. sit, c*
216 '*si subdistinguas* virginei, *maior erit admiratio*' *Servius Dan.* u$\overset{v}{\text{o}}$ltuſ *γ* UULTUS *FGMabc*

proluvies uncaeque manus et pallida semper
ora fame.
huc ubi delati portus intravimus, ecce
laeta boum passim campis armenta videmus
caprigenumque pecus nullo custode per herbas.
inruimus ferro et divos ipsumque vocamus
in partem praedamque Iovem; tum litore curvo
extruimusque toros dapibusque epulamur opimis.
at subitae horrifico lapsu de montibus adsunt
harpyiae et magnis quatiunt clangoribus alas,
diripiuntque dapes contactuque omnia foedant
immundo, tum vox taetrum dira inter odorem.
rursum in secessu longo sub rupe cavata 229
instruimus mensas arisque reponimus ignem: 231
rursum ex diverso caeli caecisque latebris
turba sonans praedam pedibus circumvolat uncis,
polluit ore dapes. sociis tunc arma capessant

---

arboribus. clausam circum atque horrentibus umbris 230

---

TESTIMONIA. 217 sq. 'et . . . fame' Servius Aen. X 560 219 sq. Priscianus 773 P. 221 Macrobius Sat. VI 5, 14 Priscianus 677. 732 P. 222 sq. 'ipsumque . . . Iovem' Servius Aen. III 279 225 ult. syll. IV 255 K. 228 'tunc . . . odorem' Nonius 413, 8 229 Sacerdos VI 448 K. 'sub r. cavata' de dub. nom. V 589 K. 232 Priscianus 1015 P. 233 'praedam . . . uncis' Donatus Ter. eun. V 2, 20 234 sq. 'sociis . . . gerendum' Quintilianus IX 3, 64

---

VARIA LECTIO. 220 boum *testatur Priscianus* 221 herbam (s *supra*) *πχ, Servii et Prisciani ω cf.* 236 224 QVETORO *m.* 2 *in ras.* (*defuerunt m.* 1) *G* 226 GL ∴ ANCORIB· (GL ∴ ANC *manum alienam passae*) *M* plangoribus *nonnulli Pieriani* clangoribus *Servius* alaſ (l *in ras.* 2 *litt.*) *b* auraſ *a* auraſ (aur *in ras.*) *γ*: *cf.* VI 561 '*sed sane hic versus, qui circumductus est, talis auditur:* resonant magnis stridoribus alae' *Servius Danielis cf. prol.* 73. 91. 189 227 *nihil superest praeter apices superiores litterarum* DIRIPI *in G* 228 *abscissus in G* tunc *Nonii exempl.* tum . . . odorem *deleri iubet Novák* 229 rursus *plerique Pieriani, testatur Sacerdos* 230 *repetitus ex* I 311 CLAVSAM *Pγ1a1c1* CLAUSAM *M* clauſam *γ* clauſa *a2χ* clauſi *in ras. b2c2χ*

edico, et dira bellum cum gente gerendum.
haut secus ac iussi faciunt, tectosque per herbam
disponunt enses et scuta latentia condunt.
ergo ubi delapsae sonitum per curva dedere
litora, dat signum specula Misenus ab alta
aere cavo. invadunt socii et nova proelia temptant,
obscenas pelagi ferro foedare volucres.
sed neque vim plumis ullam nec volnera tergo
accipiunt, celerique fuga sub sidera lapsae
semessam praedam et vestigia foeda relinquont.
una in praecelsa consedit rupe Celaeno,
infelix vates, rumpitque hanc pectore vocem:
'bellum etiam pro caede boum stratisque iuvencis,
Laomedontiadae, bellumne inferre paratis
et patrio harpyias insontis pellere regno?
accipite ergo animis atque haec mea figite dicta,
quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo

---

TESTIMONIA. 236 Priscianus 1026 P. 'haud . . . faciunt' Priscianus 1041. 1193. 1195. 1206 P. Acro Hor. serm. I 6, 130 'haud . . . iussi' Probi cath. IV 21 K. 237 'et . . . condunt' Agroecius VII 120 K. Beda de orthogr. VII 277 K. comm. Bern. Lucani III 262 U. 'scuta l. condunt' Sacerdos VI 466 K. Servius Aen. IX 759 schol. Bern. ge. II 172 238 'ergo . . . sonitu' ult. syll. IV 252 K. 239 'specula . . . alta' Servius Aen. I 180 schol. Stat. Theb. III 202 241 Nonius 356, 30 'illa Virgilii . . . quom ait harpyias obscenas volucres' Festus p. 201 M. 'obscenas p.' Servius Aen. IV 455 243 sq. 'celerique . . . relinquunt' Nonius 307, 24 Priscianus 776 P. 243 'celerique . . . lapsae' Priscianus 760 P. Isidorus orig. X 211 Servius Aen. IV 180 244 Servius Aen. XI 573 246 'infelix v.' Servius Aen. I 330. XII 608 247 sq. Servius Aen. IX 304 248 'bellumne i. p. Laomedontiadae' Victorinus in Cic. p. 217 H. 'Laomedontiadae' Servius Aen. II 540 251 sq. 'quae . . . praedixit' Macrobius Sat. V 22, 11 Servius Aen. I 20 III 363 251 'quae . . . mihi' de schem. lex. p. 52 H. 'quae . . . omnipotens' Servius Aen. IV 268 V 17 VII 110

---

VARIA LECTIO. 236 *cf.* 561 haut] non *Prisciani p.* 1195 *ex.* 238 DILAPSAE *Pym* 242 VVLNERA *Py2abc* 244 semessam *Nonii Gen. Leid.* ſeme.ſam (*erasa* ſ *ut vid.*) *yb* *se*MESAM *P*, *Nonii* φ SEMENSAM *M* ſemeſā *cm* RELINQVONT *P* relinquont *y* RELINQUIN *M* relinqunt *c* relinquunt *ab* 247 bo.um *bc* 249 INSONTIS (I *post. corr. in* E) *M* INSONITIS *P* inſonteſ *c* 250 dicte *c*1 DEXTRA (E *corr. in* I) *M*

praedixit, vobis furiarum ego maxima pando.
Italiam cursu petitis ventisque vocatis:
ibitis Italiam portusque intrare licebit,
set non ante datam cingetis moenibus urbem,
quam vos dira fames nostraeque iniuria caedis
ambesas subigat malis absumere mensas.'
dixit, et in silvam pinnis ablata refugit.
at sociis subita gelidus formidine sanguis
deriguit: cecidere animi, nec iam amplius armis,
set votis precibusque iubent exposcere pacem,
sive deae seu sint dirae obscenaeque volucres.
et pater Anchises passis de litore palmis
numina magna vocat, meritosque indicit honores:
'di prohibete minas; di talem avertite casum,
et placidi servate pios!' tum litore funem
deripere excussosque iubet laxare rudentes.

---

TESTIMONIA. 252 'vobis . . . maxima' Servius Aen. III 233 'vobis . . . pando' Servius Aen. III 209 VI 605 255 Iulius Rufinianus p. 43 H. 256 'quam . . . fames' Servius Aen. III 246 'dira f.' Sacerdos VI 463 K. 257 Diomedes I 387 K. Priscianus 893 P. 258 'pinnis a. refugit' Servius Aen. III 246 261 Nonius 324, 7. 370, 32 262 Servius Aen. III 246 263 Priscianus 870. 892. 1272 P. 'passis . . . palmis' Servius Aen. IV 205 267 'excussosque . . . rudentis' Nonius 221, 26 cf. Cledonius V 60 K.: 'propter metrum legere prudentius dicimus, quod significat legerunt, ut Vergilius: legere rudentis' (cf. ge. III 125. 282)

---

MA

VARIA LECTIO. 252 ~~PE~~NDO (*corr. m.* 2) *P* pando (an *c corr., m.* 1 *fort.* œn) *γ* 253 *rectius distinxit Kvičala: cf.* V 211 254 q: *sup. b* 256 . . . . . . . . iniuria *a* 'nostraeque iniuria caedis: *quidam* iniuriam *pro* vindictam *accipiunt, et harpyia ista mentitur. nam imminens Troianis est fames fatalis' Servius Bern.* 172 *cf.* VII 122 nóstraeque iniuria caedis *si umquam scripsit poeta, vix in perpolito carmine relicturus erat: cf. prol.* 74 257 malis subigat *Diomedes* absu.mere (ab *in ras.*) *b* consumere *Prisciani ex.* 258 sublata *Novák* 260 iam *om. c* 262 *fortasse ab interpolatore additus est: post* 235 *reponi vult Georgii* 263 ET (A *sup.*) *M* At *a*2, *Prisciani* 892 *ω*, 870 *Sangall.* ut *eiusdem* 870 *Carolir.* panſiſ *m* 264 uocat *m.* 2 *superscr. γ* 265 DII (*priore loco*) *Pya* 266 PLACIDE *Py*1 267 DIRIPERE *Mb*1*c* iube.t *c* rudentiſ *bc*1, *Nonii et Cledonii ex.*

tendunt vela noti; fugimus spumantibus undis,
qua cursum ventusque gubernatorque vocabat.
iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos
Dulichiumque Sameque et Neritos ardua saxis.
effugimus scopulos Ithacae, Laertia regna,
et terram altricem saevi execramur Ulixi.
mox et Leucatae nimbosa cacumina montis
et formidatus nautis aperitur Apollo.
hunc petimus fessi et parvae succedimus urbi;
anchora de prora iacitur, stant litore puppes.

Ergo insperata tandem tellure potiti
lustramurque Iovi votisque incendimus aras,
Actiaque Iliacis celebramus litora ludis.
exercent patrias oleo labente palaestras
nudati socii, iuvat evasisse tot urbes
Argolicas mediosque fugam tenuisse per hostis.
interea magnum sol circumvolvitur annum,
et glacialis hiemps aquilonibus asperat undas:
aere cavo clipeum, magni gestamen Abantis,

---

TESTIMONIA. 268 Nonius 307, 33 'tendunt v. noti' ult. syll. IV 260 K. Nonius 410, 29 270 'nemorosa Z.' Diomedes I 430 K. Servius in Don. IV 423. 425 K. Sergius de syll. IV 479 K. Cledonius V 28. 30 K. Pompeius V 111. 119 K. Consentius V 399 K. de fin. VI 230. 242 K. Beda VII 230 K. Martianus Capella III 278 271 ult. syll. IV 226 K. 272 Priscianus 1177 P. Porphyrio Hor. carm. I 3, 2 277 'ancora . . . iacitur' Seneca epist. 53, 3 'stant l. puppes' Sacerdos VI 468 K. 278 Nonius 405, 32 279 'lustramurque I.' Arusianus VII 490 K. 281 Arusianus VII 471 K. 282 'iuvat . . . urbes' Servius Aen. II 12 282 sq. 'iuvat . . . Argolicas' Acro Hor. carm. I 1, 23 epod. II 50 'iuvat . . . hostes' Macrobii exc. Bob. V 647 K. 'evasisse . . . hostes' Seneca epist. 104, 10 284 Macrobius Sat. I 14, 5 Isidorus de nat. rer. 27 p. 53 B. Servius Aen. I 269 286 'aere c. clipeum' Servius Aen. X 381

---

VARIA LECTIO. 268 FVGIMVS (superscript ER over G, R over S) *P* fu.gimuſ. (g *et* ſ *e corr.*) *a* ferimur *γ*, *haud male: cf.* 272 V 33. 628 *prol.* 319 fugimus *testatur Nonius* 269 uocabant *Macrobii Salisb.* 270 Iam . . medio *c* 273 ulixe. (e *corr. in* i) *γ* ulixiſ *b* uluxiſ *c* V*lixi P* 274 leucate .ymboſa (n *superscr.*) (*erasa* l *ut vid.*) *γ* 276 Hunc (un *in ras.*) *c* 277 *cf.* VI 911 283 HOSTES *Pγ*1*ab* oſteſ *c*

postibus adversis figo et rem carmine signo
'AENEAS HAEC DE DANAIS VICTORIBUS ARMA.'
linquere tum portus iubeo et considere transtris.
certatim socii feriunt mare et aequora verrunt.
protinus aërias Phaeacum abscondimus arces,
litoraque Epiri legimus portuque subimus
Chaonio et celsam Buthroti accedimus urbem.

Hic incredibilis rerum fama occupat auris,
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes,
coniugio Aeacidae Pyrrhi sceptrisque potitum,
et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
opstipui, miroque incensum pectus amore
compellare virum et casus cognoscere tantos.
progredior portu classes et litora linquens:
sollemnis cum forte dapes et tristia dona
ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam

---

TESTIMONIA. 287 'postibus a. figo' Servius Aen. I 248 287 sq. 'et . . . arma' Servius ecl. V 42 288 Servius ecl. VII 29 'Aeneas . . . Danais' schol. Bern. ecl. V 44 289 'linquere' Sacerdos VI 452 K. 290 Nonius 516, 27 291 Charisius I 211 K. Nonius 376, 24 Servius Aen. III 416 292 'litoraque E. legimus' Nonius 332, 13 Servius Aen. II 208 III 127 X 815 'portuque s.' Acro Hor. epist. I 7, 33 292 sq. 'portu . . . Chaonio' Asper 112, 21 K. ult. syll. IV 227 K. 293 'Buthroti urbem' Servius Aen. VII 714 VIII 231 'urbem Buthroti' Servius Aen. I 565 'Buthroti arcem' Servius Aen. III 441 294 Servius Aen. III 351 'incredibilis' Servius Aen. III 319 295 'Priamiden H.' ult. syll. IV 229 K. 297 'et p. Andromachen' ult. syll. IV 229 K. 300 'progredimur p.' Arusianus VII 502 K. 302 'falsi . . . undam' Servius Aen. I 716

---

VARIA LECTIO. 288 DANAVIS *P* 290 uer.unt (r *suprascr.*) *c* 292 PORTUS *M* portu *γ* 293 CHAONIO (s *suprascr.*) *M* chaonias *m* '*nam si* Chaonios *legeris, non* Chaonio, *difficilis est scansio non excluso* s' *Servius*. 'portusque s. Chaonio *pro* Chaonii patris portus; *quamvis legatur* portusque s. Chaonios. *est ergo genetivus* Chaonio' *ult. syll. cf. phil.* 204. portu Chaonio *dativos esse intellexerunt Asper et Servius* arcem *Servius ad* v. 441 294 aureſ *b* aure . ſ (aureis?) *c* artuſ *ut vid. a*1 300—320. 321—341 *F fol.* XXIX 300 progredimur *Arusianus* claſſeſq (q *eras.*) *b* littore *c*1 (*voluitne* in litore?) 301 SOLLEMNIS (*fort.* I *corr. in* E) *F* Sollemneſ *bc* tum *ac*1 dapiſ *γ*1

libabat cineri Andromache manisque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem caespite inanem
et geminas, causam lacrimis, sacraverat aras.
ut me conspexit venientem et Troïa circum
arma amens vidit, magnis exterrita monstris
deriguit visu in medio, calor ossa reliquit,
labitur, et longo vix tandem tempore fatur.
'verane te facies, verus mihi nuntius adfers,
nate dea? vivisne? aut, si lux alma recessit,
Hector ubi est?' dixit, lacrimasque effudit et omnem
implevit clamore locum. vix pauca furenti
subicio et raris turbatus vocibus hisco:
'vivo equidem, vitamque extrema per omnia duco;
ne dubita, nam vera vides.
heu! quis te casus deiectam coniuge tanto
excipit, aut quae digna satis fortuna revisit,
Hectoris Andromache? Pyrrhin conubia servas?'
deiecit voltum et demissa voce locuta est:
'o felix una ante alias Priameia virgo,

---

TESTIMONIA. 303 sq. 'manesque . . . tumulum' Servius Aen. I 219 310—312 'verane . . . est' Priscianus 1137 P. 311 sq. 'aut . . . est' Donatus Ter. Andr. I 5, 10 311 'lux a.' schol. Bern. ecl. VIII 17 312 'Hector u. est' ult. syll. IV 224 K. 315 Priscianus 1137 P. 317 Arusianus VII 464 K. 317 sq. 'heu . . . excipit' Nonius 293, 14 319 Priscianus 1032. 1137 P. fr. de metr. VI 615 K. Servius Aen. I 73 'Hectoris A.' Servius Aen. I 41 'Pyrrin' Priscianus 1253 P. 'Pyrrhin c. servas' Servius Aen. III 294 320 Nonius 286, 5 321—323 'o . . . mori' Quintilianus VI 2, 22 Macrobius Sat. IV 6, 1 321 Nonius 301, 32 'o . . . alias' Servius Aen. XI 537

---

VARIA LECTIO. 303 ANDROMACHEN (*ut* 297) *F* MANES *FMb* 304 uiride *c*1 in cęſpite *b* 308 im *c*1 relinquit *a* 310 UERUM *M* 312 EFFVNDIT *P* 315 OMINA *F* 316 Nec *a*1 Ne. *b* nā *γ*2 ne *γ*1 fides *χ*: *cf.* II 309 IV 12 317 'heu *disiungendum ab interrogatione' Servius Dan.* 318 excepit *γ*1*a*1 319 ANDROMACHE· *M*, *quod vulgo cum sequentibus iungitur.* andromachę *b* andromache. *a* andromachen *χ*, *Censorini Darmst.* handromachen (n *eras.*) *c* '*si* Andromache, *sequentibus iunge: si* Andromachen, *superioribus' Servius* PYRRI (N *sup.*) *Fc* PYRRHI (N *sup.*) *P* ſeruat (ſ *sup.*) (t *eras.*) *γ* SE*rvas P* 320 uoltum *γ* VVLTVM *FMPabc* ET *m.* 2 *sup. F*

hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis
iussa mori, quae sortitus non pertulit ullos
nec victoris eri tetigit captiva cubile!
nos patria incensa diversa per aequora vectae
stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus, qui deinde secutus
Ledaeam Hermionen Lacedaemoniosque hymenaeos
me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.
ast illum ereptae magno flammatus amore
coniugis et scelerum furiis agitatus Orestes
excipit incautum patriasque obtruncat ad aras.
morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos
Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit,
Pergamaque Iliacamque iugis hanc addidit arcem.

---

TESTIMONIA. 323 'quae ... ullos' Nonius 223, 10 326 sq. 'stirpis ... tulimus' Nonius 458, 30 'iuvenemque ... tulimus' Nonius 407, 13 326 Nonius 391, 3 Servius Aen. III 247 'stirpis A. fastus' Priscianus 588 P. Probi de nom. exc. IV 211 K. Servius Aen. II 491 Porphyrio Hor. carm. II 4, 2 'iuvenem superbum' schol. Veron. 82, 20 K. 327 'servitio e. tulimus' Nonius 297, 10 Charisius I 71 K. Donatus Ter. Andr. IV 1, 52 328 'Ledaea H.' Diomedes I 323 K. 'Lacedaemoniosque h.' Servius Aen. XII 941 330 'ast ... magno' Sacerdos VI 446 K. 331 sq. 'et ... incautum' Nonius 293, 18 'scelerum ... aras' Servius Aen. XI 264 332 Macrobius Sat. IV 3, 15 'excipit i.' Servius Aen. IV 70. 114 ecl. III 18 'incautum ... aras' Philargyrius in georg. III 469 334 sq. cf. Servius ge. I 8 335 Probus 26, 30 K.

---

VARIA LECTIO. 322 HOSTILE *F* TROIIAE *F* 325 VECTI$^{ae}$ (*sup. m. rec.*) *F*: *cf.* VII 228 326 ac$^{h}$illeae *γ* ACHILLE$^{AE}$ *P* achille *a*1 iuvenisque superbi *Hoffmann, Brandt* 327 enixe *a*, *Donati exempl.*, *Charisii cod.*, *prob. Hoffmann et Brandt* inixe *c* enixae *Nonius et Servius* 330 $^{in}$flamatuſ *γ* INFLAMMATVS *Ma*2*bc* 332 Excepit *a*1 333 credita *Kvíčala* 334 *par*S *P* P... *γ* sors *Voss. unus* cha.onioſ (chavonios?) *a* Campos *ut nomen pr. Servius* 336 Pergam$^{a}$ẹ *c* *pe*R$^{E}$GAMA$^{M}$ *P* PERGAMIAM *M*: *cf.* 133 Pergam.a. *γ* 'Pergama *legendum, non ut plerique* Pergameam, *qui per imperitiam contra metrum sentiunt*' *Servius* IL$^{A}$ICAM *P* addedit *γ*1*a*1: *prol.* 416 ADDIT *Pc*

set tibi qui cursum venti, quae fata dedere?
aut quisnam ignarum nostris deus appulit oris?
quid puer Ascanius? superatne? et vescitur aura,
quem tibi iam Troia . . . . . . . . . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
ecqua tamen puerost amissae cura parentis?
ecquid in antiquam virtutem animosque virilis
et pater Aeneas et avonculus excitat Hector?'
talia fundebat lacrimans longosque ciebat
incassum fletus, cum sese a moenibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus adfert
adgnoscitque suos laetusque ad limina ducit.

TESTIMONIA. 337 Nonius 251, 16 339 Nonius 388, 30 schol. Bern. ge. II 314 'quid . . . superatne' Servius ge. II 314 'superatne . . . aura' Servius Aen. XII 639 340 'omnia fere apud eum hemistichia absoluto perfectoque sunt sensu praeter illud: quem tibi Troia' Suetonius in vita Verg. p. 64 R. 'quem . . . Troia' Donati vita (in schol. Bern. p. 739 H.) Sacerdos VI 454 K. Servius Aen. I 636 341 Charisius I 103 K. 343 Servius Aen. I 273 VIII 561 explan. in Don. IV 536 K. 'et p. Aeneas' Acro Hor. carm. IV 4, 27 344 'talia f. lacrimans' Nonius 312, 33 'lacrimasque ciebat' Servius georg. III 517 Aen. XII 104 346 'Priamides' ult. syll. IV 225 K.

VARIA LECTIO. 337 CVRSV[M] *F* 339—343 *spuria habebat Peerlkampus: cf. prol.* 72 339 AVRA · S *F* aura, *Wagnerus* aura? *vulgo* 340 *sq. spurios habebat Heynius* 340 *quem tibi iaM P* QVEM *FMγabcπ, Suetonius, Servius* 'quem ... dedit *aut aliquid tale subauditur' Sacerdos* '*hemistichium nec in sensu plenum' Servius: cf. Suetonius supra.* quae tibi iam T. incensa quaesita per urbem *Baehrens* peperit fumante Creusa *sex Heinsiani, alii aliter. Frustra sunt qui transponi post* 335 *vel* 336 *velint. Quae prol.* 70 *sqq. disputavi, falso de M testimonio nituntur* 341 ETQUA *Mγac* Et qua. (a *e corr.*) *b* PVER[E]OST *F* PVEROEST *MPγabc, Charisii cod.* quae tamen et puero est *m* [A]MISSA[E] (A *sup. rubra*) *M* ammiſſae *γ* amiſſa *c*1 amissi *Charisius Fabricii* 342 uirileſ *ab* urileſ *c* 343 *cf.* XII 440 auonculuſ *γa* AVOMCVLVS (O *m.* 2 *corr. in* V, N *sup.*) *P* AUUNCULUS *Mbc* '*quidam* avunculus *humiliter in heroico carmine dictum accipiunt' Servius Dan.* 344 lacrima. ſ *a*2 (lacrimanſ *a*1) lacrimasque ciebat (ciebant XII 104) *Servius ge.* III 517 *Aen.* XII 104 346 HELENVSMVLTIS *P* offert (o *corr. in* a) *b* 347 *in ras. a*

[et multum lacrimas verba inter singula fundit.]
procedo, et parvam Troiam simulataque magnis
Pergama et arentem Xanthi cognomine rivom
adgnosco Scaeaeque amplector limina portae.
nec non et Teucri socia simul urbe fruuntur.
illos porticibus rex accipiebat in amplis:
aulai medio libabant pocula Bacchi
impositis auro dapibus, paterasque tenebant.

Iamque dies alterque dies processit, et aurae
vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro:
his vatem adgredior dictis ac talia quaeso:
'Troiugena, interpres divom, qui numina Phoebi,
qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis

TESTIMONIA. 350 'et . . . rivum' Philargyrius georg. III 151 353 Donatus Ter. eun. V 9, 52 Servius Aen. VIII 178 schol. Hor. serm. II 8, 67 354 Priscianus 561. 728. 1039 P. explan. in Don. IV 548 K. Pompeius V 297 K. anecd. Helv. 99 Servius Aen. VII 464 'aulai m.' Charisius I 19 K. Diomedes I 440. 442 K. ex Charisii art. exc. I 538 K. ult. syll. IV 263 K. fragm. Bob. de nom. V 555 K. anecd. Helv. 94 'aulai in medio' Sacerdos VI 449 K. Terentius Scaurus VII 16 K. Velius Longus VII 57 K. 355 'impositis a. dapibus' Priscianus 909 P. 359—361 Diomedes I 444 K. Servius Aen. I 120 359 sq. Charisius I 280 K. Donati ars IV 397 K. Pompeius V 300 K. Servius Aen. III 260 X 175 359 'Troiugena i. divum' Nonius 328, 25 'Troiugena' Servius Aen. III 550 359 sq. 'qui numina . . . sentis' Sacerdos VI 456 K. 360 Charisius I 22 K. 'qui . . . laurus' ex Charisii art. exc. I 539 K.

---

VARIA LECTIO. 348 *nullo modo cum v.* 347 *conciliari potest, quo* laetus *fuisse narratur Helenus: post v.* 320 *posuit Peerlkampus, sed ut corrigeret:* Singultim, et lacrimas. *Equidem dittographiam agnosco versus* 344, *ut fortasse* haec multum lacrimans v. i. s. fundit *scriptum fuerit: cf. prol.* 72 *sq.* LACRIMANS *P* lacrimaſ (ſ *m.* 2 *in ras.* 2 *litt.*) $\overset{v}{\gamma}$ 'lacrimas . . . *nam si* lacrimans *dixeris, quid fudit?' Servius* FINdit *P* 350 riuom (v *sup.* o) *γ* RIUU˜ *Mbc* riuum *a* 354 aulai in medio *a1b1, Prisciani φ, Scauri Bern., Sacerdos, Velius Longus* 355 paterasque t. *suspecta Heynio* 357 VECANT (O *sup.* E) *P* cerba . ſuſ *b* 359 DIVVM *libri* 'divum qui numina: *potest et* interpres divum *distingui' Servius. Post* DIUUM *interp. M* 360 CLARI (I *sup. m. rec.*) *M* CLARI *Pγ1, grammaticorum ω.* '*sane quaeritur, utrum* Clarii *geminandum*

et volucrum linguas et praepetis omina pinnae,
fare age (namque omnis cursum mihi prospera dixit
religio, et cuncti suaserunt numine divi
Italiam petere et terras temptare repostas;
sola novom dictuque nefas harpyia Celaeno
prodigium canit et tristis denuntiat iras
obscenamque famem), quae prima pericula vito?
quidve sequens tantos possim superare labores?'
hic Helenus caesis primum de more iuvencis
exorat pacem divom vittasque resolvit
sacrati capitis, meque ad tua limina, Phoebe,
ipse manu multo suspensum numine ducit,
atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos:
'nate dea (nam te maioribus ire per altum
auspiciis manifesta fides, sic fata deum rex

TESTIMONIA. 361 schol. Hor. carm. III 27, 11 'praepetis o. pinnae' schol. Lucani I 588 365 sq. Nonius 430, 11 'sola . . . canit' Nonius 436, 3 367 Nonius 357, 4. 364, 2 Servius Aen. III 265 'obscenamque f.' Festus p. 201 M. 369 sq. 'hic . . . divum' Nonius 460, 13 370 'exorat p. divum' Nonius 371, 2 Servius Aen. X 31 370 sq. 'vittasque . . . capitis' Servius Aen. II 134 VI 48 372 Servius Aen. VI 54. 151 'multo . . . ducit' Servius Aen. VI 722 374 'nate . . . maioribus' Diomedes I 428 K. 374 sq. 'nam . . . fides' Servius Aen. VII 147 375 sq. 'sic . . . sortitur' Servius Aen. VIII 398

VARIA LECTIO.

*sit* i, *et sciendum aliter non procedere, nam* cla *brevis invenitur' Servius* LUROS (A *sup.*) *M2γ2* laudoſ *c* laurus *testatur Charisius, fluctuant ceterorum grammaticorum exempl.* Clarii et laurus *Med. Pierii, Madvicus contra testium consensum.* Clariique lacus *Baehrens* 361 qui volucrum *schol. Hor.* PRAEPITIS *M: cf. Lachmannus Lucr.* 20 OMNIA (I *sup.*) *P* pennae *b1* 362 OMNIS *Pγ1* OMNEM *Mabc* '*hypallage est: nam non* omnem cursum *prospera dixit religio, sed* omnis religio *dixit prosperum cursum' Servius* 363 RELIGIO (L *sup.*) *M* Relligio *ac* Relli.gio *b* numina° *γ* 365 NOVOM *P1* nouom (v *sup.*) *γ* NOUM (U *sup.*) *M* nouum *abc* dicti.. *c* dictumque *b1* CAL*aeno P* 366 triſteſ *c* 370 DIUUM *Myabc* 372 VOLT*u* SVSPENSVM *P* '*si* suspensus, *ipse numinis plenus; si* suspensum, *me sollicitum et attentum' Servius* 374 nā.te (*eras.* n *vel* c) *c* maiioribus *scribi vult Diomedes*

sortitur volvitque vices, is vertitur ordo),
pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres
aequora et Ausonio possis considere portu,
expediam dictis; prohibent nam cetera parcae
scire Helenum farique vetat Saturnia Iuno.
principio Italiam, quam tu iam rere propinquam
vicinosque, ignare, paras invadere portus,
longa procul longis via dividit invia terris.
ante et Trinacria lentandus remus in unda
et salis Ausonii lustrandum navibus aequor
infernique lacus Aeaeaeque insula Circae,
quam tuta possis urbem componere terra.
signa tibi dicam, tu condita mente teneto:
cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
litoreis ingens inventa sub ilicibus sus
triginta capitum fetus enixa iacebit
alba, solo recubans, albi circum ubera nati,
is locus urbis erit, requies ea certa laborum.
nec tu mensarum morsus horresce futuros:
fata viam invenient aderitque vocatus Apollo.

---

TESTIMONIA. 378 sq. 'et . . . dictis' Nonius 296, 28 379 sq. 'prohibent . . . scire' Macrobius Somn. Scip. I 7, 3 'prohibent . . . Helenum' Servius Aen. III 712 380 'Saturnia I.' Charisius I 274 K. 381 Asper 112, 3 K. 382 ult. syll. IV 236 K. Servius Aen. IX 641 383 schol. Lucani VII 479 'via . . . terris' schol. Lucani I 98 384 Priscianus 994 P. Probi inst. IV 149 K. cf. Audacis exc. VII 353 K. Alcuini gramm. 2137 P. 'lentandus . . . unda' Diomedes I 343 K. 386 'Aeaeque . . . Circae' Sacerdos VI 448 K. 387 Nonius 257, 10 389 Probi inst. IV 149 K. 391 sq. schol. Iuven. XII 73 K. 391 Nonius 297, 8 'triginta . . . enixa' Diomedes I 375 K. 393 'hic locus u. erit' Nonius 341, 10 Cledonius V 66 K. 395 'aderitque . . . Apollo' Servius Aen. III 370 VII 136

---

VARIA LECTIO. 378 consistere *m* 380 'scire: *hic distinguendum. . . . male autem sentiunt, qui distinguunt* scire Helenum' *Servius. Interpunctione caret M* 383 sera *schol. Lucani* dividit intervallis *Peerlkampus* 384 & *superscr. c* 386 Aeae *Sacerdotis ex.* INSOLA *P1* 390—393 = VIII 43—46 391 IACE$\overset{\text{I}}{\text{B}}$AT *M* 393 hiſ *γ* hic, *ut* VIII 46, *Nonius et Cledonius* 394 $\overset{\text{H}}{\text{G}}$ORRESCE *M* $^{h}$orreſce *γ* 395 inueniant *γ*1

has autem terras Italique hanc litoris oram,
proxima quae nostri perfunditur aequoris aestu,
effuge: cuncta malis habitantur moenia Grais.
hic et Narycii posuerunt moenia Locri
et Sallentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus, hic illa ducis Meliboei
parva Philoctetae subnixa Petelia muro.
quin ubi transmissae steterint trans aequora classes,
et positis aris iam vota in litore solves,
purpureo velare comas adopertus amictu,
nequa inter sanctos ignis in honore deorum
hostilis facies occurrat et omina turbet.
hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto,
hac casti maneant in religione nepotes.
ast ubi digressum Siculae te admoverit orae
ventus et angusti rarescent claustra Pelori,
laeva tibi tellus et longo laeva petantur
aequora circuitu, dextrum fuge litus et undas.
haec loca vi quondam et vasta convolsa ruina

TESTIMONIA. 396 'Italique . . . oram' schol. Veron. 81, 21 K. 398 'cuncta . . . Grais' Servius Aen. III 550 Arusianus VII 477 K. 399 Probi inst. IV 155 K. explan. in Don. IV 588 K. Augustini regul. V 518 K. Servius Aen. XI 265 ge. II 438 400 sq. 'et . . . Idomeneus' Servius Aen. III 121 401 'Lyctius I.' Servius ecl. V 72 405 Servius Aen. XII 169 'purpureo adopertus amictu' Servius Aen. VIII 288 406 sq. Servius Aen. III 178 VIII 110 409 Charisius I 278 K. Diomedes I 441 K. ult. syll. IV 262 K. schol. Med. ecl. IX 50 Acro Hor. carm. saec. 42 'maneant . . . nepotes' Isidorus orig. I 34, 2 411 'et . . . Pelori' Servius Aen. III 530 414–419 Seneca nat. qu. VI 30, 1 414—417 'haec . . . foret' Nonius 377, 6 414 'haec . . . quondam' Nonius 341, 9

VARIA LECTIO. 398 CONCTA *P* GRAIIS *P* gręciſ *b* 399 NARYCII (T *supra* C *rubra*) *M* 402 PETILIA *Pyabc, Servii exempl.* 403 'transmissae *quidam* trans missae *legunt, ut sit praepositio,* trans *autem adverbium*' *Servius. Videntur distinxisse:* quin ubi trans missae steterint trans aequora c., *ut in c* TRANSMISSAE·STETERINT· *M* 404 LITORA (E *supra* A) *M* 407 occurr& *a1* 408 SOCIOS *M* ten&o (en *in ras.*) *c* 409 relligione *ab*, *Charisius, Diomedes* 412 longo *in mg. add. c* 414 conuolſa *γb* CONUULSA *Mac*

(tantum aevi longinqua valet mutare vetustas)
dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
una foret: venit medio vi pontus et undis
Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes
litore diductas angusto interluit aestu.
dextrum Scylla latus, laevom inplacata Charybdis
obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
sorbet in abruptum fluctus rursusque sub auras
erigit alternos et sidera verberat unda.
at Scyllam caecis cohibet spelunca latebris
ora exertantem et navis in saxa trahentem.
prima hominis facies et pulchro pectore virgo
pube tenus, postrema immani corpore pistrix
delphinum caudas utero commissa luporum.

---

TESTIMONIA. 415 Tertullianus de pallio 1 Servius Aen. II 639 ecl. VIII 27 416 sq. 'cum . . . foret' Charisius I 211 K. Caper VII 100 K. Albini orthogr. VII 308 K. Servius Aen. VII 601 418 'Hesperium . . . abscidit' Seneca ad Marciam de consol. 17, 2 420—432 Macrobius Sat. V 6, 4 421 sq. 'atque . . . fluctus' Servius Aen. I 117 422 'sorbet . . . fluctus' Servius Aen. XII 451 423 'sidera v. unda' Isidorus orig. I 36, 21 426—428 Seneca epist. 92, 9 426 sq. 'et . . . tenus' Nonius 377, 31 'virgo . . . pistrix' Charisius I 141 K. 427 Priscianus 1173. 1197. 1203 P. 'pube t.' Charisius I 70 K. Arusianus VII 512 K. Cledonius V 77 K. Servius in Don. IV 418 K. Servius Aen. V 603 georg. III 53 Acro Hor. epist. I 1, 32 428 Nonius 248, 26 fragm. Bob. de nom. V 558 K.

---

VARIA LECTIO. 416 protenus *χ*, *ut praecipit Caper* protinus *Charisius et Servius* 417 ingenti *Seneca* medio *Servius* undis] ingens *Seneca* 418 aſiculo *a* 419 *lito*RE *P* aequore *Seneca* DEDUCTAS *Mab*1 d..uctuſ *c*1 (diductaſ *c*2)

420 laeuom *γ* LAEUUM *Mc* leuum *ab* 421 VASTOS (S *m.* 2 *add.*) *P* vasto *Servius in lemm. hic, sed* vastos *ad* I 117

422 abrutum *a* arubtũ *b* aruptum *c* FLUCTUM (M *erasa, sed ut* 2 *vel adeo* 3 *litterae subesse potuerint,* S *supra* M) *M*

424 ASTYLLAM (T *inf. corr. in* C) *M* aſt ſcyllam *χ* *at sc*YLLAM *P* CROHIBET *P* prohibet *Macrobii Cantabr. et Bened.*

427 pistris *Senecae Guelf.* pristis *codd. aliquot Pieriani* 'pistrix: *si navem intellegas,* haec pistris huius pistris *facit, si de belua,* haec pistrix huius pistricis *facit' Servius*

praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni
cessantem longos et circumflectere cursus,
quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam et caeruleis canibus resonantia saxa.
praeterea siqua est Heleno prudentia, vati
siqua fides, animum si veris implet Apollo,
unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum
praedicam et repetens iterumque iterumque monebo:
Iunonis magnae primum prece numen adora,
Iunoni cane vota libens dominamque potentem
supplicibus supera donis: sic denique victor
Trinacria finis Italos mittere relicta.
huc ubi delatus Cymaeam accesseris urbem
divinosque lacus et Averna sonantia silvis,
insanam vatem aspicies, quae rupe sub ima
fata canit foliisque notas et nomina mandat.

---

TESTIMONIA. 429 Nonius 371, 24 Servius Aen. I 135 431 sq. 'quam . . . Scyllam' Diomedes I 412. 413 K. Cledonius V 66 K. Dositheus VII 415 K. 434 'animam si . . . Apollo' Arusianus VII 478 K. 435 de schem. lex. p. 50 H. Diomedes I 414 K. 435 sq. 'unum . . . praedicam' Beda de orthogr. VII 283 K. Dositheus VII 417 K. 'proque . . . praedico' Servius Aen. III 546 436 Quintilianus II 13, 8 'iterum i. monebo' Beda VII 253 K. 437 Macrobius Sat. III 4, 10 'Iunonis m.' Servius Aen. III 547 IV 92 'Iunonis m. primum' Servius Aen. I 378 II 296 'prece n. adora' ex Charisii art. exc. I 549 K. 437 sq. 'Iunonis . . . libens' Servius Aen. III 261 438 'dominamque p.' Servius Aen. I 378 II 296 443 'insanam v.' schol. Persii III 5 fragm. Bob. de nom. VII 543 K. 'insanam v. aspicies' schol. Persii III 46 444 'foliisque . . . mandat' Priscianus 783 P. Victorinus in Cic. p. 214 H. explan. in Don. IV 535 K.

---

VARIA LECTIO. 433 *nulla interpunctione M* '*in homine enim* prudentia *est, in vatibus* fides' *Servius, unde apparet et ipsum* vati *cum sequentibus coniunxisse* 434 animam *Arusianus* 435 illud] unum *γ1* praeque *ac* 436 praedico *Servius. ad. v.* 546
Q·
praecipiam *Quintilianus* iterũ iterũq: *c* iterum iterumque *γa, Beda de metr.* 438 *sq. cf.* VIII 60 *sq.* 438 cane (an *in*
O
*ras.*) *c* uota *sup. c* 440 fineſ *a* MISERE *P* miſcere *γ1* metiere *b2c2* metire *m* 442 *cf.* VI 704

quaecumque in foliis descripsit carmina virgo,
digerit in numerum atque antro seclusa relinquit:
illa manent immota locis neque ab ordine cedunt.
verum eadem verso tenuis cum cardine ventus
impulit et teneras turbavit ianua frondes,
numquam deinde cavo volitantia prendere saxo
nec revocare situs aut iungere carmina curat:
inconsulti abeunt sedemque odere Sibyllae.
hic tibi nequa morae fuerint dispendia tanti,
quamvis increpitent socii et vi cursus in altum
vela vocet possisque sinus implere secundos,
quin adeas vatem precibusque oracula poscas:
ipsa canat vocemque volens atque ora resolvat.
illa tibi Italiae populos venturaque bella
et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem
expediet, cursusque dabit venerata secundos.
haec sunt, quae nostra liceat te voce moneri.
vade age et ingentem factis fer ad aethera Troiam.'

---

TESTIMONIA. 446 Servius ge. II 267 'digerit in numerum' Nonius 352, 15 447 'illa . . . locis' ult. syll. IV 233 K. 452 Nonius 125, 28 453 Acro Hor. carm. I 28, 35 454 'quamvis i. socii' Sacerdos VI 445 K. 456 Servius Aen. II 114 460 'cursusque . . . secundos' Gellius XV 13, 10 Priscianus 792 P. Nonius 188, 13 Porphyrio Hor. serm. II 2, 124

---

VARIA LECTIO. 446 DEGERIT *M* seclausa *m* RELIN-
I NE A
QUAT *M* 448 ventos *Baehrens* 449 TERRIS *P*
HEN
flamine *Io. Schraderus* ianua *legit Servius* 450 PREDERE (*sup. minio*) *M* 453 MORA (E *supra* A) *M* TAN*ti P* tantae *Acronis Guelph.* 454 increpitant *a* 454 rursus . . . vocent *Wakefieldus: cf.* V 764 455 VOCET (N *supra* E) *MP* uocent *γacl*
CA
457—475. 476—494 *G fol. VIII* 457 NAT *M* can . t (canet?) *b1* refolu& *γ* refolu . . *b1* Resolvat *P* 459: *cf.* VI 892 460 sacerdos *m, prob. Bentleius* 461 nr̄a . . . . . liceat *c*

Quae posquam vates sic ore effatus amico est,
dona dehinc auro gravia sectoque elephanto
imperat ad navis ferri, stipatque carinis
ingens argentum Dodonaeosque lebetas,
loricam consertam hamis auroque trilicem
et conum insignis galeae cristasque comantis,
arma Neoptolemi. sunt et sua dona parenti.
addit equos additque duces,
remigium supplet, socios simul instruit armis.

Interea classem velis aptare iubebat
Anchises, fieret vento mora nequa ferenti.
quem Phoebi interpres multo compellat honore:
'coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo,

---

TESTIMONIA. 464 Servius in Don. IV 424 K. Sergius de syll. IV 479 K. Pompeius V 118 K. 466 'Dodonaeosque l.' explan. in Don. IV 527 K. Servius Aen. V 110 467 'hamis a. trilicem' Servius Aen. V 401 IX 601 X 754 ge. IV 91 'hamis et auro' schol. Bern. app. I 5 471 'remigium s.' Servius Aen. VIII 80 comm. Bern. Lucani II 475 U. 472 sq. 'interea . . . Anchises' Nonius 234, 28 473 'fieret . . . ferenti' Servius Aen. VII 27 ge. II 311 475 Quintilianus VIII 6, 42 Gellius XV 13, 10 Priscianus 730 P. Arusianus VII 463 K. Nonius 281, 3. 286, 29 Servius Aen. I 335 XI 169 anecd. Helv. 147 anecd. Par. 11, 25 'coniugio Anchisae' Consentius V 401 K.

---

VARIA LECTIO. 463 POSQVAM *G* POSTQVAM *ceteri* ORA$^{E}$ *P* &fatuſ (*i. e.* ecfatus) *γ*1 464 gravia a sectoque *Lachmannus Lucr.* 76 '*a finalitatis ratione producitur, sed satis aspere' Servius: productam finalem ceteri quoque testantur grammatici* helephanto *ab*1: *cf. prol.* 421 465 NAVES *G* 466 DOD$^{O}$NEAS *P* 467 $^{h}$amiſ *b* amiſ *ac*: *cf. prol.* 422 squamis *Servius ge.* IV 91, *sed* hamis *h. l. interpretatur* 468 comanteſ *c* 469 neo ptolomi *c* PARENTIS *P* parenti . *γ* 470 *sq. spurios habet Peerlkampus, interpretatur Servius: cf. prol.* 74 decus *Klouček* 471: *cf.* VIII 80 INSTRUET (I *supra* E *minio p.*) *M* 473 F$^{E}$VRENTI *P* ferenti *Servius* 475 *abscissus in G* anchiſa *a*2*c*, *Nonii et Gellii ω*, *anecd. Paris.*, *test. Servius* anchiſa . *γ* $^{n}$achy . ſa (a *post. e corr.*) *b* Anchisae *Consentius* ANCHISAĖ *M* ANCHIS$^{A}$E *P* anchiſe *a*1, *Quintiliani ω*, *Priscianus, Arusianus*

cura deum, bis Pergameis erepte ruinis,
ecce tibi Ausoniae tellus: hanc arripe velis.
et tamen hanc pelago praeterlabare necessest:
Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo.
vade' ait, 'o felix nati pietate. quid ultra
provehor et fando surgentis demoror austros?'
nec minus Andromache digressu maesta supremo
fert picturatas auri subtegmine vestes
et Phrygiam Ascanio chlamydem (nec cedit honore)
textilibusque onerat donis, ac talia fatur:
'accipe et haec, manuum tibi quae monimenta mearum
sint, puer, et longum Andromachae testentur amorem,
coniugis Hectoreae. cape dona extrema tuorum,
o mihi sola mei super Astyanactis imago.

---

TESTIMONIA. 476 Priscianus 742 P. 477 Priscianus 1072 P. 480 'vade . . . pietate' Donatus Ter. Andr. I 1, 70 Victorinus in Cic. p. 281 481 'et . . . austros' Servius Aen. I 130 'surgentes d. austros' schol. Med. ecl. X 75 482 'digressu m. supremo' Servius Aen. III 488 'digressu supremo' schol. Iuven. III 1 484 'et . . . chlamydem' Servius Aen. IX 579 'Phrygiam chlamydem' Isidorus orig. XIX 22, 22 486 sq. 'accipe . . . puer' Macrobius Sat. V 6, 2 Nonius 239, 24 486 'manuum . . . mearum' Servius Aen. VI 512 487 'et . . . amorem' Nonius 339, 5 488 'cape . . . tuorum' Nonius 254, 3 489 sq. Macrobius Sat. IV 5, 10 V 6, 7 Nonius 169, 18 489 Diomedes I 414 K. Priscianus 981. 982. 1037. 1182 P. Probi inst. IV 146 K. (cf. Audacis exc. VII 356 K.) Dositheus VII 416 K.

---

VARIA LECTIO. 476 EREPTA *P* ereptae *c, Prisc. Lugd.* 478 [A] PRAETERLABRE *P* PRAETERLABERE *M* [λ] p̃terlabore *a*1*b*1 propter labare *c*1 praeterlabere *m* NECESSEEST *GPγabc* 480 [IT] AGE *M: cf.* 462 QUOD (I *supra* O) *M* 482 degreſſu *b*1 483 AURIS (*puncto rubro*) *M* SVBTEGMINE *G: cf. prol.* 420 SUBTEGMINE *M* ſubte.mine *γb* SVBTEMINE *Pac* 484 *sq. Inperfectus hic locus a poeta relictus esse videtur Heynio et Wagnero: cf. prol.* 74 484 HONORE *Pγ*1*a, Silius* XII 412 HONORI *GMγ*2*bc* 'honori . . . *Scaurus vero* honore *legit*' *Servius*: *cf. prol.* 172 485 VEXTILIBVS *G* que *om. G* 486 ACCIPE· *M* [u] monimenta *b* MONVMENTA *GM* manuumque tibi monimenta *Nonii φ* 489 MEIS *M*

sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat;
et nunc aequali tecum pubesceret aevo.'
hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis:
'vivite felices, quibus est fortuna peracta
iam sua; nos alia ex aliis in fata vocamur.
vobis parta quies, nullum maris aequor arandum,
arva neque Ausoniae semper cedentia retro
quaerenda. effigiem Xanthi Troiamque videtis,
quam vestrae fecere manus melioribus, opto,
auspiciis et quae fuerint minus obvia Grais.
siquando Thybrim vicinaque Thybridis arva
intraro gentique meae data moenia cernam,
cognatas urbes olim populosque propinquos
Epiro Hesperia, quibus idem Dardanus auctor
atque idem casus, unam faciemus utramque
Troiam animis; maneat nostros ea cura nepotes.'

TESTIMONIA. 490 Iulius Rufinianus p. 44 H. 'sic ille . . . ferebat' Seneca frgm. p. 436 H. 'sic o. ferebat' Servius Aen. I 256 492 Probi inst. IV 128 K. 'lacrimis a. obortis' explan. in Don. IV 557 K. 496 sq. 'arva . . . quaerenda' Servius Aen. V 83 496 'arva . . . semper' ult. syll. IV 264 K. 497 sq. 'effigiem . . . manus' Servius Aen. III 104 497 'effigiem . . . videtis' Servius Aen. III 500 X 60 498 'quam . . . manus' Servius Aen. IV 655 500 Servius Aen. IV 291 schol. Statii Theb. III 311 K. 503 'Dardanus Hesperia' Servius Aen. IV 36

VARIA LECTIO. 490 tenebat *Iulius Rufinianus* 491 aevo] AENVO *P* 492 ADFABAR, *sed eras.* ABA, *G* ADFABOR *P* àdfabor *c*1, *expl. in Don. cod. Lav.* adfabar, aỉ adfabor, *γ* 494 *absciss. G* 495—532 *G fol. IX* 496 neque, aỉ nec *γ* NEC *G* 497 effigiam *c* EFFIGIES (M *supra* S) *G* 499 FVERINT *MP* fuerint *γc* FVERIS (T *supra* S) *G* fuerit *ab* 'fuerit . . . *alii* fuerint *legunt et volunt esse maledictum in Graecos, ut ad auspicia referas, quod non procedit' Servius* grAIS *P* *grais G* graiiſ *c*1 500 *sqq. cf. prol.* 70 500 tybrim *b* tyb.rim (*erasa* e) *c: cf. Servius* 502 cognatasqui *χ* cognatasque *Servius* PROPINQVOS· *M* 503 HESPERIAM *GMγ*1*a*1 heſperia. *bc* '*distinguendum autem* populosque propinquos Epiro, *et sequentibus ostendit quomodo* Hesperia, *i. e. quibus populis auctor est Dardanus . . . et est de loco adverbium,* Dardanus '*Εσπερόθεν' Servius: cf. idem ad* IV 36. *Coniungebat igitur* populosque propinquos Epiro, Hesperia quibus idem Dardanus auctor *e. q. s.* 504 FACIAMVS *G* faci.muſ *b*1 faciemuſ *b*2

Provehimur pelago vicina Ceraunia iuxta,
unde iter Italiam cursusque brevissimus undis.
sol ruit interea et montes umbrantur opaci.
sternimur optatae gremio telluris ad undam
sortiti remos, passimque in litore sicco
corpora curamus: fessos sopor inrigat artus.
necdum orbem medium Nox Horis acta subibat:
haut segnis strato surgit Palinurus et omnis
explorat ventos atque auribus aëra captat;
sidera cuncta notat tacito labentia caelo,
arcturum pluviasque hyadas geminosque triones,
armatumque auro circumspicit Oriona.
postquam cuncta videt caelo constare sereno,
dat clarum e puppi signum: nos castra movemus
temptamusque viam et velorum pandimus alas.
iamque rubescebat stellis Aurora fugatis,
cum procul obscuros collis humilemque videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates,
Italiam laeto socii clamore salutant.

---

TESTIMONIA. 506 schol. Hor. carm. I 3, 20 507 'unde i. Italiam' Servius Aen. I 157 510 'sortiti r.' Servius Aen. VIII 445 511 Nonius 274, 9 513—517 Macrobius Sat. V 11, 10—13 515 Servius Aen. II 255 Acro Hor. carm. II 8, 10 'sidera c. notat' dub. nom. V 591 K. 516 Apuleius de deo Socr. 13 L. 517 ult. syll. IV 259 K. Marius Victorinus VI 29 K. Maximus Victorinus VI 220 K. Sacerdos VI 503 K. schol. Veron. 81, 6 K. comm. Bern. Lucani I 665 'circumspicit O.' Consentius V 389 K. 519 'dat . . . signum' Servius Aen. II 256 519 sq. 'nos . . . alas' (om. 'temptamusque v.') Servius Aen. II 462 519 'nos c. movemus' Servius Aen. III 563 IV 604 V 669 XI 445 520 'et . . . alas' Servius Aen. I 224 'velorum p. alas' Isidorus orig. XIX 3, 1 Servius Aen. I 301 VI 14 521 'stellis A. fugatis' Acro Hor. carm. III 21, 24 522 sq. 'humilemque v. Italiam' Servius Aen. I 381 IV 138 comm. Bern. Lucani II 397 U.

---

VARIA LECTIO. 507 *undis G* undę *b* 511: *cf. ge.* IV 190 curamuſ (ſ *m.* 2, *fuit fortasse* r) γ FESSUS *M* 512 *sq.* *abscissi in G* 513 omneſ γ2 516 = I 744 pliadaſ γ1χ, *Macrobius* pluvias *test. Servius* 517 oreione *Quintiliani* IX 4, 65 *exempl., si maxime huc spectare recte putatur.* orionem *Macrobii* ω 522 COLLES *Pγ1c* 523 *inter lineas add. a, in mg. m.* 2 *add. b*

tum pater Anchises magnum cratera corona
induit inplevitque mero divosque vocavit
stans prima in puppi:
'di maris et terrae tempestatumque potentes,
ferte viam vento facilem et spirate secundi.'
crebrescunt optatae aurae, portusque patescit
iam propior, templumque apparet in arce Minervae.
vela legunt socii et proras ad litora torquent.
portus ab euroo fluctu curvatus in arcum,
obiectae salsa spumant aspargine cautes,
ipse latet: gemino dimittunt bracchia muro
turriti scopuli refugitque ab litore templum.
quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
tondentes campum late, candore nivali.
et pater Anchises 'bellum, o terra hospita, portas:
bello armantur equi, bellum haec armenta minantur.

---

TESTIMONIA. 525 sq. 'magnum . . . mero' Servius Aen. I 724 527 Priscianus 761 P. Donati ars IV 365. 390 K. anecd. Helv. 170 528 Boethius p. 561 ed. Bas. 529 Boethius p. 561 Servius Aen. III 688 530 sq. 'portusque . . . propior' Servius Aen. III 275 533 Servius Aen. VI 42 534 'salsa . . . cautes' Velius Longus VII 75 K. 'spumant a. cautes' Nonius 405, 5 536 'refugitque . . . templum' Arusianus VII 505 K. 538 Diomedes I 457 K. schol. Med. ecl. X 7 539 Priscianus 765 P. 'bellum . . . portas' Charisius I 100 K. Priscianus 650. 749. 765 P. comm. Bern. Lucani V 11 U. schol. Lucani III 43 VIII 748 'hospita t.' Probi inst. IV 83 K. 'hospita tellus' Augustini regul. V 502 K. 539—543 'bellum . . . ait' Probus 15, 10 K. 539 sq. 'bellum . . . minantur' de schem. lex. p. 49 H. 540—543 'bello . . . ait' Servius Aen. I 443

---

VARIA LECTIO. 527 STANT *M* *prima G* celſa, aṫ prima *γ*: *cf.* VIII 680 X 261 ·IMA (·ELS *sup.*) *P* CELSA *Mabc, Prisciani ω, Donatus.* *Fortasse* prima *Priscianus quoque legit, quamquam in exemplaribus eius hic quidem* celsa *legitur; sed in altero loco* VIII 680 *ipsum* prima *extat, ut librarius fortasse utrumque versum permutaverit*. 531 *sq: abscissi in G* 534 ASPARGINE *MPγa, Velius Longus, Nonii ω* aſpergine (er *in ras.*) *b* aſpgine *c* 535 'latet *revera procul intuentibus . . . nam secundum Donatum* late patet *non stat versus*' *Servius* DIMITTUNT *Pc*, (aṫ de) *γ* DEMITTVNT (V *sup.*) *Mab* 536 A (B *sup.*) *Mb* 538 Tondentiſ *c* campọ *c* campum *Diomedes*

set tamen idem olim curru succedere sueti
quadrupedes et frena iugo concordia ferre:
spes et pacis' ait. tum numina sancta precamur
Palladis armisonae, quae prima accepit ovantis,
et capita ante aras Phrygio velamur amictu,
praeceptisque Heleni, dederat quae maxima, rite
Iunoni Argivae iussos adolemus honores.
haut mora, continuo perfectis ordine votis
cornua velatarum obvertimus antemnarum
Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva.
hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti
cernitur, attollit se diva Lacinia contra
Caulonisque arces et navifragum Scylaceum.
tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna,

---

TESTIMONIA. 541 Asper 112, 20 K. 545 'capite . . . amictu' de schematis lexeos p. 57 H. 547 Servius Aen. V 783 'iussos a. honores' schol. Med. ecl. VIII 65 549 Diomedes I 498 K. Marius Victorinus VI 72 K. fragm. Paris. de rhythmo VI 632 K. Augustinus de mus. V 3, 8 comm. Bern. Lucani V 427. VIII 177 U. Acro Hor. epod. XVI 59 schol. Persii I 92 550 Priscianus 732 P. 551 'hinc s. Herculei' ult. syll. IV 259 K. 'si . . . Tarenti' schol. Bern. georg. II 197 552 'attollit . . . contra' Nonius 246, 3 comm. Bern. Lucani II 434 U. 553 Acro Hor. carm. I 16, 10 II 6, 22 'navifragum S.' Porphyrio Hor. carm. I 16, 10 schol. Lucani I 503 554 'Trinacria c. Aetna' Servius Aen. III 384

---

VARIA LECTIO. 541 currus *Probi exempl.* curru *testantur Servius et Asper* curru . . . . . . . . ſuccedere (ſu *m.* 2) *γ* 542 Quadripedeſ (i *erasa*) *c* 543 et (t *in ras.*) *ac* est *bm*, *Servii ω* TVM (T *erasa*) *P* cum *Menag. alt.* ſca . . . *c* ſacra *χ* 544 primum *c*1 ouanteſ *c* OVAN*tis P* 545 CAPITE *P* (*cf. schem. lex.*) cap . . *a*1 capute *χ* caput *Ladevicus* NTE *M* ARAM *Pγ*1, *schem. lex.: cf.* 404 uelamur (r *e corr.*) *b* uelamuſ *χ* velabar *rhetoris de schem. lex. ed. pr.* 549 obvertimur *comm. Lucani* 550 domoſ (o *post. m.* 2) *γ* 553 Cauloni. *a*1 Aulones *Rottend. pr.* aulonis *Acronis* I 16 *Fabriciana,* II 6 *ω* 'Caulonis (Aulonis *Lips.*) . . . *Aulon mons est Calabriae ut Horatius* (*carm.* II 6, 18), *in quo oppidum fuit . . . alii a* Caulo, *Clitae Amazonis filio conditum tradunt*' (*sc. oppidum*) *Servius. cf. Steph. Byz. p.* 147, 9. 369, 15 *M. Strabo* VI *p.* 261 *Cas.*

et gemitum ingentem pelagi pulsataque saxa
audimus longe fractasque ad litora voces,
exultantque vada atque aestu miscentur harenae.
et pater Anchises 'nimirum haec illa Charybdis;
hos Helenus scopulos, haec saxa horrenda canebat.
eripite, o socii, pariterque insurgite remis.'
haut minus ac iussi faciunt, primusque rudentem
contorsit laevas proram Palinurus ad undas:
laevam cuncta cohors remis ventisque petivit.
tollimur in caelum curvato gurgite, et idem
subducta ad manis imos desedimus unda.
ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere,
ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.
interea fessos ventus cum sole reliquit,
ignarique viae Cyclopum adlabimur oris.

Portus ab accessu ventorum immotus et ingens
ipse, set horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,

TESTIMONIA. 556 'fractasque . . . voces' Diomedes I 420 K. Victorini ars VI 189 K. (cf. Audacis exc. VII 323 K.) Isidorus orig. III 19, 2 Servius Aen. III 669 557 Nonius 66, 2 561 sq. 'primusque . . . undas' Eutychis ars V 472 K. 564 sq. comm. Bern. Lucani V 642 U. 564 'tollimur . . . gurgite' schol. Lucani V 641 566 sq. Macrobius Sat. V 6, 8 567 Nonius 292, 28 'rorantia v. astra' schol. Med. ecl. VIII 15 568 Servius Aen. III 177 'fessos . . . reliquit' Servius Aen. VIII 67 570—577 Macrobius Sat. V 17, 10 Gellius XVII 10, 10 570—574 de miraculis mundi p. 70 H.

VARIA LECTIO. 556 ad littora *b*1 A(B)D LITOR(E)A *M* ab litora *γ* ab litore *c*, *Diomedis* ω a litore *Victorini Sangall.* 558 hec *γ*1*c* HIC *MPb*1 561—586 *Veron. fol.* 246 561: *cf.* 236 rudentẽ . *γ* rudente *c* re(v)dentem *b* ruentem *Hofmannus* tridentem *Heinsius conl.* V 143 'rudentem proram, *i. e. stridentem et sonantem ut in tempestate' Servius* 562 VNDASM P 563 UENTISREMISQ· *M* 564 turbato *comm. Lucani* 565 ſubducta (a *in ras.*) *b* maneſ *bc* DESIMVS *V* 566 CAUSA *M* dede . . *a*1 567 E(T) *M* 570 a(o)ſcen(ſ)ſu *cod. Bobiensis de mirac.* ingens] uudis *Peerlkampus. An* ignis? 571 ſonat (ſ *c ras.*) *a* ſonat *bcm*

interdumque atram prorumpit ad aethera nubem
turbine fumantem piceo et candente favilla
attollitque globos flammarum et sidera lambit,
interdum scopulos avolsaque viscera montis
erigit eructans liquefactaque saxa sub auras
cum gemitu glomerat fundoque exaestuat imo.
fama est Enceladi semustum fulmine corpus
urgeri mole hac, ingentemque insuper Aetnam
impositam ruptis flammam expirare caminis,
et fessum quotiens mutet latus, intremere omnem
murmure Trinacriam et caelum subtexere fumo.
noctem illam tecti silvis immania mostra
perferimus, nec quae sonitum det causa videmus.
nam neque erant astrorum ignes nec lucidus aethra
siderea polus, obscuro set nubila caelo,
et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

---

TESTIMONIA. 573 'turbine f. piceo' de dub. nom. V 592 K. 'candente f.' explan. in Don. IV 513 K. 574 'et s. lambit' schol. Persii prol. 5 577 'fundoque e. imo' Nonius 247, 13 578 sq. 'fama . . . hac' Probus 10, 19 K. 578 'fama e. Enceladi' Servius Aen. VI 14 583 sq. 'noctem . . . perferimus' Priscianus 1207 P. Servius Aen. I 201 585 sq. 'nam . . . polus' Priscianus 1034 P. 'nec lucidus . . . polus' Macrobius Sat. VI 4, 19 585 'nam . . . ignes' Probus 17, 2 K. 587 Macrobius Sat. VI 1, 14 Servius Aen. I 80

---

VARIA LECTIO. 572 atram (m *m.* 2 *in ras.*) *γ* ad *om. γ* 575 AVVLSA *Pγ*1*ab*1*c* AVoLSA *V* 576 Egerit *cχ* 578 ſemiuſtum *a* 'semustum *pro* semiustum' *Servius* 579 mole (l *m.* 2), at more *γ* insurgentemque per *Baehrens* 579 *sq.* ingentem . . . caminis *deleri vult Novák* Aetna inposita *Meister* 580 inpositum *Bothius, Peerlkampus* cavernis *Baehrens* 581 MVTET (A *supra*) *MP* mutat *γ*1 motat *γ*2 motet *a*2*b*2*c* 'motat, *movet. nam si* mutat *legeris, dat refectionem labori . . . quamvis alii* mutat *pro mutare vult accipiunt' Servius* 582 fumos *Baehrens* 583 nocte illa *χ*, *Servii Aen.* I 201 *exempl.* '*melius per accusativum dixit' Servius ad h. l.* IMMUNIA (l *supra*) *M* MOSTRA *M* moſtra (n *supra*) *b* MONSTRA *Pγac mons*TRA *V* 585 neq: luciduſ *c* AETHRA *P* ethera *b*1 aether *Prisciani Sangall. Carol.* 586 *Nihil legi potuit in V*

Postera iamque dies primo surgebat eoo,
umentemque Aurora polo dimoverat umbram:
cum subito e silvis macie confecta suprema
ignoti nova forma viri miserandaque cultu
procedit supplexque manus ad litora tendit.
respicimus: dira inluvies inmissaque barba,
consertum tegumen spinis, at cetera Graius.
[et quondam patriis ad Troiam missus in armis.]
isque ubi Dardanios habitus et Troïa vidit
arma procul, paulum aspectu conterritus haesit
continuitque gradum; mox sese ad litora praeceps
cum fletu precibusque tulit: 'per sidera testor,
per superos atque hoc caeli spirabile numen,
tollite me, Teucri; quascumque abducite terras:
hoc sat erit. scio me Danais e classibus unum,
et bello Iliacos fateor petiisse penates.

TESTIMONIA. 588 'primo s. eoo' Probi inst. IV 106 K. Cledonius V 29 K. Marius Victorinus VI 29 K. Servius Aen. I 489 590 'cum . . . confecta' ult. syll. IV 230 K. 593 Nonius 130, 9. 330, 5 'respicimus d. inluvies' Nonius 125, 30. 373, 13 595 Servius Aen. II 99 596 'isque . . . habitus' Consentius V 403 K. 600. 599 'per superos . . . numen, per s. testor' Charisius I 233 K. 600 'per . . . caelum' Iulius Rufinianus p. 43 H. 601 Donatus Ter. hec. III 1, 4 602 Charisius I 16 K. Diomedes I 435 K. 'scio me Danais' Consentius V 401 K. 'scio . . . unum' Macrobii exc. Paris. V 617 K. Servius Aen. IV 425. 426 602 sq. 'scio . . . penates' Donatus Ter. adelph. II 2, 42 schem. dian. p. 60 H.

VARIA LECTIO. 593 dirae illuviae (inl.) *Nonii* 125 φ immiſſa, at ɋmiſſa γ inmissa *Servius* 594 tegı . men *γb* SPIᴺNIS *P* 595 *om.* π: *hinc alienum videri iam Heynius monuit conl.* II 87. *Mihi incohata versus* 603 *dittographia videtur esse eaque falsum in locum e margine inlata* ut *Hugen.* PATRIS (I *sup.*) *M* et patriis, ut quondam ad Troiam missus, in armis *Peerlkampus* 596 namque, *si servaretur v.* 595, *coni. Heynius* 598 *praeceps P* tendit *m* 600 caelum *Iulius Rufinianus* SPERABILE *M*1 NUMEN (L *sup.*) *M* N̶O̶MEN (LV *sup.*) (LV *m. rec.*, N *eras.*, O *corr. m. ant. in* V) *P* lumen *γabc* 601 AÐDUClTE (B *sup.*) *M* TERRIS (A *supra* I) *M* 603 Argolicos *schem. dian.*: *cf.* VIII 374 PETISSE (I *sup. minio*) *M* PETISSE *Pya*1 p&iiſ (ſe *sup.*) *c* '*causa metri addidit syllabam ut* II 25' *Servius*

pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,
spargite me in fluctus vastoque immergite ponto.
si pereo, hominum manibus periisse iuvabit.'
dixerat, et genua amplexus genibusque volutans
haerebat. qui sit fari, quo sanguine cretus,
hortamur, quae deinde agitet fortuna fateri.
ipse pater dextram Anchises haut multa moratus
dat iuveni atque animum praesenti pignore firmat.
ille haec deposita tandem formidine fatur:
'sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulixi,
nomine Achaemenides, Troiam genitore Adamasto
paupere (mansissetque utinam fortuna!) profectus.
hic me, dum trepidi crudelia limina lincunt,
inmemores socii vasto Cyclopis in antro
deseruere. domus sanie dapibusque cruentis,
intus opaca ingens. ipse arduus altaque pulsat

---

TESTIMONIA. 604 Priscianus 1137 P. 'si . . . nostri' Asper 111, 2 K. 607 sq. 'dixerat . . . haerebat' Priscianus 1204 P. 'genua . . . haerebat' Arusianus VII 514 K. (ex Aen. X: cf. X 523) 'genibusque v. haerebat' Charisius I 262 K. Diomedes I 402 K. 610 'haud m. moratus' Arusianus VII 492 K. 611 'atque . . . firmat' Servius Aen. III 607 613 'infelicis U.' Probi cath. IV 24 K. (loco non indicato: cf. 691) 614 sq. 'genitore A. paupere' Probi inst. IV 83 K. 615 'mansisset u.' Cledonius V 66 K. 616 Servius Aen. IV 121 617 Charisius I 15 K. ult. syll. IV 258 K. Marius Victorinus VI 30 K. 'vasto . . . antro' Servius in Don. IV 424 K. Sergius de syll. IV 478 K. Pompeius V 117 K. de fin. VI 230. 242 K. Mallius Theodorus VI 587 K. anecd. Helv. 226 Martianus Capella III 278 618 Macrobius Sat. VI 8, 3 618—620 'domus . . . sidera' Donatus Ter. Phorm. I 2, 56 618 sq. 'domus . . . ingens' Gellius V 8, 5 619 'ipse a.' Isidorus orig. I 36, 11 Diomedes I 459 K. 619 sq. 'ipse . . . sidera' Priscianus 935 P. Donati ars IV 400 K. Pompeius V 307 K.

---

VARIA LECTIO. 604 SI *sup. minio M* SCELERI (S *sup.* I *erat* E) *M* 606 PERISSE (I *sup.*) *M* pe.riſſe (i *sup.*) *b* PERISSE *Pγa* 607 amplectens *χ*, *Arusianus: cf.* X 523 609 *sq.: cf.* II 74 610 moratur *a* morantesſ (v *sup.*) *c* 611 ATQ· *m.* 2 *sup. P* 612 = II 76 613 VLIXIEI *P* uluxei (*del.* e) *c* ulixei *γ*1 Ulixi *testatur Probus* 614 nomen. *b* nomen *ac*2 *nomine P cf.* XII 515 616 limina *in ras. c* linqunt *bc* LINQUUNT *Mγa* 618 DOMOS (U *sup.*) *Mγ* 619 intus] pinguis *Peerlkampus, sed structuram explanat Gellius*

sidera (di talem terris avertite pestem!)
nec visu facilis nec dictu affabilis ulli.
visceribus miserorum et sanguine vescitur atro.
vidi egomet duo de numero cum corpora nostro
prensa manu magna medio resupinus in antro
frangeret ad saxum sanieque exspersa natarent
limina, vidi atro cum membra fluentia tabo
manderet et tepidi tremerent sub dentibus artus.
haut inpune quidem; nec talia passus Ulixes
oblitusve suist Ithacus discrimine tanto.
nam simul expletus dapibus vinoque sepultus

---

TESTIMONIA. 620 'di ... pestem' Quintilianus XI 3, 70 Macrobius Sat. IV 6, 19 621 Macrobius Sat. VI 1, 55 Priscianus 1166 P. Cledonius V 19 K. 'nec visu ... ulli' Macrobii exc. Bob. V 649 K. Servius Aen. III 644 'nec v. facilis' schol. Iuven. VI 418 Sacerdos VI 442 K. 622—625 'visceribus ... saxum' Macrobius Sat. V 13, 17 623—625 'vidi ... saxum' schol. Hor. serm. I 8, 23 Asper 113, 22 K. 623 Macrobius Sat. IV 6, 14 'vidi ... numero' Servius Aen. II 5 628 Priscianus 1123 P. 628 sq. 'nec ... tanto' schol. Persii II 36 Augustinus de trin. XIV 14 629 Priscianus 1183 P. 'oblitusve ... Ithacus' Servius Aen. II 99 630 Nonius 461, 11

---

VARIA LECTIO. 620 terris *om. Quintilianus* AUERTI$^{\text{T}}$GE M· *M* PESTES *M* di ... pestem *coni.* 265 *pro tibicine habeo* 621 affabilis *aliquot Pieriani et Heinsiani, Cledonius, confirmat Macrobius* AFÉABILIS *M* EFFABILIS *Pyabc, exc. Bob., Servius hic et v.* 644 nec dictu f. nec visu effabilis *Priscianus, sed* affabilis *φ* 622 uefcitur (ue *in ras.*), ł pafcit$^{x}$ *a* pafcitur, ał uefcitur *γ* 625 experfa (ex *in ras.*) *bc* exspersa *Menag. cum aliis.* 'exspersa: *haec fuit vera lectio, i. e. madefacta. nam si* aspersa *dixeris, i. e. inrorata, tapinosis et hyperbole iunguntur' Servius.* ADSPERSA *M* ASPERSA *Pya. cf. prol.* 308

626 lumina *Peerlkampus* 627 MANDERE$^{\text{T}}$ *P* MANDA$^{\text{E}}$RET (E *sup. minio*) *M* .anderet *b1* TEPIDI *P* T$^{\text{R}}$REPIDI *M* trepidi *a1* te.pidi *a2* t.epidi *b* '*melius* tepidi, *quasi adhuc vivi, quam* trepidi, *i. e. trementes, ne sit iteratio' Servius* 628 impune *b*

629 OBLITVSQVE *Pγ1* oblituf.ue *a* SVIEST *P* SUIEST *Myc* fui$^{\text{ẽ}}$ *b* fui *a*

cervicem inflexam posuit iacuitque per antrum
immensus saniem eructans et frusta cruento
per somnum commixta mero, nos magna precati
numina sortitique vices una undique circum
fundimur et telo lumen terebramus acuto
ingens, quod torva solum sub fronte latebat,
Argolici clipei aut Phoebeae lampadis instar,
et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.
set fugite, o miseri, fugite atque ab litore funem
rumpite.
nam qualis quantusque cavo Polyphemus in antro
lanigeras claudit pecudes atque ubera pressat,
centum alii curva haec habitant ad litora volgo
infandi Cyclopes et altis montibus errant.
tertia iam lunae se cornua lumine complent,
cum vitam in silvis inter deserta ferarum
lustra domosque traho, vastosque ab rupe Cyclopas

TESTIMONIA. 631 'cervicem i. posuit' Macrobius Sat. V 13, 6 631 sq. anecd. Paris. Eckst. p. 13, 19 cf. Quintilianus VIII 3, 84 636 'torva . . . latebat' Agroecius VII 120 K. 639 'fugite' Probi inst. IV 182 K. 641 'quantusque c. Polyphemus' Sacerdos VI 463 K. 643 Servius Aen. I 201 643 sq. 'curva . . . Cyclopes' Arusianus VII 477 K. 644 'infandi C.' Marius Victorinus VI 27 K. 645 Macrobius Sat. IV 3, 16 schol. Lucani IX 940 646 sq. 'cum . . . traho' Macrobius Sat. IV 3, 9 Nonius 333, 8 647 Charisius I 15 K. ult. syll. IV 258 K. Marius Victorinus VI 30 K. 'lustra d. traho' ult. syll. IV 220. 236. 237 K. 'vastosque . . . Cyclopas' Diomedes I 428 K. Servius in Don. IV 424 K. Sergius de syll. IV 478 K. Pompeius V 117 K. Marius Victorinus VI 27 K. de fin. VI 230. 242 K. Martianus Capella III 278 anecd. Helv. 227

VARIA LECTIO. 632 Immenſuſ *b*1 Immenſū. (*in mg.* · A · Inmenſuſ) *b*2 INMENSUS *M* IMMENSVM *P, Servius* Inmenſum *γ*1*a*1 '*Cyclopa cum* iacuisse *dixit* per antrum, *prodigiosum illud corpus spatio loci mensus est*' *Quintilianus et anecd. Paris. cf.* VI 423 frusta. (a *in ras.*) *a* FRUSTRA *M* FRUSTRA *Pγ*1 633 permixta *b* 634 NOMINA (U *supra*) *M* 635 '*multi* tenebramus *legunt, alii* terebramus' *Servius* 640—642 rumpite ... Polyphemus *uno versu concludit,* in antro ... pressat *expelli iubet per epistulam O. Hense praeeunte partim Peerlkampo, qui v.* 642 *abesse malebat* 643 uolgo *γ* UULGO *Mabc* 644 ET (A Q·) *P* ET (λ Q) *M* atque *γ*: *cf. ge.* IV 170 *Aen.* VIII 424. 440 647 cyclopeſ *c, anecd. Helv.* ciclopeſ *b*

prospicio sonitumque pedum vocemque tremesco.
victum infelicem, bacas lapidosaque corna,
dant rami, et volsis pascunt radicibus herbae.
omnia conlustrans hanc primum ad litora classem
conspexi venientem. huic me, quaecumque fuisset,
addixi: satis est gentem effugisse nefandam.
vos animam hanc potius quocumque absumite leto.'

Vix ea fatus erat, summo cum monte videmus
ipsum inter pecudes vasta se mole moventem
pastorem Polyphemum et litora nota petentem,
monstrum horrendum informe ingens, cui lumen ademptum.
trunca manu pinus regit et vestigia firmat;
lanigerae comitantur oves; ea sola voluptas
solamenque mali.
postquam altos tetigit fluctus et ad aequora venit,

---

TESTIMONIA. 648 'sonitumque ... tremisco' Arusianus VII 513 K. 649 sq. 'victum ... rami' Donatus Ter. Andr. I 1, 48 'lapidosaque ... rami' Probi inst. IV 125 K. Servius ge. II 34 649 'lapidosaque c.' de dub. nom. V 574 K. 651 sq. 'omnia ... venientem' Nonius 335, 15 656 'magna se m. m.' Servius Aen. V 118 658 'monstrum ... ingens' Nonius 350, 3 'informe i.' Servius Aen. III 431 'cui l. a.' ex Charisii art. exc. I 550 K. 'lumen' Charisius I 34 K. 659 'trunca ... regit' Quintilianus VIII 4, 24 662 Isidorus orig. I 36, 17 'postquam ... fluctus' Servius Aen. III 1

---

VARIA LECTIO. 648 tremiſco *a*2, *Arusianus* 649 lapidoſſa *a*1 650 .uulſiſ *c* VVLSIS *MPγab* 651 CONLVSTRANT (S *supra* T) *P* primo ab litore *Nonius* CLASSEM (M *m. aliena add.*) *M* 652 PROSPEXI *M*: *cf.* 648 Conſpexi, aꝉ ꝓſpexi *γ* QVAECVMQVE (A *supra*) *P* quecumque *γ* 655 CVMMONTE (IN *supra*) *P* cum in monte *γ*1*a* 656 uaſtaſ ſe *c*1 magna se *Servius Aen.* V 118 *ut* VIII 199 658 .ademtū (p *supra*) *γa* ADEMTU (P *supra* M *minio*) *M* 659 MANU (M *suprascr. m. rec. ut vid.*) *M* manū *a*2 (manu *a*1) manū . *b* manum *Quintilianus* manu *Servius* 660—680. 681—689 *F fol. XXX* 661 malis *Rottend. tert.* DE COLLO FISTVLA PENDET *Pγacm, m. rec. add. bπ* de collo fistula pendet ꞁ ꞁ (erasis tribus vel quatuor litteris) *F* pendebat (dependit *Montalb.*) fistula collo *Voss. alt., Montalb.*

luminis effossi fluvidum lavit inde cruorem
dentibus infrendens gemitu, graditurque per aequor
iam medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.
nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
supplice sic merito tacitique incidere funem,
verrimus et proni certantibus aequora remis.
sensit et ad sonitum vocis vestigia torsit.
verum ubi nulla datur dextra adfectare potestas
nec potis Ionios fluctus aequare sequendo,
clamorem immensum tollit, quo pontus et omnes
contremuere undae penitusque exterrita tellus
Trinacriae curvisque immugiit Aetna cavernis.
at genus e silvis Cyclopum et montibus altis

---

TESTIMONIA. 663 sq. 'luminis . . . gemitu' Nonius 447, 15 663 Diomedes I 381 K. 'luminis' cf. Charisius I 34 K. 'luminis e.' Diomedes I 328 K. 'fluidum . . . cruorem' Priscianus 861 P. 664 sq. 'graditurque . . . medium' Servius Aen. V 1 666 sq. 'recepto . . . merito' Servius Aen. III 613 669 Servius Aen. VII 519 671 Priscianus 708 P. Donatus Ter. Andr. II 6, 6 675 ult. syll. IV 254 K. 675 sq. Priscianus 908 P.

---

VARIA LECTIO. 663 EFFO[S]SI P EFFUS[I]O M ecfossi *Nonii exempl.* FL[V]UIDUM *Fc* 664 INFREN[ME]S (*sup. m. rec.*) *F* GEMITV[M] *P* gemitum *γl* 665 NECDUGM (NEC *in ras.*) *F* FLVCTV *Pγl* FLVCTVR *F* 'fluctu: *legitur et* fluctus' *Servius* tincxit *c* TE[IN]XIT *M* 666 FVGA[M] *P* 668 VERTIMVS *MPγabcm: cf.* V 141 AEQVOR[A]I *P* 669 SEN[S]TIT *P* VOC[S]I *F* 670 DEXTRA[M] (M *add.*) *P* dextrã *c* DEXTRUM (A *supra* U) *M* DEXTRAM *Fγab* dextram *probat*, dextra *refellit Servius* AFFECTARE *M: cf. prol.* 399 671 FLUCTU[S] (LU *in ras.*) *F* 672 PONIT (TOLLIT *sup.*) *F* OMNIS *F* 673 INTREMVERE *FPabc: cf.* 581 V 505 674 *in mg.* A *add. M* Trinacriae *Bentleius, nec minus bene* Sicaniae *Baehrens* ITALIAE *libri, nisi quod* ITALIA[E]S *M* IMMVG[I]IT *FPa* immugit. (t *m.* 2) *γ* inmugit *bc* 675 *om., ima pag. add. adposita nota* B *M* e. *a* ET *F* ET *P* e[t] *γ* e[&] . *b* E *M, de ult. syll.*

excitum ruit ad portus et litora complent.
cernimus adstantis nequiquam lumine torvo
Aetnaeos fratres, caelo capita alta ferentis,
concilium horrendum: quales cum vertice celso
aëriae quercus aut coniferae cyparissi
constiterunt, silva alta Iovis lucusve Dianae.
praecipites metus acer agit quocumque rudentis
excutere et ventis intendere vela secundis.
contra iussa monent Heleni, Scylla atque Charybdis,
ni teneam cursus: — certum est dare lintea retro, 686
inter utramque viam leti discrimine parvo. 685

---

TESTIMONIA. 676 'excitum . . . portus' comm. Bern. Lucani V 597 Servius Aen. XI 142 677 Nonius 261, 2 Isidorus orig. X 26, 9 678 sq. (om. 'concilium h.') Sacerdos VI 464 K. 678 'Aetnaeos f.' Servius Aen. VIII 440 ge. II 494 679 'concilium h.' Nonius 422, 27 684 'contra i. m.' ult. syll. IV 250 K. 686 Acro Hor. carm. I 14, 9. 34, 4 Servius Aen. III 283 'ni t. c.' Priscianus 1004 P. Servius Aen. IV 299. V 1 'certum . . . retro' schol. Lucani V 430 685. 686 Priscianus 1141 P. 'leti . . . teneant' Donatus Ter. eun. III 3, 2

---

VARIA LECTIO. 676 *in mg.* C *M* complet χ, *Prisc.* ω *exc. Bamb.* 677 lumine] ~~ET~~LVMINE *P* TVRVO *P*1 678 ferentes *b*1*c* 679 conuertice *c* 681 CONSTITERUNT (A supra U) (*corr. m. ant.*) *F* constiterant *m* 'constiterunt *metri causa*' *Servius* 682 metus (me *m.* 2), at m&tus, γ RUENTIS (D supra) *F* rudentes (e *post. corr. ex* i, *ut vid.*) *b* 683 aut *m* 684 — 686 *interpolatos esse Wagnerus etiam in lectt. Verg.* 379 *sq. probare studet,* 685 *et* 686 *transposui* 684 contra ac *Madvicus* MONENT (N *m.* 2 *add.*) *P* MOVENT *F*γ1 SCYLLA *FP*1 scyllã *c* SCYLLAM *MP*2*a*, *Servius* scillam *b* caripdi *b*1 CHARYBDI͝ *M* CHARYBDIN *P* charibdin γ*a*2 caribdim *c* carypdĩ (h b supra) *b*2 scyllamque charybdim *Sprot.* scyllaeque charybdis *Pieriani nonnulli* scyllae atque charybdis *Rottend. sec.* 685 *Hic redit R* LOETI (O *minio p. m. rec.*) *F* LETI (ET *in ras.*) *R* LAETI *Mb* 686 NI *FM*γ2*ab*, *pro* ne *positum testantur Priscianus Donatus Servius: cf. prol.* 184 Ne (i supra) *c* Ne γ1 NI *an* NE *habeat R, non liquet.* NE~~C~~ (nei?) *P* teneam *scripsi* TENEANT *libri, nisi quod* tineant c1 RDARE (CE TUM EST supra) (EST *minio p.*) *M*

ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori
missus adest: vivo praetervehor ostia saxo
Pantagiae Megarosque sinus Thapsumque iacentem.
[talia monstrabat relegens errata retrorsus
litora Achaemenides, comes infelicis Ulixi.]

Sicanio praetenta sinu iacet insula contra
Plemurium undosum, nomen dixere priores
Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
occultas egisse vias supter mare, qui nunc
ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.
iussi numina magna loci veneramur. et inde
exsupero praepingue solum stagnantis Helori,

TESTIMONIA. 687 Isidorus orig. XII 5, 54 Servius Aen. III 706 688 'vivo . . . saxo' Servius Aen. I 167 689 'Megaros . . . iacentem' schol. Hor. carm. I 17, 11 'Thapsumque i.' Isidorus orig. XIV 6, 35
690 sq. 'errata . . . Ulixi' Priscianus 922 P. 691 'comes i. U.' schol. Veron. 92, 11 K. 'infelicis U.' Probi cath. IV 24 K. 692 'Sicanio p. s.' Servius Aen. V 24 693 'Plemyrium u.' schol. Veron. 92, 15 K. Servius Aen. I 744 IV 268 694 sq. 'Alpheum . . . mare' Arusianus VII 508 K. 694 'Alpheum . . . amnem' Servius ecl. X 4
696 cf. schol. Veron. 92, 22 K.

VARIA LECTIO.
*Servius sic videtur distinxisse:* contra i. m. Heleni Scyllam atque Charybdin: inter . . . cursus, certum est d. l. r., *cum alii sic distinxissent:* contra i. m. Heleni. Scyllam atque Charybdin inter . . . cursus: certum est d. l. r. *In M nulla interpunctio nisi v.* 684 *post* Heleni. *Ceterum cf. prol.* 75*sq.* 687 ANGVSTO (A *supra*) *P*
688 PRAETERVEH (OR *supra*) *F* 689 PANTAGYAE *FMPR* THARSVM · *R* LAPSVM (L *corr. in* T) *F* tha . pſum *b* tapſũ *c*
690*sq. om. in textu Witt., damnat Wagnerus etiam in lectt. Verg.* 381 690 retrorſuſ *b*1 retrorſũ . *b*2 691—716 *Veron. fol.* 247 691: *cf.* 613 VLIXEI (E *m. 2 add.*) P uluxi *c*1 693 PLEMVRIVM *Vγ p*LEMVRIVM *P* PLEMYRIVM *MRb*2 Plemy . riũ *c* Plem . rium *b*1 '*Longus:* Plemurium *fuit, emendatum* Plemyrium' *schol. Veron.* . . undoſum *γ* undossi *m* 694 ALPHAEVM *R* AMPHEUM (L *supra*) *M* Alpheum *firmat Servius* aelidiſ (iſ *in ras.*) *b* 697 iussi] cuncti *conl.* V 58 *Novák*

hinc altas cautes proiectaque saxa Pachyni
radimus, et fatis numquam concessa moveri
apparet Camerina procul campique Geloi
immanisque Gela fluvii cognomine dicta.
arduos inde Acragans ostentat maxima longe
moenia, magnanimum quondam generator equorum;
teque datis linquo velis, palmosa Selinus,
et vada dura lego saxis Lilybeia caecis.
hinc Drepani me portus et inlaetabilis ora
accipit. hic pelagi tot tempestatibus actis
heu genitorem, omnis curae casusque levamen,
amitto Anchisen. hic me, pater optime, fessum
deseris, heu tantis nequiquam erepte periclis!
nec vates Helenus, cum multa horrenda moneret,

TESTIMONIA. 699 Diomedes I 414 K. 'proiectaque s. P.' Isidorus orig. X 216 Servius Aen. III 706 X 587 'saxa P.' schol. Veron. 92, 24 K. 699 sq. 'hinc . . . radimus' Dositheus VII 416 K. 'proiectaque . . . radimus' Macrobius Sat. VI 4, 14 Nonius 373, 23 702 Pompeius V 254 K. Consentius V 399 K. 704 'magnanimum . . . equorum' Priscianus 743 P. 705 'palmosa S.' schol. Veron. 93, 1 K. 706 'vada . . . saxis' schol. Bern. georg. II 44 707 'hinc . . . portus' schol. Veron. 93, 5 K. 'inlaetabilis' cf. Servius Aen. V 31 712 sq. Macrobius Sat. IV 6, 4 'nec . . . luctus' Servius Aen. III 379

VARIA LECTIO. 699 hinc altas] incultas *Dosithei Sangall.* porrecta (orr *in ras.*) *b* 'proiecta, *porrecta extenta' Servius* 701 CAMERINA *MPRVybcψ, Servii exempl., schol. Veron.* camarina *'aliquot' Pieriani* 702 *Wagnerus etiam in lectionibus Verg. p.* 381 *sq. spurium iudicat* IMMANI$^{S}$ *P* Immaniſ (mmani *in ras.*) *b* Inmaniſ (aniſ *m. rec. in ras.*) *c* Gela: *cf. Lachmannus ad Lucr.* VI 971 fluvii] *cf. Lachmannus Lucr.* 326 703 arduos *'antiqui' Pieriani* ARDVVS *MRVybc* *ar*DVVS *P* AGRAGANS *M* ACRAGAS *RV* AGRAGAS *Pybc* ostentat moenia longe, Teque datis (*om. v.* 704) *Io. Schraderus* 705 velis *commendavi prol.* 275 *et* XI VENTIS *libri* Selinus *χ, schol. Veron. auctore Longo* SELINYS *MR, V ut vid.* SEL*in*YS *P* ſelyniſ *b* ſeliniſ *yc* 708 ACCEPIT *R* ACTIS *PRyb1cψ, Servius: cf. ge.* I 413 actiſ *b* ACTVS *M: cf.* VII 199 I 240. 333 ACT. . *V* 710 feſſū. *b2* feſſuſ *b1*: *cf.* II 596, *haud male* 712 QVM (Q *corr. in* C) *P*

hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.
hic labor extremus, longarum haec meta viarum.
hinc me digressum vestris deus appulit oris.'

Sic pater Aeneas intentis omnibus unus
fata renarrabat divom cursusque docebat.
conticuit tandem factoque hic fine quievit.

---

TESTIMONIA. 715 Macrobius Sat. V 2, 11 Probi inst. IV 155 K. Cledonius V 67 K. Augustini regul. V 518 K. Donatus Ter. Andr. prol. 1 eun. V 2, 36 Servius Aen. III 338 717 Servius Aen. IV 116 'fata r.' Pompeius V 271 K. 'fata r. d.' Servius Aen. VIII 189 718 'factoque . . . quievit' explan. in Don. IV 539 K.

---

VARIA LECTIO. 713 CALAENO *P* caeleno *y* . celeno *b* caelono *c* 714—718 *in singulari pagina litteris alienis add. in P* 714 haec] est *m* 715 Hic *b* ORBEM *P* orb.. *y*1 (orif *y*2) 717 diuom *y* DIVVM *MPRbc* CVRSV *P*

P UERGILI MARONIS AENEIDOS · LIB · III EXPL · INCIPIT LIB · IIII FELICITER · *M* VERGILI MARONIS AENEIDOS LIBER III ‖ EXPLIC · INCIPIT ‖ LIBER · IIII · FELICITER, *et in seq. pagina versus undecim, quos vide in proleg.: R* EXPLT LIBER · III · INCIPIT · IIII *y* VERSVS OVIDII NASONIS (*seq.* 10 *versus, quos v. in proleg.*) PVBLII VIRGILII MARONIS ENEIDORV LIBER IIII INCIPIT *c*

P. VERGILI MARONIS

# AENEIDOS

## LIBER QVARTVS

At regina gravi iamdudum saucia cura
volnus alit venis et caeco carpitur igni.
multa viri virtus animo multusque recursat
gentis honos, haerent infixi pectore voltus
verbaque, nec placidam membris dat cura quietem.
postera Phoebea lustrabat lampade terras

---

TESTIMONIA. AENEIDOS IIII. 1 sq. Priscianus 1102 P. 1 Priscianus 1241 sq. P. Marius Victorinus VI 71 K. Atilius Fortunatianus VI 279 K. Velius Longus VII 69 K. Audacis exc. VII 351 K. anecd. Helv. 276 Isidorus diff. II 251 schol. Bern. ecl. VII 40 'at r. g.' Marius Victorinus VI 10 K. 'at r. g. saucia cura' Marius Victorinus VI 120. 155 K. Terentianus Maurus v. 1950 'iamdudum s. c.' Terentianus Maurus 1843 'dudum s. c.' Marius Victorinus VI 121 K. 2 Priscianus 766 P. Acro Hor. carm. I 18, 14. 27, 12 'vulnus a. v.' de dub. nom. V 593 K. Servius Aen. IV 67 'caeco c. i.' explan. in Don. IV 497 K. Acro Hor. carm. I 27, 16 3 sq. 'multa . . . honos' Diomedes I 447 K. Seneca epist. 102, 30 'multusque . . . honos' Arusianus VII 506 K. 3 'multa . . . animo' Donatus Ter. eun. V 9, 49 4 sq. 'haerent . . . quietem' Macrobius s. S. I 3, 6 4 'haerent i. p. v.' Asper 112, 23 K. 6 sq. Diomedes I 461 K. Sacerdos VI 466. 467 K. 6 Nonius 335, 27 schol. Bern. ge. I 431

---

VARIA LECTIO. AENEIDOS IIII. 1—19. 20—38 *G fol.* X 1—21. 22—42 *F fol.* XXXI 1 IANDVDVM (M *supra* N) *P: cf. prol.* 430 2 Volnuſ (v *supra* V) *γ* *vo*LNVS *P* VVLNVS *FGMRb* Vul . nuſ *c* IGN*i G* IGNE *F* 'igni *pro* igne: *dativus pro ablativo*' *Servius.* igni *testatur Priscianus quoque* 3 RECVSAT *R* recuſat (r *supra* u) *c* 4 uoltuſ (o *corr. in* u, t *m.* 2) *γ* VVLTVS *MRVbc* *voltus G* 6 POSTEA (R *supra* A) *F* *p*OSTEA *G* postea *Diomedis Monac.*

umentemque Aurora polo dimoverat umbram,
cum sic unanimam adloquitur male sana sororem:
'Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!
quis novos hic nostris successit sedibus hospes,
quem sese ore ferens, quam forti pectore et armis!
credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum.
degeneres animos timor arguit. heu quibus ille
iactatus fatis quae bella exhausta canebat!
si mihi non animo fixum immotumque sederet,
necui me vinclo vellem sociare iugali,
postquam primus amor deceptam morte fefellit;
si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,

Testimonia. 8 'unanimam . . . sororem' Acro Hor. serm. I 3, 31 'male sana s. unanimem adloquitur' Acro Hor. serm. II 2, 8 9 Macrobius s. S. I 3, 6 de schem. dianoeas p. 60 H. 'quae . . . terrent' Charisius I 101 K. Servius Aen. IV 5 10 Donatus Ter. hec. V 3, 19 Priscianus 1059 P. 'quis . . . nostris' Servius Aen. III 591 11 sq. schol. Hor. carm. II 4, 19 11 Isidorus orig. IX 7, 28 12 Isidorus orig. IX 7, 28 Servius Aen. IV 365 'genus deorum' de dub. nom. V 579 K. 13 'degeneres a.' Probi cath. IV 15 K. 'degeneres . . . arguit' Diomedes I 310 K. Agroecius VII 119 K. Martianus Capella p. 468 H. Isidorus orig. II 30, 12 diff. II 109 comm. Bern. Lucani V 322 VI 417 U. Acro Hor. carm. I 13, 7 epod. XI 10 Servius Aen. XI 164 13 sq. 'heu . . . fatis' Donatus Ter. hec. I 2, 92 'heu . . . canebat' Isidorus orig. IX 7, 28 14 'quae . . . canebat' de schem. dian. p. 60 H. 15—19 Priscianus 1145 P. 15 'si . . . fixum' Diomedes I 377 K. 18 Arusianus VII 500 K. Servius Aen. IV 55 V 714 'si . . . thalami' Diomedes I 311. 398 K.

Varia lectio. 7 = III 589 DEMOVERAT *F* 8 *cu*M *P c*VM *G* TVM *R* UNAANIMEM *M*: *cf. prol.* 388 unanimem *bc* '*dicimus autem et* unanimus *et* unanimis' *Servius: cf. prol.* 428 '*quidam* malesana *volunt hyphen legere*' *Servius* 9 SUSPENSA (M *supra* A) *M* suspensa *Macrobii* φ terre *c*1 terret *c*2 '*et* terret *et* terrent *legitur, sed si* terret *legerimus,* insomnia *erit vigilia*' *e. q. s. Servius* (*cf. v.* 5) terrent *legit Charisius: cf. Apollonius Rh.* III 636 10 NOVOS *P*1 NOVVS *ceteri* 11 quam] QVEM (A *supra* E *m. rec.*) *F* quem *Marklandus ad Statii silv.* V 3, 46, *et ante eum Valesius*, *qui* armos *ut* XI 644 *intellexit.* quam *legit Servius, idem* arma *intellegens* fortis χ 14 Iactatuſ. (iactatust?) *b* fatiſ *c*2 fuit *ut vid. c*1 *Post* fatis *vulgo distingunt* 17 DECEPTA *R* DECEPTRA (N) *F* 18 FVISSET (N *m. rec.*) *F* FVISSENT *P* FUISSENT *M*γ1*c*1 *fuisset G*

huic uni forsan potui succumbere culpae.
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sychaei
coniugis et sparsos fraterna caede penates
solus hic inflexit sensus animumque labantem
impulit. adgnosco veteris vestigia flammae.
set mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
vel pater omnipotens abigat me fulmine ad umbras,
pallentis umbras Erebo noctemque profundam,
ante, pudor, quam te violo aut tua iura resolvo.
ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
abstulit; ille habeat secum servetque sepulchro.'
sic effata sinum lacrimis implevit obortis.

TESTIMONIA. 19 Augustini regul. V 509 K. 'potui s. c.' Servius Aen. IV 550. 551 'succumbere c.' Servius Aen. IV 172 20 Donatus Ter. hec. III 3, 22 'Anna f. e.' Donatus Ter. hec. I 2, 56 'fata S.' de dub. nom. V 579 K. 22 'solus hic' Mallius Theodorus VI 587 K. 'solus ... sensus' Servius in Dôn. IV 424 K. Sergius de syll. IV 479 K. Cledonius V 52 sq. K. Pompeius V 119. 208 K. Consentius V 399 K. de fin. VI 230. 242 K. Terentianus Maurus v. 1657 Martianus Capella III 278 22 sq. 'animumque . . . inpulit' Servius Aen. I 9. 659 V 816 24. 27 'set ... dehiscat, ante ... violo' Priscianus 1146 P. 25 Servius Aen. I 230 27 Consentius V 403 K. Servius Aen. IV 55 'ante ... violo' Charisius I 288 K. Diomedes I 395 K. Dositheus VII 421 K. Servius Aen. IV 322 29 'habeat . . . sepulcro' Nonius 317, 24 30 Donatus Ter. hec. III 3, 45 30 sq. 'sinum . . . refert' Servius Aen. IV 548

VARIA LECTIO. 19 *abscissus in G* forsitan huic uni *cd. pr. Augustini* FORSAM *PR* FORSITAN *F* forsitan *Augustini cod.* POTUISSUMCUMBERE (U *prima in spatio* 2 *litt.*, S *prior erasa, supra* U *vel* UI *suprascr. aliquid, quod iam legi nequit*) *F: an m. prima* possum? ſubcumbere *γc* 20 SYCHAEI (Y *in ras., fueratne* V?) *P* SYCAEI *R* 21 *damnat Peerlkampus, interpretatur Servius: sane carere eo facile possumus* 22 labentem *γ*1 'labantem . . . *cavendum sane ne* labentem *contra metrum legamus' Servius* 23 ADGNOSCO~~T~~ *P* AGNOSCO *Rγbc adg*NOSCO *G* 24 OPTEM ~~DIMITTERE~~ PRIVS (*sed ut* PRIVS *et sequentia fortasse m. rec. sint*) *F: cf.* V 29 25 ABIGAT *Fχ* adigat (d *e corr.*), at adigat *γ* ADIGAT *GMPRbc, ut* VI 594 26 *pallentis G* PALLENTES *Mb*1 EREBO *FG* ERIBO *R* EREB~~O~~ (I *supra* O) *P* herebo *γ*1 EREBI *Mc* haerebi *b* herebi *γ*2 'Herebo, *id est* in Herebo. *alii* Herebi *legunt. aut* Herebo *ad Herebum' Servius: cf.* 243 27 sancte *Marklandus* ante *test. Charisius et Diomedes* uiolem *mπ* resoluam *π* 28 PRIMV~~M~~s (S *m.* 2) *P* PRIMVM *F*

Anna refert 'o luce magis dilecta sorori,
solane perpetua maerens carpere iuventa,
nec dulcis natos Veneris nec praemia noris?
id cinerem aut manis credis curare sepultos?
esto, aegram nulli quondam flexere mariti,
non Libyae, non ante Tyro; despectus Iarbas
ductoresque alii, quos Africa terra triumphis
dives alit: placitone etiam pugnabis amori?
nec venit in mentem, quorum consederis arvis?
hinc Gaetulae urbes, genus insuperabile bello,
et Numidae infreni cingunt et inhospita Syrtis,
hinc deserta siti regio lateque furentes

TESTIMONIA. 31 'Anna r.' Servius Aen. I 94 33 Servius Aen. IV 327 'Veneris . . . noris' comm. Bern. Lucani II 380 U. 34 Priscianus 775 P. 35 Acro Hor. carm. III 22, 5 'aegram . . . mariti' Servius ecl. I 13 36 Servius Aen. I 263 XII 344 'non L. n. Tyro' Servius georg. III 96 37 sq. 'quos . . . alit' Arusianus VII 463 K. Servius Aen. VI 875 38 sq. 'placitone . . . arvis' Petronius 112 38 'placidone . . . amori' de schem. lex. p. 56 H. 41 Priscianus 763 P. Acro Hor. carm. II 6, 3 'et Numidae i. c.' Servius Aen. I 523 X 750 Acro Hor. carm. III 11, 47 'Numidae i. c.' Isidorus orig. X 136 'mirabamur poetam qui infrenos dixerat Numidas' Ausonius gratiarum act. VIII 14, 8 Hieronymus epist. ad Marcellinum et Anapsychium 'et inhospita S.' schol. Hor. carm. I 22, 5 'inhospita S.' Acro Hor. epod. I 12 42 'hinc . . . regio' Acro Hor. carm. I 22, 16 42 sq. 'lateque f. B.' Isidorus orig. IX 2, 107 Hieronymus l. l.

VARIA LECTIO. 31 DELECTA *FM*1, *Servii Lips.* 32 CAR-[V]PERE (*apice miniato*) *M* IVENTA *F* 33 DVLCES *F* quae praemia *Güthling:* nec *legit Servius* proelia *comm. Lucani* NOSTRIS *G* 34 MANES (ES *e corr.*) *M* maneſ *b* 36 LIBYA (E *supra* A) *P* '*quidam autem* Libyae (lybia *Bern.*), *id est mariti Libyes,* Tyro *mariti Tyrii exponunt' Servius Dan.* Libyae *ceteris commentarii locis Servius* 37—108 *secuntur post* 180 *errore bibliopegi in R* 37 TRIVMPHOS *R triumphis G* 38 *abscissus in G* placido *schem. lex.* placito *Servius* 39 in] IM *F* [CON]SEDERIS *F* CONSIDERIS *Rγ*1*b*1*c* 40 HINC (IN *in ras.*) *F* INTRACTABILE *R: cf.* I 339 insuperabile *Servius* 41 *sq.* hinc Numidae i. c. lateque furentes *Klouček* at inh. Syrtis hinc, d. s. r. *Baehrens* 41 *del. Heidtmann* hinc Numidae *Servii Aen.* X 750 *ex.* SYRTES *FMγ* SYRT*is P* 42 uagantiſ *c* uagantes *χ*, *Isidorus, Hieronymus* furentes *Servius*

Barcaei. quid bella Tyro surgentia dicam
germanique minas?
dis equidem auspicibus reor et Iunone secunda
hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
quam tu urbem, soror, hanc cernes, quae surgere regna
coniugio tali! Teucrum comitantibus armis
Punica se quantis attollet gloria rebus!
tu modo posce deos veniam sacrisque litatis
indulge hospitio causasque innecte morandi,
dum pelago desaevit hiems et aquosus Orion,
quassataeque rates [dum non tractabile caelum].'

His dictis impenso animum flammavit amore
spemque dedit dubiae menti solvitque pudorem.

---

TESTIMONIA. 46 Servius Aen. I 534 'Iliacas . . . carinas' Servius Aen. V 1 50 Nonius 424, 19 Priscianus 1009 P. 'tu . . . veniam' Cledonius V 64 K. Servius Aen. I 519 IV 56 'sacrisque l.' Arusianus VII 489 K. 51 Nonius 326, 5 'indulge h.' schol. Lucani I 664 52 Servius Aen. IV 309 V 626 Acro Hor. carm. III 27, 17 'dum . . . hiems' Acro Hor. epod. II 52 'aquosus O.' Diomedes I 442 K. ult. syll. IV 263 K. Donati ars IV 396 K. Pompeius V 299 K. Consentius V 389. 400 K. Maximi Victorini rat. metr. VI 220 K. 53 'quassataeque r.' Nonius 254, 19 55 'solvitque p.' Nonius 390, 32.

---

VARIA LECTIO. 43—55. 56—61 *F fol.* XXXII 43 BARCHAEI *F* Bar$\overset{h}{c}$ęi *b* Vaccaei *Isidorus, commendabat Nettleship* Barcaei *Servius: cf. prol.* 216 QVI *R* quid (i *in ras.*) *b* 46 huc *χ*, *Servius: cf.* I 534 47 Quantum *c*1 quae surgere] consurgere *m* 50 Tum *γ* 51 hospitio] HOSPITIOET *F* que *om. F* 52 *spurium habet Peerlkampus* HIEMPS *libri, nisi quod* hiemſ *b* pronus Orion *Acro* 53 quassatasque r. et non *Peerlkampus* dum non t. c. *incredibili artificio defendit Fr. Schoell mus. Rhen.* XLI 25. *Mihi orationem post* rates *inperfectam reliquisse videtur poeta: desideratur enim* reficiendi *aliquod verbum. Ceterum optimum erat v.* 51 *Annae orationem concludere, et poterat interpolator pannos desumere ex Aen.* I 535. 551 *ge.* I 211 54 IMPENSO (P *m. rec. corr. in* C, O *in* U, M *supra* O) *F* $\overset{IN}{P}$CENS$\overset{M}{O}$ (*corr. m.* 2 *etiam* O *in* V) *P* INCENSVM *MRγbc* '*alii non* incensum, *sed* inpenso *legunt*' *Servius Dan.* FLAMMAVIT *FRc* F$\overset{IN}{L}$AMMAVIT *P* INFLAMMAVIT *Mγb*, *Servii exempl. cf.* III 330 55 MENTIS *Rγ*

principio delubra adeunt pacemque per aras
exquirunt; mactant lectas de more bidentis
legiferae Cereri Phoeboque patrique Lyaeo,
Iunoni ante omnis, cui vincla iugalia curae.
ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
candentis vaccae media inter cornua fundit,
aut ante ora deum pinguis spatiatur ad aras
instauratque diem donis pecudumque reclusis
pectoribus inhians spirantia consulit exta.
heu vatum ignarae mentes! quid vota furentem,
quid delubra iuvant? est mollis flamma medullas

---

TESTIMONIA. 56 sq. 'principio . . . exquirunt' Macrobius Sat. III 4, 5 'pacemque . . . exquirunt' Servius Aen. I 519 Macrobius Sat. VI 6, 7 56 'delubra a.' Probi inst. IV 184 K. 57—59 'mactat . . . curae' Macrobius Sat. III 12, 10 57 sq. 'mactat . . . Phoeboque' Arusianus VII 493 K. 57 'mactant . . . bidentis' Priscianus 776 P. Macrobius Sat. III 5, 2 Donatus Ter. hec. I 1, 9 Servius Aen. II 202 59 Servius Aen. III 20 60 schol. Hor. carm. I 31, 2 61 Nonius 266, 33 'media . . . fundit' Servius Aen. VI 244 62 Macrobius Sat. III 4, 5 Priscianus 1040 P. Augustini regul. V 521 K. Dositheus VII 424 K. 'aut . . . ad' Diomedes I 418 K. 63 sq. 'pecudumque . . . exta' Macrobius Sat. III 5, 2 Arusianus VII 478 K. 64 schol. Iuven. VI 550 65 Servius Aen. IV 464 65 sq. 'quid vota . . . iuvant' Servius Aen. I 299 66 'est . . . medullas' Diomedes I 386 K. Servius georg. I 151 Acro Hor. epist. I 2, 39 66 sq. 'est flamma m. i.' Probi inst. IV 186 K. 'est . . . interea' schol. Hor. carm. I 13, 8 'est . . . vulnus' Macrobius Sat. VI 6, 18

---

VARIA LECTIO. 57 exorant *Novák* mactat *Macrobius utroque loco, Arusianus* . . lectaſ *b* laetaſ *Menag. pr., Arusiani Gud., Prisciani Par. R* lectas *confirmat Servius* bidenteſ *bc, Aru-*
B LE
*sianus* 58 Legiferę, aꞇ frugiferę *γ* FUGIFERAE (R *sup. m. ant.,* LE *rec.*) *F* FRVGIFERAE *R, Macrobii Cantabr. in mg. legi*FERAE *P* legiferae *testatur Servius* 60 DEXTRA (DEXTR
AM . . . .
*in ras.*) *R* PATERHANC *M* 61 CANDENTES *F* CAN-
E
DANTIS *M* inter *in ras. c* 62—82. 83—92, *deinde litteris minoribus saeculi* X *in duabus columnis* 93—121: *F fol.* XXXIII 62 aut *testantur Diomedes et Priscianus* PINGVIS (I *post. m.* 2 *add.*) *P* pingueſ *bc* 63 pecorum *Arusiani Gud.* 65 fatum *Cuninghamus* fati *Peerlkampus, qui sequentia* quid . . . medullas *ut spuria eiecit: cf.* VIII 627 MENTIS *FR* FERENTEM *R*

interea, et tacitum vivit sub pectore volnus.
uritur infelix Dido totaque vagatur
urbe furens qualis coniecta cerva sagitta,
quam procul incautam nemora inter Cresia fixit
pastor agens telis liquitque volatile ferrum
nescius, illa fuga silvas saltusque peragrat
Dictaeos, haeret lateri letalis harundo.
nunc media Aenean secum per moenia ducit
Sidoniasque ostentat opes urbemque paratam,
incipit effari mediaque in voce resistit;
nunc eadem labente die convivia quaerit,
Iliacosque iterum demens audire labores
exposcit pendetque iterum narrantis ab ore.
post ubi digressi, lumenque obscura vicissim
luna premit suadentque cadentia sidera somnos,
sola domo maeret vacua stratisque relictis
incubat (illum absens absentem auditque videtque)

---

TESTIMONIA. 67 'et . . . vulnus' schol. Hor. carm. I 13, 6 68 'uritur i. Dido' Isidorus orig. XIII 10, 8 Acro Hor. carm. I 6, 19 Priscianus 803 P. 68 sq. 'uritur . . . furens' Servius Aen. IV 62 69—73 'qualis . . . harundo' Macrobius Sat. V 6, 9 69 'qualis . . . sagitta' Servius Aen. XII 8 70 sq. 'quam . . . telis' Nonius 243, 15 71 sq. 'liquitque . . . nescius' Servius Aen. X 706 71 'volatile ferrum' Macrobius Sat. V 5, 15 72 sq. 'illa . . . Dictaeos' Servius Aen. XII 413 73 cf. Isidorus orig. XVII 9, 29 75 'Sidonias o. o.' Servius Aen. I 446 'urbemque p.' Servius Aen. IV 655 76 Servius Aen. I 135. 663. IV 69 comm. Bern. Lucani V 731 U. schol. Hor. carm. IV 1, 35 79 'pendetque . . . ore' Arusianus VII 500 K. Donatus Ter. eun. V 9, 49 Servius Aen. VI 151 VIII 681 80 Servius Aen. IV 1 81 'suadentque . . . somnos' schol. Bern. I 340 82 'sola . . . vacua' Nonius 344, 27 Servius ecl. X 48 Philargyrius et schol. Bern. georg. IV 90 comm. Bern. Lucani III 47 U. anecd. Helv. 188 82 sq. 'stratisque r. i.' Servius Aen. IV 659 83 'illum . . . videtque' Donatus Ter. adelph. IV 5, 34 hec. III 2, 15 Servius Aen. IV 4

---

VARIA LECTIO. 67 et *om. Peerlkampus* VVLNVS *FMRγ2bc* 68 labitur *testatur Priscianus, cui fortasse* V 329 *in mente erat* (*prol.* 149) uritur *Isidorus et schol. Hor.* 72 SALTVS SILVAS *F* 73 LATERE *F* 74 media] mane *Gent* AENEAM *Rc* 80 digressum *c*1, *Mentel. alt.* 81 *cf.* II 9 82 VAQVA *Pγ*1: *cf. Probi app.* IV 197 *K. prol.* 442 *sq.* 83 *Vulgo nulla parenthesi fortiter post* incubat *distinguunt*

aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
detinet, infandum si fallere possit amorem.
non coeptae adsurgunt turres, non arma iuventus
exercet portusve aut propugnacula bello
tuta parant: pendent opera interrupta minaeque
murorum ingentes aequataque machina caelo.
Quam simul ac tali persensit peste teneri
cara Iovis coniunx, nec famam obstare furori,
talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis:
'egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
tuque puerque tuus; magnum et memorabile nomen,
una dolo divom si femina victa duorum est.
nec me adeo fallit veritam te moenia nostra
suspectas habuisse domos Carthaginis altae.
sed quis erit modus, aut quo nunc certamine tanto?

TESTIMONIA. 85 'infandum . . . amorem' Servius Aen. IV 329 88 'pendent o. i.' Servius Aen. IV 75. 655 VIII 631 88 sq. 'pendent . . . ingentes' Nonius 528, 30 'minaeque m. i.' Servius Aen. I 162 II 240 schol. Hor. carm. III 4, 54 90 sq. 'quam . . . coniunx' Diomedes I 435 K. 92 Arusianus VII 452 K. Donatus Ter. hec. V 1, 5 93—95 Beda de trop. 384 C. 93 sq. (om. 94 'tuus', 'et') Sacerdos VI 461 K. 'egregiam . . . tuus' Priscianus 1181 P. Pompeius V 310 K. Donatus Ter. eun. V 2, 55 93 Diomedes I 462 K. Donati ars IV 401 K. Donatus Ter. eun. I 2, 9 Servius Aen. VII 556 'egregiam v. l.' Donatus Ter. eun. V 2, 69 de schematis dianoeas p. 62 H. 94 'tuque p. t.' Priscianus 954 P. schol. Iuven. XIV 4 Servius Aen. II 598 95 Donatus Ter. eun. I 1, 23 97 Servius Aen. I 661

VARIA LECTIO. 84 *sq. post* 79 *ponit Peerlkampus* 85 AMANTEM *F: cf.* 296 IMAGO *R ex v. praecedenti* 87 PORTVS *FMRγbc, Servius* PORTIVS *P* portas *Schraderus: cf.* I 422 *et* 427 ue] que *γ*1 89 aequataque m. c. *damnat Peerlkampus, tangit Servius* MACCHINA *Pγ* 90 'simulac *hyphen legendum' Diomedes* 91 CONIVX *Rγ* PVDORI *Rm* 93—121 *quoniam recentiore manu scripti sunt in schedis Vaticanis, has quidem lectiones nota (F) signavi* 93 SPOLI $^{a}$ AMPLA *M* 94 nomen *χ, Beda ut* II 583 *et Ovidius metam.* X 608 NVMEN *ceteri libri* 95 DIVVM *libri* 97 SVS~~CE~~$^{EC}$PTAS *P* 98: *cf. ecl.* X 28 QVIS *in ras. R* ERAT (I *supra* A) *M* aut/// quo *b* CERTAMINE·TANTO *libri, Servius:* ruitis *supplendum videtur.* certamina tanta *Heinsius, Burmannus, Fr. Harius*

quin potius pacem aeternam pactosque hymenaeos
exercemus? habes tota quod mente petisti:
ardet amans Dido traxitque per ossa furorem.
communem hunc ergo populum paribusque regamus
auspiciis, liceat Phrygio servire marito
dotalisque tuae Tyrios permittere dextrae.'

Olli (sensit enim simulata mente locutam,
quo regnum Italiae Libycas averteret oras)
sic contra est ingressa Venus: 'quis talia demens
abnuat aut tecum malit contendere bello?
si modo quod memoras factum fortuna sequatur.
set fatis incerta feror si Iuppiter unam
esse velit Tyriis urbem Troiaque profectis,
miscerive probet populos aut foedera iungi.
tu coniunx, tibi fas animum temptare precando.
perge: sequar.' tum sic excepit regia Iuno:
'mecum erit iste labor. nunc qua ratione quod instat
confieri possit, paucis, adverte, docebo.

TESTIMONIA. 99 sq. 'quin . . . exercemus' schol. Lucani VIII 441 99 'quin . . . aeternam' Cledonius V 67 K. 101 schol. Hor. carm. I 6, 19 'ardet a. Dido' ult. syll. IV 245 K. Servius Aen. IX 196 schol. Hor. carm. III 9, 6 102 sq. 'paribusque r. auspiciis' Servius Aen. III 340 103 'liceat . . . marito' Servius Aen. IV 214 105 'sensit . . . locutam' Priscianus 1174 P. 106 'regnum . . . oras' Servius Aen. III 379 107 sq. 'quis . . . bello' Nonius 259, 13 109 Priscianus 1017 P. 110 'si I. u.' Servius Aen. IV 115 112 'miscerive p. p.' Sacerdos VI 444 K. 115 'mecum . . . labor' Cledonius V 66 K. 116 'confieri p.' Pompeius V 271 K. Servius Aen. III 717

VARIA LECTIO. 103 AUSPICUIS (I *supra* U) *M* SERVERE *Pγ*1 104 Dotalef *b* 106 Italia *Wakefieldus: cf.* I 38 aduerteret *Oblongus cum aliis Pierianis.* 'L. adverteret oras: *absolutior quidem est haec lectio, sed verior et figuratior illa est:* Libycas averteret oras' *Servius.* adverteret *Servii ad* III 379 *Bern. Cass. Mon.* 108 MALLIT *R* 109 factum] *cf. Lachmannus Lucr.* 64 pactum *Vonkius* 110 *Vulgo post* feror *distinguunt cum Servio* 112 ve] QVE *R* foedere *Venetus, χ 'si* foedera, *per se plenum est; si* foedere, *ad populos pertinet' Servius* 113 CONIVX *R* 116—162 *deficit P* 116 Confieri (Con *m.* 2 *in ras.*) *c* QUODFIERI (C⁼ M *supra*) *M* Quodfieri (Quod *m.* 2 *in ras.*) *γ* Quofieri (n *supra*) *b* quo

venatum Aeneas unaque miserrima Dido
in nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
extulerit Titan radiisque retexerit orbem.
his ego nigrantem commixta grandine nimbum,
dum trepidant alae saltusque indagine cingunt,
desuper infundam, et tonitru caelum omne ciebo.
diffugient comites et nocte tegentur opaca:
speluncam Dido dux et Troianus eandem
devenient. adero et, tua si mihi certa voluntas,
[conubio iungam stabili propriamque dicabo]
hic hymenaeus erit.' non adversata petenti
adnuit atque dolis risit Cytherea repertis.

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.
it portis iubare exorto delecta iuventus;
retia rara, plagae, lato venabula ferro

TESTIMONIA. 117 sq. 'venatum . . . parant' Priscianus 810 P. Macrobii exc. Bob. V 648 K. 117 Donatus Ter. Andr. I 1, 30 121 'saltusque i. c.' schol. Lucani VI 42 122 'et . . . ciebo' Servius Aen. IV 339 125 'adero . . . voluntas' Servius Aen. IV 114 IX 651 126 'conubio i. s.' Servius Aen. IV 213 128 'atque . . . repertis' Servius Aen. I 254 129 (incantamentum ad quartanas adhibitum: cf. R. Heim ann. philol. suppl. XIX p. 502. 520) Diomedes I 496 K. Marius Victorinus VI 73 K. 130 anecd. Helv. 182 exempl. poet. cod. Vat. 49 Keil. 'it . . . exorto' Servius Aen. IV 404 'it p. i.' Servius Aen. XI 142 'iubare e.' de acc. III 523 K. Probi cath. IV 11 Phocae ars V 415 K. 131 sq. 'retia . . . equites' Nonius 378, 4 131 Charisius I .61 K. schol. Hor. epod. II 32 'retia r. p.' Nonius 369, 14

VARIA LECTIO.

fieri (*in mg.:* ł čferri, *suprascr.* habundat quo ł qđ) (*F*) confieri *testantur Servius et Pompeius* '*aut* adverte paucis, *aut* paucis docebo' *Servius* 118 PRIMVS *R* PRIMUS (M *sup.* M *minio*) *M* 122 mouebo *γ* 123 TEGUNTUR (E *sup.*, *corr. m. rec.*) *M* teguntur *c1* 125 si] set *Servii Aen.* IX 651 *Par.* (sei *an* sit?) 126 = I 73 *legit Servius, ab interpolatore hic additum esse vidit Peerlkampus: cf.* 172 stabili . . . erit *uncis includere maluit Guethling* 127 AVERSATA *R, fort. melius.* 'adversata: *legitur et* aversata' *Servius* 129 = XI 1 RELINQUIT *M* relinquit *Diomedis Par.* 130—132 *post v.* 150 *collocari Kloucek, deleri iubet Gebhardi, temere uterque* 130. It/// portiſ *b* et campis (*cf.* 404) *exempl. poet.* dilecta *b1c* 131 plagae et lato *Charisii cod.* LATOE *M*

Massylique ruunt equites et odora canum vis.
reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Poenorum expectant, ostroque insignis et auro
stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.
tandem progreditur magna stipante caterva,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.
cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
aurea purpuream subnectit fibula vestem.
nec non et Phrygii comites et laetus Iulus
incedunt. ipse ante alios pulcherrimus omnis
infert se socium Aeneas atque agmina iungit.
qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
deserit ac Delum maternam invisit Apollo
instauratque choros, mixtique altaria circum
Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi;
ipse iugis Cynthi graditur mollique fluentem
fronde premit crinem fingens atque inplicat auro,
tela sonant umeris: haut illo segnior ibat

TESTIMONIA. 132 'Massylii' ult. syll. IV 227 K. 'Massylique r. e.' schol. Lucani IV 682 'et . . . vis' Acro Hor. carm. I 1, 27 epod. VI 6 133 sq. 'reginam . . . expectant' schol. Hor. carm. IV 5, 12 133 'reginam t. c.' Nonius 252, 24 Acro Hor. carm. IV 5, 10 135 Priscianus 703 P. 'ac . . . mandit' Nonius 304, 30. 425, 48 'spumantia frena' Servius Aen. XI 195 137 Nonius 539, 6 Isidorus orig. XIX 33, 8 Servius Aen. II 616 138 sq. Probus 10, 2 K. 138 'cui . . . auro' Isidorus orig. I 33, 10 Servius Aen. XI 10 141—144 'ipse . . . deserit' Sacerdos VI 465 K. 141 'ipse . . . omnes' Servius Aen. III 321 V 17 143 sq. Quintilianus VIII 3, 73 Iulius Victor p. 437 H. 'Xanthi . . . Apollo' Acro Hor. carm. IV 6, 26 143 'qualis . . . Lyciam' schol. Iuven. VII 221 146 'Cretesque D. fremunt' comm. Bern. Lucani III 179 U. 'Cretes' et 'pictique A.' schol. Veron. 93, 10 K. 'pictique A.' Servius georg. II 115 schol. Veron. 77, 12 K. 148 'crinem f.' Acro Hor. carm. III 4, 62 149 sq. 'haut . . . ore' Sacerdos VI 465 K. 'haud . . . Aeneas' Nonius 387, 2 schol. Lucani VII 1 149 'haud i. s.' schol. Veron. 93, 16 K.

VARIA LECTIO. 132 MASSYLIIS *M* Massylii *prob. anon. de ult. syll.* 'Massyli *legendum per unum* i, *ne non stet versus*' *Servius* 135 ac] et *Nonius* 425 mordet *Hamb. alt.* 140 TYRII *R: cf.* 162 142 IUNGET *M* 143 ubi] ut *Victor* 144—169 *Veron. fol.* 211 *b* 144 ac] aut *Quintilianus* et *Victor* 145 mixto *c*1 146 C...tes (curetes?) *c*1 Curetes Dryopesque *Hamb. pr.* 147 molli] MOLLIBVS *R* flu.entē *c*

Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.
postquam altos ventum in montis atque invia lustra,
ecce ferae saxi deiectae vertice caprae
decurrere iugis; alia de parte patentis
transmittunt cursu campos atque agmina cervi
pulverulenta fuga glomerant montesque relinquont.
at puer Ascanius mediis in vallibus acri
gaudet equo, iamque hos cursu, iam praeterit illos,
spumantemque dari pecora inter inertia votis
optat aprum aut fulvom descendere monte leonem.

Interea magno misceri murmure caelum
incipit, insequitur commixta grandine nimbus:
et Tyrii comites passim et Troiana iuventus
Dardaniusque nepos Veneris diversa per agros
tecta metu petiere; ruunt de montibus amnes.
speluncam Dido dux et Troianus eandem
deveniunt, prima et Tellus et pronuba Iuno
dant signum: fulsere ignes et conscius aether

---

TESTIMONIA. 153 sq. 'decurrere . . . campos' Priscianus 901 P. 'alia . . . campos' Acro Hor. carm. III 12, 13 154 sq. 'transmittunt . . . glomerant' Macrobius Sat. VI 4, 9 156 sq. 'at . . . equo' Nonius 240, 29 157 'iamque . . . illos' Servius Aen. X 162 158 sq. Seneca epist. 64, 4 'spumantemque . . . aprum' Philargyrius ge. IV 25 'pecora . . . aprum' Servius Aen. II 364 'votis o. a.' schol. Veron. 93, 22 K. 159 'fulvum leonem' Gellius II 26, 11 161 'insequitur . . . nimbus' Servius Aen. IV 339 163 'Dardaniusque n. V.' Servius Aen. IV 159 166 'prima . . . Iuno' Servius Aen. IV 59 'et pronuba I.' Servius Aen. IV 608 167 sq. 'conscius a. c.' comm. Bern. Lucani II 353 U.

---

VARIA LECTIO. 151 MONTIS (I *an* E *non liq.*) *V* MONTES *Mγ2b* 153 PATENTIS (I *an* E *non liq.*) *V* PATENTES *Mb1c* 154 TRAMITTVNT (NS *supra*) *V* 155 FVGAE *R* montiſ *γbc* relinquont (o *erasa*) *γ1* RELINQVNT *RV* relinq.unt *c* RELINQUUN̄ *Mb* 159 FVLVVM *MRγbc* 162 *Hinc redit P* 164 ruunt . . . amnes *secludi vult Thilo, legit Servius* 165 = 124
166 *Post* deveniunt *vulgo fortiter interpungitur* prima & (& *in ras.*) *c* prima, *om.* et, *bχ* primae *Heinsius* tremuit *Peerlkampus.* primum·ut *W. Heckerus Mnemosynae* I 204. *Sed recte confertur* VII 136

conubiis, summoque ulularunt vertice nymphae.
ille dies primus leti primusque malorum
causa fuit. neque enim specie famave movetur
nec iam furtivom Dido meditatur amorem:
coniugium vocat, hoc praetexit nomine culpam.

Extemplo Libyae magnas it Fama per urbes,
Fama, malum qua non aliud velocius ullum:
mobilitate viget viresque adquirit eundo,
parva metu primo, mox sese attollit in auras
ingrediturque solo et caput inter nubila condit.
illam Terra parens, ira inritata deorum,
extremam, ut perhibent, Coeo Enceladoque sororem
progenuit pedibus celerem et pernicibus alis,

---

TESTIMONIA. 168 'summoque . . . nymphae' Nonius 401, 22 169 sq. 'ille . . . fuit' Priscianus 780 P. Philargyrius georg. II 168 Lactantius de persec. 12 169 schol. Bern. georg. II 168 'ille . . . leti' Charisius I 110 K. 170 'causa . . . famave' ult. syll. IV 230 K. 'neque . . . movetur' Nonius 305, 24 Servius Aen. IV 221 171 schol. Hor. carm. III 6, 24 172 comm. Bern. Lucani I 667 U. 174 Isidorus orig. V 27, 26 Tertullianus ad nat. I 7 Priscianus 1334 P. cf. Symmachus epist. III 45 'Fama m.' Servius Aen. IV 298 176 sq. Macrobius Sat. V 13, 31 cf. schol. Veron. 93, 24 K. 177 Macrobius Sat. V 3, 11 Servius Aen. VI 157 Augustini regul. V 522 K. 178 'illam . . . inritata' schol. Veron. 93, 27 K. 179 'extremam' schol. Veron. 94, 4 K. 180 schol. Hor. epod. II 42

---

VARIA LECTIO. 168 CONVBII·S *P* conubii. (*erasa* ſ) *bc* CONVBII *RV, Luxorii in epithal. Fridi* (*anthol. lat.* 18, 17 *R.*) *Salm.* 'conubiis, *sive, ut mihi videtur,* conubis' *Lachmannus Lucr.* 280 ſummo *γ* 169 LMABORVM (L *erasa,* M *add. m.* 2, B *corr. in* L) *P: cf.* VII 481 laborum *Philargyrius testatur* 170—196 *Veron. fol.* 216 *b* 170 famaq; (ue *supra*) *b* famaque *χ* 171 FVRTIVVM *libri* 174 FAMAMALUM· *M, ut Servius Aen.* IV 298 QUA *MR, Isidori Gud.* 1, *Tertulliani Par. A m.* 2 (quia *Par. A m.* 2, *Leid.*) QVΘ (A *supra* O) *P* QVO *Vγ2bc, Priscianus, Isidori et Tertulliani reliqua ex.* 'quo . . . *quamquam alii* qua *legant*' *Servius* 176 metu *tuentur schol. Veron. et Servius* modi *Schraderus* venit *Peerlkampus* in auraſ, at an (ad?) auraſ *γ* 177 = X 767 SOLU (U *corr. in* O) *M* ſolu. (u *corr. in* o) *b* 178 INRITATE *Pγ*1 179 EXTREMA (M *supra* A *m. ant.*) *R* deorum extremam *coniunxisse videtur Cornutus: cf. prol.* 126

monstrum horrendum ingens, cui quot sunt corpore plumae,
tot vigiles oculi subter (mirabile dictu),
tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit auris.
nocte volat caeli medio terraeque per umbram
stridens, nec dulci declinat lumina somno;
luce sedet custos aut summi culmine tecti
turribus aut altis, et magnas territat urbes,
tam ficti pravique tenax quam nuntia veri.
haec tum multiplici populos sermone replebat
gaudens et pariter facta atque infecta canebat:
venisse Aenean Troiano sanguine cretum,
cui se pulchra viro dignetur iungere Dido;
nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere
regnorum immemores turpique cupidine captos.
haec passim dea foeda virum diffundit in ora.
protinus ad regem cursus detorquet Iarban,
incenditque animum dictis atque aggerat iras.

Hic Hammone satus rapta Garamantide nympha
templa Iovi centum latis immania regnis,
centum aras posuit vigilemque sacraverat ignem,

---

TESTIMONIA. 181 'monstrum h. i.' Probi inst. IV 143 K. Cledonius V 72 K. Sacerdos VI 448 K. cf. Aen. III 658 181—183 'cui . . . sonant' schol. Lucani I 472 183 Nonius 50, 5 184 'nocte v.' schol. Veron. 94, 6 K. 186 'luce . . . summi c.' ult. syll. IV 226 K. 188 'tam . . . tenax' Arusianus VII 513 K. 'nuntia v.' Arusianus VII 495 K. 193 Servius Aen. V 626 VIII 86 195 'passim d. f.' schol. Bern. georg. I 323 196 Nonius 377, 12 198 'rapta G. n.' Servius Aen. I 28

---

VARIA LECTIO. 181 plume corpore *γ* 182 OCULIS *M* oculi; subter *distinxit C. Nauckius* 183 AVRIS (I *an* E, *non liq.*) *V* aureſ *c* auraſ (a *post. corr. in* e) *γb* 184 NOCTE UOLAT · *M* '*hac mora distinguendum*' *schol. Veron.* umbraſ *b* 185 LUMINE (A *supra* E) *M* 187 MAGNAS ET (ET *supra*) *M* 191 troiano ſanguine (a *supra*) *γ* TROIANOASANGVINE *R*: *cf. Aen.* II 74 III 608 VIII 135 IX 672 196 CVRSVS *P* curſū *γ* cursum *Nonii ω* HIARBAN *Pγ* iarban (n *corr. in* m) *b* Hiarbam *Nonii ω* 198 AMMONE *Pγ*

excubias divom aeternas, pecudumque cruore
pingue solum et variis florentia limina sertis.
isque amens animi et rumore accensus amaro
dicitur ante aras media inter numina divom
multa Iovem manibus supplex orasse supinis:
'Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
gens epulata toris Lenaeum libat honorem,
aspicis haec? an te, genitor, cum fulmina torques,
nequiquam horremus, caecique in nubibus ignes
terrificant animos et inania murmura miscent?
femina, quae nostris errans in finibus urbem
exiguam pretio posuit, cui litus arandum
cuique loci leges dedimus, conubia nostra
reppulit ac dominum Aenean in regna recepit.
et nunc ille Paris cum semiviro comitatu,
Maeonia mentum mitra crinemque madentem

---

TESTIMONIA. 201 sq. 'pecudumque ... solum' Servius Aen. IV 62 203 Nonius 241, 32 de schematis lexeos p. 54 H. 'isque animi amens' Arusianus VII 455 K. 204 'media . . . divum' Servius Aen. I 447 II 178 205 Augustini regul. V 519 K. 'multa I. m.' Servius Aen. IV 437 208 'an . . . torques' Servius Aen. VIII 429 'genitor . . . torques' Servius Aen. I 230 209 sq. 'caecique . . . animos' Servius Aen. X 98 210 'et . . . miscent' Nonius 326, 21 211 Acro Hor. carm. III 3, 20 211 sq. 'urbem . . . posuit' Nonius 365, 29 212 'cui litus a.' Servius Aen. I 3 212 sq. 'cui . . . dedimus' schol. Hor. carm. III 4, 32 'dedimus litus arandum' schol. Lucani I 194 213 'cuique . . . dedimus' Servius Aen. XI 322 213 sq. 'cuique . . . reppulit' Priscianus 961 P. Servius Aen. I 73 'conubia n. r.' Consentius V 389 K. Servius Aen. IV 126 'conubia . . . recepit' Nonius 282, 5 214 'ac . . . recepit' Servius Aen. IV 374. 596 215 'et . . . Paris' Servius Aen. X 865 'cum s. c.' Lactantius divin. inst. I 10
216 'Maeonia m. m.' Servius Aen. IX 613 216 sq. 'Maeonia . . . potitur' Nonius 405, 25 'crinemque . . . potitur' Servius Aen. III 402

---

VARIA LECTIO. 201 EXCVBIASQ· *R* DIVVM *libri* excubiasque deum *aliquot Pieriani* CRVOREM *P* cruore. *c* 202 florentia. (flo *m.* 2 *in ras.*) *b* 204 'numina . . . *sane multi* munera *legunt' Servius: cf.* 217 numina *confirmat idem ad* I 447 II 178 DIVVM *libri* 208 ASPICE (E *m.* 2 *corr. in* I, S *sup.*) *P* 214 AENEAM *R* REGINA (N *m.* 2) *P* 216 MITARA *P: cf. prol.* 418 mitram *Nonii exempl.*

subnexus, rapto potitur: nos munera templis
quippe tuis ferimus famamque fovemus inanem.'

Talibus orantem dictis arasque tenentem
audiit omnipotens, oculosque ad moenia torsit
regia et oblitos famae melioris amantis.
tum sic Mercurium adloquitur ac talia mandat:
'vade age, nate, voca zephyros et labere pinnis,
Dardaniumque ducem, Tyria Karthagine qui nunc
expectat fatisque datas non respicit urbes,
adloquere et celeris defer mea dicta per auras.
non illum genetrix nobis pulcherrima talem
promisit Graiumque ideo bis vindicat armis;
sed fore qui gravidam imperiis belloque frementem
Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri
proderet ac totum sub leges mitteret orbem.
si nulla accendit tantarum gloria rerum

---

TESTIMONIA. 217 'subnixus r. p.' Servius Aen. XI 493 217 sq. 'nos . . . inanem' Donatus Ter. eun. I 2, 91 Nonius 305, 19 219 sq. 'talibus . . . omnipotens' Macrobius Sat. III 2, 9 222 'tum . . . adloquitur' Maximi Victorini rat. metr. VI 219 K. 223 Isidorus rhet. p. 519 H. Boethius comm. in Aristot. sec. ed. p. 9 M. 'vade . . . zephyros' Emporius de eth. p. 562 H. 'voca z.' Servius Aen. V 607 'labere p.' Isidorus orig. X 158 Servius Aen. II 14 224 sq. 'Tyria . . . exspectat' Servius in Don. IV 416 K. explan. in Don. IV 511 K. Cledonius V 65 K. Pompeius V 253 K. Cassiodorius de ratione T. II p. 571 b ed. Ven. 1729 226 'et . . . auras' Priscianus 776 K. 'celeres . . . auras' Servius Aen. IV 357 228 'Graiumque . . . armis' Nonius 419, 5 'Graiumque i.' Sacerdos VI 446 K. 230 sq. 'Italiam . . . proderet' Nonius 363, 28 Diomedes I 414 K. Dositheus VII 417 K.

---

VARIA LECTIO. 217 — V 37 *deficit R* 217 subnexus *Leid., Statius silv.* V 3, 115, *Gevartius elect.* I 7 SVBNIXVS *MPγabcψ, testantur Nonius et Servius* III 402, *defendit Gronovius diatr. c.* 54: *cf.* VI 281 VII 669 X 137. *Dubitat Marklandus ad Statii l. l.* 'subnixus: *crinem unguentatum* subnixum' (*immo* subnexum) '*et subligatum habens. aut* subnixus, *fiducia elatus*' *Servius ad h. l.* 219: *cf.* VI 124 221 amanteſ *c* 223 penniſ *ac* 224 Turia *Servius in Don.* 225 pſpicit *cχ* 227 GENETRIX NOBIS *Pχ* NOBIS GENETRIX *Mγabcψ* 228 gra.ium *b* 230 A B *P* a *suprascr. γ*

nec super ipse sua molitur laude laborem,
Ascanione pater Romanas invidet arces?
quid struit? aut qua spe inimica in gente moratur
[nec prolem Ausoniam et Lavinia respicit arva]?
naviget: haec summa est, hic nostri nuntius esto.'

Dixerat. ille patris magni parere parabat
imperio: et primum pedibus talaria nectit
aurea, quae sublimem alis sive aequora supra
seu terram rapido pariter cum flamine portant.
tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco
pallentis, alias sub Tartara tristia mittit,
dat somnos adimitque et lumina morte resignat.
illa fretus agit ventos et turbida tranat
nubila. iamque volans apicem et latera ardua cernit
Atlantis duri, caelum qui vertice fulcit,

---

TESTIMONIA. 233 Diomedes I 413 K. Dositheus VII 416 K. Arusianus VII 508 K. 235 'inimica . . . moraris' Servius Aen. IV 271 Dan. (cf. 271) 237 'naviget . . . est' Servius Aen. IV 537 'haec summa est' schol. Iuven. III 79 'hic n. n. e.' Arusianus VII 495 K. 238—246 'dixerat . . . nubila' Macrobius Sat. V 6, 11 238 sq. 'ille . . . imperio' Servius Aen. I 689 239. 242 'talaria n.' et 'virgam capit' Servius Aen. I 300 241 'rapido . . . portant' Servius Aen. IV 223 242 sq. schol. Hor. carm. I 10, 17. 24, 16 'hac . . . mittit' Servius Aen. VI 264 'animas . . . mittit' Servius Aen. VI 749 244 'et . . . resignat' Priscianus 1263 P. 245 'illa f. a. v.' Donatus Ter. adelph. III 2, 21 247 'caelum . . . fulcit' Nonius 263, 23

---

VARIA LECTIO. 233 SUA·Ṁ (*puncto sup. rubro*) *M* ſuaṃ *γ* LABOREM (V *supra* E) *P* LABORUM (E *supra* U) *M* laborum (u *corr. in* e) *γ* 234—251. 252—257 *F fol. XXXIV* 234 INVIDES (T *supra* S) *P* 236 *post v.* 225 *sq.* et 230 *sq.* *abundare videtur: cf.* VI 756 RESPICAT (I *supra* A) *P* 239 PRIMȮUM *M* 240 ſubmon (o *corr. in* e) *c* ALIIS (li *supra*) *F* al.iſ *c* ALII (S *supra*) *M* iuxta *Macrobii exempl.: cf.* 255 241 PORTENT (A *supra* E) *M* 242 tunc *Macrobii Cantabr. et Salisb.* HAEC *Pγ*1 243 PALLENTES *Fc* tristia tartara *schol. Hor. carm.* I 10, 17 DVCIT (MITT *supra*) *P* 244 ET *sup. m.* 2 *F* 245 *hic om., sed infra m. ant. add., adp. ad.* 244 *signo* 〉 *F, inter lineas add. a* 246 nam *a*1*b*1

Atlantis, cinctum adsidue cui nubibus atris
piniferum caput et vento pulsatur et imbri,
nix umeros infusa tegit, tum flumina mento
praecipitant senis, et glacie riget horrida barba.
hic primum paribus nitens Cyllenius alis
constitit; hinc toto praeceps se corpore ad undas
misit, avi similis, quae circum litora, circum
piscosos scopulos humilis volat aequora iuxta.
[haut aliter terras inter caelumque volabat
litus harenosum ad Libyae ventosque secabat
materno veniens ab avo Cyllenia proles.]
ut primum alatis tetigit magalia plantis,
Aenean fundantem arces ac tecta novantem
conspicit. atque illi stellatus iaspide fulva
ensis erat, Tyrioque ardebat murice laena
demissa ex umeris, dives quae munera Dido
fecerat et tenui telas discreverat auro.

---

TESTIMONIA. 248 sq. Pompeius V 305 K. 'Atlantis . . . caput' Donati ars IV 399 K. 251 'et . . . barba' Nonius 422, 29 252 sq. 'hic . . . constitit' Nonius 272, 27. 353, 19 252 'paribus . . . alis' Servius Aen. IV 262 254 'avi s.' Servius Aen. IV 262 254 sq. Asper 115, 5 K. 'avi . . . iuxta' Quintilianus VIII 3, 72 'quae . . . scopulos' Quintilianus I 5, 25 255 'humilis . . . iuxta' Nonius 321, 31. 414, 31 'volat a. i.' Servius Aen. IV 262 257 'litus h. Libyae' Servius georg. II 105 'harenosum' schol. Bern. georg. II 105 'ventosque s.' Servius Aen. IV 223 260 'tecta n.' Servius Aen. VIII 189 261 sq. 'atque . . . erat' Asper 115, 9 K. 261 'poeta verborum diligentissimus fulvam aquilam dicit et iaspidem' Gellius II 26, 11 cf. schol. Iuven. V 45 'iaspide f.' Servius Aen. V 309 262 'Tyrioque . . . laena' Nonius 240, 20. 541, 7. 549, 16 schol. Iuven. III 283 XI 155 schol. Bern. georg. IV 91 Acro Hor. epod. XII 21 263 'dives . . . Dido' Servius Aen. IX 26. 641 XI 74

---

VARIA LECTIO. 249 quassatur *Pompeius* 250 infuſſa $\gamma$1 256—258 *recentiore atramento scripti in textu b. Damnaverunt hos versus post Bryantium Heynius et Wagnerus: cf. prol.* 340 256 (*cf.* 184) legebat (*deleto* ad *v.* 257) *Bentleius ad Hor. carm.* I 34, 5 (*cf.* III 292 *ge.* II 44) 257 *sq. inverso ordine c*$\chi$ 257 *om. Zulich., Faber* AD *P*2$\gamma$1$\chi$ AC (*i. e.* at) *Mabc* AO *P*1 258 *om. libri nonnulli teste Fabricio* 262 ENSES *M* varioque *schol. Iuven.* III 283 264 = XI 75

continuo invadit: 'tu nunc Karthaginis altae
fundamenta locas pulchramque uxorius urbem
extruis heu regni rerumque oblite tuarum?
ipse deum tibi me claro demittit Olympo
regnator, caelum ac terras qui numine torquet,
ipse haec ferre iubet celeris mandata per auras:
quid struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?
si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Ascanium surgentem et spes heredis Iuli 274
respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus
debentur.' tali Cullenius ore locutus
mortalis visus medio sermone reliquit,
et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

At vero Aeneas aspectu obmutuit amens
[arrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit].
ardet abire fuga dulcisque relinquere terras,
attonitus tanto monitu imperioque deorum.

---

nec super ipse tua moliris laude laborem 273

---

TESTIMONIA. 265 sq. 'tu . . . locas' Donatus Ter. adelph. II 3, 3 265 'tu . . . altae' Servius Aen. IV 576 266 sq. 'pulchramque . . . extruis' Nonius 105, 26 Acro Hor. carm. I 2, 20 268 sq. 'ipse . . . regnator' Servius Aen. V 726 268 Servius Aen. IV 356 271 'teris o. t.' comm. Bern. Lucani II 488 U. 272—276 'si . . . debetur' (om. 273) hist. Aug. I 201 P. 274 sq. 'Ascanium . . . respice' Nonius 397, 11 274 'Ascanium s.' Servius Aen. I 556 275 sq. 'cui . . . debentur' Servius Aen. I 678 X 47 277 Servius Aen. IV 388 278 Nonius 417, 5 281 'ardet a. f.' Sacerdos VI 498 K. Servius Aen. I 423 schol. Bern. georg. IV 451 282 Priscianus 930 P.

---

VARIA LECTIO. 265 CARTHAGINIS *Pc* 266 UXORI·B· (VS *supra*) *M* 267 IGNARE (OBLIT *supra*) *P*: *cf.* III 382 268 DIMITTIT *Pγ1c* 269 AC *Pγa* ET *Mbc* TERRAM *Pγ* 271 QVIS *Pγ1* 273 *om. MP, m.* 2 *add. in mg. γ, m. rec. in ras. b, m. rec. inter lin. add. a, habet in textu c: cf.* 233 276 DEBENTUR (*crasa* N) *M* DEBETVR *Pγabc* debentur *testatur Servius et tradit ad Aen.*: I 678 X 47 CVLLENIVS (Y *supra*) *P* CYLLENIUS *Mbc* 277 *sq.*: *cf.* IX 657 *sq.* 279 OMMUTUIT (B *supra*) *M* OMMVTVIT *P* 280 = XII 868: *cf.* II 774 III 48 *Hinc abesse velim. tantum stuporem* 282 magno imperio monituque *Priscianus*

heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
audeat affatu? quae prima exordia sumat?
atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc
[in partisque rapit varias perque omnia versat]:
haec alternanti potior sententia visa est.
Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum,
classem aptent taciti sociosque ad litora cogant,
arma parent et, quae rebus sit causa novandis,
dissimulent; sese interea, quando optima Dido
nesciat et tantos rumpi non speret amores,
temptaturum aditus et quae mollissima fandi
tempora, quis rebus dexter modus. ocius omnes
imperio laeti parent ac iussa facessunt.

At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
praesensit motusque excepit prima futuros,
omnia tuta timens. eadem impia Fama furenti

---

TESTIMONIA. 283 sq. 'quo . . . sumat' Nonius 30, 23 'quo . . . affatu' Nonius 242, 13 288 'ut Mnesthea dixerit pro Mnestheum' Macrobius Sat. V 17, 19 291 sq. 'sese . . . amores' Priscianus 1146 P. 293 sq. 'et . . . tempora' Nonius 346, 33 Servius Aen. IV 423 295 Nonius 306, 26 'iussa f.' Pauli Festus p. 86 M. 296 sq. 'at . . . praesensit' Sacerdos VI 466 K. 296 'quis . . . amantem' Servius Aen. I 352 298 sq. Donatus Ter. adelph. IV 5, 68 'eadem i. Fama detulit' Servius Dan. Aen. IV 195

---

VARIA LECTIO. 283 quonam *Nonius loco utroque* 284 AFFATV *Pa2* affatu (f *pr. c corr.*) *γ* ATFATU (T *pr. corr. in* D) *M* adfatu *ba1* afatum (*erasa* m) *c* &quę *aχ* 285 *sq.* = VIII 20 *sq.*, *asteriscos adposuit Heynius: non interpretatur Servius* 285 utque *Heinsius* 286—304. 305—310 *F fol. XXXV* 286 *om. FPγ, sed in Fγ add. m. rec. in mg. Tueri conatur hunc v. Wagnerus etiam in lectt. Verg.* 339 parteſ *c* partiſ, *om.* que, *a1* 288 = XII 561 cloanthum *ut* I 510 *πχ*, *commendat Kvičala* 289 que *om. Pγc, plerique Pieriani, aliquot Heinsiani*
E
290 PARANT *M* ſit rebuſ *abm* 291 Diſſimulent (nt *m.* 2
SRE
*in ras.*) *γ* 294 quiſ rebuſ *a* QVIBVS (*sup. m. rec.*) *F* OM-
AC
NIS *F* 295 ac *b, Nonii exempl.* ~~ET~~ *M* ET *FPγac* iusta *Nonii exempl.* 298 etiam inproba *Peerlkampus* eadem impia *legit Servius* FAMA *m.* 2 *in mg. F* FURENTIS *M*

detulit armari classem cursumque parari.
saevit inops animi totamque incensa per urbem
bacchatur, qualis commotis excita sacris
thyias, ubi audito stimulant trieterica Baccho
orgia nocturnusque vocat clamore Cithaeron.

Tandem his Aenean compellat vocibus ultro:
'dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum
posse nefas tacitusque mea decedere terra?
nec te noster amor nec te data dextera quondam
nec moritura tenet crudeli funere Dido?
quin etiam hiberno moliris sidere classem,
et mediis properas aquilonibus ire per altum,
crudelis? quid si non arva aliena domosque
ignotas peteres, set Troia antiqua maneret,
Troia per undosum peteretur classibus aequor?
mene fugis? per ego has lacrimas dextramque tuam te

---

TESTIMONIA. 300 sq. 'saevit . . . bacchatur' schol. Hor. carm. I 25, 11 300 'saevit i. a.' Priscianus 1122 P. Arusianus VII 480 K. Servius Aen. IV 203 301—303 'qualis . . . orgia' schol. Hor. carm. I 18, 12 301 sq. 'bacchatur . . . thyas' Eutychis ars V 470 K. 'qualis . . . thyas' Macrobius Sat. IV 5, 7 302 sq. Macrobius Sat. V 17, 16 'trieterica . . . Cithaeron' Malalas 285, 6 302 Velius Longus VII 55 K. 'thyias u. a.' Consentius V 389 K. 304 'Aenean vocibus conpellat' de dub. nom. V 573 K. 305 'dissimulare . . . perfide' Servius Aen. IV 366 'dissimulare e. s.' Servius Aen. IV 337 307 'nec te n. a.' Servius Aen. IV 347 'nec te d. d. q.' Servius Aen. IV 305 308 Servius Aen. IV 323 309 Servius Aen. I 279 310 Nonius 441, 30 schol. Hor. carm. III 30, 10 Servius Aen. V 2 311 sq. 'quid . . . peteres' Servius Aen. IV 348 313 Servius Aen. IV 347 314. 316 'per . . . te, per conubia . . . hymenaeos' Charisius I 233 K. 314 'mene f.' Martianus Capella p. 468 H. Donatus Ter. eun. I 2, 99 'mene . . . lacrimas' Consentius V 403 K. 'per . . . te' Iulius Rufinianus p. 43 H.

---

VARIA LECTIO. 302 THYAS *M, Macrobii et Eutychis ex.* STIMVLA (NT *supra* A) *F* stimulat *Macrobii Cantabr. et Par.* 1 trepidant *Velius Longus: cf. prol.* XI BACCHI (O *supra* I *m. rec.*) *F* 304 aeneam *c* compell& c conpellit *a* 308 *in mg. add. c* crudelis *Servii ad* 323 ω 309 MOLIRI *FPa* moliris *Servius* 310 properef *b1* 312 SED (D *m.* 2 *corr. in* T) *P* ET *Myabcψ* si *m, Goth. tert.* 314 HASTELACRIMAS *P* haf lacrimaf.. *a* tuã te *m.* 2 *add. c*

(quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui),
per conubia nostra, per inceptos hymenaeos,
si bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam
dulce meum, miserere domus labentis et istam,
oro, siquis adhuc precibus locus, exue mentem.
te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni
odere, infensi Tyrii; te propter eundem
extinctus pudor et, qua sola sidera adibam,
fama prior. cui me moribundam deseris, — hospes?
hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.
quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater
destruat, aut captam ducat Gaetulus Iarbas?
saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
ante fugam suboles, siquis mihi parvolus aula
luderet Aeneas, qui te tamen ore referret,
non equidem omnino capta ac deserta viderer.'

TESTIMONIA. 315 Victorini de metr. VI 210. 214 K. Audacis exc. VII 338 K. 316 'per c. n.' Servius Aen. I 73 IV 339 317 'si ... merui' Donatus Ter. Andr. I 5, 57 Nonius 344, 20 Sacerdos VI 445 K. 317 sq. 'si ... meum' Seneca de benef. VII 25 Priscianus 799 P. 'fuit ... meum' Donatus Ter. Andr. I 5, 59 Acro Hor. carm. I 22, 21 318 'miserere d. l.' Servius Aen. IV 327 319 'et siquis precibus l. e. m.' Nonius 300, 9 'siquis precibus l.' schol. Lucani VII 377 320 sq. 'te ... odere' Priscianus 981 P. Arusianus VII 502 K. Nonius 367, 14 323 sq. 'hospes ... restat' Nonius 378, 28 Servius Aen. IV 424 323 'cui ... hospes' Priscianus 967 P. 325 sq. 'quid ... destruat' Priscianus 795. 1206 P. 327 sq. 'saltem ... suboles' Priscianus 1030 P. Cledonius V 24 K. Pompeius V 266 K. Audacis exc. VII 353 K. cf. Alcuini gramm. 2136 P. 327 'saltem ... te' Sacerdos VI 445 K. 328 sq. 'si ... referret' schol. Hor. carm. IV 5, 23 329 'qui ... referret' Arusianus VII 506 K. Philargyrius georg. III 121 schol. Bern. georg. III 128

VARIA LECTIO. 317 bene *om. Nonii* ω 319 et siquis precibus *Nonius* 320 ETE *P* Libyae χ, *Arusianus* numadū *c, Prisciani* φ numidum χ 321 'te propter eundem ... *sunt qui hic distinguunt, ut sequatur* extinctus pudor' *Servius Dan.* 323 MORIBUND$\overset{M}{A}$ *M* morituram *Priscianus: cf.* 308 'deseris*: subdistinguendum: dubitat enim quo eum nomine potissimum appellet*' *Servius Dan.* 327 ſaltim *ab1c1*, *Prisciani* φ, *Pompeius* 328 PARVVLVS *libri* 329 tantum χ 330 $\overset{v}{a}$t (ac γ1) γ2 au *c* aut χ

Dixerat. ille Iovis monitis immota tenebat
lumina et obnixus curam sub corde premebat.
tandem pauca refert: 'ego te quae plurima fando
enumerare vales·numquam, regina, negabo
promeritam nec me meminisse pigebit Elissae,
dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.
pro re pauca loquar. neque ego hanc absondere furto
speravi (ne finge) fugam, nec coniugis umquam
praetendi taedas aut haec in foedera veni.
me si fata meis paterentur ducere vitam
auspiciis et sponte mea componere curas,
urbem Troianam primum dulcisque meorum
reliquias colerem, [Priami tecta alta manerent]
et recidiva manu posuissem Pergama victis.
sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,
Italiam Lyciae iussere capessere sortes;
hic amor, haec patria est. si te Karthaginis arces

---

TESTIMONIA. 331 sq. 'ille . . . lumina' Servius Aen. IV 369 333—335 'ego . . . promeritam' Donatus Ter. hec. III 5, 57 Priscianus 1172 P. 333 sq. 'ego . . . vales' Priscianus 1069 P. 'quae . . . vales' Servius ecl. IX 38 334 sq. 'numquam . . . promeritam' Donatus Ter. Andr. II 1, 31 adelph. II 1, 47 Servius Aen. VI 664 'nec te regina n. p.' Servius Aen. I 74 V 801 335 'nec meminisse p. Elissae' Priscianus 1167. 1174. 1176. 1190 P. 336 Apuleius flor. III 16 'dum . . . mei' Donatus Ter. eun. II 3, 14 'dum spiritus h. r. a.' Lactantius divin. inst. VII 27 337 'neque . . . abscondere' Sacerdos VI 445 K. 338 sq. 'nec . . . veni' Servius Aen. XII 658 340—343 'me . . . colerem' Servius Aen. XII 15 341 'sponte . . . curas' Cledonius V 45 K. 342 sq. 'dulcisque . . . colerem' Servius Aen. X 59
344 'recidiva . . . victis' Charisius I 99 K. 345 sq. Servius Aen. IV 377 'Italiam . . . sortes' Servius Aen. III 332 346 schol. Hor. carm. saec. 39 347 'hic . . . patria' Marius Victorinus VI 27 K.

---

VARIA LECTIO. 334 Etnumerare *b* nec te regina *Servius Aen.* I 74 V 801 335 pigebat (a *corr. in* i) *c* 336 '*hic versus superioribus iungendus*' *Servius Dan.* 337 loquo. *c*1 338 nec] ne° *a* NE *Pyb* 339 haud *Goth. pr.* 'aut haec in foedera veni . . . *et iungendum est superiori, aut certe ad posteriora pertinet*' *e. q. s. Servius: ergo* haud *legisse videtur* 343 Relliquiaſ *b* alta *sup. c* Priami . . . manerent: *cf.* II 56. *Damnat merito hoc hemistichium Peerlkampius* 347 CARTHAGINIS *Pybc* arceſ, at altę *y*: *cf.* 265

Phoenissam Libycaeque aspectus detinet urbis,
quae tandem Ausonia Teucros considere terra
invidia est? et nos fas extera quaerere regna.
me patris Anchisae, quotiens umentibus umbris
nox operit terras, quotiens astra ignea surgunt,
admonet in somnis et turbida terret imago,
me puer Ascanius capitisque iniuria cari,
quem regno Hesperiae fraudo et fatalibus arvis.
nunc etiam interpres divom Iove missus ab ipso
(testor utrumque caput) celeris mandata per auras
detulit; ipse deum manifesto in lumine vidi
intrantem muros, vocemque his auribus hausi.
desine meque tuis incendere teque querellis:
Italiam non sponte sequor.'

Talia dicentem iandudum aversa tuetur
huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
luminibus tacitis, et sic accensa profatur:

---

TESTIMONIA. 350 'et . . . regna' Priscianus 599 P. 351 sq. Probus 17, 10 K. 'quotiens . . . terras' Servius Aen. IV 119 351 'patris A.' Charisius I 67 K. 353 schol. Hor. carm. I 24, 15 'et . . . imago' Servius Aen. VI 695 354 sq. 'me . . . fraudo, admonet' schol. Lucani I 176 'me . . . fraudo' Servius georg. II 98 355 Servius Aen. IV 602 'quem . . . fraudo' Donatus Ter. Phorm. II 3, 24 356 Acro Hor. carm. I 10, 6 357 'testor u. c.' ult. syll. IV 237 K. 357 sq. 'celeris . . . detulit' Nonius 289, 24 358 'ipse d. manifesto l.' Servius Aen. IV 279 359 'vocemque . . . hausi' Quintilianus VIII 3, 54 Nonius 319, 29 Donatus Ter. hec. III 3, 3 Isidorus orig. XI 1, 46 Pompeius V 294 K. Servius Aen. I 208. 614. 738 360 Arusianus VII 463 K. 361 Donatus Ter. hec. I 2, 67 362 Servius Aen. I 482 363 sq. 'totumque . . . tacitis' Nonius 463, 19 364 'luminibus t.' schol. Lucani VIII 171 'sic a. p.' schol. Lucani III 356

---

VARIA LECTIO. 348 *'sane quidam in novis (bonis?) et emendatis libris pro* detinet demeret *inventum asserunt' Servius Dan.* 349 auſonia. *b* teucroſ *b* teucriſ *c*1 consistere *m* 350 EXTERNA (N *m.* 2) *P* exter.a *γ* 355 *Fortasse unum versiculum additurus erat poeta, ne* admonet *ex v.* 353 *repetendum esset* 356 DIUUM *Mγabc* 358 in *om. χ, Servius ad* 279 359 HAUSI (H above) *Mb* AVSI *Pγc* 360 *Paulo abruptius Aeneas orationem concludere videtur* querellis] *duplicem* l *confirmat Servius Dan.* 362 iamdudũ *γabc*

'nec tibi diva parens generis nec Dardanus auctor,
perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.
nam quid dissimulo aut quae me ad maiora reservo?
num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
num lacrimas victus dedit aut miseratus amantemst?
quae quibus anteferam? iam iam nec maxima Iuno
nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.
nusquam tuta fides. eiectum litore, egentem
excepi et regni demens in parte locavi
[amissam classem, socios a morte reduxi]
(heu furiis incensa feror): nunc augur Apollo,

TESTIMONIA. 365 Sacerdos VI 503 K. 'nec . . . parens' Sacerdos VI 444 K. 365–367 Macrobius Sat. V 11, 14 Servius Aen. II 540 366 sq. 'sed . . . Caucasus' Nonius 285, 3 schol. Hor. carm. I 22, 7 'duris . . . Caucasus' Acro Hor. carm. III 11, 32 367 'Hyrcanaeque . . . tigres' Gellius XII 1, 20 Priscianus 865 P. Isidorus orig. XIV 3, 33 schol. Lucani I 328 368 Priscianus 799 P. 369 sq. Donatus Ter. adelph. III 2, 8 de schem. lex. p. 49 H. 370 'haud miseratus a. e.' Arusianus VII 491 K. 'nec miseratus a. e.' Servius Aen. I 597 'nec miseratus a.' Pompeius V 238 K. 371 'quae q. a.' Ennodius pro synodo p. 292 H. 371 sq. 'iam . . . aequis' Macrobius Sat. VI 1, 59 372 Servius Aen. I 23 schol. Hor. carm. saec. 65 'Saturnius' Servius Aen. IV 440 373 'nusquam t. f.' Seneca nat. qu. IV 1, 19 Isidorus rhet. p. 519 H. Donatus Ter. Andr. II 5, 14 adelph. III 2, 32 'eiectum l.' Priscianus 1214 P. 'eiectum l. e.' Servius Aen. I 578 373 sq. 'eiectum l. e. suscepi' Priscianus 1181. 1184 P. 'eiectum . . . locavi' Seneca de benef. VII 25 375 Priscianus 569 P. 376 sq. 'nunc . . . sortes' Donatus Ter. eun. I 1, 23

VARIA LECTIO. 369 num *priore l.*] NUNG [M] (M *sup. minio*) *M* 370 num] Non *c* haut *γ* haud *Arusianus* nec *Servius Aen.* I 597, *Pompeius* AMANTEMST [E] *P* AMANTEMEST *Mγbc, Arusianus: cf. prol.* 419 amantem (∸ *m.* 2 *add.*) *a* amantem, *om.* est, *Pompeius* 373 '*est separandum* eiectum. litore egentem, *i. e.* egentem litoris . . . *vel si iungas* eiectum litore, *pro* in litus' *Servius.* 'eiectum litore *dixit pro* in litus, *quamvis quidam distinguentes* eiectum *ad consequens verbum dicunt* litore egentem suscepi et r. d. in p. l.' *Priscianus* 1214 374 *ex*CEPI *P* suscepi *Priscianus* 375 *deleri iussit Bryantius a*MISSAM *P* Ammiſſam *γa* eiectam *ex v.* 373 *Prisciani exempl.* a flammis *Peerlkampus, ingeniose: cf.* I 525. 551 376 *Interpunctione* locavi: nunc *coniunxi* auctor *m*

nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso
interpres divom fert horrida iussa per auras.
scilicet is superis labor est, ea cura quietos
sollicitat. neque te teneo neque dicta refello:
i, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.
spero equidem mediis, siquid pia numina possunt,
supplicia hausurum scopulis et nomine Dido
saepe vocaturum. sequar atris ignibus absens
et, cum frigida mors anima seduxerit artus,
*omnibus umbrà locis adero. dabis, improbe, poenas.
*audiam, et haec manis veniet mihi fama sub imos.'
his medium dictis sermonem abrumpit et auras
aegra fugit seque ex oculis avertit et aufert,
linquens multa metu cunctantem et multa parantem

TESTIMONIA. 377 sq. de schem. dian. 61 H. 377 Servius Aen. XI 403 'nunc L. s.' Servius Aen. VI 12 XII 516 379 sq. 'scilicet . . . sollicitat' Seneca suas. IV 4 Servius Aen. IV 314 schol. Hor. carm. I 34, 2 III 3, 36 serm. II 6, 54. 65 379 'scilicet . . . est' Quintilianus IX 2, 50 Iulius Rufinianus p. 38 H. ult. syll. IV 252 K. Donatus Ter. Andr. I 2, 14 'scilicet is s.' Sacerdos VI 446 K. 381 Donatus Ter. adelph. I 2, 54 'i . . . ventis' Quintilianus IX 2, 48 explan. in Don. IV 520 K. Pompeius V 100 K. Servius Aen. VII 426 'sequere . . . undas' Iulius Rufinianus p. 45 H. Isidorus de rhet. p. 519 K. 382 sq. 'mediis . . . scopulis' Nonius 398, 15 382 'si . . . possunt' Servius Aen. IV 376 383 sq. 'et . . . vocaturum' Charisius I 63. 117 K. Cledonius V 35 K. 384 'sequar . . . absens' schol. Lucani VII 808 385 ult. syll. IV 253 K. Servius Aen. III 140 'frigida m.' schol. Hor. serm. II 1, 61 386 schol. Hor. epod. V 89 387 Cledonius V 18. 57 K. Pompeius V 225 K. ult. syll. IV 239 K.

VARIA LECTIO. 378 DIVOM *P1* DIUUM *MP2γabc* iussa] DICTA *M* 381 II *M: cf. prol.* 426 '*sane multi* Italiam *distinguunt, ut sequatur* ventis pete regna per undas' *Servius Dan.* sequere Italiam ventis *coniungit Quintilianus: cf.* II 25. 180. ventis *sequentibus adiungi maluit C. Nauckius conl.* 361. V 629 382 POS$^{S}$GUNT *M* 384. 386. 385. 387 *Peerlkampus. Mihi poeta non absolvisse videtur hunc locum: aut* 382—386 *sine* 387 *legendos aut* 382—384 (*om. hemistichio* sequar a. i. a.). 387. 385 *sq. ordinandos fuisse dixi in prol. p.* 59; *paulo aliter Norden Herm.* XXVIII 514 *sqq. Haesisse etiam veteres Servii prodit paraphrasis* 384. 387 ignibus, absens Omnibus *Peerlkampus* 387 AVDIATM·ET (T *m.* 2 *add.*) *P* MANES *Mb* veniat *ult. syll.* imaſ *c* 390 UOLENE *Mc: cf.* II 790

dicere. succipiunt famulae conlapsaque membra
marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt.

At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
solando cupit et dictis avertere curas
[multa gemens magnoque animum labefactus amore],
iussa tamen divom exsequitur classemque revisit.
tum vero Teucri incumbunt et litore celsas
deducunt toto navis. natat uncta carina,
frondentisque ferunt remos et robora silvis
infabricata fugae studio.
migrantis cernas totaque ex urbe ruentis,
ac velut ingentem formicae farris acervom
cum populant hiemis memores tectoque reponunt:
it nigrum campis agmen praedamque per herbas
convectant calle angusto, pars grandia trudunt
obnixae frumenta umeris, pars agmina cogunt
castigantque moras, opere omnis semita fervet.
quis tibi tum, Dido, cernenti talia sensus,

---

TESTIMONIA. 391 'succipiunt . . . membra' Caper VII 98 K. 391 sq. 'collapsa . . . reponunt' schol. Lucani V 799 398 'natat u. c.' Eutychis ars V 483 K. Servius Aen. I 538 VI 16 401 Charisius I 270 K. Macrobius Sat. V 14, 10 'migrantes c.' Servius Aen. IV 491 Donatus Ter. Andr. I 1, 39 III 1, 2 eun. II 3, 83 402 sq. 'velut . . . reponunt' Claudianus Mamertus de statu animae II 3 403 Lactantius de ira dei 7 404 'it n. c. a.' Seneca nat. quaest. prol. 10 Servius Aen. XI 142 404 sq. 'praedam . . . angusto' Nonius 197, 17 405 'pars g. t.' Servius Aen. I 212 407 Nonius 251, 28 408—411 Donatus Ter. adelph. IV 5, 34 408 sq. 'quis . . . gemitus' Priscianus 1072 P.

---

VARIA LECTIO. 391 SVCCIPIVNT *P, Caper ut* I 175 VI 249: *cf. etiam Servius ad Aen.* I 44 SUSCIPIUNT *Myabc secundum Velii Longi* (*gr. lat.* VII 64 *K.*) *praeceptum* 392 STRSSTIS *M* 394 auortere *Mentel. tert.* 395 *om. Parrhas., recte, ut videtur: cf.* 438 *sq.* 448 *sq.* V 5 396 DIVVM *libri* 398 naueſ *b* 399 ramos *χ*·remos *legit Servius* 401 Migranteſ *ab* ruenteſ *bc* 402 UELUTI *Mac* aceruom *γ* ACERUUM *Mabc* 403 conpopulant *Claudianus* tuto *Claudiani ω* 404 herbam *bπ, Nonius* 407 OPERAE *M* opera *Nonii exempl.* 408 TUNC *M* nunc *Donati ex.*

quosve dabas gemitus, cum litora fervere late
prospiceres arce ec summa totumque videres
misceri ante oculos tantis clamoribus aequor!
improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis?
ire iterum in lacrimas, iterum temptare precando
cogitur et supplex animos summittere amori,
nequid inexpertum frustra moritura relinquat.

'Anna, vides toto properari litore: circum
undique convenere; vocat iam carbasus auras,
puppibus et laeti nautae imposuere coronas. 418
tu lacrimis evicta meis, tu prima furentem 548
his, germana, malis oneras atque obicis hosti.

* * * * *

hunc ego si potui tantum sperare dolorem, 419
et perferre, soror, potero. miserae hoc tamen unum

TESTIMONIA. 409 'cum . . . late' ult. syll. IV 241 K. 415 Nonius 296, 2 Donatus Ter. Andr. II 1, 11 'ne . . . frustra' ult. syll. IV 252 K. 416 Priscianus 998. 1001 P. 548 sq. 'tu . . . malis' Servius Aen. IV 418 549 ult. syll. IV 236 K. 419 sq. 'hunc . . . potero' Macrobius Sat. IV 6, 6 Donatus Ter. Phorm. II 1, 9. 20 Servius ecl. IX 3 419 Charisius I 270 K. Priscianus 1179 P. Donati ars IV 394 K. explan. in Don. IV 564 infra K. Pompeius V 293 K. Sacerdos VI 453 K. Servius Aen. I 543 XI 275 ecl. VIII 26 schol. Bern. ecl. IX 3 'hunc . . . sperare' Diomedes I 449 K. 'tantum s. d.' Quintilianus VIII 2, 4 420 sq. 'miserae . . . mihi' Donatus Ter. adelph. III 1, 4

VARIA LECTIO. 410 ET (X *sup.*) *M* EX *Pyabc* 412 quid . . . cogis = III 56 415 fr.uſtra *γ* monitura *Kvičala* RELINQUIT (A *superscr.*) (*corr. minio*) *M* relinquid *c* 416 *Interrogandi signum post* litore *posuit Wagnerus, adfirmantem intellegit Servius Dan.* litore: circum Vndique *Marklandus ad Statii silv.* II 5, 13 LITORE CIRCVM· UNDIQ· *M, Priscianus, Servius* 418 = *ge.* I 304 '*Probus sane sic adnotavit: si hunc versum omitteret, melius fecisset' Servius Dan. cf. prol.* 142 548 *sq. hic inserendos esse demonstrare conatus sum in emend. Verg.* 5 *sq.* (*cf. prol.* 168), *quamquam vel sic hiat oratio, neque enim absolvisse locum putandus est poeta* 548 *om. π*, 548 *sq. deleri vult Kvičala cum aliis, tueri conatur Regel qu. Verg.* 21 419 tantum potui *χ, Sacerdos*

exsequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille
te colere, arcanos etiam tibi credere sensus;
sola viri mollis aditus et tempora noras.
i, soror, atque hostem supplex adfare superbum.
non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuravi classemve ad Pergama misi,
nec patris Anchisae cineres manesve revelli,
cur mea dicta neget duras demittere in auris.
quo ruit? extremum hoc miserae det munus amanti:
expectet facilemque fugam ventosque ferentis.
non iam coniugium antiqum, quod prodidit, oro,
nec pulchro ut Latio careat regnumque relinquat:
tempus inane peto, requiem spatiumque furori,
dum mea me victam doceat fortuna dolere.
extremam hanc oro veniam (miserere sororis),
quam mihi cum dederit, cumulatam monte remittam.'

---

TESTIMONIA. 421 sq. 'solam . . . sensus' Nonius 32, 7 Donatus Ter. Andr. II 1, 1 'solam . . . colere' Donatus Ter. eun. III 1, 17 Phorm. I 2, 42 Nonius 250, 16 Probi inst. IV 144 K. Servius Aen. IV 305 423 Nonius 346, 31 Servius Aen. IV 293 424 Nonius 463, 25 Servius Aen. IV 496 425 sq. 'non . . . iuravi' Macrobii exc. Bob. V 638 K. schol. Hor. carm. I 15, 7 'non Aulide iuravi' schol. Lucani V 236 425 'non . . . Danais' Macrobii exc. Paris. V 617 K. 427 Servius Aen. X 150 'manesve r.' Diomedes I 372 K. 428 Acro Hor. epod. XVII 53 433 Priscianus 704 P. 'requiem s. f.' Charisius I 69. 128. 142 K. ex Charisii art. exc. I 547 K. 435 'miserere s.' Arusianus VII 491 K.

---

VARIA LECTIO. 424 II *P* II *M* 425 excidere $\chi$, *Macrobius* 427 CINERES *Pγabcm, Servii exempl.: cf.* V 55. 81 CINEREM *M: cf.* 34 *prol.* 409 reuulſi *Oblongus Pierii* 'revelli, *non* revulsi' *Servius, item* revelli *testatur Diomedes* 428 NEGET (A over E) *P* NEGAT (E over A) *M* negat *γabc* 'cur mea dicta negat: *non interrogat, sed queritur; quidam* revelli *iungunt ita ut sequatur:* cur mea dicta neget' (negat *cod.*) *Servius Dan.* DIMITTERE *Pγabc* AURES *M2b* aur$^{e}$. ſ *γ* auraſ *c* 431 coiugium *γ* ANTIQVvM (V *m.* 2 *add.*) *P* ANTIQUUM *Mγabc* 432 regnum . ue *γ* 433 furoris *Mentel. m. pr., exc. Charisii* 434 DOLORE (E over O) *M* dolore *γ1c1: cf.* 474 435 *sq. damnat Peerlkampus: cf.* 429 ora *Ladevicus* miserere sororis] *quae tales ad preces redacta sit: nisi forte ex v.* 478 *imitatione interpolata sunt* 436 CUM-

Talibus orabat, talisque miserrima fletus
fertque refertque soror. set nullis ille movetur
fletibus, haut voces ullas tractabilis audit.
fata obstant, placidasque viri deus obstruit auris,
ac velut annoso validam cum robore quercum
Alpini boreae nunc hinc nunc flatibus illinc
eruere inter se certant; it stridor, et altae
consternunt terram concusso stipite frondes;
ipsa haeret scopulis et quantum vertice ad auras
aetherias, tantum radice in Tartara tendit.
haut secus adsiduis hinc atque hinc vocibus heros

---

TESTIMONIA. 440 'placitasque viri . . . aures' comm. Bern. Lucani II 495 U. 441—446 Macrobius Sat. V 6, 13 442 'Alpini boreae f. i.' Asper 115, 9 K.

---

VARIA LECTIO.

DEDERIT *MPγ*1 cum dederiſ *γ*2*ab*, *Servius* condederiſ *c* CUMULATA *M* comulatã *a* monte *conieci prol.* 94 *sq.* MORTE *libri* cumulata sorte *Schraderus* cumulatam rite *Baehrens* remitto *b*1 relinquam *χ* '*sensus est:* quod beneficium cum mihi cumulatum dederis, sola morte derelinquam; *et hic intellectus est melior, quia sorori loquitur,* quam mihi cum dederis cumulatam: *quam lectionem Tucca et Varius probant. nam male quidam legunt* quam mihi cum dederit, *i. e. Aeneas,* cumulata morte relinquam, *et volunt intellegi:* acceptum ab illo beneficium mea morte cumulabo et sic relinquam . . . *sed elocutio non procedit. nemo enim dicit* veniam cumulata, *sed* cumulatam. [*alii ita intellegunt:* reddam illi gratiam, *occidam illum . . . an perplexe locuta est, ut solent loqui mali aliquid molientes?* cumulatam *autem* veniam *numquid solidam et plenam, et cui nihil desit, debemus accipere?*]' *Servius* 437 taleſ *b* 439 haud *Goth. pr.* AUT *MPγabcψ* illaſ *b*1 440 AVRES *Pγab* auraſ *c* 441 annosam ualido *π* 443—463. 464—484 *F fol. XXXVI* 443 alte *b*, *Macrobii exempl.* 'alte *aut iugiter et diu, aut ex alto cadentes*' *Servius* 444 COCVSSO *P* ..ſtipite (ſ *in ras.*) *b* 445 illa *Macrobii exempl.* quantum . . . tendit = *ge.* II 291 *sq.* oras *mavult Lachmannus Lucr.* 167 446 RADICE *Fa*1*bc*, *Servii exempl.* RADICEM *P* RADICEM *Mγa*2 mittit *Oblongus Pierii*, *χ* 447 ATQ· HINC *sup. m.* 2 *F*

tunditur et magno persentit pectore curas:
mens immota manet, lacrimae volvontur inanes.

Tum vero infelix fatis exterrita Dido
mortem orat: taedet caeli convexa tueri.
quo magis inceptum peragat lucemque relinquat,
vidit, turicremis cum dona imponeret aris
(horrendum dictu), latices nigrescere sacros
fusaque in obscenum se vertere vina cruorem.
hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
praeterea fuit in tectis de marmore templum
coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
velleribus niveis et festa fronde revinctum:
hinc exaudiri voces et verba vocantis
visa viri, nox cum terras obscura teneret,
solaque culminibus ferali carmine bubo
saepe queri et longas in fletum ducere voces;
multaque praeterea vatum praedicta piorum
terribili monitu horrificant. agit ipse furentem
in somnis ferus Aeneas; semperque relinqui

---

TESTIMONIA. 449 Augustinus de civ. dei IX 4 schol. Iuven. XIII 138 451 'taedet . . . tueri' comm. Bern. Lucani IV 534 U. 453 Macrobius Sat. VI 5, 7 Nonius 328, 28 'vidit t.' Marius Victorinus VI 36 K. 454 Servius Aen. VIII 565 457 sq. 'praeterea . . . antiqui' Nonius 464, 14 459 'velleribus n.' Probi inst. IV 129 K. 460 sq. 'hinc . . . viri' Servius Aen. XII 638 460 'hinc e. voces' explan. in Don. IV 558 K. 'hinc e.' ult. syll. IV 244 K. 462 Nonius 194, 3 de dub. nom. V 572 K. 464 Priscianus 771 P. Servius Aen. IV 65 464 sq. 'vatum . . . horrificant' Lactantius divin. inst. II 17

---

VARIA LECTIO. 448 persensit *m* 449 VOLVONTVR *P1* VOLVVNTVR *FMP2γabc* 450 exercita *ut* V 725 *Marklandus epist. crit.* 117 exterrita *Servius: cf.* XII 660 451 optat *Peerlkampus* orat *Servius* 454 LATICIS *ut vid. F* 456 SORORI EST *F*, *'plerique' Pieriani: cf. Wagneri quaest. Verg.* XV 6 458 MISERO *F* 460 voces] gemitus *Servius Aen.* XII 638 *ut* VI 557 *et* VII 15 461 cum] con *c* 462 sera *Nonius: cf. ge.* I 403 *Aen.* XII 864. sola *testatur Servius* 464 PIORVM *M* PRIORVM *FPγabcπ*, *Prisciani exempl.*, *anthol. lat.* I 17, 88. 110 *R.* 'priorum: *legitur et* piorum' *Servius* 465 AGIT *m.* 2 *sup. P*

sola sibi, semper longam incomitata videtur
ire viam et Tyrios deserta quaerere terra:
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus
et solem geminum et duplicis se ostendere Thebas,
aut Agamemnonius scaenis agitatus Orestes
armatam facibus matrem et serpentibus atris
cum fugit, ultricesque sedent in limine Dirae.

Ergo ubi concepit furias evicta dolore
decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque
exigit et maestam dictis adgressa sororem
consilium voltu tegit ac spem fronte serenat:
'inveni, germana, viam (gratare sorori),
quae mihi reddat eum vel eo me solvat amantem.
Oceani finem iuxta solemque cadentem
ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlans

---

TESTIMONIA. 467 sq. 'longam . . . viam' Priscianus 1168. 1177 P. 468 'et . . . terra' Servius Aen. X 782 470 Terentianus Maurus 1204 471 'aut A. scaenis' Marius Victorinus VI 37 K. 'Orestes Agamemnonius' Diomedes I 324 K. 473 'ultrices Dirae' Acro Hor. carm. I 2, 1 475 sq. 'decrevitque . . . exigit' Nonius 291, 20 475 'decrevitque m.' Nonius 285, 20 schol. Hor. carm. I 37, 29 477 'spem f. s.' Servius Aen. I 209 478 'inveni g. v.' Charisius I 13 K. ult. syll. IV 220 K. Marius Victorinus VI 30 K. Servius georg. II 22. 477 schol. Bern. georg. II 477 479 Donatus Ter. Andr. I 5, 32 hec. III 1, 17 480—482 schol. Hor. carm. I 31, 14

---

VARIA LECTIO. 467 LONGAM *suprascr. M* 468 Teucros *Schraderus* Tyrios *Servius* deſertaſ quaerere terraſ *c2χ* 469 DEMENS *sup. m. rec. F* 471 AGAMEMNONEIVS *F* SCAENIS *FMPa, Marius Victorinus, Servius* ſceniſ *γbc* cenis *m* furiis *ex* III 331 *Pieriani 'aliquot'* Poenis *Marklandus epist. crit.* 127 *et ad Statii silv.* III 3, 15 saevis *Hildebrandus in Iahnii annal.* XXVI 175 agitatur *Klouček* 473 VLTRICIS *ut vid. F* DIRAE *F2Mγ2abc, Servius* DIVAE *F1Pγ1*: *cf.* 610 VIII 701 476 AC *M* maeſtam (a *post. corr. fort. ex* u) *γ* fictiſ *b2, Menag. pr.* factiſ (fā *m. 2 in ras.*) *γ* 477 uoltu tegit *γ* UULTUTEGIT *Mab* VOLVITELEGIT (L *post. corr. in* T) *F* ſerena *c1* 478 Inuenit *a1* 479 *iniuria damnavit G. Hermannus opusc.* VIII 408 UEL *suprascr. M* ſoluit *c1* reddet — solvet *Oblongus* reddat — solvet *Longob.* 481 athlanſ *a1c* adlanſ *γ* ATLAS *Fb, Servius praecipit*

axem umero torquet stellis ardentibus aptum:
hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos epulasque draconi
quae dabat et sacros servabat in arbore ramos.
haec se carminibus promittit solvere mentes
quas velit, ast aliis duras immittere curas,
sistere aquam fluviis et vertere sidera retro;
nocturnosque movet manis: mugire videbis
sub pedibus terram et descendere montibus ornos.
testor, cara, deos et te, germana, tuumque
dulce caput, magicas invitam accingier artis.
tu secreta pyram tecto interiore sub auras
erige, et arma viri, thalamo quae fixa reliquit

---

TESTIMONIA. 482 Macrobius Sat. VI 1, 9 s[illegible]ven. XIII 49 Servius Aen. I 108 II 512 'axem u. t.' ult. syll. IV 2[illegible]56 K. Servius Aen. VII 666 XII 180 'stellis a. a.' Servius Aen. I 552 483 Isidorus orig. IX 2, 123 Servius Aen. IV 132 484 sq. schol. Lucani IX 357 487—491 Isidorus orig. VIII 9, 6 Augustinus de civ. dei XXI 6 489 Augustinus de civ. dei XXI 8 schol. Hor. epod. XVII 5 492 sq. 'tuumque . . . artes' Priscianus 1081 P. 493 'magicas i.' Servius Aen. IV 646 'magicas i. a.' ult. syll. IV 237 K. 'magicas . . . artes' Diomedes I 341. 441 K. ult. syll. IV 263 K. Arusianus VII 450 K. 494 sq. 'tu . . . erige' Arusianus VII 509 K. 494 'tu . . . interiore' Charisius I 221 K. 495 sq. 'thalamo . . . impius' Quintilianus VIII 6, 29

---

VARIA LECTIO. 482 AṪTORQUET *M* fulgentibus *Servius Aen.* I 108: *cf.* XI 202 483 Hic *b* MIHI *m.* 2 *sup. F* maſſule *b*1 maſſilę *c* maſſile (l *sup.*) *γ* maſſylle *a*1 MASSYLẸAE *F* Massyliae *Pieriani ω*: *cf.* 132 484 draconis *schol. Lucani* 484 *sqq.* Hesperidum . . . draconi Spargens u. m. (486) Haec se c. (487) *deletis mediis Kvičala* 485—505. 506—521 *F fol. XXXVII* 485 et] is *Regel* 486 *post* 517 *transposui, delebat Schraderus* 487 PRAEMITTIT (o *sup.*) *M* MENTIS *F* 490 MOVETMANIS (CI *sup.*) *P* MOVITAMNIS, *m. rec. sup.* CIETMANES, *F* ciet maneſ *γab, Isidorus cf. ge.* IV 505, *et contra Aen.* III 68 VII 325 493 ARTES (T *in ras.*) *P* arteſ *γab, Diomedis libri* 494 tū *cod. Neap.* tum *ed. pr. Charisii* (*sed* tu *excerpta cod. Parisini*) 495 in thalamo *c*

impius, exuviasque omnis lectumque iugalem,
quo perii, super imponas: abolere nefandi
cuncta viri monimenta iuvat, monstratque sacerdos.'
haec effata silet; pallor simul occupat ora.
non tamen Anna novis praetexere funera sacris
germanam credit nec tantos mente furores
concipit aut graviora timet quam morte Sychaei.
ergo iussa parat.

At regina pyra penetrali in sede sub auras
erecta ingenti taedis atque ilice secta
intenditque locum sertis et fronde coronat
funerea; super exuvias ensemque relictum
effigiemque toro locat, haut ignara futuri.

---

TESTIMONIA. [illegible] 'lectumque . . . inponas' Diomedes I 439 K. Dositheus VII 429 [illegible]99 'pallor . . . ora' schol. Hor. epod. VII 15 500 Servius ec[illegible]I 12 'praetexere f. s.' Servius Aen. VI 5 503 'ergo i. p.' Marius Victorinus VI 28 K. 506 'intenditque l. s.' Servius Aen. II 237 V 403 507 'ensemque r.' Servius Aen. IV 495 508 Servius ecl. VIII 75

---

VARIA LECTIO. 496 EXSVVIAS *F* omneſ *b* '*minus apertum. subdistinguendum enim est pro voluntate dicentis. hoc enim voluit intellegi Dido, non esse lectum iugalem quo perierit. inmorandum est ergo et respirandum post* iugalem *et sic inferendum cum* ὑποκρίσεως *affectu* quo perii' *Diomedes* 497 SVPER IMPONAS *Pyb* ſuper inponaſ *a*, *Diomedes* ſup impona.ſ *c*2 ſup imponenſ *c*1 superinpones *Franc.* SVPERIMPONANT *F* SUPER INPONANT (S· *sup.*) *M* '*quidam* imponant *legunt, scilicet famulae*' *Servius Dan.* imponam *Dosithei ex.* 498 MONUMENTA *FMc*1 iuuat *a*1*χ*, *Servius* IVAT *F* IVBET *P* IUBET (*suprascr. et eras.* 3 *litt., quarum prima* U) *M* iubat (a *corr. in* e) *γ* iubet *a*2*bc* 500 PROTEXERE (AE *supra* O) *M* p̃..texere (- *m.* 2) *a* praetexere *Servius* 502 CONCEPIT *Fb*1 au*t* *c* haud *γ*2 (aut *γ*1) haud *χ* SYCHEI *Pc* '*aut* quam *detrahimus, et stat elocutio, aut subaudimus:* graviora timet posse contingere, *hoc est quae vel fecit vel passa est Dido*' *Servius. Intellegendum est:* quam quae in morte S. timuerat 504 PYRA·M *M ex* 494 pyra (r *corr. ex* p, a *m.* 2 *in ras.* 2 *litt.*) *γ* '*notatus est hic versus: vitiosa est enim elocutio, quae habet exitus similes, licet sit casuum dissimilitudo*' *Servius* pyra *firmans* 506 CORONANT *F*

stant arae circum, et crinis effusa sacerdos
ter centum tonat ore deos, Erebumque Chaosque
tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.
sparserat et latices simulatos fontis Averni,
falcibus et messae ad lunam quaeruntur aënis
pubentes herbae nigri cum lacte veneni;
quaeritur et nascentis equi de fronte revolsus
et matri praereptus amor.
ipsa molam manibusque piis altaria iuxta
spargens umida mella soporiferumque papaver, 486
unum exuta pedem vinclis, in veste recincta, 518
testatur moritura deos et conscia fati

TESTIMONIA. 510 'ter . . . deos' Asper 114, 20 K. 511 ult. syll. IV 259 K. Servius ecl. VIII 75 'tria v. o. D.' Isidorus orig. VIII 11, 57 schol. Germanici p. 111 B. Acro Hor. carm. III 2[illegible]4 512 Macrobius Sat. III 1, 7 Donatus Ter. adelph. III 2, 19 Servius Aen. II 116 Acro Hor. epod. V 25 513—516 Apuleius apolog. 30 513 sq. Macrobius Sat. V 19, 9 514 'pubentes h.' Servius Aen. XII 413 · 'nigri . . . veneni' Macrobius Sat. VI 6, 9 Porphyrio Hor. carm. I 12, 27 serm. I 4, 85 515 sq. schol. Iuven. VI 616 comm. Bern. Lucani VI 454 U. 517 schol. Lucani I 610 'ipsa . . . piis' Eutychis ars V 477 K. 'ipsa mola' Servius ecl. VIII 82 486 Nonius 220, 9. 404, 33 'spargens u. m.' Nonius 405, 10 518 Servius Aen. II 134 III 370

VARIA LECTIO. 509 crineſ *c* 510 DEOSM (OS *in ras.*) *F* 512 fonteſ *γ*1 513 QVAERANTVR (*corr. m. rec.*) *F* AENEIS *F* aheneis '*plerique*' *Pieriani: cf.* II 470 IX 165 514 nigro . . . venenum *Porphyrionis ad carm. Mon.* 515 ponitur *Novák* REVVLSVS *Pyabc* REVVLSVS (S *alt. m. rec. in ras.*) *F* revulsum *schol. Iuvenalis* 516 praer . p (*infra subscr.* u) tuſ *γ* praeruptuſ *c*1*χ*, *schol. Lucani* '*si quis* praereptum *habeat*' *Plinius n. h.* VIII 42, 66, *laudatus Servio* 517 ipsam *Eutychis cod., Servii ecl.* VIII 82 *Leid.* MOLAM· *MPγ*1, *Eutyches, Servii ecl.* VIII 82 *Leid.* molã *c* MOLA *Fab, Servius* salibus *Schraderus* *Hic v.* 486 *inserendum esse probavisse mihi videor emend. Verg.* 12 *sqq. cf. prol.* 284 486 *m. rec. in ras. b, damnavit Io. Schraderus: cf. ecl.* VIII 82 ue *b* '*incongrue videtur positum, ut soporifera species pervigili detur draconi . . . potest tamen melior esse sensus, si* servabat in arbore ramos *plena sit sententia, sequentia vero sic accipiamus:* haec se promittit carminibus curas solvere spargens humida mella soporiferumque papaver' *Servius*

sidera; tum, siquod non aequo foedere amantis
curae numen habet iustumque memorque, precatur.

Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem
corpora per terras, silvaeque et saeva quierant
aequora, cum medio volvontur sidera lapsu,
cum tacet omnis ager, pecudes pictaeque volucres,
quaeque lacus late liquidos quaeque aspera dumis
rura tenent, somno positae sub nocte silenti. 527
at non infelix animi Phoenissa, neque umquam 529
solvitur in somnos oculisve aut pectore noctem
accipit: ingeminant curae, rursusque resurgens
saevit amor, magnoque irarum fluctuat aestu.
sic adeo insistit secumque ita corde volutat:
'en quid ago? rursusne procos inrisa priores

---

lenibant curas, et corda oblita laborum. 528

---

TESTIMONIA. 520 sq. 'tum . . . precatur' Priscianus 747 P. Augustini regul. V 503 K. 522 (cf. ad. III 147) 'et placidam c. membra quietem' Servius Aen. I 388 522 sq. 'nox . . . corpora' Servius Aen. II 268 525—527 schol. Hor. epod. V 55 525 'cum . . . ager' Nonius 463, 20 Servius Aen. II 255 IX 391 526 Isidorus orig. I 35, 14 527 'somno . . . silenti' Charisius I 269 K. 529 'at . . . Phoenissa' Servius Aen. IX 121 Iulius Rufinianus 55 H. 'infelix a. P.' Arusianus VII 484 K. 529 sq. 'nec . . . somnos' Servius Aen. IV 486 schol. Hor. carm. III 7, 8 530 sq. 'oculis . . . accipit' Macrobius Sat. VI 6, 7 532 'magnoque . . . aestu' comm. Bern. Lucani VIII 166 U. 534 'en . . . ago' ult. syll IV 219. 220 K. Donatus Ter. eun. I 1, 1 Servius Aen. I 37 534 sq. 'en . . . experiar' Macrobius Sat. IV 6, 11

---

VARIA LECTIO. 520 SIQUOD (I supra) *M* siquid *Leid. m. pr.* 522 *sqq.: cf.* VIII 26 *sqq.* 522 placidam carpebant membra quietem *Servius Aen.* I 388: *cf.* I 691 VII 414 523 quierunt *a*1 524 VOLVVNTVR *libri* 528 *om. MPmψ, m. rec. add. in mg. γc, inter lineas a, del. m. rec. b. Non interpretatur versum Servius: cf.* IX 225 529 animiſ *b*1 NEQVE (Q *corr. in* C, VE *eras.*) *P* NAEQ· (C supra) *M* nec *γabc, Servius ad* 486, *schol. Hor.* 530 OCVLISVE (VE *add. m.* 2) *P* oculiſque *aχ*, *Macrobii exempl.* 531 ruſſuſ *c* 532: *cf.* VIII 19 XII 486 534 en quid agam *χ* heu quid ago *m* heu quid agam? *Donatus: cf.* 283 X 675 en q. ago *test. Servius, item de ult. syll. an.* ruſſuſne *in ras. c*

experiar, Nomadumque petam conubia supplex,
quos ego sim totiens iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes atque ultima Teucrum
iussa sequar? quiane auxilio iuvat ante levatos
et bene aput memores veteris stat gratia facti?
quis me autem, fac velle, sinet ratibusve superbis
invisam accipiet? nescis heu, perdita, necdum
Laomedonteae sentis periuria gentis!
quid tum? sola fuga nautas comitabor ovantis?
an Tyriis omnique manu stipata meorum
inferar et quos Sidonia vix urbe revelli
rursus agam pelago et ventis dare vela iubebo?
quin morere, ut merita es, ferroque averte dolorem. 547
non licuit thalami expertem sine crimine vitam
degere more ferae talis nec tangere curas;
non servata fides cineri promissa Sychaeo.'
tantos illa suo rumpebat pectore questus.

---

TESTIMONIA. 535 'Nomadumque . . . supplex' Servius Aen. I 73 536 Servius Aen. II 344 IV 399 VII 190 ecl. VIII 18 537 'Iliacas i. c.' ult. syll. IV 251 K. Cledonius V 74 K. 539 'et . . . stat' ult. syll. IV 249 K. 541 sq. 'nescis . . . gentis' Donatus Ter. eun. I 1, 5 'necdum . . . gentis' schol. Hor. carm. III 3, 21 Servius Aen. I 468 545 ult. syll. IV 236 K. 'et . . . revelli' Servius Aen. I 361 547 Victorini de metr. VI 211 K. 'ferro . . . dolorem' schol. Hor. carm. III 27, 37 550 sq. 'non . . . ferae' Quintilianus IX 2, 64 Servius Aen. IV 458 schol. Hor. carm. I 31, 18 'sine . . . degere' Arusianus VII 467 K. 551 'degere m. f.' Acro Hor. carm. III 29, 42 552 Servius Aen. IV 34. 50. 458 553 Nonius 196, 4

---

VARIA LECTIO. 535 Experior *c1* nomadum (v *supra* o) *γc* numadum *a1*: *cf.* 320 536 ſim (v *supra* i) *γ* quosne ego sum *Peerlkampus* 538 *om., in mg. m. ant. add. c* 539 aut *bcm* 540 SINAT (E *supra* A) *P* sinet *Servius* ratibuſq: (ue *supra*) *b* ratibusque *χ* 541 INUISAM (R *supra* U) *M* Inuiſam (ui *in ras.*) *b* Inriſam (r *m.* 2 *in ras.*) *γ*: *cf.* 534 invisam *Servius* nondum *Servius Aen.* I 468 543 ouanteſ *c* 545 QVO (D *supra*) *P* quod *γ1* 548 *sq. post* 418 *collocavi: cf. prol.* 284 551 'ferae . . . *multi* fere *adverbium volunt' Servius.* ferae *vindicat Quintilianus* 552 *in ras. m. rec. b* ſicheo *ac* suchaeo *Pieriani* SYCHAEIES (O *supra*) *P* SYCHAEI *M* 'Sychaeo *pro* Sychaeio *vel promissa Sychaeo, non servata cineri' Servius*

Aeneas celsa in puppi, iam certus eundi,
carpebat somnos rebus iam rite paratis.
huic se forma dei voltu redeuntis eodem
optulit in somnis rursusque ita visa monerest,
omnia Mercurio similis, vocemque coloremque
et crinis flavos et membra decora iuventae:
'nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos,
nec quae te circum stent deinde pericula cernis,
demens, nec zephyros audis spirare secundos?
illa dolos dirumque nefas in pectore versat,
certa mori, variosque irarum concitat aestus.
non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?
iam mare turbari trabibus saevasque videbis

---

TESTIMONIA. 555 ult. syll. IV 249 K. 556 'forma d.' Servius Aen. IV 571 556 sq. 'unde ait supra et formam et vultum et visa monere est' Servius Aen. IV 577 558 sq. Isidorus orig. II 21, 40 anecd. Paris. Eckst. 19, 13 'omnia . . . flavos' Servius Aen. I 332 558 Donatus Ter. adelph. II 3, 10 Marius Victorinus VI 164 K. Sacerdos VI 501 K. 'omnia M. s.' Charisius I 108 K. Diomedes I 463 K. Servius Aen. IV 577 'similis Mercurio' Probi app. IV 196 K. 559 schol. Hor. carm. I 10, 3 'et c. f.' Nonius 202, 25 560 Nonius 283, 3 Servius Aen. IV 555 562 'nec . . . secundos' Servius Aen. IV 223 V 2 563 Consentius V 352 K. 564 'certa m.' Servius Aen. IV 563 VI 456 565 Nonius 307, 32 'non . . . praeceps' Servius Aen. IV 573

---

VARIA LECTIO. 555—575. 576—583 *F fol. XXXVIII*
555 IAMRETE (M *in ras.*) *F* iam rite (amrite *in ras.*) *b* 557 RVRSVS (R *alt. in ras.*) *F: fuitne* russus? ITA *m.* 2 *sup. F* iussa, *i. e.* uissa *Franc.* MONEREEST *FMabc* 559 IVVENTAE *Pγa, schol. Hor., Servius* iuuenta. *b* IVVENTA *Mc, anecd. Paris., Isidorus* IVENTA (V *sup.*) *F* 560 poteſ — ſomnoſ *in ras. b* poten oc *ut vid. c1* poteſ. hoc (h *sup.*) *c2* hoc (o *m.* 2) *γ* CA SV (*erasa una litt. inter* A *et* S) *F: fuitne* cassu? 561 te quae *cm* deinde] dira *Heidtmannus* 562 SPERARE *Fa1* SECVNDOS (OS *m.* 2 *in ras.*) *F* 563 uerſat (at *in ras.*) *a* 564 *cf.* 532 SUARIO *M* uario *ab1* CONCITAT *FPcm* concitat (fluctuat *sup.*) *γ* FLVCTVAT *Mab* AESTV *FMab1 cf. prol.* 326 *sq.* 565 FVGIS (V *in ras.*) *Fa* HIC (N *sup.*) *M* IN (H C *sup.*) *F: cf. ge.* I 203 *Aen.* VI 578 566 TVRBARE *ut vid. F*

conlucere faces, iam fervere litora flammis,
si te his attigerit terris Aurora morantem.
heia age, rumpe moras. varium et mutabile semper
femina.' sic fatus nocti se immiscuit atrae.

Tum vero Aeneas subitis exterritus umbris
corripit e somno corpus sociosque fatigat:
'praecipites vigilate, viri, et considite transtris;
solvite vela citi. deus aethere missus ab alto
festinare fugam tortosque incidere funis
ecce iterum stimulat. sequimur te, sancte deorum,
quisquis es, imperioque iterum paremus ovantes.
adsis o placidusque iuves et sidera caelo
dextra feras.' dixit vaginaque eripit ensem
fulmineum strictoque ferit retinacula ferro.

---

TESTIMONIA. 567 'iam . . flammis' Nonius 503, 17 569 'heia a.' ult. syll. IV 247 K. 'heia a. r. m.' Charisius I 191 K. ult. syll. IV 256 K. Cledonius V 66 K. Sacerdos VI 442. 447 K. 569 sq. 'heia . . . femina' Priscianus 1070. 1139 P. explan. in Don. IV 559 K. schol. Hor. carm. I 5, 7 'varium . . . femina' Donatus Ter. hec. II 1, 17 Isidorus orig. XVIII 15, 9 Cassiodorius de dial. T. II p. 547b ed. Ven. a. 1729 Servius Aen. I 661 IV 563 572 sq. 'sociosque . . . viri' Nonius 304, 6 573 'praecipites v. v.' Servius Aen. V 144. 456 574 'solvite v. c.' schol. Hor. carm. III 2, 29 epod. X 1 'deus . . . alto' Servius Aen. IV 577 575 Servius Aen. III 640 'festinare f.' Arusianus VII 474 K. 576 sq. 'sequimur . . . es' Charisius I 267 K. schol. Veron. 88, 32 K. Servius Aen. II 351 576 'sequimur . . . deorum' Charisius I 268 K. 578 sq. 'et . . . feras' Porphyrio Hor. serm. II 3, 38

---

VARIA LECTIO. 567 litora fervere *Nonius* flammaſ *c*1 569 *cf. ge.* III 42 heia age] *cf. Lachmannus Lucr.* 164 570 fatiſ *γ* 571 Tum de uero (*voluit* tum demum, *ni f.*) *c*1 573 '*sunt nonnulli ita distinguunt:* sociosque fatigat praecipites, *ut adlocutio hinc videatur incipere:* vigilate' *e. q. s. Servius Dan.* uiri — tranſtriſ *in ras. b* CONSEDITE *F ut vid., M*1 TRASTRIS *F: cf. prol.* 435 575 FVNES *Fγ*2*bc* 576 INSTIMVLAT (*quod potest ortum esse ex* istimulat *scriptura*) *Pγc* INSTIMVLAD (D *in ras.*) *F* stimulat *Servius* '*aut distinguendum* sancte, *aut* sancte deorum *secundum Ennium dixit*' *Servius* 577 tuo '*plerique*' *Pieriani* iterum *testatur Servius* 578 IVVE·S (IVV *angusto spatio in ras., ut* IVES *scriptum fuisse videatur*) *F*

idem omnis simul ardor habet, rapiuntque ruuntque:
litora deseruere, latet sub classibus aequor,
adnixi torquent spumas et caerula verrunt.

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
regina e speculis ut primam albescere lucem
vidit et aequatis classem procedere velis
litoraque et vacuos sensit sine remige portus,
terque quaterque manu pectus percussa decorum
flaventisque abscissa comas 'pro Iuppiter! ibit
hic' ait 'et nostris inluserit advena regnis?
non arma expedient totaque ex urbe sequentur,
deripientque rates alii navalibus? ite,

---

TESTIMONIA. 582 'latet . . . aequor' comm. Bern. Lucani III 566 U. schol. Lucani V 707 IX 35 584 sq. Macrobius Sat. V 6, 15 Charisius I 274 K. Diomedes I 460 K. Beda de trop. 382 C. Isidorus orig. I 36, 15 584 Macrobius Sat. VI 1, 25 Donati ars IV 401 K. 585 Macrobius Sat. VI 1, 25 Pompeius V 308 K. Servius Aen. XI 183 586 sq. Servius Aen. V 1 586 'regina e. s.' Consentius V 401 K. 587 'aequatis . . . velis' Servius Aen. V 844 590 sq. 'pro . . . illuserit' Marius Victorinus VI 31 'pro . . . ait' Macrobius Sat. IV 2, 2 VI 6, 16 ult. syll. IV 222. 258 K. Servius in Don. IV 443 K. explan. in Don. IV 535 K. 590 'pro I. i.' Charisius I 15 K. 591 Charisius I 13 K. Dositheus VII 388 K. 'hic a.' Marius Victorinus VI 36 K. 'hic . . . nostris' Marius Victorinus VI 36 K. 'et . . . regnis' Macrobius Sat. IV 3, 7 Arusianus VII 479 K. 592 Quintilianus IX 2, 11 Augustinus de civ. dei XVI 6 593 sq. 'alii . . . remos' Priscianus 1039 P. Charisius I 283 K. Diomedes I 448 K. Sacerdos VI 456 K. 'ite citi' anecd. Helv. 81 'ite . . . remos' Donati ars IV 399 K. Pompeius V 264. 304 K. 593 'alii . . . ite' schol. Lucani III 755

---

VARIA LECTIO. 581 omneſ *b* 583 = III 208, *ut dubitem an hic genuinus sit* 584 *sq.* = IX 459 *sq., displicuerunt hic Peerlkampo, legebantur Servio* 586 et (*i. e.* ec) *Rottend. sec.* e *m.* 2 *add. c* ut] cum *b* PRIMAM *Pa* primam *γ* PRIMVM *Mbc* 587 arquatis *C. Fr. Hermannus mus. Rhen.* V 621 aequatis *testatur Servius et hic cf* V 844 590 Flauenteſ *c* abſciſa *γ* abſciſa *abc* ABSCIASA *P* 591 hinc *χ* hic *test. grammatici* inluserat *Dositheus* 593 deripient *Heinsius, legit fort. Servius, defendit Wagnerus lect. Verg.* 342 DIRIPIENT *libri cf.* I 211 alii navalibus ite *coniuncta ut in M legerunt Charisius Diomedes Priscianus Sacerdos schol. Lucani*

ferte citi flammas, date tela, impellite remos!
quid loquor, aut ubi sum? quae mentem insania mutat,
infelix Dido? nunc te facta impia tangunt?
tum decuit, cum sceptra dabas. en dextra fidesque,
quem secum patrios aiunt portare penates,
quem subiisse umeris confectum aetate parentem!
non potui abreptum divellere corpus et undis
spargere, non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium patriisque epulandum ponere mensis?
verum anceps pugnae fuerat fortuna. fuisset:
quem metui moritura? faces in castra tulissem
implessemque foros flammis natumque patremque
cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,

---

TESTIMONIA. 594 Priscianus 1105 P. Beda de tropis p. 346 C. 'ferte c. flammas' Servius Aen. IV 384. 567 595 'quid . . . sum' Quintilianus IX 3, 25 'quae . . . mutat' Servius Aen. IV 592 596 anecd. Helv. 202 596 sq. 'infelix . . . dabas' Priscianus 841 P. 'tum . . . dabas, num . . . tangunt' Probi inst. IV 154 K. Cledonius V 67 K. 597 Donatus Ter. Andr. III 3, 13 599 'quem . . . parentem audierat' Donatus Ter. Andr. II 5, 14 'quem . . . aetate' Arusianus VII 507 K.
600 sq. 'non . . . spargere' Donatus Ter. Andr. IV 3, 3 schol. Hor. carm. III 27, 46 600 'non . . . corpus' Servius Aen. I 663 IV 436. 563
603 Donatus Ter. Phorm. I 3, 7 604–606 'faces . . . dedissem' Priscianus 1148 P. 605 'implessemque f. f.' Cledonius V 39 K. 605 sq. 'natumque . . . dedissem' Servius Aen. IV 508 606 Priscianus 882 P. schol. Hor. serm. I 9, 72 'memet . . . dedissem' Sacerdos VI 446 K. 607 'sol q. t.' Diomedes I 427 K.

---

VARIA LECTIO. 594 flammaſ, aī ferrū *γ*: *cf.* IX 37 ferrum *Prisciani* 1039 *et Diomedis* ω (*nisi quod* cum eptex *pro* citi ferrum *in Par. A legitur, quod explicare nequeo*) uela *Menag. pr., Prisciani* 1039 *Reg. et Bong.,* 1105 *Reg. et Par. O cf. prol.* 356
596 NVN, *add.* C *m.* 2, *P* num *Probi inst., Cledonius* facta (c *erasa*) *a* fata *χ*, *Probi χ*, *Prisciani Reg.* 597 TVM *Mbc, Cledonius* TVNC *Pγa, Prisciani exempl.* con *c* dabat *Probi Bobiens.* 598 A$^{I}$IUNT (I *sup. minio p.*) *M* PORTASSE *M, fortasse Servius, qui 'ubi sunt qui* aiunt patrios penates portasse' *exponat* 599 '*quidam in utroque versu pro* quem *legunt* qui, *ut sit vetus figura' Servius* UMER$^{I}$AS *M* VME$^{IS}$RO *P* 600 apreptum *c* avulſum *Donati exempl.* DEVELLERE *Pγ1a* 603 pugna *b*1 606 et memet *schol. Hor.*

tuque harum interpres curarum et conscia Iuno,
nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes,
et dirae ultrices et di morientis Elissae,
accipite haec meritumque malis advertite numen
et nostras audite preces. si tangere portus
infandum caput ac terris adnare necessest
et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret:
at bello audacis populi vexatus et armis,
finibus extorris, complexu avolsus Iuli
auxilium imploret videatque indigna suorum
funera; nec, cum se sub leges pacis iniquae
tradiderit, regno aut optata luce fruatur,
sed cadat ante diem mediaque inhumatus harena.
haec precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo.
tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum
exercete odiis cinerique haec mittite nostro
munera: nullus amor populis nec foedera sunto.
exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
qui face Dardanios ferroque sequare colonos,
nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.

---

TESTIMONIA. 609 Servius ecl. III 26 610 'dirae u.' Acro Hor. carm. I 2, 1 'nec di m. E.' Servius Aen. XII 538 612—620 'si . . . arena' Macrobius Sat. V 12, 5 613 'et terris . . . est' Servius Aen. VI 16 616 'finibus e.' Arusianus VII 472 K. 618 sq. 'nec . . . tradiderit' Servius Aen. I 6 620 'mediaque i. h.' Servius Aen. VI 332 622 sq. 'tum . . . odiis' Nonius 295, 2 627 Servius Aen. I 20 schol. Hor. carm. II 10, 17

---

VARIA LECTIO. 610 nec di *Servius Aen.* XII 538 DI *M* DII *Pγa* elifae *γ* ultrices fidei, morientis E. accipite haec *Speijer lanc. sat.* 22 613 et *Servius Aen.* VI 16 NECESSEEST *Pγabc* 614 et si *χ* id si *coni. Heinsius* 615 ET (A *supra* E) *M* Et *b*1 616 compressu *Macrobii Salisb.* conspectu *Nonius* auolfuf *γ* auulfuf *abc* 619 Tradederit *γ*1 620 in media *a* iaceat *Gent* que *om.* '*bona pars codd.*' *Pierii* *Desiderat Peerlkampus tale aliquid:* praeda feris iaceat 623 CINERII *P* VNOSTRO *P* 624 nec *in ras. b* 625 hinc *Peerlkampus* ex *testatur Servius* 626 fequere *b*1 'sequare *pro* sequere' *Servius Dan.*

litora litoribus contraria, fluctibus undas
imprecor, arma armis: pugnent ipsique nepotesque.'

Haec ait, et partis animum versabat in omnis,
invisam quaerens quam primum abrumpere lucem.
tum breviter Barcen nutricem adfata Sychaei,
namque suam patria antiqua cinis ater habebat:
'Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem.
dic corpus properet fluviali spargere lympha
et pecudes secum et monstrata piacula ducat.
sic veniat, tuque ipsa pia tege tempora vitta.
sacra Iovi Stygio, quae rite incepta paravi,
perficerest animus finemque inponere curis
Dardaniique rogum capitis permittere flammae.'
sic ait. illa gradum studio celebrabat anili.
at trepida et coeptis immanibus effera Dido,
sanguineam volvens aciem maculisque trementis

TESTIMONIA. 628 sq. Charisius I 282 K. Donati ars IV 398 K. Sacerdos VI 455 K. Beda de trop. 378 C. 'litora . . . inprecor' Servius Aen. I 108 628 Diomedes I 447 K. Pompeius V 304 K. 629 'inprecor a. a.' Servius Aen. IV 612 'pugnent i. n.' schol. Med. ecl. IX 50 631 Servius Aen. IV 692 633 Donatus Ter. hec. IV 4, 38 ult. syll. IV 226 K. 634 sq. Macrobius Sat. III 1, 7 634 Donatus Ter. III 1, 1. 4 Arusianus VII 510 K. 638 Macrobius Sat. III 3, 2 'sacra I. St.' Servius Aen. VI 138 640 'Dardaniique r. c.' Donatus Ter. Phorm. III 2, 6 'Dardaniique r.' ult. syll. IV 227 K. 641 Donatus Ter. eun. V 3, 4

VARIA LECTIO. 629 NEPOTESQVE *Mbcm, Charisii cod., Donatus et Sacerdos: cf.* VII 470 X 895 NEPOTESQVE (QVE *fere eras.) P* nepoteſ. *a* nepoteſ *γχ, Servii ω, sed* nepotesque *Flor.* pugnent i. n. *rescindi voluit Schraderus* arma armis pugnent, ipsique nepotes *Kvičala* 630 agit *c* parteſ *b* omneſ· *ab* 632 SYCHAEIEST *M* ſichei eſt *c* 633 *inmerito suspectus Iac. Bryantio et Io. Schradero* 638 parabam *Macrobii exempl.: cf.* 676 639 PERFICEREEST *Mγabc* 640 FLAMMIS *M* 641 illa gradum celerans studio $\overset{\text{B}}{\text{properabat}}$ anili (*om.* sic ait) *Donatus* CELEBRABAT *Pγ*1 CELERABAT *M* celerabat *abc* '*alii* celebrabat *legunt, quia antiqui hoc verbum in velocitate ponebant*' *Servius Dan. cf. prol.* 304 ANILI *Mb*2*c*2, *Donatus, Servius* $\overset{\text{I}}{\text{INILEM}}$ *P* anilē. (i *et* ē *m.* 2 *in ras.*) *γ* anilem *ab*1*c*1 643 uoluenſ (uolu *in ras.*) *b*

interfusa genas et pallida morte futura,
interiora domus inrumpit limina et altos
conscendit furibunda rogos ensemque recludit
Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.
hic, postquam Iliacas vestes notumque cubile
conspexit, paulum lacrimis et mente morata
incubuitque toro dixitque novissima verba:
'dulces exuviae, dum fata deusque sinebant,
accipite hanc animam meque his exsolvite curis.
vixi et quem dederat cursum Fortuna peregi,
et nunc magna mei sub terras ibit imago.
urbem praeclaram statui, mea moenia vidi,
ulta virum poenas inimico a fratre recepi,
felix, heu nimium felix, si litora tantum
numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae.'

---

TESTIMONIA. 644 'et . . . futura' comm. Bern. Lucani VII 129 U. 645 sq. 'interiora . . . rogos' Donatus Ter. Andr. I 1, 106 646 sq. 'ensem . . . usus' Donatus Ter. adelph. II 1, 37 650 Servius ecl. VIII 20 651 Macrobius Sat. IV 6, 10 'dulces e.' Servius Aen. IV 496 652 'meque h. absolvite curis' Servius Aen. IV 1 653 Seneca epist. 12, 9 de vita beata 19 de benef. V 17 654 Charisius I 235 K. Porphyrio Hor. carm. I 24, 15 655—658 Servius Aen. IV 696 655 Servius Aen. IV 75 656 Donatus Ter. Phorm. I 4, 12 Priscianus 1180. 1184. 1208 P. 'ulta v.' Servius Aen. I 363 657 sq. Macrobius Sat. VI 1, 42

---

VARIA LECTIO. 646 $^{G}$RADVS (G *m.* 2 *add.*) *P* graduſ, *ut vid.*, *γ*1, *fortasse recte: cf.* 685 *et Servius Dan.* recluſit *γ*1, *Donati exempl.* 648 poſcam (*i. e.* posquam) *c* NOGTUM *M* 649 lacrumis '*aliquot*' *Pieriani* 651—662 *F fol. XXXVIII* 651 SINEBAT *P* SINEBAT (N *superscr.*) *Mb* 652 abſoluite *c* 653. 656. 655. 654 *hoc ordine Peerlkampus* 654 nunc] n̄, *i. e.* non *Charisii Neap. et fragm. Paris.* MEIS *M* meis *Charisii Neap.* iret *Charisii fragm. Paris.* ire *Neap.*, *unde nolim conicere Charisium hunc versuum ordinem* 653. 655—658. 654 *legisse* 655 *sq. inverso ordine Mentel.*, *Menag. alt.*, *Sprot.*, *quem probari posse monui prol.* 355: *cf. Silius* VIII 143 656 a$^{b}$ *c* A' *M* '*alii haec quasi per interrogationem volunt accipi, ut nihil dicat esse perfectum . . . tamen melior est sensus superior . . . ut ordo sit:* urbem praeclaram et mea moenia statui vidi' *Servius. Temere Kvičala hunc versum deleri vult*

dixit et os inpressa toro 'moriemur inultae,
set moriamur' ait: 'sic sic iuvat ire sub umbras.
hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, et nostrae secum ferat omina mortis.'
dixerat, atque illam media inter talia ferro
conlapsam aspiciunt comites ensemque cruore
spumantem sparsasque manus. it clamor ad alta
atria; concussam bacchatur Fama per urbem.
lamentis gemituque et femineo ululatu
tecta fremunt, resonat magnis plangoribus aether,
non aliter quam si immissis ruat hostibus omnis
Carthago aut antiqua Tyros, flammaeque furentes
culmina perque hominum volvantur perque deorum.
audiit exanimis trepidoque exterrita cursu,

TESTIMONIA. 659 sq. 'moriemur . . . ait' Macrobius Sat. IV 2, 2 Servius Aen. XI 847 660 'sic sic . . . umbras' Isidorus orig. I 35, 10 'volat ire s. u.' Charisius I 235 K. 661 sq. 'hauriat . . . Dardanus' Charisius I 266 K. Priscianus 1103 P. Servius in Don. IV 446 K. explan. in Don. IV 563 K. Pompeius V 291 K. Sacerdos VI 450 K. schol. Veron. 100, 24 K. Servius Aen. IV 159 XII 946 Porphyrio Hor. carm. IV 6, 12 661 'hauriat . . . ignem' Servius Aen. IV 359 664 sq. 'ensem . . . manus' Donatus Ter. adelph. III 2, 19 668 'resonat plangoribus a.' Arusianus VII 505 K. 669 sq. 'non . . . Tyros' Macrobius Sat. IV 6, 5

VARIA LECTIO. 659 moriamur *b*1 660 MORIAMVR (A *m.* 2 *in ras.*) *F* ſi^c ſic *γa* 'sic? sic *quasi interrogatio et responsio . . . unde alii dicunt verba esse se ferientis.* [*alii ita distinguunt:* sed m. ait, *et* sic *post adiciunt:* sic sic iuvat ire s. u.]' *Servius* IV^V AT *F* uolat ire *Charisii cod.* uolitare *ed. pr.* 662 SECUM NOSTRAE *M teste Fogginio* 663—667. 668—688 *F fol. XL* 664 accipiunt *Menag. alt.* 665 IÐ (T *supra* D) *P* ET *FM*1 667 GEMITU^Q *M* FEMINE° (O *m.* 2 *add.*) *P* ULULATΘU *M* 668 FREMVNT (F *fort. corr. ex* T) *F* magnis *om. Arusianus, qui fortasse* magnis resonat *in suo exemplari invenerat, ut habet Voss. alt., nec id displicet* plangoribuſ (p *e corr.* *m. ant.*) *b* CLANGORIBVS *Pa, Arusiani Gud.* 669 IMMISSA *F* RVIT (A *supra* I) *P* *In mg.* ※ *et ad* 671 B *in F* 670 *hic om., post* 677 *addita in mg.* ※ *nota F: cf. prol.* 153. 284 671 UOLANTUR *M* VOLV^A NTVR *P* uoluentur *a*1 uoluuntur *γ*2*c*1 672 trepido^q· *γ* trepido (*om.* que) *a*

unguibus ora soror foedans et pectora pugnis
per medios ruit ac morientem nomine clamat:
'hoc illud, germana, fuit? me fraude petebas?
hoc rogus iste mihi, hoc ignes araeque parabant?
quid primum deserta querar? comitemne sororem
sprevisti moriens? eadem me ad fata vocasses:
idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.
his etiam struxi manibus patriosque vocavi
voce deos, sic te ut posita, crudelis, abessem.
extinxti te meque, soror, populumque patresque
Sidonios urbemque tuam. date, volnera lymphis
abluam et, extremus siquis super halitus errat,
ore legam.' sic fata gradus evaserat altos
semianimemque sinu germanam amplexa fovebat
cum gemitu atque atros siccabat veste cruores.
illa gravis oculos conata attollere rursus
deficit; infixum stridit sub pectore volnus.
ter sese attollens cubitoque adnixa levavit,

TESTIMONIA. 673 Donatus Ter. eun. V 2, 20 675 'hoc . . . fuit' ult. syll. IV 258 K. Terentianus Maurus 1667 Donatus Ter. Andr. I 1, 98 'hoc i. g.' ult. syll. IV 221 K. 677 Macrobius Sat. IV 6, 12 677 sq. 'comitemne . . . moriens' Nonius 399, 4 679 Priscianus 945 P. Servius Aen. IV 456 682 'extinxti' ult. syll. IV 263 K. 'extinxti . . . soror' Charisius I 278 K. Diomedes I 441 K. 683 'urbemque t.' Servius Aen. IV 655 685 'sic . . . altos' Servius Aen. IV 646 687 'atque . . . cruores' Beda de orthogr. VII 268 K. Servius Aen. VIII 106 'cruores' exc. Charisii I 548 K. 689 'infixum . . . vulnus' Servius Aen. IX 576

VARIA LECTIO. 674 CL[A]VMAT (T *corr. ex* E) *F* 675 FRVDE *P* 676 ARAE *m.* 2 *sup. F* 677 comitemue *γ*1, comitemq[v]e *γ*2 681 POSITAM *Mb*1 crudelis *utrum Dido an soror dicatur dubitat Servius Dan. Vulgo interrogantem faciunt Annam* 682 EXTINX[C]ITI (C *et* XI *et hastae transv. minio p.*) *M* extinxi *γa* Extincſi (cſi *m. rec. in ras.*) *b* Extin . . : *c* me teque *Diomedes* 683 VVLNERA *Pγ*2*abc* 684 ET *m.* 2 *sup. P* erret *χ* 685 effata *Servii ad v.* 646 *ω* 688 grauef *c* 689 DEFECIT *M*1*γ* ſtridet *bc* u[v]olnuſ *γ* UULNUS *Mabc* 690 ATTOLLIT /// *P*1 ATTOLLE[NS]T *P*2 cubitu *a* adnixa *m.* 2 *in ras. γc* innixa *m*

ter revoluta torost oculisque errantibus alto
quaesivit caelo lucem ingemuitque reperta.

Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem
difficilisque obitus Irim demisit Olympo,
quae luctantem animam nexosque resolveret artus.
nam quia nec fato merita nec morte peribat,
set misera ante diem subitoque accensa furore,
nondum illi flavom Proserpina vertice crinem
abstulerat Stygioque caput damnaverat Orco.
ergo Iris croceis per caelum roscida pinnis,
mille trahens varios adverso sole colores,
devolat, et supra caput astitit. 'hunc ego Diti
sacrum iussa fero, teque isto corpore solvo'
sic ait et dextra crinem secat: omnis et una
dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

TESTIMONIA. 691 sq. 'alto . . . lucem' Servius Aen. X 781 693 'tum I. o.' ult. syll. IV 221 K. 696 Gellius XIII 1, 5 Servius Aen. IV 450. 694 'nam . . . merita nec' ult. syll. IV 252 K. 696 sq. 'merita . . . diem' Acro Hor. carm. I 3, 17 697 Nonius 526, 18 'sed . . . diem' Servius Aen. IV 620 X 467 698 sq. Macrobius Sat. V 19, 1 Nonius 276, 29 702 sq. 'hunc . . . solvo' Macrobius Sat. V 19, 5 Servius Aen. IV 683 703 'teque . . . solvo' Sacerdos VI 444 K. Servius Aen. XI 829 705 'atque . . . recessit' Servius Aen. I 98 II 562 VIII 403

VARIA LECTIO. 691 *om., in mg. m. rec. add. c* toroſt *c* TOR$^{E}$OST *P: cf. Lachmannus Lucr.* 200 TOROEST *Mγab* 692 REPERTA //// *M* repertam *γbc*2: *cf. ecl.* V 27 693 omnipudenſ *c* laborem *χ* 694 Difficileſ *a* dimiſit *γ*1*c* 695 abſolueret *cm* 696 merito *c* 698 *n*ECDVM *P* Necdum *γ*: *cf. ecl.* IX 26 flau$^{v}$om *γ* FLAUUM *Mabc* 700 penniſ *ab* 701: *cf.* V 89 adversa luce '*Medic. et quidam alii pervetusti*' *Pieriani* 704 ſecat] tulit *Longob. Pierii* 705 DELABSUS *M*1

P. UERGILI · MARONIS AENEIDOS LIB · IIII EXPL · INCIPIT LIB · V FELICITER · *M* EXPLIC · LIB · IIII. INCPT · V *γ* EXPLICIT LIBER · IIII · INCIPIT ‖ LIBER V IN AENEIDORVM *a* VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER IIII · EXPLICIT · ‖ VERSVS OVIDII (*v. proleg.*) *b*

# P. VERGILI MARONIS

# A E N E I D O S

## LIBER QVINTVS

Interea medium Aeneas iam classe tenebat
certus iter fluctusque atros aquilone secabat,
moenia respiciens, quae iam infelicis Elissae
conlucent flammis. quae tantum accenderit ignem
causa latet; duri magno set amore dolores
polluto notumque, furens quid femina possit,
triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
ut pelagus tenuere rates nec iam amplius ulla
occurrit tellus, maria undique et undique caelum:
olli caeruleus supra caput astitit imber
noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris.

---

TESTIMONIA. AENEIDOS V. 1. 3 'interea . . . tenebat, moenia r.' comm. Bern. Lucani III 4 U. 1 sq. 'interea . . . iter' Petronius 68 Macrobius Sat. V 2, 12 Servius Aen. III 665 1 Priscianus 1442 sqq. P. Servius Aen. X 674 'interea m. A.' ult. syll. IV 250 K. Consentius V 401 K. 2 'certus i.' Servius Aen. I 157. 576 'fluctusque a.' Consentius V 401 K. 'fluctusque . . . secabat' schol. Med. ecl. X 49 Asper 115, 10 K. 3 de hex. VI 637 K. 5 sq. 'duri . . . possit' schol. Iuven. X 328 'duri . . . furens' schol. Iuven. VI 649 8—11 Macrobius Sat. V 7, 1 8 sq. Servius Aen. V 1 8 Beda de trop. 379 C. 'ut . . . rates' Donati ars IV 399 K. Pompeius V 305 K. 'pelagus t. r.' Charisius I 272 K. Diomedes I 457 K. de dub. nom. V 587 K. 10 Priscianus 994. 1181 P. anecd. Helv. 268 11 'et i. u. t.' comm. Bern. Lucani IV 446. 564 U. 'inhorruit u. t.' Arusianus VII 484 K. schol. Hor. carm. I 23, 5

---

VARIA LECTIO. AENEIDOS V. 6 POSSET *M* 8—11: *cf.* III 192—195 8 pelago misere *Pompeius* nec (c *m.* 2 *in ras.*) *b* 9 caelum undique et undique pontus *ut* III 193 *Longob.* 10 astetit *Prisciani* *φ*

ipse gubernator puppi Palinurus ab alta
'heu! quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?
quidve, pater Neptune, paras?' sic deinde locutus
colligere arma iubet validisque incumbere remis,
obliquatque sinus in ventum ac talia fatur:
'magnanime Aenea, non, si mihi Iuppiter auctor
spondeat, hoc sperem Italiam contingere caelo.
mutati transversa fremunt et vespere ab atro
consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
nec nos obniti contra nec tendere tantum
sufficimus. superat quoniam Fortuna, sequamur,
quoque vocat, vertamus iter. nec litora longe
fida reor fraterna Erycis portusque Sicanos,
si modo rite memor servata remetior astra.'
tum pius Aeneas 'equidem sic poscere ventos
iandudum et frustra cerno te tendere contra.
flecte viam velis. an sit mihi gratior ulla,
quove magis fessas optem demittere navis,
quam quae Dardanium tellus mihi servat Acesten

TESTIMONIA. 13 Priscianus 1034. 1060. 1169 P. schol. Veron. 102, 30 K. explan. in Don. IV 559 K. (om. 'tanti') 'heu . . . cinxerunt' ult. syll. IV 247 K. 'quianam' Quintilianus VIII 3, 25 'quianam . . . nimbi' Charisius I 192 K. Priscianus 1027 P. 14 'quidve . . . paras' Servius Aen. III 89 schol. Hor. carm. I 3, 3 15 Nonius 273, 19 Priscianus 1219 P. 'colligere a. i.' Servius Aen. I 119. 183 15 sq. 'validis i. r. obliquat s. in ventos' Servius Aen. I 104 17 'magnanime A.' Pompeius V 147 K. Cassiodorius de dial. (Tom. II p. 547 b ed. Ven. 1729) 19 'mutati t. f.' Servius ge. I 318 20 Isidorus de nat. rer. 32 p. 58 B. 'atque . . . aer' Isidorus orig. XIII 7, 2 Servius Aen. I 71. 587 21 sq. 'nec nos . . . sufficimus' Nonius 386, 6 21 'nec . . . contra' Servius Aen. II 378 Acro Hor. carm. I 29, 16 23 'quoque v. v. i.' comm. Bern. Lucani V 574 U. 26 sq. 'equidem . . . contra' Nonius 374, 19 27 'et . . . contra' Servius Aen. V 19 'te t. c.' schol. Hor. carm. I 29, 16 28 'flecte v. v.' Servius Aen. VII 7 29 Priscianus 775 P.

VARIA LECTIO. 14 quique *schol. Hor.* 15 corripere *prop.* L *Ladevicus* colligere *testantur Servius et Nonius* 19 ATRO *M* atro *testatur Servius* 20 nubes *Isidorus de nat. rer.* 23 quaque O *Parrhas., schol. Lucani* UACAT *M* 29 quoque *Prisciani ω* demittere *cπχ* DIMITTERE *MPγab, Prisciani ω* nauef *bc* 30 ACESTE~ *M*

et patris Anchisae gremio complectitur ossa?'
haec ubi dicta, petunt portus, et vela secundi
intendunt zephyri: fertur cita gurgite classis,
et tandem laeti notae advertuntur harenae.

At procul ex celso miratus vertice montis
adventum sociasque rates occurrit Acestes,
horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae,
Troïa Criniso conceptum flumine mater
quem genuit. veterum non immemor ille parentum
gratatur reduces et gaza laetus agresti
excipit ac fessos opibus solatur amicis.

Postera cum primo stellas Oriente fugarat
clara dies, socios in coetum litore ab omni
advocat Aeneas tumulique ex aggere fatur:
'Dardanidae magni, genus alto a sanguine divom,
annuus exactis completur mensibus orbis,
ex quo reliquias divinique ossa parentis
condidimus terra maestasque sacravimus aras.
iamque dies, nisi fallor, adest, quem semper acerbum,

TESTIMONIA. 31 Macrobius Sat. VI 1, 48 35 Charisius I 272 K. Diomedes I 457 K. 'vertice m.' Charisius I 272 K. Sacerdos VI 467 K. 37 'pelle L. u.' de dub. nom. V 593 K. 38 sq. 'Troia . . . genuit' Priscianus 730 P. 39 'veterum . . . parentum' Priscianus 772 P. 40 'et . . . agresti' Servius Aen. I 119 schol. Hor. carm. I 29, 1 45 Servius Aen. I 468 III 359 'genus . . . divum' Priscianus 742 P. 46 Terentianus Maurus 1243 47 'divinique o. p.' Servius Aen. III 538 49 sq. 'quem . . . habebo' Servius Aen. III 301

VARIA LECTIO. 35 'excelso *utrum* ὑφὲν, *an* ex celso *pro* excelso?' *Servius* miratur *Charisii cod.* 37 *Hic redit R* 38 CRINISO *MPRγbc, Prisciani* ω criniſſo *aχ, Prisciani Sang. Carolir.* crimiſo *Paris.* '*a* Crimisso *fluvio, quem* Crinisum *Vergilius poetica licentia vocat*' *Servius Aen.* I 550 40 gaza (z *suprascr.*) *b* GAZZA *M*: *cf. prol.* 453 41 amicoſ *a* 42. 43 *ordine inverso, add. in mg. A et B, Pγ* 42 PRIMOS *P* fugar& (a *suprascr.*) *c* 45 a *suprascr. a, om. b* AB *P ex c* DIUUM *MP2γabc* 46 ADNUUS (N *suprascr.*) *M* COPLETVR (N *suprascr.*) *P* CONPLETVR *Rb* 47 RELIQUIAS (L *suprascr.*) *Mb* relliquiaſ *a* 49 niſ. allor (f *corr. ex* ſ) *c* ni ſallor *m*

semper honoratum (sic di voluistis) habebo.
hunc ego Gaetulis agerem si Syrtibus exul
Argolicove mari deprensus et urbe Mycenae,
annua vota tamen sollemnisque ordine pompas
exequerer strueremque suis altaria donis.
nunc ultro ad cineres ipsius et ossa parentis
(haut equidem sine mente reor, sine numine divom)
adsumus, et portus delati intramus amicos.
ergo agite et laetum cuncti celebremus honorem:
poscamus ventos, atque haec me sacra quodannis
urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.
bina boum vobis Troia generatus Acestes
dat numero capita in navis; adhibete penates
et patrios epulis et quos colit hospes Acestes.
praeterea, si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit radiisque retexerit orbem,
prima citae Teucris ponam certamina classis;
quique pedum cursu valet et qui viribus audax

---

TESTIMONIA. 52 Priscianus 663 P. 'Argolicove m. d.' Philargyrius georg. IV 420 54 'strueremque . . . donis' Servius Aen. I 468 IX 628 59 sq. Lactantius div. inst. I 15 60 Nonius 287, 24 'templis s. f. d.' Servius Aen. I 73 61 sq. Priscianus 1187 P. 62 sq. 'adhibete . . . epulis' Arusianus VII 450 K. 64 sq. 'praeterea . . . extulerit' Donatus Ter. Phorm. I 2, 69 64 'praeterea . . . diem' Sacerdos VI 446 K. 66 schol. Hor. epod. IX 20 67 Nonius 242, 19

---

VARIA LECTIO. 50 de *γ1c1* 52 deprenſuſ (nſuſ *in ras.*) *c* depreſſuſ *a1χ*, *Prisciani ω* deprensus *testantur Servius et Philargyrius* VRBE (V B) *MRγabc*, *Prisciani ω*, *testatur Servius* ~~ARGE~~ *P*, *fortasse ex* VI 830: *cf. prol.* 316 micenae *c2* MYCENIS *R* mycena *χ*, *Priscianus* (mecena *Sang.*: moecena?) micena *c1* Mycene (ss) *et* Mycenae *Servius* 53 ta. m̃ *c* ſollemneſ *c* 55 ORA *P*

56 DIVVM *MPγab* diue (v) *c* 57 intra. muſ *c: cf. Lachmannus Lucr.* 291 59 VENTOS *libri, Lactantius, Servius: cf.* 772 *sqq.* poscamus genitorem, haec ut *Kvičala* mea *bc1* 61 Troia vobis *m* 62 *sq. post* 68 *b* 62 naueſ *a* 66 CITATAE *R* 67 Qui . que *c* 'viribus audax: *hoc ad omnia pertinet. Et potest non subdistingui, quamvis quidam luctationem accipiant, quod non reddidit' Servius*

aut iaculo incedit melior levibusque sagittis,
seu crudo fidit pugnam committere caestu,
cuncti adsint meritaeque expectent praemia palmae.
ore favete omnes et cingite tempora ramis.'

Sic fatus velat materna tempora myrto.
hoc Helymus facit, hoc aevi maturus Acestes,
hoc puer Ascanius, sequitur quos cetera pubes.
ille e concilio multis cum milibus ibat
ad tumulum, magna medius comitante caterva.
hic duo rite mero libans carchesia Baccho
fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro,
purpureosque iacit flores ac talia fatur:
'salve, sancte parens: iterum salvete, recepti
nequiquam cineres animaeque umbraeque paternae!
non licuit finis Italos fataliaque arva
nec tecum Ausonium, quicumque est, quaerere Thybrim.'

---

TESTIMONIA. 68 'aut . . . melior' Servius Aen. I 46 'iaculo i. m.' de dub. nom. V 581 K. 69 Servius et schol. Bern. ge. III 20 70 meritaeque e. p. p.' Servius Aen. I 209 71 'ore f. o.' Servius georg. I 18 IV 230 Acro Hor. carm. III 1, 2 72 'velat . . . myrto' Servius Aen. III 174 73 Nonius 349, 8 'aevi m. A.' Arusianus VII 492 K. 77 sq. 'hic . . . humi' Nonius 312, 23 'mero . . . humi' Arusianus VII 475 K. 77 Macrobius Sat. V 21, 1 Nonius 546, 20 78 cf. schol. Veron. 94, 9 K. 'duo l. n.' schol. Iuven. XI 85 Servius Aen. III 591 79 'purpureosque i. f.' Probi de nom. exc. IV 213 K. Servius Aen. III 67 80 'salve s. p.' schol. Veron. 94, 11 K. schol. Bern. georg. II 173 80 sq. 'salvete . . . cineres' Servius Aen. IV 427 81 cf. schol. Veron. 94, 21 K. 82 sq. schol. Veron. 94, 19 K.

---

VARIA LECTIO. 68 VE *Rb* 70 merite *γ2* meriti *γ1* expectant *γa1* 71 omnis *b1* TEMPORACINGITE *R melius, sed cf.* VII 135 VIII 286 72 *m. rec. inter lin. add.* a 73—96 *Veron. fol.* 227 a 76 medius magna *m* 77 mero Baccho *coniungit Servius* 78 fudit *Arusiani ex.* 80 PARENS · ITERVM · *M* 'iterum . . . *hic distinguendum* . . . *alii ad historiam supra dictam* (*ad* IV 427) *referunt distinctione mutata, ut dicant:* recepti iterum cineres *semel ex Troia, semel a Diomede*' *Servius.* parens: iterum *probasse videtur schol. Veron. laudato Catulli* 64, 23, *sed deinde alios, ni fallor, narrat coniungere* sancte parens iterum 82 FINES *Vb* *Post* 83 *videtur aliquid excidisse Peerlkampo: cf. prol.* 80

dixerat haec, adytis cum lubricus anguis ab imis
septem ingens gyros, septena volumina traxit,
amplexus placide tumulum lapsusque per aras,
caeruleae cui terga notae maculosus et auro
squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
mille iacit varios adverso sole colores.
opstipuit visu Aeneas. ille agmine longo
tandem inter pateras et levia pocula serpens
libavitque dapes rususque innoxius imo
successit tumulo et depasta altaria liquit.
hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
incertus, geniumne loci famulumne parentis
esse putet: caedit binas de more bidentis
totque sues, totidem nigrantis terga iuvencos,
vinaque fundebat pateris animamque vocabat
Anchisae magni manisque Acheronte remissos.
nec non et socii, quae cuique est copia, laeti

TESTIMONIA. 84 cf. schol. Veron. 94, 23 K. 'adytis . . . imis' Nonius 191, 17 'adytis' Servius Aen. V 48 87 'caeruleae . . . notae' Nonius 354, 24 87 sq. 'maculosus . . . fulgor' Nonius 430, 26 93 'successit t.' Servius Aen. V 48 'altaria' schol. Veron. 94, 25 K. 'altaria l.' Servius Aen. V 48 95 'incertus . . . loci' schol. Veron. 95, 1 K. 96 'caedit quinas de m. b.' Nonius 272, 7 Servius Aen. V 78 96. 98 (om. 97) 'mactat binas . . . pateris' Servius Aen. IV 200 98 sq. Macrobius Sat. V 7, 2 98 'vinaque f. p.' schol. Hor. carm. III 23, 3 99 Sidonius Apollinaris epist. V 17

VARIA LECTIO. 86 *post* 90 *collocandum olim putabat Klouček* 87 PERGA *P* auri *Klouček* 89: *cf.* IV 701 $^{r}$ra.it (*r pr. corr. ex.* i) *γ* TRAHIT *Rc* trait *ab* VARIOSVANOS (*corr. m. rec.*) *P* 90 OBSTIPVIT *MPRVγab* ꝓuiſu *a1* 91 LAEVIA *R* 92 r$^{r}$uſuſ *c* RVRSVS *MPRγab* 93 et . . . liquit *del. Novák* LIN·QUIT *M* linquit *m* 94 HONORAT *R* 95 LOC$^{I}$UM *P* 96 CAEDITBINAS *M: cf.* 61. 77 CAEDITQ· BINAS *R* (*cf. prol.* 274) CAEDITQVINAS *PVγabcm, Nonius: testatur Servius Aen.* V 78 mactat binas *Servius Dan. Aen.* IV 200 *cf.* IV 57 97 SU$^{E}$OS *M* nigranteſ (t *e corr.*, e *corr. ex* i) *γ* nigranteſ *ab* 98—101 *om. Dorvill.* 99 MANES *Rb* remiſſoſ acheronte *c* 100 CUIQ· EST *Mc* cumque eſt *γ1*

dona ferunt, onerant aras mactantque iuvencos,
ordine aëna locant alii fusique per herbam
subiciunt veribus prunas et viscera torrent.

Expectata dies aderat nonamque serena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant,
famaque finitimos et clari nomen Acestae
excierat: laeto complerant litora coetu
visuri Aeneadas, pars et certare parati.
munera principio ante oculos circoque locantur
in medio, sacri tripodes viridesque coronae
et palmae pretium victoribus, armaque et ostro
perfusae vestes, argenti aurique talenta;
et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Prima pares ineunt gravibus certamina remis
quattuor ex omni delectae classe carinae.
velocem Mnestheus agit acri remige Pristim,
(mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi)
ingentemque Gyas ingenti mole Chimaeram,
urbis opus, triplici pubes quam Dardana versu

TESTIMONIA. 104 'exspectata d. a.' Charisius I 110 K. 104 sq. 'serena iam luce' Servius Aen. V 64 106 sq. 'famaque . . . excierat' Priscianus 865 P. 106 'duri nomen A.' Charisius I 67 K. 108 'pars . . . parati' Servius Aen. V 293 110 sq. 'sacri . . . victoribus' schol. Hor. carm. IV 8, 3 110 cf. C. I. L. IV 1237 'sacri t.' Servius Aen. V 311 111 'et . . . victoribus' Nonius 366, 7 113 Nonius 249, 8 114 'gravibus c. r.' Servius Aen. V 274 116 sqq. Hygini fab. 273 116 Nonius 535, 27 117 'mox I. Mnestheus' Charisius I 205 K. 118 sq. 'ingentemque . . . opus' Sacerdos VI 464 K. 'Chimaeram u. o.' Arusianus VII 496 K. 119 sq. 'triplici . . . impellunt' Servius Aen. I 182 ge. IV 144

VARIA LECTIO. 101 onerantq: *c* 104 aderat *om.* *γ* 106 duri *Charisii cod.* (*sed* Darii *ed. pr.*) 107 EXIERAT *Pc* (C *supra*) EXIERAT *R* COMPLEBANT *M*: *cf.* IX 382 complerunt *χ* 109—113. 114—134 *F* *fol.* XLI 112 AVRI (I *m.* 2 *add.*) *P* AVRO *R* TALENTA *FRbcm*, *Servius*: *cf.* X 526. 531 XI 333 TALENTVM *MPγ* *ut* 248 113 ut *Rottend. sec.* 114 pariſ *γ*1

116 PRISTIM *FRbc*, *Nonius* PRISTIN *Mγ* (P *supra*) RISTIN *P* pistrin *χ*

impellunt, [terno consurgunt ordine remi,]
Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magna, Scyllaque Cloanthus
caerulea, genus unde tibi, Romane Cluenti.

Est procul in pelago saxum spumantia contra
litora, quod tumidis submersum tunditur olim
fluctibus, hiberni condunt ubi sidera cori;
tranquillo silet immotaque attollitur unda
campus et apricis statio gratissima mergis.
hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
constituit signum nautis pater, unde reverti
scirent et longos ubi circumflectere cursus.
tum loca sorte legunt, ipsique in puppibus auro
ductores longe effulgent ostroque decori;
cetera populea velatur fronde iuventus
nudatosque umeros oleo perfusa nitescit.
considunt transtris, intentaque bracchia remis;

---

TESTIMONIA. 121 'domus . . . nomen' Servius Aen. III 85 122 'Centauro i. m.' Nonius 329, 29 Donatus Ter. eun. prol. 32 explan. in Don. IV 528 K. 123 'genus . . . Cluenti' explan. in Don. IV 536 K. 124 'est . . . saxum' Servius Aen. III 13 125 sq. 'litora . . . fluctibus' Agroecius VII 117 K. 'quod . . . fluctibus' Priscianus 1018 P. 'tumidis quod fluctibus olim tunditur' Servius Aen. I 20 128 'et . . . mergis' schol. Persii VI 30 schol. Med. ecl. IX 49 133 'ductores a. effulgent' Priscianus 866 P. 135 Nonius 354, 27 Servius Aen. XII 5 136 Nonius 329, 2 136 sq. 'intentaque . . . signum' Priscianus 788 P. 'intentaque . . . intenti' Priscianus 1126 P.

---

VARIA LECTIO. 120 impellit χ impellunt *testatur Servius* terno . . . remi *cum mera sit antecedentium interpretatio, vereor ut poeta scripserit* 125 SUMERSUM (B *suprascr.*) *M* SVMMERSVM *FRbc* 126 CONTVNDVNT (CON *eras.*) *R* CHORI *libri* 128 MERGIS *in ras., loco lit.* GIS *visus sum agnoscere* EiN *R* 132 im puppibuſ *c* 133 *cf.* XII 126 longe] auro *Priscianus* 134 IVENTVS (V *suprascr.*) *F* 135—150. 151—158 *F fol. XLII* 136 TRASTIS *R* inten . . ta *b* nudata '*aliquot antiqui*' *Pieriani.* '*eodem sermone in diversis usus est rebus: aliter enim brachia, aliter intendimus mentem*' *Servius.* intenta *item testatur Nonius* intenta . . . signum *nulla posita interpunctione coniunxisse videtur Priscianus*

intenti expectant signum, exultantiaque haurit
corda pavor pulsans laudumque arrecta cupido.
inde ubi clara dedit sonitum tuba, funibus omnes,
haut mora, prosiluere suis: ferit aethera clamor
nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.
infindunt pariter sulcos, totumque dehiscit
convolsum remis rostrisque tridentibus aequor.
non tam praecipites biiugo certamine campum
corripuere ruuntque effusi carcere currus,
nec sic immissis aurigae undantia lora
concussere iugis pronique in verbera pendent.
tum plausu fremituque virum studiisque faventum
consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant
litora, pulsati colles clamore resultant.
effugit ante alios primisque elabitur undis
turbam inter fremitumque Gyas; quem deinde Cloanthus

---

TESTIMONIA. 137 'intenti e. s.' Nonius 328, 33. 329, 30 137 sq. 'exultantiaque . . . pulsans' Nonius 300, 29 Servius Aen. IX 88 139 'inde . . . dedit' ult. syll. IV 246 K. 140 'haut m. p.' Priscianus 906 P. 142 exempl. poet. cod. Vat. 220 Keil. 142 sq. Priscianus 562 P. 143 exempl. poet. cod. Vat. 266 144—147 Macrobius Sat. V 11, 20 144 sq. 'non biiugo c. c. c.' Diomedes I 464 K. 'biiugo . . . corripuere' Priscianus 1357 P. 144 'non . . . certamine' Cledonius V 67 K. 'non t. p.' Servius Aen. II 496 145 'ruuntque . . . currus' Charisii exc. I 548 K. Servius Aen. I 54 146 Servius ecl. V 82 147 'pronique . . . pendent' Arusianus VII 482 K. Charisius I 32 K. 150 'pulsati . . . resultant' Servius Aen. VI 99 152 'turbam . . . Gyas' Probi inst. IV 80 K. 152—154 'quem . . tenet' Nonius 381, 14 152 sq. 'quem . . . consequitur' Nonius 270, 10

---

VARIA LECTIO. 137 exultantia ... pulsans = *ge.* III 105 *sq.* 139 funibus *scripsi*: *cf. prol.* 365 FINIBVS *libri* sedibus *Peerlkampus, quem refutavit Wagnerus lectt. Verg.* 403 *sqq.* 140 suis] omnes *Priscianus* ferit aurea clamor Sidera *Priscianus ut* II 488 *et* XI 832 142 INFUNDUNT (I *superscr.*) (*corr. minio*) *M* infundunt *m* Infidunt (n *superscr.*) *b* 143 = VIII 690 conuolſum (v *superscr.*) *γ* CONVVLSVM *FMb1c* que *om. c* TRIDENTIBVS (S *superscr.*) *Fb* STRIDENTIBVS *Rγcm, Priscianus* rudentibus *et* sonantibus *χ* 144 *sq.* certamine ... currus = *ge.* III 103 *sq.* 147 in carcere (*cf.* 145) *Charisius* 149 inlisa *vel* incussa *vel* inpulsa ... aequora *Schraderus* 151 primuſ *c1χ* undaſ *γ1* 152 FRETVM *F* quam *Nonii* 381 *exempl.*

consequitur, melior remis, sed pondere pinus
tarda tenet. post hos aequo discrimine Pristis
Centaurusque locum tendunt superare priorem;
et nunc Pristis habet, nunc victam praeterit ingens
Centaurus, nunc una ambae iunctisque feruntur
frontibus et longa sulcant vada salsa carina.
iamque propinquabant scopulo metamque tenebant,
cum princeps medioque Gyas in gurgite victor
rectorem navis compellat voce Menoeten:
'quo tantum mihi dexter abis? huc derige gressum;
litus ama et laeva stringat sine palmula cautes;
altum alii teneant'. dixit, sed caeca Menoetes
saxa timens proram pelagi detorquet ad undas.

---

TESTIMONIA. 153 sq. 'melior . . . tenet' Servius Aen. V 114 153 'melior r.' Diomedes I 458 K. Sacerdos VI 467 K. Arusianus VII 491 K. 154 sq. 'post . . . priorem' Nonius 282, 29 'post . . . Centaurusque' schol. Lucani III 511 'aequo . . . priorem' Nonius 411, 5 157 sq. 'nunc . . . carina' Isidorus orig. I 36, 6 158 'longa . . . carina' Servius Aen. III 495 cf. Servius Aen. III 202 159 Priscianus 799 P. 'iamque p. s.' Arusianus VII 500 K. 162 sq. 'quo . . . ama' Seneca de benef. VI 7 162 'quo . . . abis' Nonius 290, 9 163 'litus a.' Diomedes I 516 K. ult. syll. IV 239 K. 'laeva . . . cautes' schol. Med. ecl. IX 61

---

VARIA LECTIO. 154 $^{A}$EQVO *P* ALIQVO (I *corr. in* E) *F* certamine *schol. Lucani* 'discrimine: *vel insterstitio vel certamine vel cursu' Servius* PIST$^{R}$RIS (R *sup. minio p.*) *M* priſtriſ *c*1 pistrix *Nonii* ω *utroque loco: cf. Ritschelii opusc.* II 460 *sqq. et* 190 *sq. prol.* 443 156 p.$^{r}$iſtiſ (*erasa* r) *c* pistris '*semper Reg. et Parrhas.' teste Burmanno* .abit (i *e corr.*) *b* abit χ VICTAM *m.* 2 *sup. F* PRAETI$^{BIT}$NENTENS (I *corr. in* E, E *alt. corr. in* I, T *alt. corr. in* G, ENS *m.* 2 *add. ut vid.*) *F* 157 CVNCTIS (C *pr. eras.*, I *sup.*) *P* 158 *cf.* X 197 longe χ iuncta *vel* socia *Io. Schraderus* CARINAE *F* carinae χ 159 PROPINQUABAT$^{N}$ *M* 161 menoetem *c* 162 *cf.* XI 855 DIRIGE *Mbcπ* GR$^{V}$ESSUM (G *corr. in* C) *M* curſum *bcπ*, *Seneca: cf. Gellius* X 26 163 LAEVA *MPγ*1*b*1 LAEVAS *Rγ*2*b*2*c* 164 mo.$^{o}$netеſ (*erasa* e) *b*

'quo diversus abis?' iterum 'pete saxa, Menoete!'
cum clamore Gyas revocabat: et ecce Cloanthum
respicit instantem tergo et propiora tenentem.
ille inter navemque Gyae scopulosque sonantis
radit iter laevom interior subitoque priorem
praeterit et metis tenet aequora tuta relictis.
tum vero exarsit iuveni dolor ossibus ingens,
nec lacrimis caruere genae, segnemque Menoeten
oblitus decorisque sui sociumque salutis
in mare praecipitem puppi deturbat ab alta:
ipse gubernaclo rector subit, ipse magister
hortaturque viros clavomque ad litora torquet.
at gravis ut fundo vix tandem redditus imo est
iam senior madidaque fluens in veste Menoetes,
summa petit scopuli siccaque in rupe resedit.
illum et labentem Teucri et risere natantem
et salsos rident revomentem pectore fluctus.
hic laeta extremis spes est accensa duobus,

TESTIMONIA. 166 'fuge s. M.' Probi inst. IV 81 K. 169 'ille . . . Gyae' Probi inst. IV 80 K. 170 'radit . . . interior' Servius Aen. III 700 173 'segnemque M.' Probi inst. IV 81 K. 174 'oblitus d. s.' Servius Aen. XI 866 175 'puppi . . . alta' Nonius 101, 16 177 'clavum . . . torquet' lib. gloss. (V 179 G.) 180 Nonius 394, 26 Priscianus 1186 P. 'siccaque . . . resedit' Arusianus VII 506 K.

VARIA LECTIO. 166 'iterum: *hoc verbum et a poeta potest dici, ut* iterum revocabat, *et a Gya ut:* quo abis iterum: *non* iterum pete' *Servius.* iterum *vel cum* abis *vel cum* pete *vel cum* revocabat *coniungunt.* pete] fuge *Probi inst.* MOENOTE *P* mo.n$\overset{e}{o}$te (o *pr. corr. in* e) $\gamma$ mo.$\overset{o}{n}$eten (*erasa* e) *b* 167 ET *om. R, minime probandum* 168 $^{a}$tergo $\gamma$ terga $\chi$ 169 SONANTES *R* 170 LAEVOM (O *corr. in* V) *P* LAEVVM *MRγbc* 173 M$\overset{E}{\Theta}$ENOTEN *P* MENOETE~ *Mc* monoeten *b* 174 '*possumus intellegere* oblitus salutis suae socium, *i. e. gubernatorem, possumus et* socium salutis oblitus, *pro* sociorum, *praecipitato scilicet gubernatore*' *Servius* 177 CLAVVM *Rγbc* 178 IMEST *R* 179 M$\overset{E}{\Theta}$ENOTES *P* monoetes *b* 180 sedit *Nonii* $\omega$ 182 '*asteriscum adposuit Heynius* rident] tremulo *Peerlkampus*

Sergesto Mnesthique, Gyan superare morantem.
Sergestus capit ante locum scopuloque propinquat,
nec tota tamen ille prior praeeunte carina:
parte prior, partim rostro premit aemula Pristis.
at media socios incedens nave per ipsos
hortatur Mnestheus: 'nunc nunc insurgite remis,
Hectorei socii, Troiae quos sorte suprema
delegi comites; nunc illas promite vires,
nunc animos, quibus in Gaetulis Syrtibus usi
Ionioque mari Maleaeque sequacibus undis.
non iam prima peto Mnestheus neque vincere certo
(quamquam o! — set superent quibus hoc, Neptune, dedisti):
extremos pudeat rediisse. hoc vincite, cives,
et prohibete nefas.' olli certamine summo
procumbunt: vastis tremit ictibus aerea puppis

TESTIMONIA. 184 'Sergesto M.' explan. in Don. IV 528 K. 'Gyan s. m.' Probi inst. IV 80 K. 186 Maximi Victorini de rat. metr. VI 218 K. Beda VII 248 K. 187 Arusianus VII 499 K. 'partim . . . Pristis' schol. Hor. carm. IV 1, 18 188 sq. 'at . . . hortatur socios' Priscianus 765 P. 189 Beda VII 231 K. 'hortator M. nunc' anecd. Helv. 224 'nunc nunc i. r.' Victorinus in Cic. p. 224 H. 189 sq. 'nunc nunc . . . socii' Servius Aen. I 468 Iulius Rufinianus p. 47 H. 190 'Hectorei s.' explan. in Don. IV 537 K. Servius Aen. I 273 191 sq. 'nunc . . . usi' schol. Hor. carm. II 20, 15 193 Maleaeque s. u.' comm. Bern. Lucani IX 36 Servius ge. II 374 IV 230 194 sq. 'nec vincere . . . dedisti' Macrobius Sat. IV 6, 21 195 Priscianus 1030 P. 'quamquam o sed' Servius Aen. I 135 'superent . . . dedisti' Caper VII 97 K. 196 'hoc v. c.' Servius Aen. V 493 198 'vastis . . . puppis' comm. Bern. Lucani III 527 U. schol. Hor. carm. I 35, 19 'aerea p.' Servius Aen. V 274

VARIA LECTIO. 184 SERGESTVM *R* MNESTI *MR* mneſtheo *bc* mneſthe[o] *γ2* Mnesthei *per epist. commendat Usener conl. ecl.* IV 57 (*cf. ge.* IV 545. 553 *prol.* 131. 402) 185 scopulos *et* scopulum *χ* 186 priuſ *γ1* 187 PARTIM *PRγbc, schol. Hor.: cf. Gellius* X 13 PARTEM *M* p.[r]iſtiſ (*erasa* r) *c* pistris *schol. Hor.* 188 *sq.* media Mnestheus i. n. p. i. hortatur socios *Priscianus* 189 insurgite remis: *cf.* III 560 190 hortor vos *Rufinianus* Hectorei *confirmat Servius* 191 illas *om. schol. Hor.* 193 Ionioue (o *post. in ras.*) *b* 194 nec *Macrobii exempl.* 195 ſuperaent *b* 198 AVREA (E *supra* V) *MP* PVPPES *R*

subtrahiturque solum, tum creber anhelitus artus
aridaque ora quatit, sudor fluit undique rivis.
attulit ipse viris optatum casus honorem.
namque furens animi dum proram ad saxa suburget
interior spatioque subit Sergestus iniquo,
infelix saxis in procurrentibus haesit.
concussae cautes, et acuto in murice remi
obnixi crepuere, inlisaque prora pependit.
consurgunt nautae et magno clamore morantur
ferratasque trudes et acuta cuspide contos
expediunt fractosque legunt in gurgite remos.
at laetus Mnestheus successuque acrior ipso
agmine remorum celeri ventisque vocatis
prona petit maria et pelago decurrit aperto.
qualis spelunca subito commota columba,
cui domus et dulces latebroso in pumice nidi,
fertur in arva volans plausumque exterrita pinnis
dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto
radit iter liquidum celeris neque commovet alas:

---

TESTIMONIA. 199 'subtrahiturque s.' Isidorus orig. XIV 7, 24 Servius Aen. II 780 VII 111 ge. IV 77  202 'furens . . . suburget' Arusianus VII 473 K.  203 'spatioque . . . iniquo' Servius ge. IV 147  204 Arusianus VII 477 K.  205 sq. 'et . . . crepuere' Nonius 255, 23. 461, 33  208 Isidorus orig. XVIII 7, 2 'ferratasque t.' Isidorus orig. XVIII 7, 3 'acuta c. c.' Asper 112, 13 K.  209 'fractosque . . . remos' Nonius 332, 14  211 Priscianus 761. 776 P.  212 'caelo decurrit a.' Quintilianus VII 9, 10  214 'latebroso . . . nidi' Probi de nom. exc. IV 209 K. de dub. nom. V 586 K. (nisi hic XII 587 potius laudare voluit: nam quod pro 'nidi' scribitur 'pepli', potest ortum videri eo quod 'pastor' et deinde sequentis glossae initium 'peluis' turbavit mentem librarii)  215 sq. 'plausumque . . . ingentem' Nonius 295, 24

---

VARIA LECTIO. 199 tũ *sup. b* TU[M]~~NC~~ *M* ANHELLITVS *R: cf. prol.* 429  202 ANIMI *MRγ*2, *Servius, Arusianus* ANIMO *Pγ*1 animis *'aliquot' Pieriani, ut* VIII 228  PRORA *M, Arusiani Parrh.* SUBURGIT *M*  204 HAE[S]MIT *M*  205 in *om. Pγ*  208 SUDES *M* trudes *testatur Isidorus*  210 ET (A *supra* E) *M*  212 pelago] caelo *Quintilianus: cf.* I 155  214 DVLCIS *R*  215 fertur . . . volans: *cf.* II 498  pennif *b*1  217 LIQVIDVMET *R*

sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pristis
aequora, sic illam fert impetus ipse volantem.
et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum brevibusque vadis frustraque vocantem
auxilia et fractis discentem currere remis.
inde Gyan ipsamque ingenti mole Chimaeram
consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro est.
solus iamque ipso superest in fine Cloanthus,
quem petit et summis adnixus viribus urget.
tum vero ingeminat clamor, cunctique sequentem
instigant studiis, resonatque fragoribus aether.
hi proprium decus et partum indignantur honorem
ni teneant, vitamque volunt pro laude pacisci;
hos successus alit: possunt, quia posse videntur.
et fors aequatis cepissent praemia rostris,
ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus
fudissetque preces divosque in vota vocasset.
'di, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro,
vobis laetus ego hoc candentem in litore taurum
constituam ante aras voti reus extaque salsos

TESTIMONIA. 218 sq. 'secat . . . aequora' schol. Med. ecl. X 49 222 'et . . . remis' Nonius 287, 2 Servius Aen. V 209 226 Nonius 366, 29 227 sq. 'cunctique . . . studiis' Servius Aen. V 231 230 'vitamque . . . pacisci' Arusianus VII 498 K. comm. Bern. Lucani II 240 U. schol. Hor. carm. III 14, 2 232 'fors . . . rostris' Charisius I 185 K. 233 Marius Victorinus VI 37 K. 235—238 Macrobius Sat. III 2, 5 236 sq. 'vobis . . . reus' Donatus Ter. eun. IV 1, 8 237 'constituam . . . reus' Macrobius Sat. III 2, 1 Nonius 461, 6
237 sq. 'extaque . . . fluctus' Servius Aen. III 231 Macrobius Sat. III 2, 1

VARIA LECTIO. 218 p.iſtiſ (*erasa* r) *c* 220 in *om. M* 221 et fruſtraq: *in ras. b* 222 ..currere *y* 224 magiſtreſt *'aliquot' Pieriani* 226 ADNIXVS *MR, Nonii exempl.: cf.* I 144 III 208 IV 583 atnixuſ *b* ENIXVS *Py* 228 que *om. Py* CLAMORIBVS *Py*: *cf.* IV 668 XII 607 233 ponto palmaſ *b*
235 ESTPELAGI *Pyb*, *Servii et Macrobii exempl.: cf.* VI 264 ESTPELÀGI *M* PELAGIEST *Rc* AEQVORE *Ry*, *Macrobii Cantabr. et Salisb.* 236 in *om. R* 237 *sq.* exta . . . fundam: *cf.* 775 *sq.*

proiciam in fluctus et vina liquentia fundam.'
dixit, eumque imis sub fluctibus audiit omnis
Nereidum Phorcique chorus Panopeaque virgo,
et pater ipse manu magna Portunus euntem
impulit: illa noto citius volucrique sagitta
ad terram fugit et portu se condidit alto.
tum satus Anchisa cunctis ex more vocatis
victorem magna praeconis voce Cloanthum
declarat viridique advelat tempora lauro,
muneraque in navis ternos optare iuvencos
vinaque et argenti magnum dat ferre talentum.
ipsis praecipuos ductoribus addit honores:
victori chlamydem auratam, quam plurima circum
purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit,
intextusque puer frondosa regius Ida
velocis iaculo cervos cursuque fatigat,
acer, anhelanti similis, quem praepes ab Ida

TESTIMONIA 241 cf. schol. Veron. 95, 11 K. 243 'ad t. f.' Servius Aen. I 406 247 Priscianus 775 P. 248 'argenti . . . talentum' Servius Aen. I 318 X 701 'magnum d. f. t.' Quintilianus IX 3, 9 'dat f.' Servius Aen. XII 211 'dat f. t.' Servius Aen. XII 97 249 Nonius 320, 21 250—253 (om. 'maeandro') Diomedes I 483 K. 250 sq. Nonius 140, 7 'victori . . . purpura' Servius Aen. IV 137 251 Charisius I 268 K. cf. schol. Veron. 95, 16 K. 252 cf. schol. Veron. 95, 22 K. 253 Nonius 304, 10 254 'acer a. s.' Charisius I 117 K. 254 sq. 'quem . . . uncis' schol. Hor. carm. III 20, 16

VARIA LECTIO. 238 PROICIAM *PRγbcψ* PROICIAM (O superscr.) (*corr. minio*) *M* 'proiciam: *exta* proiciuntur *in fluctus*, *aris* porriciuntur . . . *nisi forte dicamus etiam fluctibus offerri. quod si est, porriciam legendum' Servius.* 'porriciam . . . *non ut quidam* proiciam *aestimantes dixisse Virgilium* proicienda exta, *quia adiecit* in fluctus' *Macrobius* AC *Pyb ut* 776 239 AUDITETOMNIS (i superscr.) *R* audit omnıſ *γ* 240 SPORCI *R* PORCHI (H superscr.) (*corr. minio*) *M* porci (h superscr.) *b* forci *c* 241—266 *Veron. fol.* 243 241 neptunuſ *γ*1 Portunus *testantur Servius et schol. Veron.* 243 PORTO *R* 247 aptare *γ2bcm*, *Prisciani Sang. et Lugd.*, *Bentleius* 249 PRAECIPUE *M, Nonius* 250 QVAM (M *in ras.*) *R* 253 UELOCES *Mγ*2 254 anhelanti. *b* ab alto *Burmannus ut* XI 721 ab aethra *Io. Schraderus conl. Valerio Flacco* I 156. *Emendaturum haec 'fortasse' poetam fuisse concessit Wagnerus; cf. prol.* 80

sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis:
longaevi palmas nequiquam ad sidera tendunt
custodes, saevitque canum latratus in auras.
at qui deinde locum tenuit virtute secundum,
levibus huic hamis consertam auroque trilicem
loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
victor aput rapidum Simoenta sub Ilio alto,
donat habere viro decus et tutamen in armis.
vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant
multiplicem conixi umeris; indutus at olim
Demoleos cursu palantis Troas agebat.
tertia dona facit geminos ex aere lebetas
cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.
iamque adeo donati omnes opibusque superbi

---

TESTIMONIA. 255 Servius Aen. I 28 schol. Hor. carm. IV 4, 1 cf. schol. Veron. 95, 23 K. 257 'saevit . . . auras' Macrobius Sat. VI 6, 19 259—262 Donatus Ter. Phorm. prol. 2 259—261 Macrobius Sat. V 7, 3 259 'hamis et auro' schol. Bern. app. I 5 260. 262 'loricam donat h. v.' Arusianus VII 477 K. 261 'sub I. a.' Servius in Don. IV 424 K. Sergius de syllaba IV 479 K. Pompeius V 119 K. de fin. VI 230. 242 K. Servius Aen. I 41 ge. I 281 Martianus Capella III 278 262 Donatus Ter. eun. II 2, 30 'donat . . . decus' Arusianus VII 463 K. 'donat h. v.' Servius Aen. V 248 X 235 XII 97 de schem. lex. p. 58 H. 263 Nonius 302, 16. 421, 2 264 sq. 'cum vix loricam duo multiplicem conixi umeris ferunt, quantus Demoleos qui indutus ea cursu palantes Troas agebat?' Quintilianus VIII 4, 25 265 'palantes T. a.' Eutychis ars V 478 K. schol. Iuven. I 52 Servius Aen. IV 245 267 (om. 'perfecta') Nonius 545, 26 'atque a. s.' schol. Iuven. XIV 62 268 'donati o. o. s.' Arusianus VII 463 K.

---

VARIA LECTIO. 256 ~~plagaf~~ palmaf *b* 257 in *m.* 2 *in ras.* *γ* AD *P, Macrobii Salisb.* 259 *sq.* levibus . . . loricam: *cf.* III 467 259 AMIS (H *m. rec.*) *R* amif *γbc* 260 detraxerit *γ* IPSI *ut vid. M*1 261 ILIONALTO *P* Ilion altom *Wall.* Ilion altum *Parrhas.* Ilio alta *χ* Ilio alto *Servius cum ceteris grammaticis* 263 PHYGEVS *R* SAC,RIS (λ *superscr.*) *M* Sagarus *Nonii* 421 *ω* 264 INDVSTVS *P* 265 DEMOLEUS *M* PALANTES *M* PALLANTIS *R* pallantes *schol. Iuven.* 267—292 *Veron. fol.* 266 267 atque] et *schol. Iuven.* 268 OMNIS *R* OMN·S *V* SVPERBIS (S *ult. eras. ut vid.*) *R*

puniceis ibant evincti tempora taenis,
cum saevo e scopulo multa vix arte revolsus,
amissis remis atque ordine debilis uno,
inrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
qualis saepe viae deprensus in aggere serpens,
aerea quem oblicum rota transit aut gravis ictu
seminecem liquit saxo lacerumque viator;
nequiquam longos fugiens dat corpore tortus,
parte ferox ardensque oculis et sibila colla
arduus attollens, pars volnere clauda retentat
nixantem nodis seque in sua membra plicantem:
tali remigio navis se tarda movebat;
vela facit tamen et plenis subit ostia velis.

---

TESTIMONIA. 270 Nonius 388, 21 'revolsus' cf. fragm. Bob. VII 542 K. 272 sq. Donatus Ter. Andr. IV 2, 25 273 Isidorus orig. XV 16, 7 Servius Aen. XII 446 274 'aerea . . . transit' Servius Aen. I 295 ge. III 173 schol. Bern. georg. III 173 275 'seminecem' cf. fragm. Bob. VII 542 K. 277 'sibila' fragm. Bob. VII 542 K. 278 'pars . . . retentat' Arusianus VII 489 K. 279 Priscianus 861. 904 P. 'nexantem n.' Eutychis ars V 485 K.

---

VARIA LECTIO. 269 EVICTIS *Pγ*1 TAENIS *MPRVγb: cf.*
S
*Lachmannus Lucr.* 279 tenis *c* 270 EXCOPVLO (*sup. m. rec.*)
R V
*R* scopulo, *om.* e, *b* ALTE (L *eras.*) *M* reuolsus *γ* REVVLSVS *MVc* REVOLSAM *R: cf.* 858 XII 98 271 *om. Parrhas.,*
n
*interpretatur Servius* 273 depressus *c* 274 OBLICUUM *M* OBLIQVVM *Rc* TRANSIT *R: probavit Lachmannus Lucr.* 209, *inpugnatus a Wagnero lect. Verg.* 316 *sqq.* TRANSIIT *MPγbc Servii ge. ex., Dan. ad Aen.* I 295 275 saxum *γ*1 saxi *Moret.*
277 et] PARS *R* 278 arduos *Romanus teste Pierio: ego nihil notavi* VVLNERE *RVbc* VVLNERA *Pγ*1 klauda *Aru-*
L
*sianus* CLAVDA *P* CAUDA *M* CAVDA *V* clausa *γ*1 clauda *testatur Servius* 279 *om., in mg. add. m.* 2*c* NIXANTEM *PVγ*1*c verbo*
TE
*Lucretiano* NIXANTEM (*punct. rubr.*) *M* NEXANTEM *Rγ*2*b, testantur Priscianus et Eutyches: cf. prol.* 149 nodis *γ* nodos *χ*
280 MOVEBAT *MRVbc ut* III 656 FEREBAT *Pγ: cf.* VIII 199 281 *deletum malit Iac. Bryant, interpretatur Servius* PLENISSUBITOSTIAUELIS *M: cf.* I 400 VELISSVBIT OSTIAPLENIS *PRVγbcmπ, nisi quod* osti[a] *γ* hostia *bc*

Sergestum Aeneas promisso munere donat
servatam ob navem laetus sociosque reductos.
olli serva datur, operum haut ignara Minervae,
Cressa genus, Pholoë, geminique sub ubere nati.

Hoc pius Aeneas misso certamine tendit
gramineum in campum, quem collibus undique curvis
cingebant silvae, mediaque in valle theatri
circus erat; quo se multis cum milibus heros
consessu medium tulit extructoque resedit

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

hic, qui forte velint rapido contendere cursu,
invitat pretiis animos, et praemia ponit.
undique conveniunt Teucri mixtique Sicani,
Nisus et Euryalus primi,
Euryalus forma insignis viridique iuventa,
Nisus amore pio pueri; quos deinde secutus
regius egregia Priami de stirpe Diores;
hunc Salius simul et Patron, quorum alter Acarnan,

TESTIMONIA. 282 Priscianus 1158 P. schol. Hor. a. p. 45 284 schol. Hor. carm. II 4, 3 285 Priscianus 1169 P. schol. Hor. carm. III 9, 9 'Cressa g. P.' Servius Aen. I 316 schol. Hor. serm. I 5, 54 'Cressa g.' Arusianus VII 476 K. 287 'gramineum in c.' Isidorus orig. I 33, 4 288 sq. 'mediaque . . . erat' Nonius 432, 22 291 Nonius 251, 11 293 Servius Aen. V 611 296 'amore p. p.' Servius Aen. V 334 298 'quorum a. Acarnan' ult. syll. IV 224 K. explan. in Don. IV 526 K.

VARIA LECTIO. 285 Thressa *schol. Hor. carm.* III 9, 9 Cressa *testatur Servius* VBERA *MP1Rγ* 287 gramineo in campo *Isidorus* 289 *cf.* 75 290 CONSENSU *M: cf.* 340 consessum *Nauckius, cui praeter alios Thilo adsentitur* in medium *χ* .. medium *c* medius *coni. Thilo* '*ordo est:* quo se Aeneas medium tulit cum multis milibus, et extructo consessu resedit' *Servius. Mihi incohatam orationem poeta videtur addito versu uno absoluturus fuisse: nam* consessu *dativum esse, ad ablativum autem* extructo *requiri* toro *puto: cf. prol.* 80 291 Hinc *c1* 292 *cf.* 486 PRETIS *V* 295 infigni[r] *γ* INSIGNI *P* 296 'pueri . . . *aut genetivus est . . . aut distinguendum per se et est nominativus pluralis' Servius* QVEM *Pγ1* 298 ACARNA~ *M* acarna *c1*

alter ab Arcadio Tegeaeae sanguine gentis;
tum duo Trinacrii iuvenes Helymus Panopesque,
adsueti silvis, comites senioris Acestae;
multi praeterea, quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus in mediis sic deinde locutus:
'accipite haec animis laetasque advertite mentes.
nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Cnosia bina dabo levato lucida ferro
spicula caelatamque argento ferre bipennem:
omnibus hic erit unus honos. tres praemia primi
accipient flavaque caput nectentur oliva.
primus equm phaleris insignem victor habeto;
alter Amazoniam pharetram plenamque sagittis
Threiciis, lato quam circum amplectitur auro
balteus et tereti subnectit fibula gemma;

---

TESTIMONIA. 301 'comites s. Acestae' Priscianus 603 P. Alcuinus gramm. 2090 P. anecd. Helv. 80 302 Macrobius Sat. VI 1, 61 305 Servius Aen. V 282 308 Charisius I 15 K. Marius Victorinus VI 31 K. 'hic . . . honos' Consentius V 399 K. 309 cf. Gellius II 26, 12 'flava . . . oliva' de schem. lex. p. 57 H. Servius Aen. IV 261 310 Diomedes I 339 K. 311 'plenamque s.' Arusianus VII 497 K. 311 sq. 'plenamque s. T.' Diomedes I 312 K. Servius Aen. I 215

---

VARIA LECTIO. 299 ARCADIA *Py* archadia *bc* Teg[2]eaeae *Mentel. alter cum al.* TEGEAE[D]AE *P* TEGAEADE *R* TEGERE DE *M* tegeae de *yc* teg eae de *b* 'Tegeaeae, *si derivativum fuerit,* de *non sequitur: si* Tegeae *legerimus, non stat versus nisi addita* de *syllaba. derivativum autem ille indicat locus* VIII 459' *Servius* 300 TRINACRI *M* HELYMVSQ· *R* 304 *om., ima pag. m.* 2 *add. b* 306 GNOSIA *MRbc* 307 FR[E]ONDE[RE] *M* ferre *m.* 2 *in ras. c* bipennem *m.* 2 *in ras. c* 309 accipiunt *Hamb. alt.* FLAVA *libri, Gellius et rhetor* fulva *Servius Aen.* IV 261: *etiam ad h. l. comparatur* iaspide fulva *Aen. l. l.* que *om. rhetor* NE[C]TENTVR (*ut* E *pr. videatur* I *fuisse*) *M* NECTVNTVR *P, rhetor* nect[n]etur *b* nectantur *Goth. tert.* 310 EQVvM *P* EQVVM *Rybc* EQU[V]AM *M* FALERIS *Py* 312 thraiciis (Thraeiciis?) *χ* CIRCVMPLECTITVR *M*

tertius Argolica hac galea contentus abito.'
haec ubi dicta, locum capiunt signoque repente
corripiunt spatia audito limenque relincunt,
effusi nimbo similes; simul ultima signant.
primus abit longeque ante omnia corpora Nisus
emicat, et ventis et fulminis ocior alis;
proximus huic, longo set proximus intervallo,
insequitur Salius; spatio post deinde relicto
tertius Euryalus;
Euryalumque Helymus sequitur; quo deinde sub ipso
ecce volat calcemque terit iam calce Diores
incumbens umero, spatia et si plura supersint,
transeat elapsus prior ambiguumve relinquat.
iamque fere spatio extremo fessique sub ipsam
finem adventabant, levi cum sanguine Nisus
labitur infelix, caesis ut forte iuvencis
fusus humum viridisque super madefecerat herbas.
hic iuvenis iam victor ovans vestigia presso

---

TESTIMONIA. 314 Diomedes I 339 K. Servius in Don. IV 414 K. Porphyrio Hor. carm. III 3, 39 'Argolica . . . abito' Macrobii exc. Bob. V 641 K. 315 Macrobius Sat. V 7, 4 316 Nonius 336, 5 318 sq. 'primus . . . emicat' Servius Aen. IX 386 319 'fulminis o. a.' Quintilianus VIII 6, 69 320 sq. 'proximus . . . Salius' Nonius 524, 8 320 Macrobius Sat. VI 2, 34 Diomedes I 410 K. Arusianus VII 498 K. 'longo proximus i.' Ammianus Marcellinus XIX 9, 7 323 sq. 'quo . . . volat' Diomedes I 413 K. Dositheus VII 415 K. 324 Nonius 29, 6. 415, 2 'calcemque . . . Diores' Nonius 257, 27 Donatus Ter. Phorm. I 2, 28 325 sq. 'spatia . . . prior' Servius Aen. V 225 328 sq. 'levi . . . infelix' Macrobii exc. Bob. V 653 K. 329 'caesis ut f. i.' Diomedes I 408 K. Porphyrio Hor. carm. III 4, 29 331 sq. 'vestigia . . . solo' Priscianus 869. 926 P.

---

VARIA LECTIO. 314 Argolica *om. Diomedes* galea hac *schol. Hor.* 316 RELINQVNT *Rb* RELINQUN̄ [v] *M* relinquunt *γc* 317 ETFUSI (*i. e.* ecfuſi) *M* simul ultima signant *quomodo explicanda sint dubitat Servius* 323 HELEMVS *R* QVEM [o] *P* QVOD *MR* quo. *b* c. *c1* q. [o] *c2* 324 volans *Nonii* 29 *exempl.* iamque *Baehrens* calce *test. Donatus* 325 humeris *χ* 326 ve *Heinsiani omnes, Bentleius* QVE *MPRγbcm* 327 IPSAM [v] *M* 330 VIRIDES *R* [h]erbaſ *γ2*, arma *γ1*

haut tenuit titubata solo, set pronus in ipso
concidit immundoque fimo sacroque cruore,
non tamen Euryali, non ille oblitus amorum:
nam sese opposuit Salio per lubrica surgens,
ille autem spissa iacuit revolutus harena.
emicat Euryalus, et munere victor amici
prima tenet, plausuque volat fremituque secundo.
post Helymus subit, et nunc tertia palma Diores.
hic totum caveae consessum ingentis et ora
prima patrum magnis Salius clamoribus implet
ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.
tutatur favor Euryalum lacrimaeque decorae
gratior et pulchro veniens in corpore virtus.
adiuvat et magna proclamat voce Diores,
qui subiit palmae frustraque ad praemia venit
ultima, si primi Salio reddentur honores.
tum pater Aeneas 'vestra' inquit 'munera vobis
certa manent, pueri et palmam movet ordine nemo:
me liceat casus misereri insontis amici.'
sic fatus tergum Gaetuli immane leonis

---

TESTIMONIA. 332 sq. 'sed . . . cruore' Arusianus VII 485 K. 335 Servius Aen. II 474 'per l. s.' Servius Aen. V 84 . 337 Consentius V 399 K. 'emicat . . . munere' Diomedes I 429 K. 'munere v. a.' Servius ge. I 7 339 'et . . . Diores' Servius Aen. XII 509 343 'tutatur f. E.' Priscianus 1183 P. 'lacrimaeque d.' Servius Aen. I 228 344 sq. 'gratior . . . adiuvat' Nonius 501, 30 344 Seneca epist. 66, 2 Arusianus VII 485 K. 'et . . . virtus' Servius ge. I 54 'veniens . . . virtus' fragm. Bob. VII 544 K. schol. Bern. georg. I 54 350 Donatus Ter. hec. prol. 2, 2 verborum diff. in Suetonio Reiff. p. 279 Asper 112, 26 K.

---

VARIA LECTIO. 333 *vulgo fortiter post* cruore *interpungunt* 337 AMICO (I *supra* O) *M* 339 HELEMVS *R* 340 CONSENSUM (S *supra*) *M: cf.* 290. 577 CONSENSVM *Rγ1b1* 344 in] e *Seneca* 345 DIORIS *P1* 347 REDDENTVR *Pγ1* REDDANTVR *Rγ2* REDDANTUR (U *supra* A *m. rec.*) *M* redduntur *bc*
349 manent, pueri et *Nauckius spicil. philol.* 9: *cf.* 296: *vocativum* pueri *alii distinguunt* 350 *cf.* II 93 Mi c1 'liceat me miserari: *nam non* me liceat, *sed* mihi liceat *dicimus' Servius* casum *diff. serm.* MISERERI *Rb* (*prol.* 290) MISERERI (E *alt. in ras.*, A *sup.*) *Pc* MISERARI *Mγ*, *Donatus, Asper, diff. serm.* 351 IMMANI *R*

dat Salio, villis onerosum atque unguibus aureis.
hic Nisus 'si tanta' inquit 'sunt praemia victis
et te lapsorum miseret, quae munera Niso
digna dabis? primam merui qui laude coronam,
ni me, quae Salium, Fortuna inimica tulisset.'
et simul his dictis faciem ostentabat et udo
turpia membra fimo. risit pater optimus olli
et clipeum efferri iussit, Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
hoc iuvenem egregium praestanti munere donat.

Post ubi confecti cursus, et dona peregit:
'nunc, sicui virtus animusque in pectore praesens,
adsit et evinctis attollat bracchia palmis.'
sic ait et geminum pugnae proponit honorem,
victori velatum auro vittisque iuvencum,
ensem atque insignem galeam solacia victo.
nec mora: continuo vastis cum viribus effert
ora Dares magnoque virum se murmure tollit,
solus qui Paridem solitus contendere contra,
idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
victorem Buten immani corpore, qui se

TESTIMONIA. 352 'villis . . . aureis' Marius Victorinus VI 66 K. 355 'primam . . . coronam' Servius Aen. I 461. 625 IX 250 356 'ni . . . Fortuna' Sacerdos VI 445 K. 358 'risit p. optimus' Priscianus 1160 P. 360 'Danais . . . refixum' Servius Aen. I 248 Acro Hor. epist. I 18, 56 363 Seneca epist. 92, 30 366 sq. Servius Aen. V 282 366 Servius Aen. II 249 III 174 V 386 XI 101 368—370 'vastis . . . contra' Donatus Ter. hec. prol. 2, 25 369 'magnoque . . . tollit' Servius Aen. V 491 370 Charisius I 270 K. 372 'victorem . . . corpore' Gellius V 8, 5 Macrobius Sat. VI 8, 3 372—374 'qui . . . perculit' comm. Bern. Lucani VI 382 U.

VARIA LECTIO. 354 PRAEMIA *M* 356 QVISALIVM (A supra) (I *pr. corr. in* E) *P: cf. prol.* 293 357 OSTENTA·.·BAT (DE *ut vid. eras.*) *M* 358 ILLI (O supra) *M* 359 EFFERRI *P* ferri *b* DIDYMAEONIS *R* DIDYMANIS (O supra) *M* arteſ *bcπ*, *Servius* ARTES (I *sup.*) *M* ARTEM *PRγ* arte *m* 361 *deleri vult Novák* munera *c1*: *cf.* 354 363 nunc] sed *Seneca* 364 ᵉuinctiſ *γb* VINCTIS *P: cf. prol.* 294 palmaſ *γ1* 372 butem *c1*

Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
perculit et fulva moribundum extendit harena.
talis prima Dares caput altum in proelia tollit,
ostenditque umeros latos alternaque iactat
bracchia protendens et verberat ictibus auras.
quaeritur huic alius; nec quisquam ex agmine tanto
audet adire virum manibusque inducere caestus.
ergo alacris cunctosque putans excedere palma
Aeneae stetit ante pedes, nec plura moratus
tum laeva taurum cornu tenet atque ita fatur:
'nate dea, si nemo audet se credere pugnae,
quae finis standi? quo me decet usque teneri?
ducere dona iube.' cuncti simul ore fremebant
Dardanidae reddique viro promissa iubebant.
hic gravis Entellum dictis castigat Acestes,
proximus ut viridante toro consederat herbae:
'Entelle, heroum quondam fortissime frustra,
tantane tam patiens nullo certamine tolli
dona sines? ubi nunc nobis deus ille magister,
nequiquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem
Trinacriam et spolia illa tuis pendentia tectis?'
ille sub haec: 'non laudis amor nec gloria cessit

TESTIMONIA. 374 Priscianus 897 P. cf. Gellius II 26, 11 378 sq. 'nec . . . virum' Donatus Ter. Phorm. I 4, 52 379 'audet . . . inducere' Arusianus VII 458 K. 380 Charisius I 113 K. Charisii exc. I 556 K. Priscianus 647 P. Donatus Ter. eun. II 3, 12 381 'Aeneae . . . pedes' Probi inst. IV 149 K. cf. Audacis exc. VII 353 K. 384 'quae f. s.' Charisii exc. I 555 K. explan. in Don. IV 539 K. 386 'reddi . . . iubebant' Donatus Ter. Andr. III 3, 1 387 Nonius 251, 20. 314, 32 388 Servius Aen. I 708 390 ult. syll. IV 244 K.

VARIA LECTIO. 374 PERTULIT *M* Percutit *b* PERCVTIT *R* perculit *testatur Priscianus* 378 HIC *M* ne^c *b* NE *Rγ* 380 pugna *bχ*, *Donati exempl.* pugne *c: cf.* 383 381 AENEAS *R* 382 iam *Hamb. pr.* LAEVO *Pγ*1 384 ſtanti *Mentel. pr.* 385 IUBE·T *M* 387 his *Nonii* 251 *exempl.* 388 conſiderat *b*1*c* HERBA *Rc*1 herbae *Servius* 390 PATIENS *P* 391 ſinif *b*1*χ*

pulsa metu; sed enim gelidus tardante senecta
sanguis hebet, frigentque effetae in corpore vires.
si mihi, quae quondam fuerat quaque improbus iste
exultat fidens, si nunc foret illa iuventas,
haut equidem pretio inductus pulchroque iuvenco
venissem, nec dona moror.' sic deinde locutus
in medium geminos immani pondere caestus
proiecit, quibus acer Eryx in proelia suetus
ferre manum duroque intendere bracchia tergo.
obstipuere animi: tantorum ingentia septem
terga boum plumbo insuto ferroque rigebant.
ante omnis stupet ipse Dares longeque recusat;
magnanimusque Anchisiades et pondus et ipsa
huc illuc vinclorum immensa volumina versat.
tum senior talis referebat pectore voces:
'quid, siquis caestus ipsius et Herculis arma

TESTIMONIA. 395 sq. 'gelidus . . . hebet' schol. Iuven. X 217 396 'sanguis h.' Maximus Victorinus de rat. metr. VI 219 K. 400 'nec d. m.' schol. Hor. serm. I 4, 13 401 sq. 'in . . . proiecit' Gellius V 8, 5 Macrobius Sat. VI 8, 3 402 sq. 'quibus . . . manum' Donatus Ter. Phorm. I 2, 56 Nonius 302, 28 405 'terga b.' Charisius I 71. 146 K. 406 ult. syll. IV 249 K. Nonius 339, 9 407 'magnanimusque Anchisiades' Diomedes I 459 K. Donati ars IV 400 K. Sacerdos VI 460 K. Beda de trop. 381 C. Isidorus orig. I 36, 11 408 Servius Aen. VIII 619 diff. serm. in Rothii Suet. p. 309, 6 409 'senior' Servius Aen. VI 304 410 'quid . . . ipsius' Probi cath. IV 30 K. 'quid . . . Herculis' Sacerdos VI 481 K.

VARIA LECTIO. 395 SED *PRybc: cf.* I 19 SET *M* 396
E
HABET *M* HABET *R, Maximi Vict.* φ effe.tae *ybc* EFFATAE *P* effractae *Hamb. alt. m.* 2 effetae *Servius* 398 IVVENTVS *Pylm* iuuentor *c*1 iuuentorſ *c*2 iuuenta *bχ*, *item fluctuant Servii codices: cf.* VIII 160 *ge.* III 63 399 ue *m* 403 MANV *R* durisque i. b. loris *Peerlkampus: malim abesse totum hemistichium: cf. prol.* 79 404 tantorū (an *in ras. m.* 2) ingentia *b* teucrorum i. *Hamb. alt.* totorum i. *Fabricius* tanto nigrantia *Peerlkampus.* 'animi tantorum; *hic distinguendum, hoc est virorum fortium . . . nam stultum est dicere* tantorum boum, *cum dixerit* septem' *Servius* 405 bovum *Charisius* 407 MAGNAANIMUS *M: cf. prol.* 388 SE·T *M* 408 inmissa (inmessa? *cf.* 662 III 157) *diff. serm.* 410 quid] quiſ (ſ *m.* 2 *in ras.*) *c* et *om. Sacerdos*

vidisset tristemque hoc ipso in litore pugnam?
haec germanus Eryx quondam tuus arma gerebat
(sanguine cernis adhuc sparsoque infecta cerebro),
his magnum Alciden contra stetit, his ego suetus,
dum melior viris sanguis dabat aemula necdum
temporibus geminis canebat sparsa senectus.
set si nostra Dares haec Troïus arma recusat
idque pio sedet Aeneae, probat auctor Acestes,
aequemus pugnas. Erycis tibi terga remitto
(solve metus), et tu Troianos exue caestus.'
haec fatus duplicem ex umeris reiecit amictum
et magnos membrorum artus, magna ossa lacertosque
exuit atque ingens media consistit harena.
tum satus Anchisa caestus pater extulit aequos,
et paribus palmas amborum innexuit armis.
constitit in digitos extemplo arrectus uterque
bracchiaque ad superas interritus extulit auras.
abduxere retro longe capita ardua ab ictu

---

TESTIMONIA. 414 Priscianus 1105 P. 415 sq. 'aemula ... senectus' Nonius 238, 31 418 Nonius 404, 23 419 'aequemus p.' Arusianus VII 454 K. 422 sq. 'magna . . . exuit' Macrobius Sat. VI 1, 43 Nonius 300, 7 424 Nonius 297, 14 425 Priscianus 861. 903. 904 P. 'paribus . . . armis' schol. Veron. 81, 2 'palmas . . . armis' Diomedes I 369 K. 426 Quintilianus VIII 3, 63 Donatus Ter. adelph. II 1, 2 Augustini regul. V 508 K. Macrobius Sat. V 7, 5 'constitit in d.' Nonius 272, 31 428 Marius Victorinus VI 38 K.

---

VARIA LECTIO. 413 ſparſo (parſo *m. rec. in ras.*) *c* fracto *χ*: *cf.* 480 414 alcidem *bc* 415 VIRES *M2P2bc* 417 recu.ſat *b* 418 sedet: *cf. Aen.* II 660 IV 15 VII 611 XI 551 placet *malit Peerlkampus* probat (at *m.* 2 *in ras.*) *γ* 419 aequemuſ (e *post. m.* 2) *γ* 421 DEIECIT [R] (D *eras.*) *P* 422 QVE *eras. P, om. m* 423 exuit: *cf. Aen.* II 153 IV 518 extulit *Macrobius: cf.* 424. 427. 444 424 tunc *Nonii exempl.* 425 INTEXUIT [N] *M*, innexuit *testantur Diomedes et Priscianus* 427. 426 *bc* 426 *in mg. hoc signum:* ʔ *M* 'constitit: *hic distinguendum propter vitium, ut sit* arrectus in digitos' *Servius* 428 redduxere *testatur Marius Victorinus: cf. prol.* 210

immiscentque manus manibus pugnamque lacessunt,
ille pedum melior motu fretusque iuventa,
hic membris et mole valens, sed tarda trementi
genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus.
multa viri nequiquam inter se volnera iactant,
multa cavo lateri ingeminant et pectore vastos
dant sonitus, erratque auris et tempora circum
crebra manus, duro crepitant sub volnere malae.
stat gravis Entellus nisuque immotus eodem,
corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.
ille, velut celsam oppugnat qui molibus urbem
aut montana sedet circum castella sub armis,
nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
arte locum et variis adsultibus inritus urget.
ostendit dextram insurgens Entellus et alte
extulit: ille ictum venientem a vertice velox
praevidit celerique elapsus corpore cessit;

TESTIMONIA. 429 Arusianus VII 489 K. 430 schol. Hor. epod. XIII 4 'ille p. m. m.' Arusianus VII 492 K. 432 Nonius 207, 24 ult. syll. IV 257 K. schol. Hor. epod. XIII 4 'genva cum labant Daretis, aeger est anhelitus' Terentianus Maurus 759 'genua l.' Sergius de pedibus IV 480 K. Cledonius V 30 K. Maximus Victorinus de rat. metr. VI 222 K. Servius ecl. III 96 ge. I 397 'vastos . . . artus' Servius Aen. IX 811 437 ult. syll. IV 262 K. 438 Priscianus 1183 P. Arusianus VII 470 K. Macrobius Sat. VI 6, 5 Nonius 296, 16 'atque . . . exit' Servius Aen. XI 750 441 Priscianus 908 P. 443 sq. 'ostendit . . . extulit' Nonius 297, 22 445 'celeri . . . cessit' Nonius 251, 7

VARIA LECTIO. *Post v.* 429 *vulgo fortiter interpungunt* 430 motu melior *Arusianus* 431 t[r]ementiſ (ſ *eras.*) *c* 432 *cf.* IX 814 aeger: *cf. Servius Aen.* IX 814, *prol.* 141 ANHELLITUS *R* 433 u[v]olnera *γ* VVLNERA *MRbc* 434 *in ras. exceptis duabus extremis litt. P* pectora *Hamburg. alt., non displicuit Heynio* uaſto *c1*: *cf. ge.* III 222 *Aen.* I 245 X 716 435 ſonitu[ſ]· *γ* SONITVM *P* aureſ *bc* 436 u[v]olnere *γ* VVLNERE *Rbc* 437 NI[S]ſV *P* NISVS *R* ni[u]ſ· *γ* 439 UOLET[E V] *M* 440 *spurium habet Peerlkampus, et abundare concedendum, sed legit Servius* 441 NUNCHOSNUC[N]ILLOS *M* NUNCILLOSNVNC HOS *R* hos aditus iamque hos *ut* XI 766 *Priscianus* 444 *in ras. P*

Entellus vires in ventum effudit, et ultro
ipse gravis graviterque ad terram pondere vasto
concidit, ut quondam cava concidit aut Erymantho
aut Ida in magna radicitus eruta pinus.
consurgunt studiis Teucri et Trinacria pubes;
it clamor caelo, primusque accurrit Acestes
aequaevomque ab humo miserans attollit amicum.
at non tardatus casu neque territus heros
acrior ad pugnam redit ac vim suscitat ira
(tum pudor incendit vires et conscia virtus):
praecipitemque Daren ardens agit aequore toto
nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.
nec mora nec requies: quam multa grandine nimbi
culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
creber utraque manu pulsat versatque Dareta.
tum pater Aeneas procedere longius iras
et saevire animis Entellum hau passus acerbis,

TESTIMONIA. 446—448 'ultro ... concidit' de schem. lex. p. 52 H. 449 'radicitus e. p.' Priscianus 1015 P. 451 'it c. c.' Servius in Don. IV 433 K. Cledonius V 12 K. Pompeius V 183 K. Arusianus VII 481 K. anecd. Helv. 87 Servius Aen. I 6. 725 III 417 IV 26 VI 3 IX 431 X 322 ecl. II 30 454 Nonius 241, 15 455 Nonius 415, 17 456 Priscianus 705 P. Sacerdos VI 463 K. Servius ge. I 50 'praecipitemque ... agit' Charisii exc. I 542 K. 457 Donatus Ter. adelph. III 2, 8 Servius Aen. I 3 'nunc dextra, nunc i. s.' Servius Aen. VI 186 458 sq. 'quam ... crepitant' Sacerdos VI 465 K. 459 cf. Sacerdos VI 511 K. 460 explan. in Don. IV 527 K. Servius Aen. V 457

VARIA LECTIO. 446 EFFUNDIT *P* 448—473 *Veron. fol.* 259 449 RADICITVS *Rγ2c1*, *testatur Priscianus: cf. Homerus* Ξ 415 RADICIBUS *MPVγ1abc2* 451 IN (T) *M* occurrit *γ1c ut* 36 452 AEQVAEVOM (O *corr. in* V) *P* Aequaeuum *γbc* AEQUUM *M* 453 IASU (C) (lapsu *ut* X 750?) *M* 454 *Vulgo post* ira *fortiter interpungunt* 455 *suspectum habet Iac. Bryant* TUNC (M) *M* tunc *Nonii ex.* 456 darem *γc* 457 NUNCDEINDESINISTRA *Mm* nunc inde sinistra *Vindob.: cf. prol.* 353 nunc ille sinistra *testantur Donatus et identidem Servius, qui ad* VI 186 *tibicinis loco posita esse dicit; cf. prol.* 57. 80 *Fortiter post* sinistra *interpunxi* 462 HAV *P1* HAVT *P2RVγ* (H)AUT (T *corr. in* D) *M* haud *bc*

sed finem imposuit pugnae fessumque Dareta
eripuit mulcens dictis, ac talia fatur:
'infelix, quae tanta animum dementia cepit?
non vires alias conversaque numina sentis?
cede deo.' dixitque et proelia voce diremit.
ast illum fidi aequales, genua aegra trahentem
iactantemque utroque caput crassumque cruorem
ore eiectantem mixtosque in sanguine dentes,
ducunt ad navis, galeamque ensemque vocati
accipiunt, palmam Entello taurumque relincunt.
hic victor, superans animis tauroque superbus
'nate dea vosque haec' inquit 'cognoscite, Teucri,
et mihi quae fuerint iuvenali in corpore vires
et qua servetis revocatum a morte Dareta.'
dixit, et adversi contra stetit ora iuvenci,
qui donum astabat pugnae, durosque reducta
libravit dextra media inter cornua caestus,
arduus, effractoque inlisit in ossa cerebro:

TESTIMONIA. 463 Priscianus 705 P. cf. schol. Veron. 95, 24 K. 467 Priscianus 1002 P. 'cede d.' Nonius 250, 25 schol. Veron. 95, 26 K. 'dixitque . . . diremit' Servius ge. II 119 Aen. I 5. 18. 27 468—470 Macrobius Sat. IV 1, 2 468 'ast . . . aequales' Nonius 235, 31 471 sq. 'galeam . . . accipiunt' Macrobius Sat. IV 1, 2 473 schol. Veron. 95, 30 K. 475 'iuvenali . . . vires' Charisius I 133 K.

VARIA LECTIO. 463 DARETĀ *MR: cf.* 476 464 ac] & *c* 466 *Nihil legi potuit in V* UIRIS *M*1 467 dixitque . . . diremit *delet Peerlkampus, interpretatur Servius, qui haec 'vacat* que *metri causa: et maluit perissologiam facere quam uti communi syllaba, quae frequens vitiosa est' adnotavit* 468 *Nihil legi potuit in V* 469 quassantem *γ, Macrobii exempl.: cf.* VII 292 XII 894 *βάλλοντα Homerus* 470 OREIECTANTEM *Mc*1 Ore $^{e}$iectantem *γ*1 OREIACTANTEM *R* ORE*ie*CTANTEM *V* Ore reiectantem *γ*2 ore reiactantem *m* ore reluctantem *Parrhas.: an* ore eructantem? MIXTO$^{S}$ (S *sup. minio p.*) *Mc* 471 NAVES *Rbc* 472 RELINQVNT *RV* RELINQUιN̄· *M* relinquunt *c* relinquunt (n *post. in ras.*) *b* 473 ANIMO *V* animis *schol. Veron.* 474—499 *Veron. fol.* 250 476 dar&am *γ*: *cf.* 463 477 AVERSI *Pγb* 480 &fracto *γ* in *om. R, probavit Fleckeisenus annal. philol.* LXI 32

sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos.
ille super talis effundit pectore voces:
'hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis
persolvo; hic victor caestus artemque repono.'

Protinus Aeneas celeri certare sagitta
invitat qui forte velint, et praemia dicit,
ingentique manu malum de nave Seresti
erigit et volucrem traiecto in fune columbam,
quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
convenere viri, deiectamque aerea sortem
accepit galea; et primus clamore secundo
Hyrtacidae ante omnis exit locus Hippocoontis.
quem modo navali Mnestheus certamine victor
consequitur, viridi Mnestheus evinctus oliva.
tertius Eurytion, tuus o clarissime frater
Pandare, qui quondam, iussus confundere foedus,
in medios telum torsisti primus Achivos.

TESTIMONIA. 481 Macrobius Sat. III 5, 3 'procumbit h. b.' Cassiodorius VII 177 K. Marius Victorinus VI 72 K. 483 sq. 'hanc . . . persolvo' Servius Aen. IV 56 'ut expleret animalis hostiae causas, ipso est usus nomine [483], et ut nuncupata vota significaret, ait 'persolvo', quod de voto proprie dicitur' Macrobius Sat. III 5, 3 485 Caper VII 100 K. Albini orthogr. VII 308 K. 485 sq. 'celeri . . . praemia ponit' Nonius 320, 32 487 'malum' schol. Veron. 96, 8 K. 488 cf. schol. Veron. 96, 10 K. 489 Nonius 386, 16 490 sq. 'deiectamque . . . galea' Servius Aen. IX 266 492 cf. Macrobius Sat. V 15, 12 'exit l. H.' Charisius I 131 K. 493 sq. 'quem . . . consequitur' schol. Hor. carm. III 27, 47 Servius Aen. V 245 495 sq. 'tuus . . . Pandare' Arusianus VII 474 K. Servius ge. I 138 495 'clarissime' schol. Veron. 96, 19 K. 496 cf. schol. Veron. 96, 20 K. 497 Nonius 413, 27

VARIA LECTIO. 482 taleſ *b* effudit *cm* 483 TIBIET ERYX (*an* ERERYX?) *V* meliore *Peerlkampus: cf.* XII 296 meliorem *Servius* 484 REPON·· *V* REPONIT *Rc1*, *Servius* (repono *Mon.*) *cf.* 619 486 DICIT *Pγ*, *tuetur Heinsius: cf.* 291 *sq.* PONIT *MRVbc, Nonius* 487 ingentem *Bothius* 'ingenti manu, *magna multitudine' Servius: cf.* XI 556 488 TRΘIECTO (A *supr.*) *M* 489 *in mg. γ́ nota M* tendunt *γ1c1* 491 PRIMVM *RV* 492 ONMiS *V* omniſ (i *m. ead. corr. in* e) *γ* omneſ *b* 493 ductor *Schraderus: cf. Servius et prol.* 167 494 VINCTVS *R*

extremus galeaque ima subsedit Acestes,
ausus et ipse manu iuvenum temptare laborem.
tum validis flexos incurvant viribus arcus
pro se quisque viri et depromunt tela pharetris.
primaque per caelum nervo stridente sagitta
Hyrtacidae iuvenis volucris diverberat auras;
et venit adversique infigitur arbore mali.
intremuit malus timuitque exterrita pinnis
ales, et ingenti sonuerunt omnia plausu.
post acer Mnestheus adducto constitit arcu,
alta petens, pariterque oculos telumque tetendit.
ast ipsam miserandus avem contingere ferro
non valuit: nodos et vincula linea rupit,
quis innexa pedem malo pendebat ab alto;
illa notos atque alta volans in nubila fugit.
tum rapidus, iandudum arcu contenta parato
tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit,
iam vacuo laetam caelo speculatus, et alis

TESTIMONIA. 498 Servius Aen. XI 268 'galeaque . . . Acestes' Arusianus VII 511 K. Servius Aen. XII 836 500 sq. 'tum . . . viri' Priscianus 1187 P. 'summis incurvant . . . viri' Priscianus 996 P. Alcuinus orthogr. VII 307 K. 501 Priscianus 1024 P. Servius Aen. XII 552 504 'adversique . . . mali' ult. syll. IV 260 K. 'adversique i. a.' ult. syll. IV 260 K. 505 sq. 'timuitque . . . ales' Servius Aen. V 215 510 sq. Priscianus 904 P. 512 Servius ge. I 273 Aen. IV 257 513 sq. 'tunc . . . tenens' Nonius 265, 33 515 sq. 'iam . . . plaudentem' schol. Hor. carm. I 3, 34

VARIA LECTIO. 498 ſubcedit *c*1 499 MANVM *V* IUUENEM (u *suprascr.*) *M* LABORE *ut vid. V* 500 flexos *testatur Servius* summis *Prisciani* 996 *ω*, *Alcuinus* 503 VOLVCRIsIVVENIS *P* uolucriſ iuuenif *γ* uolucreſ iuuenif *b* DEUERBERAT *M* 505 penniſ *bc* 506 'omnia plausu: *alii pinnarum dicunt, sed melius est spectantium favore. illud enim est incredibile' Servius. Reddidit poeta, sed non suo loco, Homeri Ψ* 869 *cf. prol.* 80 510 qui primus nodos *Priscianus* rumpit *b*1*m* 512 ALTA *P* alta (r *suprascr.*) (l *eras.*) *γ* ATRA *MRbc: cf.* 693 *sq.* 513 hunc *et* tunc *Nonii exempl.* 'tum: *deinde, et est adverbium ordinis; nam* tunc *temporis est' Servius* 515 *in emendandis relictum fuisse a Vergilio putat Wagnerus* speculatur *π*

plaudentem nigra figit sub nube columbam.
decidit exanimis vitamque reliquit in astris
aetheriis fixamque refert delapsa sagittam.
amissa solus palma superabat Acestes;
qui tamen aërias telum contorsit in auras,
ostentans artemque pater arcumque sonantem.
hic oculis subitum obicitur magnoque futurum
augurio monstrum: docuit post exitus ingens,
seraque terrifici cecinerunt omina vates.
namque volans liquidis in nubibus arsit harundo
signavitque viam flammis tenuisque recessit
consumpta in ventos, caelo ceu saepe refixa
transcurrunt crinemque volantia sidera ducunt.
attonitis haesere animis superosque precati
Trinacrii Teucrique viri, nec maximus omen
abnuit Aeneas, set laetum amplexus Acesten
muneribus cumulat magnis ac talia fatur:
'sume, pater; nam te voluit rex magnus Olympi

---

TESTIMONIA. 516 'nigra . . . columbam' Servius Aen. VI 107 517 sq. 'decidit . . . aëreis' Macrobius Sat. III 8, 4 519 Caper VII 97 K. 520 Nonius 260, 4 521 Diomedes I 429 K. Maximus Victorinus de rat. metr. VI 219 K. 523 'docuit . . . ingens' Nonius 289, 33 524 Servius Aen. XII 864 525 Nonius 240, 13 528 'crinemque . . . ducunt' Seneca nat. qu. I 1, 5 529 sq. 'superosque . . . viri' Priscianus 1202 P. 531 'sed . . . Acesten' Charisius I 67 K. 533 'sume p.' Nonius 395, 32

---

VARIA LECTIO. 516 FIGITNIGRAM *P* fi.git nigra *γ* nigra *testatur Servius* 517 auſtriſ *c*1 auris *Schraderus observ.* I 3 astris *testantur Macrobius et Servius* 518 AERIIS *Rm, Macrobii exempl.* AERIIS *M* Aereiſ *bc* A...ereiſ *γ* 520 aerias: *cf. Lachmannus Lucr.* 167 CONTORSIT *Pγb* CONTENDIT (ORS) *M: cf.* 497 X 521 XII 461 condit (tor) (*sup. m. rec.*) *c* CONTENDIT *R, legit Nonius: cf. prol.* 212 521 artemque patris *vel* artemque paternam *vel* artemque parans *χ* artemque pater *testatur Maximus Vict.* 522 ſubitum *χ ut Montalb. et Rottendorf tert.* SVBITO *MPRγbcψ* 526 UIAMLAMNIS (F M) *M* 531 ET *R* aceſtem *b* aceſtī *c* Acesten *testatur Charisius*

talibus auspiciis exsortem ducere honores.
ipsius Anchisae longaevi hoc munus habebis,
cratera inpressum signis, quem Thracius olim
Anchisae genitori in magno munere Cisseus
ferre sui dederat monimentum et pignus amoris.
sic fatus cingit viridanti tempora lauro
et primum ante omnis victorem appellat Acesten.
nec bonus Eurytion praelato invidit honore,
quamvis solus avem caelo deiecit ab alto.
proximus ingreditur donis qui vincula rupit,
extremus volucri qui fixit harundine malum.

At pater Aeneas nondum certamine misso
custodem ad sese comitemque inpubis Iuli
Epytiden vocat et fidam sic fatur ad aurem:
'vade age et Ascanio, si iam puerile paratum
agmen habet secum cursusque instruxit equorum,
ducat avo turmas et sese ostendat in armis,

TESTIMONIA. 534 'exortem d. h.' schol. Hor. a. p. 305 535 'ipsius Anchisae' de fin. syll. VI 626 K. 536 sq. 'quem . . . Cisseus' Dositheus VII 415 K. 537 sq. 'in . . . amoris' Nonius 302, 18 Diomedes I 412 K. 541 'nec b. Eurytion' Sacerdos VI 463 K. 542 Donatus Ter. eun. II 1, 24 Charisius I 268 K. Arusianus VII 464 K. 546 'impubis Iuli' Priscianus 707 P. 'comitemque i. Iuli' Charisius I 70 K. Probi cath. IV 20 K. Beda de orthogr. VII 285 K. 546 sq. 'comitemque . . . vocat' Charisius I 141 K. 547 'Epytiden' explan. in Don. IV 526 K. 'et . . . aurem' Servius Aen. XI 42 'fidam . . . aurem' Servius Aen. III 480

VARIA LECTIO. 534 ofpitiif *c*1 EXSORT$\overset{E}{\text{A}}$M *M* exortem *b* exhortẽ *c* HONORES *PRγ*1 HONORE$\overset{M}{\text{S}}$ *M* honorē *γ*2*bc*, *schol. Hor.* 535 *deleri voluit Heckerus in Mnemosynae* I 393 536 CRATERAM *P* CRATERA$\overset{M}{}$ *M* TRACHIVS *P* trac$\overset{h}{}$hiuf (h *eras.*) *γ* T$\overset{H}{}$RACIUS *M* traciuf c 540 omnef *b* ACESTĒ *MRb* 541 HONORE *P*1 HONORI *MP*2*Rybc*, *Servius.* honoris *Marklandus epist. crit.* 106 honore *vel* honorem *proposuit Peerlkampus*, *praeferens tamen* honori: *cf. prol.* 294 542 ab alto: *cf.* 489. 511 547 AEPYTIDEN *R* epytidem *γ* epitydẽ *c* in aure *c*1 548 si iam] dic, si *Novák* PVERILLE *Pγ*1 PARAT$\overset{M}{\text{V}}$S *P: an* paratos? 549 secum *om. c*

dic' ait. ipse omnem longo discedere circo
infusum populum et campos iubet esse patentis.
incedunt pueri pariterque ante ora parentum
frenatis lucent in equis, quos omnis euntis
Trinacriae mirata fremit Troiaeque iuventus.
omnibus in morem tonsa coma pressa corona;
cornea bina ferunt praefixa hastilia ferro,
pars levis umero pharetras; it pectore summo
flexilis obtorti per collum circulus auri.
tres equitum numero turmae ternique vagantur
ductores; pueri bis seni quemque secuti
agmine partito fulgent paribusque magistris.
una acies iuvenum, ducit quam parvos ovantem
nomen avi referens Priamus, tua cara, Polite,
progenies, auctura Italos; quem Thracius albis

TESTIMONIA. 551 'dic ait' Servius Aen. XI 42 552 'et . . . patentes' Servius Aen. VI 412 553 'incedunt p.' Servius Aen. I 497 556 schol. Bern. georg. III 21 'tonsa . . . corona' schol. Med. ecl. X 7 Servius Aen. I 701 563 'una a. i.' Servius Aen. V 553 564 'nomen . . . Priamus' Nonius 354, 16 564 sq. 'tua . . . progenies' Priscianus 730 P. 565 sq. 'quem . . . maculis' Porphyrio Hor. carm. II 19, 23

VARIA LECTIO. 551 sic ait *Novák* DISCEDERE *P* diſcendere (e sup.) (i *et* n *eras.*) *γ* DECEDERE *MRbc: cf. prol.* 294 552 IUSSIT (B sup.) (I *post. corr. in* E) *M* PATENTES *Mb* 553 'incedunt pueri: *aut poetica licentia confundit aetates, ut modo pueros modo iuvenes dicat . . . aut certe secundum quosdam sequenti distinctione mutata magistros pueros dicit, sequentes vero maturioris aetatis' Servius conl. eodem ad* 561 554 eunteſ *b* 556 corona est *Servius Aen.* I 701 558 it *m.* 2 *in ras. c* IET *P* ET (I *sup. minio p.*) *M* ET (id sup.) *Rb*1 & *γ* 'it p. s.: *sic legendum est, ne sit soloecismus' Servius* 560 TRIS *Mb*1*c* TVRMAENVMERO *R* 561 'ductores pueri: *hic quidam distinguunt, ut diximus supra'* (553) *Servius* biſſeni pueri *b* 563 PARVVS *MPybc* 564 CARA *P* CLARA *MRybc, Prisciani exempl. cf.* 569 POLITES *MP* POLITES *R* Polite *testatur Priscianus* 565 AVCTVRA (V *alt. in ras.*) *P* AVCTORA *R* THRACHIUS (*puncto rubro*) *M*

portat equs bicolor maculis, vestigia primi
alba pedis frontemque ostentans arduus albam.
alter Atys, genus unde Atii duxere Latini,
parvos Atys pueroque puer dilectus Iulo.
* * * *
extremus formaque ante omnis pulcher Iulus
Sidoniost invectus equo, quem candida Dido
esse sui dederat monimentum et pignus amoris.
cetera Trinacrii pubes senioris Acestae
fertur equis.
excipiunt plausu pavidos gaudentque tuentes
Dardanidae veterumque adgnoscunt ora parentum.

---

TESTIMONIA. 566 sq. 'vestigia ... albam' Nonius 420, 19. 464, 18 570 'pulcher Iulus' Charisius I 274 K. Diomedes I 459 K. Sacerdos VI 463 K. 571 sq. 'quem ... amoris' Nonius 32, 21 571 'candida Dido' Servius Aen. VIII 138 ecl. V 56 Porphyrio Hor. epod. III 9 Acro Hor. epod. XI 27 575 sq. 'excipiunt ... Dardanidae' Nonius 413, 33

---

VARIA LECTIO. 566 EQVSV *R* EQV$^{V}$S *P* EQUUS *Myb* aequſ *c* 567 PEDIIS *P* PED$^{I}$ES (I *minio p.*) *M* OSTENTA$^{N}$S *P* 567 *sq.* '*cum tres dixerit duces, duorum equos commemorat. sed aut praetermisit, quod ut consequeretur necesse erat . . . aut illo reddidit loco, ut* cetera pubes senioris Acestae fertur equis (573 *sq.*). *quamquam multi distinctione mutata tres equos commemorent, ut sit plena* equus bicolor maculis, *et de alio dicatur* vestigia primi alba pedis, *i. e. primorum pedum vestigia, et* frontem albam ostentabat alter' *Servius* 568 atuſ *y* atiſ *b*1 ATYI *PRybc* A†TYI *M* atii, atti, attii *χ* D$^{I}$UXERE (I *eras.*) *M* 569 PARVVS *MRybc* atiſ *b*1 *Post hunc v. non dubito quin equum pueri descripturus fuerit poeta* 570 FORMA$^{Q}$M *M* 571 SIDONI$^{E}$OST *P* SIDONIO EST *Mybc* SIDONIO$^{T}$ES (T *sup. m. rec.*) *R* 572 *tibicinis loco interim positum esse puto: cf.* 538 573 TRINACRII *P*1*Rb*, *a in lemmate scholii, Menag. pr., Rottend. pr., Servius* TRINACRI$^{A}$E *P*2 TRINACR$^{I}$AE *M* trinacria *a*1 trinacriae *ya*2*cψ*: *cf.* 555. trinacriis *in quo libro legatur nescio* 575 inpavidos *Speijer* tuentiſ *c*1 576 ora parentum: *cf.* 553

postquam omnem laeti consessum oculosque suorum
lustravere in equis, signum clamore paratis
Epytides longe dedit insonuitque flagello.
olli discurrere pares, atque agmina terni
diductis solvere choris rursusque vocati
convertere vias infestaque tela tulere.
inde alios ineunt cursus aliosque recursus
adversi spatiis, alternosque orbibus orbes
impediunt, pugnaeque cient simulacra sub armis;
et nunc terga fuga nudant, nunc spicula vertunt
infensi, facta pariter nunc pace feruntur.
ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta
parietibus textum caecis iter ancipitemque
mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi
frangeret indeprensus et inremeabilis error:

TESTIMONIA. 579 'insonuitque f.' Arusianus VII 480 K. 585 cf. Sacerdos VI 497 K. 588 Augustini regul. V 519 K. Isidorus de rhet. p. 520 H. 'quondam . . . alta' Isidorus orig. II 21, 24 Servius Aen. III 414 589 'parietibus . . . iter' Charisius I 13 K. Marius Victorinus VI 30 K. Macrobius Sat. V 14, 2 'parietibus t. c.' ult. syll. IV 257 K.

VARIA LECTIO. 577 OMNEM (EM *in ras. et m.* 2 *ut vid.*) *P* COSSENSUM (N S *supra*) *M* confeſſe c CONCESSVM (V *in ras.*) *P* conceſſum *γ*1 con.eſſum *b*1: *cf.* 290. 340 VIII 636 578 *et* 579 *inverso ordine Pγ* (*adp. in mg.* B̄ *et* Ā *P*) 578 PARENTIS (*λ supra* E) *M* 579 AEPYTIDES *R* 580 AGMINE *P* ..ternis (t *e corr.*, ſ *eras.*) *γ* terniſ *b* 581 DEDVCTIS *MR* ruſuſ (r *supra*) *c* VOCATI (V *in ras. m.* 2 *ut vid.*) *P* 584 ADVERSI *MR* ADVERSIS (D *in ras.*) *P* Aduerſiſ *γbc* aaersis *Zulich.* aduersos *Erf.* ALTERNIS *R* 586 fugae *bc*2*χ* SPECULA *M*1 uertunt, aĪ uerſant *γ* uertunt (t *pr. m. rec.*) *c* 587 INFESSI (N *supra*) *M* PARTE (T *corr. in* C) *M* 588 Cretae . . . altae *Servius Aen.* III 414 589 CAESIS *P* caeciſ (c *utraque in ras.*) *c* caecis *Servius* 590 QUAE *M* 591 FRANGERET *PRγbm* 'frangeret, *deciperet, falleret*' *Servius.* Falleret (*in mg.* aĪ frangeret, *duplicaret*) *c* FALLERET *M*

haut alio Teucrum nati vestigia cursu
impediunt texuntque fugas et proelia ludo,
delphinum similes, qui per maria umida nando
Carphatium Libycumque secant.
hunc morem cursus atque haec certamina primus
Ascanius, Longam muris cum cingeret Albam,
rettulit et Priscos docuit celebrare Latinos,
quo puer ipse modo, secum quo Troïa pubes;
Albani docuere suos; hinc maxima porro
accepit Roma et patrium servavit honorem;
Troiaque nunc, pueri Troianum dicitur agmen.
hac celebrata tenus sancto certamina patri.

Hinc primum Fortuna fidem mutata novavit.
dum variis tumulo referunt sollemnia ludis,
Irim de caelo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem ventosque adspirat eunti,
multa movens necdum anticum saturata dolorem.

luduntque per undas.

TESTIMONIA. 592 sq. 'haut . . . inpediunt' Nonius 331, 13 . 594 'delphinum s.' Arusianus VII 507 K. 595 'Carpathium L. s.' Acro Hor. carm. IV 5, 9 schol. Med. ecl. X 49 596 'hunc . . . certamina'. Acro Hor. epist. I 18, 64 598 'Priscos . . . Latinos' Servius Aen. I 7 600 sq. Servius Aen. I 7 603 Arusianus VII 512 K. 606 Servius Aen. IV 92 anecd. Helv. 101 608 'necdum . . . dolorem' Arusianus VII 509 K.

VARIA LECTIO. 592 ALIOTER (O *eras.*) *R* alit (t *e corr.*) *γ* aliter *bm, Nonii ω* NATITEUCRVM *Pγ, Nonii Bern.* 595 CARPHATIVM *MPγ* Carfathiũ *b* CARPATHIVM *Rc* LVDVNTQVEPERVNDAS *Rc, litteris miniatis m. rec. add. M, m. rec. add. γ, om. Pm* ſecant luduq: (N *sup.*) per undaſ *m.* 2 *in ras. b* 596 *om., ima pag. m. 2 add. b* 597 moriſ *c* cõ. *c* cingeret, at cder& *γ* 599 *displicuit Heynio: totus locus v.* 596—602 *antiquarium magis quam poetam redolet* 602 NVNCPVERI· *M* nunc cursus *vel* lusus *Nettleship* *'ut ait Suetonius Tranquillus: lusus ipse* . . . Troia *vocatur' Servius* 603 HAEC *P* Haec *γ*1 Ac *c* hac *testantur Arusianus et Servius* 604 HINC *PRγb* HIC *Mc, Servius in lemm.* 607 que] Q· *m. rec. sup. R* 608 ANTIQVM *Rc* ANTIQVvM *P* antiquum *γb*

illa, viam celerans per mille coloribus arcum,
nulli visa cito decurrit tramite virgo.
conspicit ingentem concursum et litora lustrat,
desertosque videt portus classemque relictam.
at procul in sola secretae Troades acta
amissum Anchisen flebant, cunctaeque profundum
pontum aspectabant flentes. heu tot vada fessis
et tantum superesse maris, vox omnibus una.
urbem orant, taedet pelagi perferre laborem.
ergo inter medias sese haut ignara nocendi
conicit et faciemque deae vestemque reponit;
fit Beroe, Tmarii coniunx longaeva Dorycli,
cui genus et quondam nomen natique fuissent;
ac sic Dardanidum mediam se matribus infert.
'o. miserae, quas non manus' inquit 'Achaica bello
traxerit ad letum patriae sub moenibus! o gens
infelix, cui te exitio Fortuna reservat?

---

TESTIMONIA. 609 Macrobius Sat. VI 6, 4 'per . . . arcum' Asper 114, 21 K. 'mille c. a.' Asper 112, 13 K. 613 Servius ecl. II 24 gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 618 'haud i. n.' Arusianus VII 480 K. 620 schol. Veron. 98, 2 K. 621 schol. Veron. 83, 24 K. Servius Aen. II 89 623 'o . . . manus' Sacerdos VI 447 K.

---

S CUR
VARIA LECTIO. 609 CELEBRAN *M* 611 CONSESSVM
E
*M: cf.* 340. 577 concursum *Servius* 613 SECRETA (E *sup. minio p.*) *M* ſecreta^e *b* at solae procul in secreta *gloss. Barth.*
N.
ACTA · E *M* 614 ANCHISAEN *M* FLEBAT *M*
A
conctae *c* 615 SPECTABANT *M* '*multi* flentes heu *distinguunt, ut sit* miserabiliter flentes . . . *alii* heu *a mulieribus dictum accipiunt' Servius* 620 BEROETMARII *Pγc2* VEROETMARI
IM I
*R* BEROEMARI (IM *del. minio,* I *sup. rubra*) *M* beroe marii *Mentel. pr.,* χ bero . . mari . *c1* beroemari *b* beroe ismarii χ: *cf. Lachmannus Lucr.* 272 Tmari *schol. Veron.* 'Tmarii' (Imarii, Marii) 'Doricli *Thracii:* Tmarus (. t. marus, marus) *enim est mons Thraciae' Servius: cf. ecl.* VIII 44, *Wagnerus lect. Verg.* 337 *sq.* 621 nomen quondam *schol. Veron.* 622 *deleri vult Novák* AD
O
*Pγ* SI *M*

septima pos Troiae excidium iam vertitur aestas,
cum freta, cum terras omnis, tot inhospita saxa
sideraque emensae ferimur, dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem et volvimur undis.
hic Erycis fines fraterni atque hospes Acestes:
quis prohibet muros iacere et dare civibus urbem?
o patria et rapti nequiquam ex hoste penates,
nullane iam Troiae dicentur moenia? nusquam
Hectoreos amnis Xanthum et Simoenta videbo?
quin agite et mecum infaustas exurite puppis.
nam mihi Cassandrae per somnum vatis imago
ardentis dare visa faces: „hic quaerite Troiam,
hic domus est“ inquit „vobis“. iam tempus agi res,
nec tantis mora prodigiis. en quattuor arae
Neptuno; deus ipse faces animamque ministrat.'
haec memorans prima infensum vi corripit ignem

---

TESTIMONIA. 626 Macrobius Sat. IV 3, 16 629 Beda VII 251 K. 'Italiam . . . volvimur' Sacerdos VI 511 K. 'Italiam s. f.' Servius Aen. IV 361 632 sqq. cf. Secundinus ad Augustinum C. E. XXV p. 896 632 Macrobius Sat. VI 6, 16 635 Donatus Ter. adelph. V 8, 6 638 'iam . . . res' Consentius V 373 K. Servius georg. II 57 639 sq. 'en . . . Neptuno' schol. Bern. ecl. VIII 75

---

VARIA LECTIO. 626 'septima . . . *atqui et Dido dixit* (I 755): nam te iam septima portat . . aestas . . *unde apparet hanc octavam fuisse, quod et ab Anchisae morte indicat annus inpletus.* •*ergo constat quaestionem hanc unam esse de insolubilibus, quas non dubium est emendaturum fuisse Vergilium' Servius: cf. Lehrs Arist.* 225 *prol.* 77 *sq.* poſtroiae *b*1*c, Servii Bern. a* POSTTROIAE *MPRyb*2 exi$^{i}$dum *γ*2 exitium *γ*1 627 omneſ *c* 628 litora *coni. Klouček* sidera *testatur Servius* ferimuſ *b*1 TVLIMVS *R* 631 QUI$^{s}$ *M* QVID *Rc* 632 et] o *Macrobii exempl.* 633 NVMQVAM *R* 634 amneſ *b* MANES *R* 635 infauſtaſ (au *e corr.*) *γ* PVPPES *PRγc* pu$^{p}$peſ *b* 636 MI (HI *sup.*) *P* per somnum Cassandrae *m* 637 IVISSA *P* 638 AGIT *R* agi *testantur Consentius et Servius* 640 Neptuno (o *e corr.*) *γ* ANIMAM *R: cf.* VIII 403 animũ (u *in ras.*) *b* ANIMVM *MPγc* flammam *Venet. m.* 2 641 infeſſum *c*1

sublataque procul dextra conixa coruscat
et iacit. arrectae mentes stupefactaque corda
Iliadum. hic una e multis, quae maxima natu,
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix:
'non Beroe vobis, non haec Rhoeteia, matres,
est Dorycli coniunx: divini signa decoris
ardentisque notate oculos, qui spiritus illi,
quis voltus vocisque sonus vel gressus eunti.
ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui
aegram, indignantem, tali quod sola careret
munere nec meritos Anchisae inferret honores.'
haec effata.
at matres primo ancipites oculisque malignis
ambiguae spectare rates miserum inter amorem
praesentis terrae fatisque vocantia regna:
cum dea se paribus per caelum sustulit alis
ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.
tum vero attonitae monstris actaeque furore
conclamant rapiuntque focis penetralibus ignem,
pars spoliant aras, frondem ac virgulta facesque
coniciunt. furit immissis Volcanus habenis

---

TESTIMONIA. 642 sq. 'sublataque . . . iacit' Nonius 327, 17. 385, 27  643 Velius Longus VII 48 K.  645 'Pyrgo t. P. n.' ult. syll. IV 223 K.  646 'non Beroe vobis' ult. syll. IV 223 K.  649 'vocis . . . euntis' Servius Aen. VI 50  650 Priscianus 1111 P. 'ipsa . . . Beroen' Charisius I 269 K.  658 'secuit . . . arcum' schol. Med. ecl. X 49  661 Servius Aen. V 237

---

VARIA LECTIO. 642 conexa *Nonii exempl.*  645 CON VTRIX (*voluerat* coniunx, *velut* II 783 *al.*) *P*  648 ARDENTES *Rb*  649 QUI *Mγ2c: cf. Wagneri quaest. Verg.* XXII 5  VVLTVS *MRγ2bc*  uocíſue *c*, *Servii Aen.* VI 50 *ex.*  vel] ET *P*  euntiſ *c2χ*, *Servii exempl.* VI 50  650 Ipſam *b*  651 QVO *R*  654 ancipitiſ *b1*  MALIGNAE *R* 'malignis, *pro* ipsae malignae' *Servius*  655 AMBIGUE (*λ sup.*) *M* ambigue *c*  expectare *bc1*  656 TERRAS *R*  660 *sq. Recte distinxit orationem Henry: vulgo* pars . . . coniciunt *separata a ceteris inter se coniungebant*  661 ac *suprascr. b*  662 COICIVNT *R: cf. prol.* 393  immissis] *cf.* XI 889 IMMENSIS *R: cf.* 408  uolcanuſ *γ* UULCANUS *Mbc*

transtra per et remos et pictas abiete puppis.
nuntius Anchisae ad tumulum cuneosque theatri
incensas perfert navis Eumelus, et ipsi
respiciunt atram in nimbo volitare favillam.
primus et Ascanius, cursus ut laetus equestris
ducebat, sic acer equo turbata petivit
castra, nec exanimes possunt retinere magistri.
'quis furor iste novos? quo nunc, quo tenditis' inquit,
'heu miserae cives? non hostem inimicaque castra
Argivom, vestras spes uritis. en, ego vester
Ascanius!' galeam ante pedes proiecit inanem,
qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrum.
ast illae diversa metu per litora passim
diffugiunt silvasque et sicubi concava furtim
saxa petunt; piget incepti lucisque, suosque
mutatae adgnoscunt, excussaque pectore Iuno est.

TESTIMONIA. 663 ult. syll. IV 257 K. Pompeius V 270 K. 'transtra . . . remos' Charisius I 275 K. Diomedes I 460 K. Servius in Don. IV 420 K. Cledonius V 74 K. Pompeius V 270. 279 K. Servius Aen. II 162 ecl. VI 19 'transtra p.' Servius in Don. IV 443 K. 672 'vestras s. uritis' Servius Aen. V 685 673 'galeam . . . inanem' Nonius 326, 18 diff. vocum 2 p. 226 Endl. Servius Aen. V 556 georg. I 496 schol. Bern. georg. I 496 674 'belli s. ciebat' Macrobius Sat. VI 1, 28 cf. Sacerdos VI 497 K. 678 'piget i. l.' Arusianus VII 501 K. 679 'excussa . . . est' Consentius V 402 K.

VARIA LECTIO. 663 factas *vel* textas *Schraderus: cf. Servius* PVPPES *PRγc, fortasse hic rectius.* pu[p]peſ *c* 665 *repetitur post v.* 689 (*eadem pag.*) *γ* naueſ *c* 666 atro *Klouček* 667 ut] EvT *P* VI *R* EQUESTRES *M* 669 EXANI[E]MIS (*corr. minio*) *M* 670 NOVS (V *sup.*) *P* NOVVS *MRγbc* quo nunc contenditiſ *b* 672 ARGIVVM *PRγbc* ARG[I]UUM *M* 673 aënam *Peerlkampus* inanem *testantur Servius et Nonius* 674 vehebat *Cantabr.: cf.* 585 675 ATCELERAT *MP* ACCEPERAT *R* Adcelerant (d *corr. in* c) *γ* A[c]celerat *c* AGMINE (λ *supra* E) *M* 679 MVLTATE *R* MUT[λ]TAE *M*

sed non idcirco flamma atque incendia vires
indomitas posuere; udo sub robore vivit
stuppa vomens tardum fumum, lentusque carinas
est vapor, et toto descendit corpore pestis,
nec vires heroum infusaque flumina prosunt.
tum pius Aeneas umeris abscindere vestem
auxilioque vocare deos et tendere palmas:
'Iuppiter omnipotens, si nondum exosu's ad unum
Troianos, siquid pietas antiqua labores
respicit humanos, da flammam evadere classi
nunc, pater, et tenuis Teucrum res eripe leto;
vel tu quod superest infesto fulmine Morti,
si mereor, demitte tuaque hic obrue dextra.'
vix haec ediderat, cum effusis imbribus atra
tempestas sine more furit, tonitruque tremescunt
ardua terrarum et campi: ruit aethere toto
turbidus imber aqua densisque nigerrimus austris,
implenturque super puppes, semusta madescunt

TESTIMONIA. 681 sq. 'udo . . . fumum' Macrobius Sat. VI 6, 18 683 'et . . . pestis' Isidorus orig. IV 6, 18 Servius Aen. I 70 IV 90 IX 587 X 55 687 'Iuppiter . . . ad' ult. syll. IV 258 K. 'si . . . unum' Arusianus VII 455 K. 689 'da . . . classi' Arusianus VII 468 K. 690 'et . . . leto' Nonius 411, 29 691 sq. 'vel . . . demitte' Diomedes I 418 K. Dositheus VII 423 K. 'infesto . . . demitte' Servius georg. I 189 691 'vel tu quod s.' Sacerdos VI 444 K. 693 sq. 'effusis . . . furit' schol. Hor. epod. XIII 1

VARIA LECTIO. 680 FLAMMAM *P* FLAMMAM (E sup.) (*corr. minio*) *M* flammam γ1 FLAMMAE *R*γ2*b*ψ flamme *c* IMPENDIA *R* 681 udo] duro *Macrobii* ω *exc. Par.* I 682 'stuppa· *secundum antiquam orthographiam, nam* stippa *dicta est a stipando*'. *Servius* 684 Ne° *b* vires Teucrorūm *Peerlkampus* Troum vires *Gent* 685 ABSCIDERE *R* EXCINDERE *M* 687 omnipudenſ *c* exosu's *scripsi: cf. prol.* 154 EXOSVS *MPR*γ2*bc* exoſum γ1 689 claſſe *c*1 690 AET *P*: *an* ac? 691 aut *Dositheus* quod superest, *scil.* de classe: *cf.* 796 692 DIMITTE *MP*γ1*b*1*c*1, *Diomedis Monac., exc. Paris., Dosithei ex.* hic *sup. c* tua . . . dextra *om. Hamb. sec. m.* 1 695—697 *om. Mentel alt.* 695 cāpi (i *m.* 2 *in ras.*) *b* CAMPIS *M* CAMPIS (IS *in ras.*) *P* campiſ γ1 campo *Hugen.* 697 ſem.uſta *b*

robora, restinctus donec vapor omnis et omnes
quattuor amissis servatae a peste carinae.

At pater Aeneas, casu concussus acerbo,
nunc huc ingentis, nunc illuc pectore curas
mutabat versans, Siculisne resideret arvis
oblitus fatorum, Italasne capesseret oras.
tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas
quem docuit multaque insignem reddidit arte
(hac responsa dabat vel quae portenderet ira
magna deum vel quae fatorum posceret ordo),
isque his Aenean solatus vocibus infit:
'nate dea, quo fata trahunt retrahuntque sequamur;
quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.
est tibi Dardanius divinae stirpis Acestes.
hunc cape consiliis socium et coniunge volentem,
huic trade amissis superant qui navibus et quos
pertaesum magni incepti rerumque tuarum est,
longaevosque senes ac fessas aequore matres
et quidquid tecum invalidum metuensque pericli est
delige, et his habeant terris sine moenia fessi:
urbem appellabunt permisso nomine Acestam.'

TESTIMONIA. 699 'servatae . . . carinae' Arusianus VII 507 K. 701 sq. 'pectore . . . versans' Servius Aen. V 720 703 'oblitus f.' Servius Aen. II 148 XI 866 704 'tum s. N.' Servius Aen. V 728 'Nautes' Servius Aen. IX 644 704 sq. 'unum . . . docuit' Servius Aen. II 166 Acro Hor. epist. I 6, 1 706 sq. 'vel . . . ordo' Servius Aen. X 8 710 schol. Hor. carm. I 24, 19 712 'et c. volentem' Servius Aen. V 749 713 sq. 'et . . . tuarum' Arusianus VII 500 K. 715 'longaevosque s.' Servius Aen. VI 763 716 Arusianus VII 492 K.

VARIA LECTIO. 698 REXTINCTVS *Pγ*1 699 ſeruatæ a *γ*2 ſeruata. *γ*1 carinif *c*1 700 E[A]T *M* 702 MVTABAT (T *pr. in ras. vel eras.*) *R* motabat *m* nutabat *Peerlkampus* 706 Hac *c*1, *Dietschius theol. Verg.* 28 HAEC *MPRγbc*2 hic *Moret. quartus* 708 *om. Hugen. m.* 1 AENEAM *Rc* 709 *in mg.* Γ *signum M* quo] que *c*1 712 conſilii *bc*2 [V] 714 est *om. m*

717 FESSIS *Pc* 718 APPELLABANT *Pγc* appellabant *m* ACETEM *R* aceſtẽ *c*1

Talibus incensus dictis senioris amici
tum vero in curas animo diducitur omnis.
et Nox atra polum bigis subvecta tenebat.
visa dehinc caelo facies delapsa parentis
Anchisae subito talis effundere voces:
'nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
care magis, nate, Iliacis exercite fatis,
imperio Iovis huc venio, qui classibus ignem
depulit et caelo tandem miseratus ab alto est.
consiliis pare, quae nunc pulcherrima Nautes
dat senior: lectos iuvenes, fortissima corda,
defer in Italiam. gens dura atque aspera cultu
debellanda tibi est Latio. Ditis tamen ante
infernas accede domos et Averna per alta
congressus pete, nate, meos. non me impia namque
Tartara habent tristes umbrae, sed amoena piorum
concilia Elysiumque colo. huc casta Sibylla
nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
tum genus omne tuum et quae dentur moenia disces.

TESTIMONIA. 720 ult. syll. IV 253 K. 722 sq. 'visa . . . Anchisae' Servius Aen. VI 284 722 Servius Aen. IV 242 724 sq. 'nate . . . magis' Servius Aen. IV 31 comm. Bern. Lucani V 739 U. 725 'nate . . . fatis' Nonius 295, 1 726 'imperio . . . venio' Servius Aen. IV 268 730 sq. 'gens . . . Latio est' Servius Aen. VI 105 'gens . . . est' schol. Hor. carm. I 35, 10 730 'defer in Italiam' Nonius 289, 23 731 sq. 'Ditis . . . domos' Servius Aen. VI 104 734 sq. 'sed . . . colo' schol. Hor. carm. II 13, 23 735 'huc c. S.' explan. in Don. IV 528 K. 735 sq. 'huc . . . ducet' Servius Aen. VI 116 schol. Hor. carm. III 8, 7 737 Servius Aen. VI 117

VARIA LECTIO. 719 ACCENSVS *R* 720 ANIMO *MPR, anthol. lat.* 7, 64 *R.: cf.* VIII 370 X 680 anim$\overset{v}{o}$ *γbc* animum *ut* I 579 IV 395 V 869 *Servius et de ult. syll. auctor legerunt* DEDVCITVR *Rγ2b* omneſ *b* 722 FACIESCAELO *Rγbc* 723 TALES *Rγ2b* 725 nate Iliacis] ILLACENATE$\overset{s}{S}$ (L *post. corr. in* I) *M* 731 ESTLATIO *P: cf. prol.* 294 LATIOEST *MRγbc, Servius Aen.* VI 105 Latio, *om.* est, *χ* 732 ACCEṄDE *M* 733 complexus *m* 734 TRISTES *PRγψ* triſtiſ *c*1 TRISTES$^{VE}$ (*corr. minio*) *M* triſteſ$^{ve}$ *b* triſteſq: *c*2

iamque vale; torquet medios Nox umida cursus,
et me saevos equis Oriens adflavit anhelis.'
dixerat, et tenuis fugit ceu fumus in auras.
Aeneas 'quo deinde ruis? quo proripis?' inquit,
'quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?'
haec memorans cinerem et sopitos suscitat ignis,
Pergameumque larem et canae penetralia Vestae
farre pio et plena supplex veneratur acerra.

Extemplo socios primumque arcessit Acesten
et Iovis imperium et cari praecepta parentis
edocet et quae nunc animo sententia constet.
haut mora consiliis, nec iussa recusat Acestes.
transcribunt urbi matres populumque volentem
deponunt, animos nil magnae laudis egentes.
ipsi transtra novant flammisque ambessa reponunt
robora navigiis, aptant remosque rudentisque,
exigui numero, set bello vivida virtus.

---

TESTIMONIA. 738 sq. 'torquet . . . anhelis' Gellius III 2, 15 Macrobius Sat. I 3, 10 738 Acro Hor. serm. II 5, 110 'torquet . . . cursus' Servius Aen. I 108 comm. Bern. Lucani VI 571 U. 739 'et me . . Oriens' Sacerdos VI 446 K. 740—742 et VI 700 sq. quasi unum locum laudat Macrobius Sat. V 7, 8 740 'et . . . auras' Servius Aen. II 696 744 Priscianus 692 P. 'Pergameumque l.' Probi cath. IV 15 K. 745 schol. Hor. carm. III 23, 3 'farre p.' Servius ecl. VIII 82 'et . . . acerra' schol. Persii II 5 'plena . . . acerra' Acro Hor. carm. III 8, 2 750 'transcribunt u. m.' Arusianus VII 513 K. 751 Donatus Ter. eun. IV 5, 9 754 Servius Aen. XII 230 'sed . . . virtus' Servius Aen. X 609

---

VARIA LECTIO. 738 UALEN *M* (*an* vale: en?) currus *Servii Aen.* I 108 *exempl.* 739 SAEVOS *P*1 SAEVVS *MP*2*Rybc, testatur Servius* Foebus *Sacerdos* 740 *cf. ge.* IV 499 in] AD *P ut* 861 in ad (ad *eras.*) *γ* 743 IGNES *Ryb* INGNES *P* 746 ACCERSIT *MRy*2*c* acerſit *b* aceſtem *bc* 747 &cari.. (*eras.* &) *γ* 748 *cf.* IX 191 750 UOLANTEM *M* 751 deponunt *aut cum antecedentibus coniungendum aut* dep. animos *intellegendum esse monet Servius* 752 transtra novant flammis ambesa *Peerlkampus* que *om.* *πχ* qui *γ*1 AMBESA *MPybc* REPONANT *M* 753 'robora navigiis: *melius hic distinguitur*' *Servius.* NAVIGIIS· *M* RVDENTES *MPyc* que *om.* *γ*

interea Aeneas urbem designat aratro
sortiturque domos, hoc Ilium et haec loca Troiam
esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes,
indicitque forum et patribus dat iura vocatis.
tum vicina astris Erycino in vertice sedes
fundatur Veneri Idaliae, tumuloque sacerdos
ac lucus late sacer additur Anchiseo.

Iamque dies epulata novem gens omnis, et aris
factus honos: placidi straverunt aequora venti,
creber et adspirans rursus vocat auster in altum.
exoritur procurva ingens per litora fletus;
complexi inter se noctemque diemque morantur.
ipsae iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
visa maris facies et non tolerabile nomen,
ire volunt omnemque fugae perferre laborem.
quos bonus Aeneas dictis solatur amicis
et consanguineo lacrimans commendat Acestae.
tris Eryci vitulos et Tempestatibus agnam
caedere deinde iubet solvique ex ordine funem.
ipse caput tonsae foliis evinctus olivae,
stans procul in prora pateram tenet, extaque salsos
proicit in fluctus ac vina liquentia fundit.

---

TESTIMONIA. 755 schol. Hor. carm. I 16, 21 'Aeneas . . . aratro' Augustinus princ. dial. 6 757 'Troianus Acestes' Sacerdos VI 463 K. 759 sq. 'tum . . . Idaliae' Servius Aen. I 570 'Erycino . . . Idaliae' schol. Hor. carm. I 2, 33 760 sq. 'tumuloque . . . Anchiseo' Servius Aen. III 302 767 sq. 'quibus . . . facies' Donatus Ter. eun. II 3, 5 767—769 Nonius 307, 28 768 Servius Aen. VI 560 'visa m. f.' ult. syll. IV 225 K. 770 Servius Aen. I 195 772 sq. 'et . . . iubet' schol. Hor. Par. epod. X 24

---

VARIA LECTIO. 758 Inducit *b*1 759 Tunc *c* 761 ADDITVS *Pγ*1*b* 764 ru͏̊ſuſ (r *supra*) *c An* cursus? *cf.* III 269 767 ipsi] ipsae *Nonius* 768 numen *Nonii ω* NOMEN (V *supra*) *M* NVMEN *Pγcmψ*, *Servii Aen.* VI 560 *exempl.*, *Nonii Bern. pr.*: *cf.* X 221 Numen (N *m.* 2 *in ras.*) *b* lumen *Hamb. uterque pro varia lectione* CAELVM *R*: *cf.* IV 53 769 uolent (v *supra*) *c* 771 ACESTE~ *M* acefte *γ* 772 AGNOS *M* 776 Proiecit *c* porricit *Heinsius*: *cf.* 238 fudit *m*

certatim socii feriunt mare et aequora verrunt: 778
prosequitur surgens a puppi ventus euntis. 777

At Venus interea Neptunum exercita curis
adloquitur talisque effundit pectore questus:
'Iunonis gravis ira neque exsaturabile pectus
cogunt me, Neptune, preces descendere in omnis,
quam nec longa dies pietas nec mitigat ulla,
nec Iovis imperio fatisque infracta quiescit.
non media de gente Phrygum exedisse nefandis
urbem odiis satis est nec poenam traxe per omnem:
reliquias Troiae, cineres atque ossa peremptae
insequitur. causas tanti sciat illa furoris.
ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis,
quam molem subito excierit: maria omnia caelo
miscuit Aeoliis nequiquam freta procellis,
in regnis hoc ausa tuis.
per scelus ecce etiam Troianis matribus actis

TESTIMONIA. 781 'Iunonis g. i.' Emporius de eth. p. 563 H. Servius Aen. I 38 783 Probus de nom. exc. IV 210 K. 'quam . . . dies' Servius Aen. II 324 787 Sacerdos VI 455 K. 'relliquias T.' ult. syll. IV 259 K. 'cineres . . . peremptae' Servius Aen. V 785 792 Macrobius Sat. IV 3, 16

VARIA LECTIO. 777 *et* 778 *inverso ordine Py, Mentel. pr.* 778 = III 290 SOCIO (I *supra*) *M* 777 = III 130 EUNTES *M2b* 780 Alloquitur *yb* 781 NEQVE *Pb* NEQ· *M2y2, m. rec. in ras. c* NEC *M1Ry1* exſaturabile (exſatur *m. rec. in ras.*) *c* pectus] numen *Io. Schraderus* 782 ad *Servius in lemm.* omneſ *b* 784—804. 805—814 *F fol.* XLIII 784 que] VE *Fybcm* 785 EXCIDISSE *F* exedisse *testatur Servius* 786 TRAXERE *P* TRAXERE (ISS *supra*) (*corr. m. rec.*) *F* TRAXISSE *M* traxiſſe *ut vid. y1* traxe... *y2* trax.e, *suprascr. m. rec.* traxiſſe, *b* poenam traxiſſe, *del.* nec, *Gebhardi* omnẽ (nẽ *m. rec. in ras.*) *b* OMNIS (M *supra*) (I *corr. in* E) *P* omneſ *y* OMNE || RELIQVIASTROIAE· CINERES *M* 787 Reliquiaſ (l *supra*) *b* Relliquiaſ *c* perempta *Sacerdotis cod.* 792 hoc caussa *Menag. alt., in quo* hocc aussa *latere Burmannus intellexit* 793 Pro *c* manibuſ atriſ *y1*

exussit foede puppis, et classe subegit
amissa socios ignotae linquere terrae.
quod superest oro liceat dare tuta per undas
vela tibi, liceat Laurentem attingere Thybrim,
si concessa peto, si dant ea moenia parcae.'
tum Saturnius haec domitor maris edidit alti:
'fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,
unde genus ducis. merui quoque: saepe furores
compressi et rabiem tantam caelique marisque.
nec minor in terris (Xanthum Simoentaque testor)
Aeneae mihi cura tui. cum Troïa Achilles
exanimata sequens impingeret agmina muris,
milia multa daret leto, gemerentque repleti
amnes, nec reperire viam atque evolvere posset
in mare se Xanthus, Pelidae tunc ego forti
congressum Aenean nec dis nec viribus aequis

TESTIMONIA. 797 'liceat . . . Thybrim' Servius Aen. V 813 798 Donatus Ter. hec. III 3, 29 Priscianus 1029 P. 799 'domitor m.' Diomedes I 459 K. 800 sq. 'fas ... ducis' Acro Hor. carm. III 26, 4 801 'unde g. d.' Acro Hor. carm. I 12, 17 Servius Aen. III 19 'merui q.' Servius Aen. IX 254 801 sq. 'merui . . . compressi' Nonius 344, 31 Priscianus 799 P. 805 Donatus Ter. Andr. I 4, 7 hec. III 3, 4 diff. vocum 3 p. 226 Endl. Servius Aen. I 484 806 'milia . . . leto' Cledonius V 45 K. Pompeius V 185 K. 807 sq. 'reperire . . . Xanthus' Augustini regul. V 523 K. 808 sq. 'Pelidae . . . Aenean' Priscianus 584 P.

VARIA LECTIO. 794 EX~~C~~VSSIT *P, item, sed erasa* C, *Mγ* puppeſ *bc* 795 IGNOTAE *Fγ2bc, Servius* IGNOTA *MRγ*1 IGNOTA[R] *P* relinquere *γ* TERRAE *FRbc* TERRA~~E~~ *P* TERRA *M* terr& *γ* 796 quod superest, *scil.* navium: *cf.* 691 libeat *Paldamus: sed navigantes* vela dant ventis, *non venti navigantibus* 797 sibi *Hamb. alt.* mihi *Peerlkampus* tibi *legit Servius* THYBRIN *P* 802 TANTUM (*λ supra* U) *M* TANTVM *R* *Dubitare possis an vel genuina vel absoluta sint haec:* et rabiem ... marisque, *sed legit Servius* 803 SANCTHVM *F* 805 IN MITTERET (inpingeret *sup.*) *F* 806 DARETS *P* DARENT *R* 807 atque] NEQVE *P* qua *Augustinus* 809 congreſſuſ *c*1 congressi *Prisciani ω* AENEAM *Rb*

nube cava rapui, cuperem cum vertere ab imo
structa meis manibus periurae moenia Troiae.
nunc quoque mens eadem perstat mihi, pelle timores.
tutus quos optas portus accedet Averni.
unus erit tantum, amissum quem gurgite quaeret;
unum pro multis dabitur caput.'
his ubi laeta deae permulsit pectora dictis,
iungit equos auro genitor spumantiaque addit
frena feris manibusque omnis effundit habenas.
caeruleo per summa levis volat aequora curru;
subsidunt undae, tumidumque sub axe tonanti
sternitur aequor aquis, fugiunt vasto aethere nimbi.
tum variae comitum facies, immania cete,

---

TESTIMONIA. 810 'nube c.' Acro Hor. carm. II 7, 14 810 sq. 'cuperem . . . Troiae' schol. Hor. carm. III 19, 3 Servius Aen. II 201 'quem etiam nube rapuit (Neptunus), ut dicit, ne ab Achille occideretur, cuperet cum vertere ab imo, quod apud Vergilium confitetur, structa suis manibus p. m. T.' Augustinus de civ. dei III 2 814 cf. Pompeius V 106 K. 816 'his ubi' ult. syll. IV 246 K. (fortasse: nam ibi 'his u. tum' laudatur. cf. VII 373) 817 sq. 'iungit . . . feris' Isidorus orig. I 36, 10 Beda de trop. 381 C. 817 'iungit . . . genitor' Servius Aen. XII 737 820 sq. 'subsidunt . . . aquis' Priscianus 889 P. 822 'immania c.' Macrobius Sat. V 17, 18 Nonius 49, 14 explan. in Don. IV 493 K.

---

VARIA LECTIO. 810 RAPVI (P *m. rec. add.*) *P* RAPVI (E *supra*) (A *corr. in* I) *F* CVPERENTCVM (NT *in ras.*) *F* cuperem (I *supra*) cum *testatur Servius* euertere *γ* 811 PERIVRE *R* PERITURAE *M* PERITVRAE *F*: *cf.* II 660 812 TIMORES *F ut vid., PRγb* TIMORE· *Mc* 813 'portus accedet: *hic distinguendum, ne sit contrarium Veneris petitioni, quae ait* liceat Laurentem a. T. (797)' *Servius, cui obtemperavit Paldamus* 814 tamen *Venet.* tanto *Heinsius* quaeret *χ* QUAERES *FMPRbcmψ*, *Servius* queref *γ*: *cf. prol.* 255 815 *in mg. hoc signum* ∴ *P*: *cf. Servius* 817 curru *χ* auri *prop. Heinsius* auro *testatur Servius Dan. Aen.* XII 737 Aura genitos *coni. Wagnerus* 818 manibuſq: *b* 820 timidum *c* 821 EQUIS *Mb* FVGIVNTVASTOAETHERE (Q· EX *supra*) *PRγbc, quod displicet Wagnero lectt. Verg.* 344 FUGIUNTUASTO ETHAERE *M* 822 CETAE *P* CETAE *M* caete *γ*

et senior Glauci chorus Inousque Palaemon
Tritonesque citi Phorcique exercitus omnis . . . .
laeva tenent Thetis et Melite Panopeaque virgo,
Nisaee Spioque Thaliaque Cymodoceque.

Hic patris Aeneae suspensam blanda vicissim
gaudia pertemptant mentem: iubet ocius omnis
attolli malos, intendi bracchia velis.
una omnes fecere pedem pariterque sinistros,
nunc dextros solvere sinus, una ardua torquent
cornua detorquentque, ferunt sua flamina classem.
princeps ante omnis densum Palinurus agebat
agmen; ad hunc alii cursum contendere iussi.
iamque fere mediam caeli Nox umida metam
contigerat, placida laxabant membra quiete
sub remis fusi per dura sedilia nautae:
cum levis aetheriis delapsus Somnus ab astris

---

TESTIMONIA. 823 Macrobius Sat. V 17, 17 'Inous P.' Diomedes I 323 K. anecd. Helv. 158 824 'Tritonesque citi' Macrobius Sat. V 17, 18 826 Macrobius Sat. V 17, 17 827 sq. 'hic . . . mentem' Priscianus 1061 P. 'blanda . . . mentem' Servius Aen. I 502 828 sq. 'iubet . . . malos' schol. Hor. carm. I 14, 5 830 'una . . . pedem' Macrobii exc. Bob. V 632 K. comm. Bern. Lucani V 426 U. schol. Lucani VIII 185 833 Acro Hor. carm. III 17, 7 833 sq. 'princeps . . . agmen' Servius Aen. X 157 834 'ad . . . iussi' Servius Aen. VI 1 837 Asper 111, 1 K.

---

VARIA LECTIO. 823 IONIVS *R* 824 FORCI *Rc* porci *b* *Fortasse post v. 824 aliquid additurus erat poeta, quo apertius diceretur, quid comitum ille chorus dextra parte faceret: cf. prol.* 80 825 *cf.* 240 TENENT *Pγ1bc1* TENT *R* TENET *Mγ2* 826 = *ge.* IV 338 NISAEE *Rb, Macrobii exempl.* '*media diphthongos est*' *Servius.* Nisae[i] *γ* Niseae *c* NASISAEE (I) *P* NISSEAE *M* ESPIO *M* 828 OMNES *PRb* 829 INTENDIIN *M* intendi. *c* REMIS *MR: cf.* 136 830 OMNIS *R* *An* fixere? 833 OMNES *M* 836 laxarunt *c1* laxarant *χ* 837 SILENTIIA (di) (I *pr. corr. in* E) *P: cf.* II 255 838 aethereis *c* dilapsus *c*

aëra dimovit tenebrosum et dispulit umbras,
te, Palinure, petens, tibi somnia tristia portans
insonti; puppique deus consedit in alta,
Phorbanti similis, funditque has ore loquellas:
'Iaside Palinure, ferunt ipsa aequora classem;
aequatae spirant aurae; datur hora quieti.
pone caput fessosque oculos furare labori.
ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.'
cui vix attollens Palinurus lumina fatur
'mene salis placidi voltum fluctusque quietos
ignorare iubes? mene huic confidere monstro?
Aenean credam (quid enim?) fallacibus auris
et caelo, totiens deceptus fraude sereni!'
talia dicta dabat, clavomque adfixus et haerens
nusquam amittebat oculosque sub astra tenebat.

---

TESTIMONIA. 839 Nonius 241, 22 Cassiodorius VII 163 K. Albini orthogr. VII 300 K. 841 'puppi . . . alta' explan. in Don. IV 497 K. 842 'fundit . . . loquellas' Donatus Ter. adelph. II 4, 53 844 'aequatae s. a.' Servius Aen. IV 587 846 Priscianus 935. 1111 1172 P. 848 sq. 'mene . . . iubes' Augustinus epist. 15 848 Nonius 230, 12 'mene . . . vultum' Servius Aen. V 768 849. 851 'mene . . . monstro et caeli . . . sereni' schol. Hor. carm. I 5, 6 850 Priscianus 729 P. 851 'caeli . . . sereni' comm. Bern. Lucani V 415 U. cf. Servius georg. I 252 'totiens . . . sereni' Servius Aen. III 69 853 'oculosque s. a. t.' Arusianus VII 508 K.

---

VARIA LECTIO. 839 Ae.ra (*crasa & ut vid.*) *γ* VMBRA𝔗S *P* auraſ *c*1 841 conſidit *c*1 conſentit *ut vid.* *γ*2 in] ab *explan. in Don.* 842 querelas *χ*, *Donati exempl.* 843 ipsa aequora *legit Servius.* SUAFLAMINA *M: cf.* 832 845 labore *b*1 848 VVLTVM *MRγbc* flutuſue (o *superscr.*) *c* 850 AENEAM *Rbc* Aenean *testatur Priscianus* 'quid enim? *quid ni? cur non?' Servius.* quid enim *alii cum proximis coniungunt, posito post* sereni *v.* 851 *interrogandi signo.* quid enim fallacius? *in parenthesi Thilo prop.* (*scil.* fallacius *testari Tib. Donatum*) AVRIs (ST *superscr.*) *P* auriſ (ſt *superscr.*) (*corr. m. rec.*) *c* auſtriſ *γ*, *Prisciani exempl.: cf.* 764 auris *legit Servius* 851 caelo *γ*1*c*1: *cf.* 870 CAELO (I *superscr.*) *P* caeli (o *superscr.*) *b* CAELI *MRγ*2*c*2, *schol. Hor., comm. Lucani* ſereno *γ*1*c*1 'fraude sereni, *serenitatis . . . alii legunt* deceptus fraude caeli sereni' *Servius Dan.* 852 DICTABAT *Pc* CLAVOM *P*1 CLAUO (VM *superscr.*) *M* CLAVVM *P*2*Rγbc*

ecce deus ramum Lethaeo rore madentem
vique soporatum Stygia super utraque quassat
tempora, cunctantique natantia lumina solvit.
vix primos inopina quies laxaverat artus,
et super incumbens cum puppis parte revolsa
cumque gubernaclo liquidas proiecit in undas
praecipitem ac socios nequiquam saepe vocantem;
ipse volans tenuis se sustulit ales ad auras.
currit iter tutum non setius aequore classis
promissisque patris Neptuni interrita fertur.
iamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat
difficilis quondam multorumque ossibus albos
(tum rauca adsiduo longe sale saxa sonabant),
cum pater amisso fluitantem errare magistro
sensit, et ipse ratem nocturnis rexit in undis,
multa gemens casuque animum concussus amici.
'o nimium caelo et pelago confise sereno,
nudus in ignota, Palinure, iacebis harena.'

TESTIMONIA. 854 'ramum rore madentem' schol. Med ecl. VIII 15 855 sq. 'super . . . tempora' Augustini regul. V 508 K. 862 Charisius I 219 K. 866 Acro Hor. carm. II 14, 14 'longo s. s. s.' Pompeius V 303 K. 'sale s. s.' Martianus Capella p. 474 H. Servius Aen. II 199 III 183 868 'et . . . undis' Servius Aen. V 27 869 'casuque . . . amici' Servius Aen. VI 8. 176 871 Macrobius Sat. V 14, 5 Nonius 354, 29

VARIA LECTIO. 855 QUASSANT *M* caſſat *c*1 856 *cf. gc.* IV 496 nutantique *Novák* lactantia *Dorvill.* nutantia *Goth.* natantia *Servius* quassans t. cunctanti luctantia *Peerlkampus* 857 primoſ *m. ant. in mg. c* 858 cum puppis . . . gubernaclo *eiecit Peerlkampus, legit Servius* reuolſa *γ* reuulſa *c* 860 saepe] UOCE *M: cf.* IV 680 VI 247 XII 638 861 ad] IN *Pγ: cf.* 740 862 SAETIVS *R, Charisii cod.* ſeciuſ *c* ſe.ciuſ (c *e corr.*) *γ*, *quod* sectius *interpretor: cf. Flecke senus mus. Rhen.* VIII 220 *sqq.* aequora *bc*1 864 adiecta *b* 865 *sq. inficetos dixit Peerlkampus, legit Servius* 865 Difficilel *b*1 866 iam *Acro* longo *Pompeius* 867 FLVVITANTEM *R* 869 animō *b* 870 *sq. a Vergiliana manu profecti esse non videntur Heynio* 870 ET *eras. P* Exspectes pelago et caelo: *cf. Marklandus ad Statii silv.* III 2, 9 COFISSE *R* 871 *videtur postea ad-*

sic fatur lacrimans, classique immittit habenas, VI 1
et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris.

TESTIMONIA. AENEIDOS VI. 1 Ennodius epist. VIII 21 Priscianus 1248 P. verborum diff. p. 276 Reiff. 'sic f. l.' Marius Victorinus VI 120 K. schol. Lucani II 1 'classique i. h.' Quintilianus VIII 6, 10 1. 2 'sic f. l. mittit habenas et t. E. labitur oris' Marius Victorinus VI 155 K. Terentianus Maurus 1951 sq. 2 Servius Aen. I 338 XI 239 'Cumarum a. oris' Servius Aen. I 307 'Cumas Euboicas' Servius Aen. X 28

VARIA LECTIO.
*ditus esse in M* '*Sciendum sane, Tuccam et Varium hunc finem quinti esse voluisse: nam a Vergilio duo versus sequentes huic iuncti fuerunt: unde in nonnullis antiquis codicibus sexti initium est* obvertunt pelago proras; tum dente tenaci' *Servius.* '*sane sciendum, licet primos duos versus Probus et alii in quinti reliquerint fine, prudenter ad initium sexti esse translatos' idem ad VI init. cf. prol.* 95

VERGILII MARONIS AENEIDOS LIBER· V· EXPLIC INCIPIT LIBER VI· *In pag. sec. versus undecim, quos vide in prolegom. R*

P̄. UERGILI MARONIS AENEIDOS· LĪB· V· EX̄PL· *M* EXPLIC LĪB· V· INCP̄T· LĪB· VI *γ* VIRGILII MARONIS ENEIDOS LIB̄· QVINTVS EXPLICIT (*sequuntur versus* 11, *quos vide in proleg.*) INCIPIT LIB VI *b* EXP̄L LĪB V HĀB VĒR DCCLXXIII ‖ DĒC VĒRS OVIDII NĀS (*v. proleg.*) INCIPIT LIBER VI AENEIDORVM *c*

AENEIDOS VI. 1 lacrimis *schol. Lucani* 2 CYMARVM *R*

# P. VERGILI MARONIS

# AENEIDOS

## LIBER SEXTVS

Obvertunt pelago proras; tum dente tenaci
ancora fundabat navis et litora curvae
praetexunt puppes. iuvenum manus emicat ardens
litus in Hesperium; quaerit pars semina flammae
abstrusa in venis silicis, pars densa ferarum
tecta rapit silvas inventaque flumina monstrat.
at pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
praesidet, horrendaeque procul secreta Sibyllae,
antrum immane petit, magnam cui mentem animumque
Delius inspirat vates aperitque futura.
iam subeunt Triviae lucos atque aurea tecta.

Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna,
praepetibus pinnis ausus se credere caelo,

---

TESTIMONIA. AENEIDOS VI. 3 Servius Aen. V 871 'obvertunt p. p.' Seneca epist. 53, 3 Arusianus VII 496 K. 3 sq. 'tum . . . navis' Nonius 462, 7 Servius Aen. I 169 5 'iuvenum . . . ardens' Servius Aen. I 423 6 'quaerit . . . flammae' Macrobius Sat. V 12, 3 9 sq. 'at . . . praesidet' Servius Aen. I 180 11 sq. 'magnam . . . vates' Servius Aen. III 445 12 'Delius i. v.' Sacerdos VI 461 K. 13 Priscianus 1178 P. 14 sq. Gellius VII 6, 1 Probus 16, 9 K. 14 Probus 10, 22 K. 15 sq. schol. Hor. carm. I 3, 34 15 schol. Lucani IX 662 'ausus . . . caelo' schol. Hor. carm. I 24, 11

---

VARIA LECTIO. AENEIDOS VI. 3 *sq.* iam . . . fundarat *Halbertsma Mnemos.* 1877 *p.* 335 4 ANCHORA *P* anchora *γbc* 'ancora . . . *in Graeco aspirationem non habet . . . unde et apud maiores sine aspiratione proferebatur' Servius: cf.* I 169 *prol.* 423 FVNDABANT *P* naueſ *bc* 7 *cf. ge.* I 135 Obſtruſa *c1* 14 MINOEIA *R* 15 penniſ *c, Probi et Gellii exempl.* peniſ *b1* ausus est *Probi Vat.*

insuetum per iter gelidas enavit ad arctos
Calchidicaque levis tandem super astitit arce.
redditus his primum terris tibi, Phoebe, sacravit
remigium alarum posuitque immania templa.
in foribus letum Androgeo, tum pendere poenas
Cecropidae iussi (miserum!) septena quodannis
corpora natorum; stat ductis sortibus urna;
contra elata mari respondet Cnosia tellus:
hic crudelis amor tauri suppostaque furto
Pasiphae mixtumque genus prolesque biformis
Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandae;
hic labor ille domus et inextricabilis error;
magnum reginae sed enim miseratus amorem
Daedalus ipse dolos tecti ambagesque resolvit,
caeca regens filo vestigia. tu quoque magnam

---

TESTIMONIA. 16 'insuetum p. iter' schol. Hor. carm. III 2, 22 17 Gellius X 16, 7 'Calchidicaque . . . super' Sacerdos VI 514 K. 18 'redditus . . . terris' Nonius 381, 9 Servius Aen. II 260 'tibi P. s.' Servius Aen. X 542 19 'remigium a.' Isidorus orig. I 36, 5 cf. Quintilianus VIII 6, 18 Servius Aen. VI 14 'posuitque i. t.' Nonius 323, 8 Servius Aen. I 110 19 sq. 'posuitque . . . Androgeo' schol. Hor. carm. IV 8, 8 20 Prisciani 736 P. interpolator 'in foribus l. A.' Servius Aen. I 505 II 371 Charisius I 92 K. ult. syll. IV 227 K. fragm. Bob. de nom. V 561 K. 'letum Androgeo' Servius Aen. II 392 20 sq. 'tum . . . iussi' Priscianus 583 P. 21 'miserum s. quotannis' Servius Aen. I 251 22 'stat . . . urna' Servius Aen. IX 266 23 'respondet Gnosia t.' Servius Aen. I 585 schol. Gron. Cic. 407 Or. 25 'mixtumque g.' Servius Aen. VI 14 27 Priscianus 719. 744 P. 'inextricabilis e.' Servius Aen. II 48 28 Servius Aen. I 273 IX 221 ecl. III 106 30 'caeca . . . vestigia' Nonius 449, 12 30 sq. 'tu . . . haberes' Priscianus 1145 P.

---

VARIA LECTIO. 16 ENNAVIT *P* erravit *Wittian.* enavit *testatur Servius* 17 CALCHIDICA *Mc* CHALCIDICA *PRγ* Chalcidica (*sed* h *m.* 2 *add.,* c *sec. in ras.*) *b* ARCAEM *M* ARCA *R* 18 hic *Zulichem.* 20 androgeo *bcχ*, *testantur Servius Charisius Priscianus.* 'Androgeo: *est enim proprie Graecus genetivus, licet aliqui sic legunt:* in f. l. Androgei, *Graecae declinationis ignari*' *de ult. syll.* ANDROGEI *MPRγm* 'Androgei, *aut ut aliis placet* Androgeo' *de nom. cf.* II 392 tunc *Prisciani φ* 23 GNOSIA *MRγbc* 26—44. 45—50 *F fol.* XLIV 26 MONVMENTA *Fb* 29 tecti] Thesei *conl. ecl.* 4, 57 *Usenerus per epistulam*

partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes.
bis conatus erat casus effingere in auro,
bis patriae cecidere manus. quin protinus omnia
perlegerent oculis, ni iam praemissus Achates
adforet atque una Phoebi Triviaeque sacerdos,
Deiphobe Glauci, fatur quae talia regi:
'non hoc ista sibi tempus spectacula poscit;
nunc grege de intacto septem mactare iuvencos
praestiterit, totidem lectas de more bidentis.'
talibus adfata Aenean (nec sacra morantur
iussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.

Excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum,
quo lati ducunt aditus centum, ostia centum;
unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae.

---

TESTIMONIA. 32 sq. 'bis . . . manus' Asper 114, 13 K. Ruricius epist. II 4 (C. E. XXI p. 375) 33 Victorinus de metr. VI 212 K. Audacis exc. VII 339 K. 'quin p. omnia' Macrobius Sat. V 14, 4 33 – 35 'quin . . . adforet' Nonius 333, 2 34 'pelligerent oculis' Terentius Scaurus VII 26 K. 34 sq. 'ni . . . adforet' Servius Aen. I 188 35 'Phoebi T. s.' Servius Aen. VI 13 36 'Deiphobe G.' Servius Aen. I 41 IX 358 ge. I 138 schol. Hor. serm. II 1, 48 37 Priscianus 1064 P. schol. Hor. epod. XVI 39 38 sq. Macrobius Sat. III 5, 5 38 Servius Aen. IV 57 42 Arusianus VII 486 K. Servius Aen. III 533 XI 770 'excisum . . ingens' schol. Iuven. VI 649 43 sq. Servius Aen. III 445 'ostia . . . Sibyllae' schol. Lucani V 153 43 Asper 114, 18 K. 44 Nonius 380, 2 Servius Aen. VI 53

---

VARIA LECTIO. 31 Icare haberes *om. R, fortasse quod non sufficiebat spatium versus* 33 *Post* manus *oratio hiare videtur Usenero* qui$^{n}$ *c* OMNIA *FMPγc*1, *Servii Cass., Nonii ω, testantur Macrobius et Victorinus: cf. Lachmannus ad Lucr.* I 1106 OMNE *Rbm* omnem *c m. rec., χ, Servii ω, Nonii Bern.* 34 Perlegerent (r *pr. in ras.*) *b* 'pelligo, *ut omnes antiqui dixerunt, unde et apud Vergilium legendum* pelligerent oculis, *non* perlegerent' *Scaurus* oculi, nisi (*hoc litteris minutis insertum*) *π, quod commendavit olim Klouček p.* 191 *sqq.* 36 fatur . . . regi *om. nonnulli teste Cerda* 37 POSCUNT (IT *sup. minio*) *M* POSCVNT *R* '*sane sciendum* poscit *lectionem esse meliorem: tempus enim* poscit spectacula, *non a spectaculis poscitur' Servius* 38 INTACTS *P* INTACTOS *R* 39 *cf.* IV 57 de] EX *Fc, fortasse hic praestantius* bidentes *bc* 40 eneam *c*

ventum erat ad limen, cum virgo 'poscere fata
tempus' ait: 'deus, ecce, deus!' cui talia fanti
ante fores subito non voltus, non color unus,
non comptae mansere comae; set pectus anhelum,
et rabie fera corda tument; maiorque videri
nec mortale sonans, adflata est numine quando
iam propiore dei. 'cessas in vota precesque,
Tros' ait 'Aenea? cessas? neque enim ante dehiscent
attonitae magna ora domus.' et talia fata
conticuit. gelidus Teucris per dura cucurrit
ossa tremor, funditque preces rex pectore ab imo:
'Phoebe, gravis Troiae semper miserate labores,
Dardana qui Paridis derexti tela manusque
corpus in Aeacidae, magnas obeuntia terras
tot maria intravi duce te penitusque repostas
Massylum gentis praetentaque Syrtibus arva,
iam tandem Italiae fugientis prendimus oras.
hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta:
vos quoque Pergameae iam fas est parcere genti,

---

TESTIMONIA. 45 'ventum . . . limen' Macrobii exc. Bob. V 646 K. 'cum . . . fata' Servius Aen. II 13 45 sq. 'cum . . . ait' Servius Aen. III 370 46 'deus e. deus' Servius Aen. IV 576 47 sq. 'subito . . . comae' Macrobius Sat. IV 1, 5 47 'non v. n. c. unus' comm. Bern. Lucani V 214 U. 49 'et . . . tument' schol. Lucani V 217 'rabie . . . tument' comm. Bern. Lucani V 216 U. 'maiorque v.' Servius Aen. VI 347 schol. Lucani V 152 52 'Tros . . . cessas' ult. syll. IV 226 K. 53 ult. syll. IV 228 K. 'ora d.' Servius Aen. VI 82 55 'funditque . . . imo' Servius Aen. V 780 56 Maximus Victorinus de rat. metr. VI 217 K. 'Phoebe g. T.' ult. syll. IV 221. 258 K. 'Phoebe g.' Charisius I 8 K. 57 sq. 'Dardana . . . Aeacidae' schol. Hor. carm. IV 6, 5 57 schol. Iuven. I 163 58 sq. 'magnas . . . te' Priscianus 982 P. 59 'tot . . . te' Servius Aen. V 17 60 'praetentaque S. arva' Servius ge. I 248 comm. Bern. Lucani IX 308 U. 61 Servius Aen. III 496 V 629 62 Priscianus 1157 P. Servius Aen. III 493 IV 434 'hac . . . fortuna' schol. Hor. a. p. 201 63 sq. 'vos . . . omnes' Donatus Ter. adelph. IV 2, 50 Servius Aen. I 4

---

VARIA LECTIO. 47 VOLTVS (O *corr. in* V) *P* VVLTVS *MRbc* 51 dei] I· *R* de° *b* deū, *ut vid., c1* 53 ut *Heinsius* et talia fata *non credit Vergilii esse Peerlkampus; certe tibicen est* 56 grauef *c* 57 DIRECTI *R* DIREXTI *rell.* 60 GENTES *MPbc* 61 *cf.* V 629 fugientef *c1*

dique deaeque omnes, quibus obstitit Ilium et ingens
gloria Dardaniae. tuque, o sanctissima vates,
praescia venturi, da (non indebita posco
regna meis fatis) Latio considere Teucros
errantisque deos agitataque numina Troiae.
tum Phoebo et Triviae solido de marmore templum
instituam festosque dies de nomine Phoebi.
te quoque magna manent regnis penetralia nostris:
hic ego namque tuas sortes arcanaque fata,
dicta meae genti, ponam lectosque sacrabo,
alma, viros. foliis tantum ne carmina manda,
ne turbata volent rapidis ludibria ventis:
ipsa canas oro.' finem dedit ore loquendi.

At Phoebi nondum patiens immanis in antro
bacchatur vates, magnum si pectore possit
excussisse deum: tanto magis ille fatigat
os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.
ostia iamque domus patuere ingentia centum
sponte sua vatisque ferunt responsa per auras:
'o tandem magnis pelagi defuncte periclis
(set terrae graviora manent), in regna Lavini

---

TESTIMONIA. 65 sq. 'tuque . . . posco' Nonius 278, 30 'tuque . . . venturi' Macrobius Sat. III 3, 7 68 'agitataque n. T.' Servius Aen. III 609 69 sq. 'tum . . . templum constituam' Servius Aen. III 274 70 'festosque . . . Phoebi' Nonius 426, 19 71 Diomedes I 314 K. 72 'hic . . . sortes' ult. syll. IV 232. 246 K. 74 sq. 'foliis . . . ventis' Nonius 46, 16 76 'ipsa c. o.' schol. Veron. 81, 17 K. Servius Aen. I 1 schol. Hor. carm. I 15, 4 'finem . . . loquendi' Diomedes I 342 K. 77 sq. 'at . . . bacchatur' comm. Bern. Lucani V 74 K. 78 sq. 'bacchatur . . . deum' Seneca epist. 28, 3 79 sq. 'tanto . . . domans' schol. Lucani V 193 80 schol. Hor. carm. IV 3, 12 'fingitque p.' Servius ge. II 407 81 sq. 'ostia . . . sua' Nonius 461, 17 82 'sponte s.' Priscianus 984. 1210 P. 83 Nonius 287, 6 Arusianus VII 467 K. Servius Aen. IX 97 'magnis . . . periclis' schol. Hor. carm. III 24, 15 84 'sed . . . manent' Servius Aen. VII 117. 304

---

VARIA LECTIO. 67 CONSISTERE *R* 68 Erranteſ *c* 69 TEMPLA *Pybc* 70 CONSTITVAM *R, Servii Aen.* III 274 *ex.* 71 nostris p. regnis *χ*, *Diomedis libri* 78 POSSET *R* 84 TERRAE *MPγ*1 TERRA *Rγ*2*bc* 'terra *legitur et* terrae, *unum tamen est' Servius* 'Lavini, *alii* Latini *legunt' Servius*

Dardanidae venient (mitte hanc de pectore curam),
set non et venisse volent. bella, horrida bella
et Thybrim multo spumantem sanguine cerno.
non Simois tibi nec Xanthus nec Dorica castra
defuerint; alius Latio iam partus Achilles,
natus et ipse dea; nec Teucris addita Iuno
usquam aberit: cum tu supplex in rebus egenis
quas gentis Italum aut quas non oraveris urbes!
causa mali tanti coniunx iterum hospita Teucris
externique iterum thalami.
tu ne cede malis, set contra audentior ito
qua tua te Fortuna sinet. via prima salutis,
quod minime reris, Graia pandetur ab urbe.'

Talibus ex adyto dictis Cymaea Sibylla
horrendas canit ambages antroque remugit,
obscuris vera involvens: ea frena furenti
concutit et stimulos sub pectore vertit Apollo.
ut primum cessit furor et rabida ora quierunt,
incipit Aeneas heros: 'non ulla laborum,

---

TESTIMONIA. 85 'mitte . . . curam' Seneca de benef. VII 14, 5 86 'bella h. b.' Diomedes I 447 K. 87 comm. Bern. Lucani I 686 U. 89 'alius . . . Achilles' Servius Aen. IX 739 90 'natus . . . dea' Priscianus 1222 P. 90 sq. 'nec . . . aberit' Macrobius Sat. VI 4, 2 92 Servius Aen. VIII 120 95 Priscianus 1003 P. 'tu . . . malis' Acro Hor. serm. II 5, 26 96 sq. 'via . . . urbe' Servius Aen. VIII 131 99 Nonius 319, 6 100 'obscuris v. i.' Servius Aen. VI 89 100 sq. schol. Lucani V 168 'ea . . . Apollo' Servius Aen. VI 79 103 'non u. l.' Consentius V 390 K. 103 sq. 'non . . . surgit' Donatus Ter. Phorm. II 1, 20 103—105 'non . . . peregi' Seneca epist. 76, 33

---

VARIA LECTIO. 88 NECXANTHVS (C *m.* 2 *add.*) *P* NEC SANTHUS *M* (*cf. prol.* 446) 91 quam tu *Peerlkampus* 92 GENTES *MRbc* QV$\overset{A}{\text{O}}$S *P* VRBIS *P* 96 qua *cod. Daventr., Senecae* ω, *quod defendi prol.* 201 *sq.* QVAM *libri, Servius* finit *c*1 PRIMAUIA (*corr. minio*) *M* 97 gra.ia *b* 100 *sq.* ea frena furenti concutit *ne cum Wagnero intellegas:* '*ita temperat Sibyllae pectus, ut ei non liceat simplicem rerum veritatem promere,*' *vetare videtur* V 147 *conlatus cum* VIII 3. *Itaque* effrena, *i. e.* effrenate *conieci conl.* II 465 102 RAPIDA *P* rabida (b *e corr.*) *γ*

o virgo, nova mi facies inopinave surgit;
omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.
unum oro: quando hic inferni ianua regis
dicitur et tenebrosa palus Acheronte refuso,
ire ad conspectum cari genitoris et ora
contingat; doceas iter et sacra ostia pandas.
illum ego per flammas et mille sequentia tela
eripui his umeris medioque ex hoste recepi;
ille meum comitatus iter maria omnia mecum
atque omnis pelagique minas caelique ferebat,
invalidus, viris ultra sortemque senectae.
quin, ut te supplex peterem et tua limina adirem,
idem orans mandata dabat. gnatique patrisque,
alma, precor, miserere (potes namque omnia, nec te
nequiquam lucis Hecate praefecit Avernis),

---

TESTIMONIA. 104 'o . . . facies' Audacis exc. VII 328 K. 'nova mi f.' Servius Aen. VIII 298 105 Nonius 372, 13 Servius Aen. IV 419 'omnia p.' Servius Aen. XI 491 106 sq. 'unum . . . dicitur' Nonius 527, 22 107 'et . . . refuso' Nonius 191, 25 110 sq. Arusianus 506 K. 110 'illum . . . flammas' anecd. Paris. Eckseinii 29, 6 111 'medioque . . . recepi' Servius Aen. I 178 II 377 III 666 IV 382 112 'ille . . . iter' ult. syll. IV 233 K. Servius Aen. II 704 IX 284 113 sq. 'atque . . . invalidus' Donatus Ter. Andr. I 1, 11 114 'vires . . . senectae' Nonius 492, 21 Donatus Ter. hec. II 1, 29 Cledonius V 76 K. 116 'gnatique p.' ult. syll. IV 262 K. 'gnatique' Sacerdos VI 451 K. 117 'potes n. o.' Servius Aen. VI 104

---

VARIA LECTIO. 104 MIHI *R* '*sciendum, pronomen* mihi *numquam in synaeresin venire, ne incipiat esse blandientis adverbium: et licet quidam huius loci nitantur exemplo, non procedit, vel quia unum est, vel quia potest esse etiam blandientis adverbium*' *Servius* 105 PRAECIPI *Rγ*1 pr$^{e}$..cepi *γ*2 percepi *b*1*m* praecepi *testantur Nonius et Servius ad Aen.* IV 419 XI 491, *cuius ad hunc l. pars librorum* praecepi, *pars* percepi *exhibet* ante] ipse *Seneca* 109 CONTINGAM *PRγ*1 continga$^{t}$ *γ* contingat *testatur Servius* 111 recepit *Servius Aen.* I 178 *memoria falsus* 113 omneſ *b* CAELIQ· MINASPELAGIQ· *M* 114 UIRES *MP*2*γbc* 115 *sq. cf.* V 731 *sqq.* 115 PETEREM$^{ET}$ *P, ut fortasse* et *interpolatori reddendum sit.* PETEREM, *om.* et, *Rb* p&erem . tua (t *e corr., eras. fort.* &) *γ* 116 NATI *Rγ*2*b* 117 poteſt *c*1

si potuit manis arcessere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara fidibusque canoris,
si fratrem Pollux alterna morte redemit
itque reditque viam totiens. quid Thesea magnum,
quid memorem Alciden? et mi genus ab Iove summo.'

Talibus orabat dictis arasque tenebat,
cum sic orsa loqui vates: 'sate sanguine divom,
Tros Anchisiade, facilis descensus Averno
(noctes atque dies patet atri ianua Ditis);
set revocare gradum superasque evadere ad auras,
hoc opus, hic labor est. pauci, quos aequus amavit
Iuppiter aut ardens evexit ad aethera virtus,
dis geniti potuere. tenent media omnia silvae,

---

TESTIMONIA. 119 sq. Isidorus orig. I 36, 35 119 Charisius I 227 K. Dositheus VII 419 K. anecd. Helv. 181. 186 Macrobius Sat. IV 5, 3 'si . . . coniugis' Diomedes I 393 K. 119—122 (om. 120) 'si . . . totiens' Priscianus 1144 P. 120 Nonius 313, 22 schol. Persii VI 4 schol. Hor. carm. I 26, 10 IV 3, 23 'fidibusque c.' Charisius I 70 K. Probi cath. IV 21 K. 121 anecd. Helv. 181 Servius Aen. II 601 'si f. P.' ult. syll. IV 227 K. 122 'itque . . . totiens' Arusianus VII 481 K. 'quid T. m.' Consentius V 365 K. 122 sq. 'quid . . . summo est' Gellius X 16, 12 124 Macrobius Sat. III 2, 9 'talibus o. d.' Donatus Ter. hec. IV 4, 95 125 'sate s. d.' Servius Aen. VIII 36 126 'facilis d. Averno' schol. Bern. ecl. V 6 128 sq. 'sed . . . est' Lactantius div. inst. VI 24 schol. Hor. carm. I 28, 16 129 sq. 'pauci . . . virtus' Servius Aen. VI 403 130 'ardens . . . virtus' schol. Hor. carm. III 2, 21 'ardens e. in aethera v.' Claudianus Mamertus de statu animae III 15 (C. E. XI p. 184) 131 'dis g. p.' Arusianus VII 476 K.

---

VARIA LECTIO. 119 MANES *M2P2γbc, Charisii cod.* arceſſere *γ2bc2*, *Macrobii Par.* 1, *Isidori ex.* ARCERSERE *P* ACCERSERE *MRγ1c1*, *Macrobii ω*, *Charisii cod. cf. prol.* 388 120 sonoris *schol. Hor. carm.* IV 3, 23 canoris *Servius* 122 *sq.* 'magnum quid memorem Alciden? *melius sic distinguitur, licet quidam legant:* quid Thesea magnum' *Servius: post* magnum *dist. M* 123 et] q: *γ*: *cf. Wagneri quaest. Verg.* XVI 4 AEMI *M* MIHI *PRγb*1 summo est *Moret. sec., Gellii exempl.* 124 *cf.* IV 219 125 DIVOM (O *corr. in* V) *P* diuom *γ* DIVVM *MRbc* 126 ANCHISIADE *M* AUERNOEST (EST *m. aliena add.*) *M* AVERNO (I *supra* O) *P* auerno (o *corr. in* i) *b* AVERNI *Ryc* 'Averni . . . *legitur et* Averno' *Servius* 128 ETVADERE (ecvadere?) *P* 130 ad] in *c, Claudianus Mamertus*

Cocytusque sinu labens circumvenit atro.
quod si tantus amor menti, si tanta cupido
bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, et insano iuvat indulgere labori,
accipe quae peragenda prius. latet arbore opaca
aureus et foliis et lento vimine ramus,
Iunoni infernae dictus sacer; hunc tegit omnis
lucus et obscuris claudunt convallibus umbrae.
set non ante datur telluris operta subire,
auricomos quam qui decerpserit arbore fetus.
(hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
instituit: primo avolso non deficit alter
aureus, et simili frondescit virga metallo.)
ergo alte vestiga oculis et rite repertum
carpe manu. namque ipse volens facilisque sequetur,
si te fata vocant: aliter non viribus ullis
vincere nec duro poteris convellere ferro.
praeterea iacet exanimum tibi corpus amici

TESTIMONIA. 132 schol. Hor. carm. II 14, 28 134 'bis S. i. l.' Arusianus VII 478 K. 138 'Iunoni . . . sacer' Nonius 280, 14 Donatus Ter. Andr. I 1, 75 Servius Aen. I 73. 734 III 437 IV 638 141 'auricomi rami' Macrobius Sat. V 14, 8 142 'hoc s. p. suum' ult. syll. IV 234 K. 142 sq. 'hoc . . . instituit' Servius Aen. VI 629 143 'primo . . . alter' Arusianus VII 466 K. 144 'et . . . metallo' Asper 115, 3 K. 'simili . . . metallo' Macrobius Sat. VI 6, 8 146 sq. 'sequetur . . . vocant' Servius Aen. VI 409 147 cf. schol. Veron. 85, 29 K. 'si . . . vocant' Diomedes I 393 K. 149 sq. Nonius 461, 24 149 Asper 113, 4 K.

VARIA LECTIO. 132 COCYTOS *M* Cocyti *schol. Hor. Med.* lambens *π* 133 *cf.* II 10 QUOT *M1* Quod (od *in ras., in mg.* aṫ qđ) *γ* quid *Goth. sec.* quin *Heinsius* sed *Peerlkampus* MENTI·S *P* amor, menti si *Peerlkampus cum libris quibusdam* CVPIDO *P* CUPIDOEST *M* CVPIDOEST *Rγbc* 134 LOCVS *P* locuſ *γ1* luctoſ *c1* lac. oſ *c2* bis &nigra *b* 139 PLAVDVNT *R* 141 QVIS *PRγbc* 143 AVVLSO *MRγbc* DEFECIT *Pc1* 144 aureus *languere videtur Wagnero.* aurea sed s. *Klouček* ramus et e simili *Peerlkampus* SIMILIS *M* 146 iamque *Loewner gymn. Berol. eph.* 1886 *p.* 216 facili *c1* 147 non] NEC *R*

(heu nescis) totamque incestat funere classem,
dum consulta petis nostroque in limine pendes.
sedibus hunc refer ante suis et conde sepulchro.
duc nigras pecudes; ea prima piacula sunto.
sic demum lucos Stygis et regna invia vivis
aspicies.' dixit pressoque obmutuit ore.

Aeneas maesto defixus lumina voltu
ingreditur, linquens antrum, caecosque volutat
eventus animo secum. cui fidus Achates
it comes et paribus curis vestigia figit.
multa inter sese vario sermone serebant,
quem socium exanimem vates, quod corpus humandum
diceret. atque illi Misenum in litore sicco,
ut venere, vident indigna morte peremptum,
Misenum Aeoliden, quo non praestantior alter

---

TESTIMONIA. 151 'nostroque . . . pendes' Servius Aen. II 114 153 Nonius 370, 4 Servius Aen. VI 236 'haec prima p. s.' Diomedes I 454 K. 154 'sic d. l. Stygiae' ult. syll. IV 222 K. 158 sq. 'fidus . . . comes' Acro Hor. carm. II 12, 16 159 ult. syll. IV 232 K. 160 Isidorus orig. VI 8, 3 Pompeius V 280 K. 161 sq. 'quem . . . diceret' Priscianus 1146 P. 162 sq. 'atque . . . peremptum' Donatus Ter. eun. V 5, 4 164 Donati vita Vergilii p. 738 H. 'Misenum Aeoliden' Servius Aen. III 239

---

VARIA LECTIO. 151 PENDENS *R* 153 ea] haec *Parrhas.*, *Diomedes* 154 STYGIİS (*corr. minio*) *M* STYGIIS *R* STYGI°S (O *m.* 2 *add.*) *P* ſtygiiſ (i *post. erasa*) *γ* ſtygioſ *cm* ſtigioſ (y supra) *b* Stygiae *de ult. syll.* et *del. b* 155 dixi *c* OMMVTVIT *R* 156 DEFI.XVS (*erasa ut vid.* E: *ergo* deflexus *m.* 1) *P* VVLTV *Rγ2bc* 157 ingreditur] *in mg. m. rec. add.* PRO *M* 'ingreditur *pro* graditur' *Servius* LIQVENS *R* liqueſ (n supra) *b* uolutat (t *post. m.* 2: *fuitne m.* 1 uolutans?) *γ* 158 PHIDVS *Pγ* 159 FIXIT (G *supra* X) *M* 160 multa] illi *Pompeius*: *cf.* 162 VARIO~~VE~~ *P* longo *Isidori exempl.* 161 EXANIMEM *M* EXANIMVM *PRγbc*: *cf.* 149 HUMANU˘ (DVM *sup. minio*) *M*

164 aeolidem *c1* '*Erotem, librarium et libertum eius*' (*Vergilii*) '*exactae iam senectutis, tradunt referre solitum, quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse ex tempore: et huic* Misenum Aeoliden *adiecisse* quo non p. alter, *item huic* aere ciere

aere ciere viros Martemque accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
et lituo pugnas insignis obibat et hasta.
posquam illum vita victor spoliavit Achilles,
Dardanio Aeneae sese fortissimus heros
addiderat socium, non inferiora secutus.
set tum forte cava dum personat aequora concha,
demens, et cantu vocat in certamina divos,
aemulus exceptum Triton, si credere dignum est,
inter saxa virum spumosa immerserat unda.
ergo omnes magno circum clamore fremebant,
praecipue pius Aeneas. tum iussa Sibyllae,
haut mora, festinant flentes aramque sepulchro
congerere arboribus caeloque educere certant.
itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum,

TESTIMONIA. 165 Priscianus 865 P. Donati vita Vergilii p. 738 H. 166 'Hectora c.' ult. syll. IV 228 K. 167 Gellius V 8, 11 Macrobius Sat. VI 8, 6 168 Servius Aen. VIII 202 XI 80 171 sq. Servius Aen. IX 725 173 sq. Nonius 437, 7 173 'aemulus e. T.' Nonius 238, 33 Servius Aen. III 332 IV 114 XI 684 174 Servius Aen. V 814 176–178 'Sibyllae . . . caelo' Asper 115, 14 K. 176 sq. 'tum . . . festinant' Servius Aen. IV 575 177 sq. 'aramque . . . certant' Nonius 298, 14 178 'caeloque e. c.' Servius Aen. IV 685 179—182 Macrobius Sat. VI 2, 27 Asper 114, 2 K. 179 Charisius I 14 K. Dositheus VII 388 K. 'itur in a. s.' Quintilianus I 4, 28 Charisius I 253 K. Diomedes I 399 K. Priscianus 1134 P. Donati ars IV 365. 390 K. Pompeius V 106. 115 K. Macrobii exc. Bob. V 646 K. Beda VII 234 K. anecd. Helv. 170 'eitur in silvam' Terentianus Maurus 461

VARIA LECTIO.
viros *simili calore elatum subiunxisse* Martemque a. c., *statimque sibi imperasse ut utrumque volumini adscriberet' Donatus vita Verg.* 12, 49 (*in Suetonio Reifferscheidiano p.* 62, 6 *sqq.*) 165 'Martemque accendere cantu: *hemistichium hoc dicitur addidisse, dum recitat' Servius. cf. prol.* 63 *sq.* 167 INSIGNES *R* . 168 Pofquã *c* POSTQVAM *MPRyb* 171 tum] ĐUM (T *supra* D) *M* tum (t *e corr.*) *γ* 172 certamine *γ* 173 *cf. ge.* III 391 176 SIBYLLAE (Y *in ras.*) *P* 177 SEPVLCHRO *Pγ* fepulchri (i *m.* 2 *in ras.*) *b* SEPULCHRI *M* SEPVLCHRI *Rc, Servii et Nonii exempl., Silius* XV 387 '*Probus tamen et Donatus de hoc loco requirendum adhuc esse dixerunt' Servius: cf. prol.* 141 *sq.* 179 'eitur in silvam *necesse est* e *et* i *conectere: principali nam-*

procumbunt piceae, sonat icta securibus ilex
fraxineaeque trabes cuneis et fissile robur
scinditur, advolvont ingentis montibus ornos.
nec non Aeneas opera inter talia primus
hortatur socios paribusque accingitur armis.
atque haec ipse suo tristi cum corde volutat,
aspectans silvam immensam, et sic forte precatur:
'si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
ostendat nemore in tanto! quando omnia vere
heu nimium de te vates, Misene, locuta est.'
vix ea fatus erat, geminae cum forte columbae
ipsa sub ora viri caelo venere volantes
et viridi sedere solo. tum maximus heros
maternas adgnoscit aves laetusque precatur:
'este duces o, siqua via est, cursumque per auras
derigite in lucos, ubi pinguem dives opacat
ramus humum. tuque o dubiis ne defice rebus,

---

TESTIMONIA. 180—182 de schem. lex. p. 49 H. 180 Servius Aen. IV 507 184 'paribusque a. a.' Servius Aen. I 180 187 sq. 'si . . . tanto' Priscianus 1021. 1140 P. anecd. Helv. 181 'si . . . ostendat' Priscianus 1142. 1172 P. Alcuinus gramm. 2124 P. 187 Servius Aen. VIII 560 190 sq. 'geminae . . . volantes' Probus 16, 13 K. 191 sq. 'ipsa . . . solo' Servius Aen. XII 246 193 'maternas a. a.' Servius Aen. I 393 194 sq. 'este . . . dirigite in l.' Nonius 251, 17 Servius Aen. I 398 196 'tuque . . . rebus' Porphyrio Hor. serm. II 3, 153

---

VARIA LECTIO.
*que verbo nascitur, quod est* eo' *Terentianus Maurus* (*cf. Pompeius p.* 115). 'itur, i *longa invenitur . . . multi tamen tentant dicentes* itur *propter* eo *. . . per diphthongon scribi debere, quod non procedit' c. q. s. Servius* 180 ILLEX *P* 181 robor *c* 182 ADVOLVVNT *MRybc* ingenteſ *y* 185 uolutat. (t *post. e corr.: cf.* 157) *y* 186 VOCE *ut* IX 403 XI 784 *R* ore *Longob.: cf.* I 614 II 524 *al.* '*vacat* forte; *et est versus de his, qui tibicines vocantur, quibus datur aliquid ad solam metri sustentationem ut* V 457 nunc dextra, nunc ille sinistra. *nec enim possumus intellegere eum fortuitu rogasse' Servius: cf. prol.* 57 187 Si ſe nunc *c1* Si . . nunc[ſe] *c2* 193 AGNOSCIT *Rb* AGNOUIT *M, Servii Aen.* I 393 *exempl. cf.* I 488 AVIS *P1* 195 DIRIGITE *My2bc*

diva parens.' sic effatus vestigia pressit
observans, quae signa ferant, quo tendere pergant.
pascentes illae tantum prodire volando,
quantum acie possent oculi servare sequentum.
inde ubi venere ad fauces grave olentis Averni,
tollunt se celeres liquidumque per aëra lapsae
sedibus optatis gemina super arbore sidunt,
discolor unde auri per ramos aura refulsit.
quale solet silvis brumali frigore viscum
fronde virere nova, quod non sua seminat arbos,
et croceo fetu teretis circumdare truncos:
talis erat species auri frondentis opaca
ilice, sic leni crepitabat brattea vento.

---

TESTIMONIA. 201 sq. 'inde . . . celeris' Nonius 14, 11 , 201 'inde . . . fauces' Diomedes I 455 K. 'grave o. Averni' de schem. lex. p. 58 H. Servius ge. IV 31 202 Servius Aen. VI 239 'liquidumque . . . lapsae' Nonius 334, 15 Probus 11, 15 K. explan. in Don. IV 526 K. 203 Priscianus 1001 P. exempla poet. cod. Vat. v. 71 K. 'gemina . . . sidunt' Diomedes I 411. 413 K. Priscianus 1212 P. Donati ars IV 391 K. explan. in Don. IV 518 K. Cledonius V 24 K. Sacerdos VI 428 K. Arusianus VII 508 K. anecd. Helv. 264 sq. Acro Hor. carm. I 9, 5 Augustini regul. V 523 K. Servius Aen. I 176 204 Nonius 245, 22 Macrobius Sat. VI 6, 8 Isidorus orig. XVI 8, 1 Priscianus 1278 P. 206 Mallius Theodorus VI 591 K. (om. 'non sua')

---

OBSERVANS

VARIA LECTIO. 197 *sq.* ↑ DIVAPARENS · QVAESIGNA FERANT · QVOTENDEREPERGANT *et ima pag.* SICEFFATVS BESTIGIAPRESS. (*addita m. rec.*) *P* Diua parenſ *m. rec. add. v.* 196, *om. initio v.* 197, *sed initio v.* 198 Diua parenſ obſeruanſ, *in quibus* obſeruanſ *m. rec. in ras., γ* 199 PASCENTES· *M* '*multi* pascentes *distinguunt, et absolutus est sensus. alii dicunt* pascentes volando' *Servius* 200 ACIES *M* SEQVENTVR *P* sequentem *Paldamus* sequentes *Peerlkampus* 202 celeris *Nonii exempl.* liquidum per *Nonii ex. praeter Bern. pr.* liquidum super *Probus: cf. H. Keilius philol.* II 164 aethera *Probus* 203 GEMINAE *R probavit Henry Philol.* XVII 630: *cf.* 190 geminaeque sub arbore *coni. Burmannus* 204 inde *Isidorus* AVRO *R, Prisciani ω* refulgit *Isidori Gud.* 2 auro per r. virga *Peerlkampus* auri . . . aura *testantur Servius Nonius Macrobius Isidorus* 209 crepitaba.t (*erasa* n) *γbc* crepitabant *χ* BRATTEA *MRbc, probavit Lachmannus ad Lucr.* IV 727 BRATTIA *P* ('brattea, *non* brattia' *Probus* IV 198 *K.*) bractea *γ*

corripit Aeneas extemplo avidusque refringit
cunctantem et vatis portat sub tecta Sibyllae.

Nec minus interea Misenum in litore Teucri
flebant et cineri ingrato suprema ferebant.
principio pinguem taedis et robore secto
ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
intexunt latera et feralis ante cupressos
constituunt, decorantque super fulgentibus armis.
pars calidos latices et aëna undantia flammis
expediunt corpusque lavant frigentis et unguunt.
fit gemitus. tum membra toro defleta reponunt
purpureasque super vestes, velamina nota,
coniciunt. pars ingenti subiere feretro
(triste ministerium) et subiectam more parentum
aversi tenuere facem. congesta cremantur
turea dona, dapes, fuso crateres olivo.
postquam conlapsi cineres et flamma quievit,

---

TESTIMONIA. 210 sq. 'avidusque r. cunctantem' Servius georg. II 236 214 Macrobius Sat. V 7, 9 216 sq. 'et . . . constituunt' Nonius 273, 17 schol. Hor. carm. II 14, 22 'feralis . . . constituunt' Acro Hor. epod. V 18 216 'et . . . cupressos' schol. Lucani III 442 218 sq. 'pars . . . expediunt' de schem. lex. p. 56 H. 218 'aëna u. f.' Servius Aen. I 213 219 'corpusque . . . unguunt' Diomedes I 417 K. Augustini regul. V 521 K. Dositheus VII 422 K. Servius Aen. IV 704 XI 39 XII 951 'corpus . . . unguunt' Nonius 110, 20 'lavant . . . unguunt' Probi inst. IV 184 K. 221 Servius Aen. III 67 V 79 224 sq. 'congesta . . . olivo' schol. Persii VI 33 225 'fuso c. o.' Nonius 546, 2 Maximus Victorinus de rat. metr. VI 220 K.

---

VARIA LECTIO. 211 undantem *Ladewicus conl.* 209 sectantem *Waddelius animadv. crit.* 22: *cf.* 146. adductam *vel* cedentem *conatus erat Peerlkampus* nutantem *Guethling* cunctantem *legit Servius: cf.* 137 216 feraleſ *b* CYPRESSOS *Rb* 219—235. 236—241 *F fol. XLV* 220 tum (t *corr. e* d) *γ* 221 NATOA (O supra) (A *post. m. aliena*) *M* 222 ingente *γ*1 223 SVBIECTAM (M deleta) *P* SVBIECTA (M supra) *F* ſubiectam (m *in ras. m. rec.:* subiectas *m.* 1?) *γ* 224 FACES *Pγ*1 225 dapes: *cf.* III 301 dape ferunt *γ* FERVNT (E supra) (*om.* dapes) *P: cf. ge.* III 22 *Aen.* I 679 V 101 VIII 284 fu.ſo (*i. e.* fusso) *b*

reliquias vino et bibulam lavere favillam,
ossaque lecta cado texit Corynaeus aëno.
idem ter socios pura circumtulit unda
spargens rore levi et ramo felicis olivae,
lustravitque viros dixitque novissima verba.
at pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
imponit suaque arma viro remumque tubamque
monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo
dicitur aeternumque tenet per saecula nomen.

His actis propere exequitur praecepta Sibyllae.
spelunca alta fuit vastoque immanis hiatu,
scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris,
quam super haut ullae poterant impune volantes
tendere iter pinnis: talis sese halitus atris
faucibus effundens super ad convexa ferebat.

---

TESTIMONIA. 227 'bibulam l. f.' schol. Hor. carm. II 6, 22 228 Servius Aen. XI 197 229 sq. 'idem ... levi' Macrobius Sat. III 1, 8 229 Nonius 261, 29 schol. Iuven. II 156 230 Servius Aen. IV 635 'spargens r. l.' schol. Med. ecl. VIII 15 'ramo f. o.' schol. Bern. georg. II 127 231 'dixitque n. v.' Servius Aen. VI 216 232—235 Macrobius Sat. V 7, 10 232 sq. 'at . . . imponit' Donatus Ter. Andr. I 1, 101 234 'monte s. a.' Servius Aen. XI 849 236 Nonius 243, 14 'propere' Charisius I 213 K. 237 schol. Veron. 82, 3 K. 238 Donatus Ter. Andr. V 4, 37 Servius Aen. V 123 'tuta l. n.' Porphyrio Hor. serm. II 1, 20 239—241 Nonius 14, 14 240 'tendere i. p.' Donatus Ter. hec. I 2, 119

---

VARIA LECTIO. 227 reliquiaſ (1 sup.) *b* RELLIQVIAS *Fc* 230 'olivae, *arboris festae. sed moris fuerat, ut de lauro fieret. sane dicit Donatus, quod hoc propter Augustum mutavit. nam nata erat laurus in palatio eo die, quo Augustus . . . propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere' Servius: cf. prol.* 182 231 viroſ (vir *m. rec. in ras.*) *b* ~~DO~~MOS (VIR sup.) *P* DOMOS *R: cf.* V 756 choros *Menag. pr.: cf.* VII 391 DIXIT (I *pr. in ras., corr. ex* V *ut vid.*) *F* 233 imposuit *Donatus* 239 VOLANTIS (I *corr. in* E) *P* uolantiſ *γ* VOLENTES (A *sup. m. rec.*) *F* 240 penniſ *b* 241 SVPER *R* SVPERA *P* SUPER (A *sup.*) *M* SVPERA *Fγbc, Nonius: cf.* 750. 787. VII 562 X 251 *Coniungo* super *adverbium cum* convexa *participio*

quattuor hic primum nigrantis terga iuvencos
constituit frontique invergit vina sacerdos,
et summas carpens media inter cornua saetas
ignibus imponit sacris, libamina prima,
voce vocans Hecaten caeloque Ereboque potentem.
supponunt alii cultros tepidumque cruorem
succipiunt pateris. ipse atri velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum magnaeque sorori
ense ferit sterilemque tibi, Proserpina, vaccam.
tum Stygio regi nocturnas incohat aras
et solida imponit taurorum viscera flammis,
pingue superque oleum fundens ardentibus extis

---

unde locum Grai dixerunt nomine Aornon 242

---

TESTIMONIA. 244 'fronti . . . sacerdos' Priscianus 798 P. 245 sq. Fulgentius de continentia Vergiliana p. 739 St. 247 'voce v. H.' de schem. lex. p. 52. 57 H. 'caeloque E. p.' Martianus Capella p. 259, 12 E. 248 'supponunt a. c.' explan. in Don. IV 542 K. de dub. nom. V 575 K. Servius ge. III 492 251 'sterilemque . . . vaccam' comm. Bern. Lucani III 442 U. 252 'nocturnas i. a.' Priscianus 1186 P. 253 Servius Aen. III 231 254 schol. Veron. 102, 15 K.

---

VARIA LECTIO. 242 (*ex Prisciani perieges.* 1055 *fictum*) *habent Rb, ante* 241 *γ, om. FMPcm. Sed in M post* 241 *intra lineas minio pictum* —⊸, *quod spectat ad versum quendam ima pagina additum, cuius erasi apparebant M. Hoffmanno haec vestigia:* VNDE.O...GR...IXER.N...MI.E LOCVM (*corr. m. ant.*) *R* lucum *b*1 lacum *b*2 aornum *γ* AVERNVM *Rb* 243—263. 264—272 *F fol. XLVI* 243 hoc *c*1 PRIMUS (M *supra* S *minio*) *M* 247 vocat *schem. lex.* 52 249 Succipiunt (c *pr. in ras.*) *b* SVSCIPIVNT *MRγ*1*c* 'succipiunt *antique. nam modo* suscipiunt *dicimus' Servius: cf.* I 175 252 $^{\mathrm{IN}}$COHAT *P* IN-CHOAT *FMc* INCO$^{\mathrm{H}}$AT *R* incoat *γb: cf. prol.* 122 *sq.* 254 SVPERQVE *FMPRγbcmψ*, *schol. Veron.* super '*antiqua aliquot' Pierii, χ* superne *coni. Wagnerus quaest. Verg.* XII 13 FVNDENS *FPRγbcmψ*, *Servii ex.* INFUNDENS *M: cf. prol.* 198 p. superfundens oleum candentibus *Schaper* p. oleum super infundens ardentibus *Kappes* *Unum vel plures versus additurus fuit poeta, ni fallor*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ecce autem primi sub lumina solis et ortus
sub pedibus mugire solum et iuga coepta moveri
silvarum visaeque canes ululare per umbram
adventante dea. 'procul o procul este, profani'
conclamat vates, 'totoque absistite luco;
tuque invade viam vaginaque eripe ferrum:
nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.'
tantum effata furens antro se immisit aperto;
ille ducem haut timidis vadentem passibus aequat.

Di, quibus imperium est animarum, umbraeque silentes
et Chaos et Phlegethon, loca nocte tacentia late,
sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
pandere res alta terra et caligine mersas.

Ibant obscuri sola sub nocte per umbram
perque domos Ditis vacuas et inania regna:

---

TESTIMONIA. 255 Charisius I 236 K. 'ecce primi s. l.' schol. Bern. georg. I 67 256 Seneca nat. qu. VI 13, 5 257 'visaeque . . . umbram' Servius Aen. IV 455. 461 Donatus Ter. hec. III 1, 38 comm. Bern. Lucani VI 733 U. schol. Hor. epod. II 32 257 sq. 'visaeque . . . dea' Servius Aen. III 209 Donatus Ter. eun. III 2, 1 258 sq. 'procul . . . luco' Macrobius Sat. III 3, 3 258 schol. Hor. carm. III 1, 1 261 Seneca epist. 82, 7 264 'di . . . animarum' Servius Aen. V 235 VI 749 265 'et C. et P.' ult. syll. IV 226 K. 'et Chaos . . . loca' Sacerdos VI 515 K. 'Chaos . . . nocte silent' Sacerdos VI 533 K. 266 'sit . . . audita' ult. syll. IV 225 K. 'sit . . . loqui' Lactantius div. inst. VII 22 268 Priscianus 1060 P. schol. Hor. epod. IX 32 'ibant . . . nocte' Servius Aen. I 392 II 387 Acro Hor. carm. I 28, 16 269 schol. Hor. carm. I 4, 16

---

VARIA LECTIO. 255 LVMINA *FPRyb2cψ*, *Servii et Charisii exempl.: cf.* VIII 68 lumine *b*1 LIMINA *M, placuit Heinsio: cf. Catullus* LXIV 271 256 Sup *yc* celsa *Seneca* 257 *in ras. M* 264 ſilentiſ *y*1 265 TACENTIA[3]LATE[4]LOCA[1]NOCTE[2] (TAC *in ras., numeri m. rec.*) *P* loca nocte tacentia late *m.* 2 *add. y* SILENTIA *in mg. M, Servii exempl.* 267 ALTAS *M: cf. ge.* III 42 alta *Servius firmat* 268 obſcura ſoli *y*1 'obscuri sola sub n. *aut hypallage est:* sub obscura n. soli ibant, *aut* sola sub n., *i. e. ubi nihil aliud est praeter noctem*' *Servius* umbraſ *y*2*c*2

quale per incertam lunam sub luce maligna
est iter in silvis, ubi caelum condidit umbra
Iuppiter et rebus nox abstulit atra colorem.
vestibulum ante ipsum primis in faucibus Orci
Luctus et ultrices posuere cubilia Curae,
pallentesque habitant Morbi tristisque Senectus
et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas,
terribiles visu formae, Letumque Labosque;
tum consanguineus Leti Sopor et mala mentis
Gaudia mortiferumque adverso in limine Bellum
ferreique Eumenidum thalami et Discordia demens,
vipereum crinem vittis innexa cruentis.

---

TESTIMONIA. 270 sq. 'quale . . . silvis' Priscianus 1000 P. Nonius 345, 32 Servius ge. II 179 270 schol. Lucani IX 73 'quale per i. l.' Servius Aen. III 203 'sub l. m.' explan. in Don. IV 564 K. Servius Aen. XI 525 272 'et . . . colorem' Servius Aen. IX 459 comm. Bern. Lucani IV 80 U. schol. Lucani IV 104 Favonii Eulog. comm. in somn. Sc. p. 406 Or. 273 sq. Gellius XVI 5, 11 273 Macrobius Sat. VI 8, 14 274 sq. Seneca epist. 107, 3 274 Priscianus 1242 P. 275 Quintilianus VIII 6, 27 Seneca epist. 108, 29 'pallentes morbi' Sacerdos VI 463 K. 276 Nonius 411, 11 'et metus et m. f.' Nonius 349, 16 'et malesuada f.' Servius Aen. X 724 'malesuada f.' Servius Aen. III 367 Macrobius Sat. V 14, 8 'turpis e.' Quintilianus VIII 6, 41 276. 275 'et malesuada . . . egestas pallentesque . . . senectus' Sacerdos VI 458 K. 277 Seneca epist. 104, 24 278 'tum . . . sopor' Macrobius Sat. V 7, 11 schol. Lucani IX 818 schol. Hor. carm. III 11, 38 'consanguineus l. sopor' Acro Hor. carm. I 24, 5 278 sq. 'et mala m. g.' Seneca epist. 59, 3 'mala m. g.' Augustinus de civ. dei XIV 8 280 'ferreique E. th.' Priscianus 779 P.

---

VARIA LECTIO. 270 PER INCERT$\overset{A}{U}$M LUNAM *F* per incertam (incertum?) lunae *schol. Lucani* per inceptam lunam *bc*2χ, *Nonii Bern. pr.*: *cf.* 453 'inceptam: *alii* incertam *legunt*' *Servius* per obscuram noctem *Priscianus* cum luce *schol. Lucani* 273 PRIMIS *Pγc* PRIMISQ· *MRb, Macrobii et Gellii exempl.* 274 altrices *Peerlkampus* 275 PALLANTIS *M*1 276 malafuada γ1 *Inverso ordine* et malesuada f. et t. e. *ante v.* 275 *laudat Sacerdos*: *ac nescio an rectius* 276 *praecedat v.* 275 277 TERRIBILIS *R* 278 Tun *b*1 tunc *Macrobii ex.* et *schol. Hor. carm.* III 11, 38 *et Lucani* 281 VITTIS (TT *m.* 2 *in ras.*: villis?) *P* INNIXA *Rb*1: *cf.* IV 217

In medio ramos annosaque bracchia pandit
ulmus opaca ingens, quam sedem Somnia volgo
vana tenere ferunt foliisque sub omnibus haerent.
multaque praeterea variarum monstra ferarum
Centauri in foribus stabulant Scyllaeque biformes
et centumgeminus Briareus ac belua Lernae
horrendum stridens, flammisque armata Chimaera,
Gorgones Harpyiaeque et forma tricorporis umbrae.
corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas strictamque aciem venientibus offert,
et ni docta comes tenuis sine corpore vitas
admoneat volitare cava sub imagine formae,
inruat et frustra ferro diverberet umbras.

---

TESTIMONIA. 286 'centauri . . . stabulant' schol. Lucani VI 386 287 'et c. Briareus' schol. Hor. carm. III 4, 69 'centumgeminus Briareus' Macrobius Sat. V 14, 8 schol. Lucani IV 596 'ac b. L.' Servius Aen. VI 575 288 'horrendum s.' Porphyrio Hor. carm. II 12, 14 289 Priscianus 699 P. 'Gorgones Harpyiasque' Maximus Victorinus de rat. metr. VI 220 K. 290 sq. 'corripit . . . Aeneas' Arusianus VII 512 K. 290 Servius Aen. I 188 291 'strictamque . . . offert' Nonius 360, 26 Servius Aen. VI 251 292 sq. Nonius 466, 16 'et . . . volitare' Nonius 419, 27

---

VARIA LECTIO. 283 'ulmus opaca ingens: *distinguenda sunt ista propter duo epitheta' Servius* uolgo *γ* VVLGO *MRbc* 285 MONSTRA (MONST *m. ant. in ras.: fuitne* mostra?) *P* 288 '*utrum hic distinctio plena sit an* horrendum stridens *inferioribus iungendum sit? stridere enim bene Chimaerae datur' Servius Dan. In M post* stridens, *non post* Lernae *distinguitur* que *om. Menag. Mentel. sec., ut* stridens *referatur ad* Chimaeram 289 delphines *Prisciani ω* Gorgones *testatur Servius* HARPYAE *M* harpyias *Maximi Vict. exempl.* '*sane quidam dicunt versus alios hos a poeta hoc loco relictos, qui ab eius emendatoribus sublati sint:*

Gorgonis in medio portentum inmane Medusae,
vipereae circum ora comae cui sibila torquent
infamesque rigent oculi, mentoque sub imo
serpentum extremis nodantur vincula caudis' *Servius Dan.*

292 et] ac *Nonius* 466 TENVES *M2Rb* 293 cauae *m, Bentleius* 294 Irruit (r *pr. in ras.*) *b* diuerberat *blm* auras *Bentleius*

Hinc via Tartarei quae fert Acherontis ad undas.
turbidus hic caeno vastaque voragine gurges
aestuat atque omnem Cocyto eructat harenam.
portitor has horrendus aquas et flumina servat
terribili squalore Charon, cui plurima mento
canities inculta iacet, stant lumina flamma,
sordidus ex umeris nodo dependet amictus.
ipse ratem conto subigit velisque ministrat
et ferruginea subvectat corpora cumba,
iam senior, set cruda deo viridisque senectus.
huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
matres atque viri defunctaque corpora vita
magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae
impositique rogis iuvenes ante ora parentum:
quam multa in silvis autumni frigore primo
lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
quam multae glomerantur aves, ubi frigidus annus
trans pontum fugat et terris immittit apricis.

TESTIMONIA. 295 Nonius 308, 16 296 'caeno' cf. fragm. Bob. VII 544 K. 297 'atque . . . harenam' Servius Aen. III 576 'eructat' cf. fragm. Bob. VII 544 K. 298 'portitor' fragm. Bob. VII 544 K. 298 sq. 'portitor . . . Charon' schol. Lucani III 16 300 'stant l. f.' Donatus Ter. Andr. IV 2, 16 schol. Lucani II 103 Servius Aen. I 646 II 333 VI 22 ecl. VII 53 schol. Hor. carm. I 9, 1 'stant' fragm. Bob. VII 544 K. 302 Priscianus 936 P. schol. Iuven. II 150 303 'corpora' fragm. Bob. VII 544 K. 304 Diomedes I 325 K. Priscianus 604 P. Donati ars IV 374 K. Consentius V 342 K. anecd. Helv. 79. 233 Donatus Ter. eun. prol. 4 hec. prol. 2, 3 Phorm. II 3, 15 Servius Aen. V 409 Cassiodorius de dial. (T. II p. 564ᵃ ed. Ven. 1729) 'iam senior' Servius ge. I 93 'iam . . . deo' Pompeius V 155 K. 'cruda . . . senectus' Servius Aen. V 295 306 'defunctaque c. vita' Nonius 287, 5 307 Priscianus 743 P. 308 Macrobius Sat. IV 3, 4 Servius Aen. X 443

VARIA LECTIO. 295 undam *Nonius* 297 cocyti *c1mχ* 'Cocyto . . *in Cocytum*' *Servius* 300 lumine *c* flamma *c cum auctoribus antiquis* FLAMMAE (*corr. m. ant.*) *P* FLAMMAE (*del.* E) *Mb* FLAMMAE *Rγ* flammea *χ* 302 ponto *schol. Iuven.* 303 SVBIECTAT (I *corr. in* V) *P* ſubuectit *γ1* CYMBA *Rbc* 306—308 = *ge.* IV 475—477 307 MAGNIMVM (NAA) *P* magnaanimum *γ* 308 rogeſ *γ1* 310 *sqq.: cf. ad ge.* IV 472 *var. lect.* 311 amnis *χ*: *cf. Marklandus ad Statii silv.* I 3, 8 312 campis *vel* oris *χ*

stabant orantes primi transmittere cursum
tendebantque manus ripae ulterioris amore.
navita set tristis nunc hos nunc accipit illos,
ast alios longe summotos arcet harena.
Aeneas miratus enim motusque tumultu
'dic' ait, 'o virgo, quid volt concursus ad amnem?
quidve petunt animae? vel quo discrimine ripas
hae linqunt, illae remis vada livida verrunt?'
olli sic breviter fata est longaeva sacerdos:
'Anchisa generate, deum certissima proles,
Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem,
di cuius iurare timent et fallere numen.
portitor ille Charon: hi, quos vehit unda, sepulti;
haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turbast;
nec ripas datur horrendas et rauca fluenta
transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.
centum errant annos volitantque haec litora circum:
tum demum admissi stagna exoptata revisunt.'
constitit Anchisa satus et vestigia pressit,

---

TESTIMONIA. 314 Nonius 410, 30 315 schol. Hor. carm. II 14, 11 'navita sed t.' Servius Aen. VI 264 'nunc hos n. a. i.' schol. Iuven. II 150 318 'quid ... amnem' Donatus Ter. Andr. II 3, 1 322 anecd. Helv. 147 'deum c. p.' Servius Aen. VIII 36 324 Priscianus 1192 P. comm. Lucani VI 380 Servius Aen. VI 134 325 schol. Iuven. III 271 326 'portitor i. Charon' Nonius 24, 32 329 Servius Aen. VI 154 XI 23 'centum e. a.' comm. Bern. Lucani I 11 U. Servius Aen. IV 386 331 'satus Anchisa' Charisius I 67 K.

---

VARIA LECTIO. 317 *An* miratur? *cf.* X 874 318 VVLT *Ryc* 319 p&ent *c* 320 LINQVNT *R* LINQVVNT *MPybc* LIQVIDA *R* VERTVNT *P* 321 LONGESICUA *M* 324 nomen *malit Peerlkampus, refutatus a Dietschio theol. Verg.* 11 numen *legit Servius* 325 *sq. transposui* 325 TURBAST *M* (E superscr.) TVRBAEST *PRc* turba ẽ (ẽ *m.* 2 *add.*) *γ* turba ẽ (ẽ *m.* 2 *in ras.*) *b* 327 FL V ENTA (L V E *in ras.: fuitne* fluventa?) *R* 328 quierint *Mentel. pr. m.* 1 *Post* 328 *inseri v.* 325 *vult Kloučck* 329 *om.* m1π, *probat Kvičala* HAICLITORA (I *pr. corr. in* E: *legebatur igitur* hi litora) *P* 331 ANCHISAE *M*

multa putans sortemque animo miseratus iniquam.
cernit ibi maestos et mortis honore carentis
Leucaspim et Lyciae ductorem classis Oronten,
quos simul ab Troia ventosa per aequora vectos
obruit auster, aqua involvens navemque virosque.

Ecce gubernator sese Palinurus agebat,
qui Libyco nuper cursu, dum sidera servat,
exciderat puppi mediis effusus in undis.
hunc ubi vix multa maestum cognovit in umbra,
sic prior adloquitur: 'quis te, Palinure, deorum
eripuit nobis medioque sub aequore mersit?
dic age. namque mihi, fallax haut ante repertus,
hoc uno responso animum delusit Apollo,
qui fore te ponto incolumem finisque canebat
venturum Ausonios. en haec promissa fides est?'
ille autem: 'neque te Phoebi cortina fefellit,
dux Anchisiade, nec me deus aequore mersit.
namque gubernaclum multa vi forte revolsum,

---

TESTIMONIA. 332 Nonius 369, 23 Donatus Ter. eun. IV 2, 4. 7, 43 'multa p.' Donatus Ter. adelph. V 3, 10 333 Nonius 320, 26 'cernit i. maestos' ult. syll. IV 246 K. 334 Priscianus 757 P. Servius Aen. I 115 336 Macrobius Sat. IV 4, 16 337 sqq. cf. Augustinus de cura ger. pro mort. 10 337 Donatus Ter. Andr. IV 2, 25 Servius Aen. IX 693 339 Arusianus VII 485 K. 'mediis . . . undis' Servius Aen. X 838 343 'dic . . . mihi' ult. syll. IV 232 K. 'dic . . . fallax' ult. syll. IV 232. 236 K. 347 Sacerdos VI 445 K.

---

VARIA LECTIO. 332 ANIMI (*sed erasa* I *post.*) *M ut* X 686 $^{O}$MIS (*erasa* O, *cui supra* animi *locus erat*) ERATUS *M* miſeratur *γ*1 333 CARENTES *Mc* 334 Leucaspim *intellegi* I 115 *magistrum monet ad illum v. Servius* Lyciae] frigiae *Servii l. l.* *φ* DUCTOREMQ· *M* ORONTEM *MRγbc, Prisciani et Servii Aen.* I 115 *ex.* 335 AB *P* A *MRγbc* 336 'auster: *hic distinguendum' Servius: post* aqua *interp. M* $^{in}$uoluenſ *c* VIR$^{OS}$VM (OS *sup. col. caerul.*) *P* 337—361: *toto hoc loco ultima poetae manus desideratur: cf. prol.* 61 *sq.* 344 delu.ſit (*i. e.* delussit) *b* 348 'nec me: *hic distinguendum, ne sit contrarium. nam eum somnus deiecit' Servius* 349 VIXARTE *P: cf.* V 270 uiſte *γ*1 uif$^{r}$ote *γ*2 reuulſum *γc*

cui datus haerebam custos cursusque regebam,
praecipitans traxi mecum. maria aspera iuro
non ullum pro me tantum cepisse timorem,
quam tua ni, spoliata armis, excussa magistro,
deficeret tantis navis surgentibus undis.
tris notus hibernas immensa per aequora noctes
vexit me violentus aqua; vix lumine quarto
prospexi Italiam summa sublimis ab unda.
paulatim adnabam terrae: iam tuta tenebam,
ni gens crudelis madida cum veste gravatum
prensantemque uncis manibus capita aspera montis
ferro invasisset praedamque ignara putasset.

* * *

nunc me fluctus habet versantque in litore venti.
quod te per caeli iucundum lumen et auras,
per genitorem oro, per spes surgentis Iuli,
eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram

---

TESTIMONIA. 350 Priscianus 862 P. 351 'praecipitans t. m.' Diomedes I 402 K. 'praecipitans traxit omnia' Charisius I 262 K. 'maria a. i.' Priscianus 1192 P. Arusianus VII 480 K. Donatus Ter. hec. V 2, 5 de schem. lex. p. 56 H. 353 sq. 'quam . . . deficeret' de schem. lex. p. 56 H. 356 sq. 'vix . . . Italiam' Macrobius Sat. IV 3, 16 358 Servius Aen. V 871 360 Servius Aen. II 308 362 Nonius 418, 32 'nunc . . . habet' Servius Aen. III 140 VI 507 363—366 Macrobius Sat. V 7, 12 364 'spes s. Iuli' Servius Aen. I 556 365 sq. Gellius X 16 'eripe . . . inice' Gellius IV 17, 9 'aut . . . inice' Servius Aen. VI 176 'aut . . . potes' schol. Hor. carm. I 28, 23 365 'eripe . . . malis' Trebellius Pollio tyr. trig. 24 Servius Aen. I 596 Isidorus de rhet. p. 519 H. Eutropius IX 13 cf. Orosius VII 23, 5

---

VARIA LECTIO. 350 GEREBAM *Pγ1* 351 maria omnia *χ*, *Donatus: idem fortasse Charisius legerat, ubi nunc* traxit
V
omnia *extat* DVRO *R* 352 ILLUM *M* nullum *γ* illum *placuit Peerlkampo et Paldamo* 353 ni *schem. lex.* NE *libri* 354 NAUISURGENTIB· *M* 358 'adnabam: *et hic distingui potest, et* adnabam terrae' *Servius. Post* adnabam *distinctum in M* ETIAM *R* IAM· (*puncto rubro*) *M* 359 cum] me *Novák* ueſte, *in mg.* aͭ eſte, *γ* 361 *Post hunc versum expectes poetam quaedam additurum fuisse: aut occisum esse Palinurum corpusque eius in mare coniectum aut ipsum se metu in fluctus praecipitasse eisque haustum esse* 362 HABENT *M* habe$^{n}$t *b* 364 *cf.* X 524 ſpē *c*

inice (namque potes) portusque require Velinos,
aut tu, siqua via est, siquam tibi diva creatrix
ostendit (neque enim, credo, sine numine divom
flumina tanta paras Stygiamque innare paludem),
da dextram misero et tecum me tolle per undas,
sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.'
talia fatus erat, coepit cum talia vates:
'unde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido?
tu Stygias inhumatus aquas amnemque severum
Eumenidum aspicies ripamve iniussus adibis?
desine fata deum flecti sperare precando.
set cape dicta memor, duri solacia casus.
nam tua finitimi, longe lateque per urbes
prodigiis acti caelestibus, ossa piabunt
et statuent tumulum et tumulo sollemnia mittent,
aeternumque locus Palinuri nomen habebit.'
his dictis curae emotae pulsusque parumper
corde dolor tristi; gaudet cognomine terrae.

---

TESTIMONIA. 366. 371 'portusque . . . Velinos, sedibus . . . quiescam' (om. 367—370) Servius Aen. XI 23 366 'portusque r. Velinos' Servius Aen. VI 359 367 'aut . . . est' Servius Aen. IV 477 370 'da d. m.' Servius Aen. II 793 372 Priscianus 1180 P. 373 'dira' fragm. Bob. VII 542 K. 375 'Eumenidum . . . iniussus' ult. syll. IV 253 K. 'ripamve i. a.' Servius Aen. IV 106 376 Seneca epist. 77, 12 schol. Persii V 48 379 Nonius 243, 26. 370, 6. 436, 5 'piabunt' fragm. Bob. VII 542 K. 381 schol. Lucani IX 42 382 sq. 'pulsusque . . . terrae' Nonius 378, 14 383 'hic et haec cognominis' fragm. Bob. VII 542 K.

---

VARIA LECTIO. 366 iniice *praecipitur apud Gellium Probo, ut videtur, auctore: cf. prol.* 139. 174 portusque r. V. *reprehendit apud Gellium Hyginus: cf. prol.* 119 368 di$\overset{\text{v}}{\text{u}}$om *γ* DIVVM *MRbc* 371 SALTIM *Rb1c* IM *M* 372 vix ea fatus erat, coepit cum talia virgo *Priscianus: cf.* 190 374 *sq.* amnemque severum Eumenidum: *cf. ge.* III 37 *sq.* 375 adibiſ (d *corr. in* b, *vel* b *in* d) *b* abibiſ *c2 Mentel. alter, χ* 'abibis . . . *sicut diximus supra* (IV 106): *quamquam alii* adibis *legant' Servius* 378 finitimi longe lateque *perperam coniungens absurdum esse iudicat Marklandus ad Statii silv.* V 3, 127 VRBIS *P1* 383 TERRAE *MPRybcmψ, Nonius* terra *χ, Servius, exc. Bob.: valde arridet*

Ergo iter inceptum peragunt fluvioque propinquant.
navita quos iam inde ut Stygia prospexit ab unda
per tacitum nemus ire pedemque advertere ripae,
sic prior adgreditur dictis atque increpat ultro:
'quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
fare age, quid venias, iam istinc, et comprime gressum.
umbrarum hic locus est, somni noctisque soporae;
corpora viva nefas Stygia vectare carina.
nec vero Alciden me sum laetatus euntem
accepisse lacu nec Thesea Pirithoumque,
dis quamquam geniti atque invicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincla petivit
ipsius a solio regis, traxitque trementem;
hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.'
quae contra breviter fata est Amphrysia vates:
'nullae hic insidiae tales (absiste moverei),

TESTIMONIA. 388 'quisquis es a.' fragm. Bob. de fin. VI 626 K. Velius Longus VII 49 K. 391 Servius Aen. IV 654 VI 303 392 sq. 'nec . . . lacu' Donatus Ter. adelph. III 3, 7 393 'accepisse l.' de dub. nom. V 583 K. 395 Nonius 366, 32 schol. Hor. carm. I 3, 38 397 Servius Aen. III 113 XI 805 schol. Hor. carm. III 4, 80 'hi d. Ditis' Servius Aen. IV 214

VARIA LECTIO. 385 VT *minio superscr. M* CONSPEXIT *M* 387 ADLOQVITOR *R* alloquitur *b* 388 litora *Menag. pr., Rottend. pr.: cf.* II 205 limina $\chi$: *cf.* II 321 VI 696 TENDES *Pγl* 389 fare . . . istinc *coniungendum esse monuit Lachmannus Lucr.* 189 $\overset{\text{I}}{\text{STINC}}$ (I *suprascr. minio*) *M: eodem spectat* ſtingit (= stinc et) *in schedis Salmas. et cod. Leid., cuius scripturae exempla aliquot collegit Lachmannus Lucr.* 197 (*cf. anthol. lat.* I 17, 193 *R.*) $\overset{\text{n}}{\text{iſtic}}$ *b* iſtic $\chi$ 390 est *om. c* ET *R* ſomniſ *cl* SOPORE *Rγ* ſopori. *c* 392 alcidem *c* Aeacidem *Donatus* $\overset{\text{S}}{\text{ME}}$L̶VM *P* me.ſum *γ* nec ſum *aliquot Pieriani* 393—413. 414—416. 417—423 *F fol. XLVII* 393 perithoum *bc* 398 quae *om. F* quem *Mentel. alt. cum al.* FATAṠ-EST *F: scribere voluerat* fatast, *ut vid.* 399 HIṄC *F,* hinc *non male* taliſ *c* MOVEREI *F* MOVERI *MPRγbc*

nec vim tela ferunt: licet ingens ianitor antro
aeternum latrans exsanguis terreat umbras,
casta licet patrui servet Proserpina limen.
Troïus Aeneas, pietate insignis et armis,
ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras.
si te nulla movet tantae pietatis imago,
at ramum hunc' (aperit ramum, qui veste latebat)
'adgnoscas.' tumida ex ira tum corda residunt,
nec plura his: ille admirans venerabile donum
fatalis virgae, longo pos tempore visum,
caeruleam advertit puppim ripaeque propinquat.
inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
deturbat laxatque foros; simul accipit alveo
ingentem Aenean. gemuit sub pondere cumba
sutilis et multam accepit rimosa paludem.

---

TESTIMONIA. 400 Priscianus 757 P. 'ianitor antri' comm. Bern. Lucani VI 702 U. 400 sq. 'ingens . . . umbras' Seneca epist. 82, 16 401 'aeternum' fragm. Bob. VII 542 K. 404 'imas . . . umbras' Paulus Festi 83 M. 405—407 'si ... agnoscas' Macrobius Sat. VI 6, 13 Priscianus 1030 P. 406 Diomedes I 451 K. 'aperit' cf. fragm. Bob. VII 542 K. 'aperit . . . latebat' Nonius 236, 23 408 sq. Priscianus 1200 P. 'ille . . . visum' Priscianus 987. 1001 P. 409 'longo p. t. v.' Arusianus VII 497 K. Servius Aen. VI 140 410 Priscianus 1204 P. 411—413 'inde . . . Aeneam' Nonius 447, 25 411 sq. 'inde . . . deturbat' Nonius 101, 17 411 Servius Aen. V 136 'iuga' Isidorus orig. XIX 2, 5 412 'laxatque f.' anecd. Helv. 216 comm. Bern. Lucani III 17 Isidorus orig. XV 6, 8 XIX 2, 2 413 sq. 'tremuit . . . paludem' Probi de nom. exc. IV 213 K. 'gemuit . . . sutilis' schol. Hor. carm. I 14, 6 413 'gemuit . . . cumba' comm. Bern. Lucani V 596 U.

---

VARIA LECTIO. 400 antri *comm. Lucani* Orci *ut* VIII 296 *Priscianus et Seneca* *Inter hunc v. et* 401 *Seneca* VIII 297 *inseruit* 401 exſangueſ *c* 405 tantae p. i.: *cf.* IX 294 X 824 tantarum gloria rerum *Macrobii exempl. ex* IV 272 406 veste] forte *Macrobii exempl.* 407 agnoscis *Macrobii exempl. exc. Salisb.* TVM (T *in ras.: fuitne* iam?) *F* tumida ... residunt *Aeneae tribuit Gebhardi* 409 postempore *Prisciani* 987 *Paris. R et* 1001 M *Bern.* poſ$^{t}$tempore *b* POSTTEMPORE *FMPRyc* 410 PUPPE·S *M* puppem *Mentel. pr. cum al.* 411 LONGA *suprascr. F* 412 FOROSIMVL *F, Nonii Bamb.* 413 ęneam *c* gemuit] tremuit *Probus de nom.* gemuit... *γ* sub] ACSVB *P* cymba *γc* 414 *Reprehendit hunc versum, quem Servius legit, Gruppe Min.* 209

tandem trans fluvium incolumis vatemque virumque
informi limo glaucaque exponit in ulva.

Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
personat, adverso recubans immanis in antro.
cui vates, horrere videns iam colla colubris,
melle soporatam et medicatis frugibus offam
obicit. ille fame rabida tria guttura pandens
corripit obiectam atque immania terga resolvit
fusus humi totoque ingens extenditur antro.
occupat Aeneas aditum custode sepulto
evaditque celer ripam inremeabilis undae.

Continuo auditae voces vagitus et ingens
infantumque animae flentes, in limine primo
quos dulcis vitae exsortis et ab ubere raptos
abstulit atra dies et funere mersit acerbo.

---

TESTIMONIA. 416 'informi l.' fragm. Bob. VII 542 K. 417 'Cerberus' fragm. Bob. VII 542 K. 417 sq. 'Cerberus . . . personat' Servius Aen. VI 396 'latratu . . . personat' schol. Hor. carm. III 11, 20 419 'cui . . . videns' ult. syll. IV 261 K. 'colubris' cf. fragm. Bob. VII 542 K. 420 sq. Priscianus 705 P. 'offam . . . pandens' Priscianus 768 P. 420 Servius ge. IV 190 421 'ille . . . pandens' Nonius 207, 16 'triformia guttura p.' de dub. nom. V 579 K. 424 Nonius 356, 3 Servius Aen. III 41 V 316 'sepulto' fragm. Bob. VII 542 K. 425 ult. syll. IV 228 K. Servius Aen. VI 154 426 sq. Donatus Ter. hec. IV 1, 2 Servius Aen. XI 59 427 Macrobius Sat. IV 3, 2 'limine p.' de dub. nom. V 582 K. 428 'quos d. vitae e.' Arusianus VII 471 K. 'exsortes' fragm. Bob. VII 542 K. 429 'et . . . acerbo' Nonius 247, 16

---

VARIA LECTIO. 415 INCOLVMES *FMRb* incolomeſ *c* 419 COLOBRIS *P, Mentel. pr.* 420 saporatam $\chi$, *Prisciani Bamb.* soporatam *testatur Servius ge.* medicatam *'codices admodum vetusti' Pieriani* saporatis medicatam *Gebhardi* 421 obiecit *Prisciani* $\varphi$ rapida $b1\chi$, *Prisciani* $\varphi$ triformia guttura *de dub. nom.:* rabida *omisso* trifaucia *et numeris et sen-*
M
*tentiae satis faceret* 422 OBIECTA *P* 424 corripit *testatur Servius Aen.* V 316: *cf.* 422 425 E.uadit *b* 427 *Post* flentes *et* primo *distinguitur in M:* in limine primo quos *coniungit Wakefieldus, item Servius ut vid., et Lucanus* II 106, *aliter Macrobius et Donatus* 428 VITAE *P* uita $\gamma 1$ EXORTIS (I *corr. in* E) *M* exortiſ $\gamma$ EXSORTES *PRbc*

hos iuxta falso damnati crimine mortis.
nec vero hae sine sorte datae, sine iudice, sedes:
quaesitor Minos urnam movet; ille silentum
conciliumque vocat vitasque et crimina discit.
proxima deinde tenent maesti loca, qui sibi letum
insontes peperere manu lucemque perosi
proiecere animas. quam vellent aethere in alto
nunc et pauperiem et duros perferre labores!
fas opstat, tristisque palus inamabilis undae
alligat et noviens Styx interfusa coercet.
nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
lugentes campi; sic illos nomine dicunt.

TESTIMONIA. 432 sq. Pseudoasconius ad Cic. Verr. II 1 p. 155 Or. 432 'quaesitor . . . movet' ult. syll. IV 226 K. Pseudoascon. Cic. 140 Or. schol. Hor. carm. I 28, 9 II 3, 26 IV 7, 21 434—436 'qui . . . animas' Augustinus de civ. dei I 19 435 'lucemque p.' Arusianus VII 501 K. 'perosi' cf. fragm. Bob. VII 542 K. 436 sq. 'quam . . . labores' Servius Aen. IV 692 438 sq. 'fata obstant . . . alligat' Augustinus de civ. dei I 19 438 'fas' fragm. Bob. VII 542 K. 'Vergilius inamabilem dixit Stygiam paludem' Gellius II 6, 14 Macrobius Sat. VI 7, 15 'inamabilis' fragm. Bob. VII 542 K. 439 'et . . . coercet' Servius Aen. VI 127. 385 'noviens S.' ult. syll. IV 247 K. 'noviens . . . coercet' Favonii Eulogii comm. in somn. Sc. p. 408 Or. 440 sq. 'nec . . . campi' Servius Aen. VI 596 441 'lugentes c.' Priscianus 1160 P.

VARIA LECTIO. 431 SEDIS *R* 433 CONCILIVM *MRγ2bc: cf.* X 2 CONSILIVM *Pγ1, testatur Pseudoasconius 'Asconium si sequi velis, scriptum oporteret:* consilium vocat et vitas et c. d.' *Wagnerus* 436 QUAM (S *sup. minio p.*) *M* quas *recepit Paldamus* 438 *sq.: cf. ge.* IV 479 *sq.* 438 FAS (TA *min., sed eras.*) *M* fat[a] *γ*2 fa.[ta] *b*2 fata *cm, Augustinus* OBSTAT (N *min., sed eras.*) *M* obſtat[n] *γ*2*b*2 obſtant *cm, Augustinus: cf.* IV 440 'fata obstant, *iura naturae*' (fas obstat *φ*) *Servius* triſti. *b* triſti *c* 'tristi . . . *ne si* tristis *dicamus, duo sint epitheta*' *Servius* INAMABILIS *in ras. R* INAMABILIS (*eraso supra* ET) *M* innabilis *χ* inamabilis *testantur Gellius et Macrobius* VNDAE *Pγ*1 UNDAE (*corr. minio*) *M* VNDA *R* (*in ras.*), *γ*2*bc, Servius* 440 HIC *MR* 441 di.cunt (*m.* 1 *fort.* ducunt) *γ*

hic quos durus amor crudeli tabe peredit
secreti celant calles et murtea circum
silva tegit; curae non ipsa in morte relinquont.
his Phaedram Procrimque locis maestamque Eriphylen,
crudelis nati monstrantem volnera, cernit,
Euhadnenque et Pasiphaen; his Laodamia
it comes et iuvenis quondam, nunc femina Caeneus
rursus et in veterem fato revoluta figuram.
inter quas Phoenissa recens a volnere Dido
errabat silva in magna. quam Troïus heros
ut primum iuxta stetit adgnovitque per umbras
obscuram, qualem primo qui surgere mense
aut videt aut vidisse putat per nubila lunam,
demisit lacrimas dulcique adfatus amorest:
'infelix Dido, verus mihi nuntius ergo

TESTIMONIA. 442 'hic . . . amor' Servius Aen. VI 444 443 'secreti c. calles' Nonius 436, 12 446 Macrobius Sat. IV 6, 14 450 schol. Iuven. III 265 'recens . . . Dido' Arusianus VII 505 K. 451 'Troius h.' Marius Victorinus VI 116 K. Terentianus Maurus v. 2164 452 sq. 'agnovit . . obscuram' Servius Aen. VI 340 454 comm. Bern. Lucani IV 60 U.

VARIA LECTIO 442 quas *Zulich.* quos *testatur Servius ad v.* 444 PEREMIT (D *supra*) *M* 443 secretae c. valles *Io. Schraderus* MVRTEA *P* MURTEA (Y *supra*) *M* MYRTEA *Rbc* mirtea *γ*1 444 RELINQVONT *Pγ* RELINQVNT *R* RELINCVNT *M* relinquunt *bc* 445 PROCRIM (H *supra*) (RI *m. aliena corr. in* NE) *M* PROCRIN *Pγ* PROCNIN *R* ꝓchin *c* Procrin *Servius, ut Homerus λ* 321 446 UULNERA *Mbc* VVLNERE *R* 447 EVHADNEM *P* eu.adnem *γ* Euadnē (h *supra*) *c* HEVHADNEN *R* EUADNEN *M* Heuadne (h *supra*) *b* PASSIPHAEN *M* 448 it] ET *R* Caenis *maluit Heinsius* femina . . . rursus *coniunxit Wakefieldus, ad sequentia* rursus *referunt alii. Post* comes *et* Caeneus *distinguitur in M* 449 REVOCATA *R* 450 VVLNERE *Rb* uulne^re *c* 452 VMBRAS *PR: cf.* 490 umbrā. *γ* VMBRAM *M (Madd.), bc* 453 obscuram *recte ad Didonem refert Servius* 454 HAUT (*bis*) *M* Au^t (*bis*) *c* 455 DIMISIT *M* LACRIMANS *R* AMOREST (E *supra*) *M* AMOREEST *PRγbc* 456 nuntius *rectius Mercurius* (IV 564) *quam flamma* (V 3 *sqq.*) *in-*

venerat extinctam ferroque extrema secutam?
funeris heu tibi causa fui? per sidera iuro,
per superos et siqua fides tellure sub ima est,
invitus, regina, tuo de litore cessi.
set me iussa deum, quae nunc has ire per umbras,
per loca senta situ cogunt noctemque profundam,
imperiis egere suis; nec credere quivi
hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
siste gradum teque aspectu ne subtrahe nostro.
quem fugis? extremum fato quod te adloquor, hoc est.'
talibus Aeneas ardentem et torva tuentem
lenibat dictis animum lacrimasque ciebat.
illa solo fixos oculos aversa tenebat,
nec magis incepto voltum sermone movetur,
quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.
tandem corripuit sese atque inimica refugit
in nemus umbriferum, coniunx ubi pristinus illi
respondet curis aequatque Sychaeus amorem.

---

TESTIMONIA. 457 'extinctam ... secutam' Augustinus conf. I 16  460 Servius Aen. IV 281  461 'sed . . . deum' Servius Aen. IV 281  462 'per . . . situ' Servius Aen. III 451  465 'teque . . . nostro' Gellius IV 16, 7 Nonius 501, 24 Asper 112, 22 K.  466 'extremum . . . est' Priscianus 1202 P.  468 'lacrimasque ciebat' cf. Servius Aen. XII 104  469 sq. Petronius 132  470—472 'sermone . . . refugit' Macrobius Sat. IV 1, 1  471 cf. Probus 57, 18 K.  474 'aequatque S. a.' schol. Hor. carm. II 5, 2

---

VARIA LECTIO.
*tellegitur. 'sed in neutro ei etiam mortis genus est significatum, et hic dicit* ferroquo e. s.' *Servius: hoc ipsum unde audivisset Aeneas, debebat aliquo modo poeta praeparare*  459 per si qua *fore qui scriptum malit monet Wagnerus*  461 nunc *om. R* has ire] tranſire (tranſ *in ras.*) *b*  462 senta *om. R*  464 diſceſſuſ *γ*1  467 ardenti . . . tuenti *Peerlkampus*  468 leneibat '*in codicibus aliquot antiquis' se observasse ait Pierius* 'lenibat *pro* leniebat' *Servius*  animam *Iortinus*  470 VVLTVM *MRc* uoltu. *γ*: *m*1 uoltuſ, *ni fallor, ut Hamb. pr. et Petronii φ*  472 proripuit *π*  473 *sq. deleri iubet Gruppe Min.* 210  473 coni$^{n}$ux *bc* CONIUX *M*  i$^{v}$bi *c*  'pristinus *prior, quod difficile invenitur; nam de hoc sermone quaerit et Probus et alii' Servius: cf. prol.* 144  474 RESPONDIT *Rb*1  amores *m*

nec minus Aeneas, casu concussus iniquo,
prosequitur lacrimis longe et miseratur euntem.

Inde datum molitur iter. iamque arva tenebant
ultima, quae bello clari secreta frequentant.
hic illi occurrit Tydeus, hic inclutus armis
Parthenopaeus et Adrasti pallentis imago,
hic multum fleti ad superos belloque caduci
Dardanidae, quos ille omnis longo ordine cernens
ingemuit, Glaucumque Medontaque Thersilochumque,
tris Antenoridas, Cererique sacrum Polyboten
Idaeumque etiam currus, etiam arma tenentem.
circumstant animae dextra laevaque frementes.
nec vidisse semel satis est; iuvat usque morari
et conferre gradum et veniendi discere causas.
at Danaum proceres Agamemnoniaeque phalanges
ut videre virum fulgentiaque arma per umbras,

---

TESTIMONIA. 479 'hic . . . Tydeus' Nonius 360, 17 481 'hi multum . . . superos' Cledonius V 25 K. Servius Aen. II 4 481 sq. 'belloque c. Dardanidae' Donatus Ter. hec. III 4, 27 484 'Cererique s. P.' Nonius 397, 22 Servius Aen. II 714 485 Donatus Ter. Andr. III 2, 23 Cledonius V 66 K. 487 'nec v. s.' ult. syll. IV 261 K. 489 'Agamemnoniaeque ph.' Servius Aen. IV 471

---

VARIA LECTIO. 475 CONCVSSVS *MPγb ut* V 700 PERCVSSVS *Rcπ* 476 LACRIMIS *PRγb, Servius* LACRIM$\overset{N}{\text{A}}$S *M: cf.* 455 lacrimanſ *c* miſeratuſ *cχ* 477 TENEBAT *P, probavit Marklandus ad Statii silv.* V 2, 61 478 'arva tenebant ultima . . . *alii distinctione mutata dicunt:* tenebant arva, quae ultima viri fortes frequentant' *Servius* 479 HINC *M* INCLYTVS *Rc* inclituſ *b* 481 HI *Mb, Cledonius, Servii ad Aen.* II 4 *exempl.* 482 OMNES *Mb* 484 POLYBOETEN (E *pr. m.* 2 *add.*) *P* POLYBOETEN *MRγbc, Servii Aen.* II 714 *exempl., Nonii ω* Poleboeten *Nonii φ* Polyboetem *Mentel. pr.* Polybotem, Polybuten *Pieriani* Polipheten *Moret. pr.* Poliphetem *Rottend. sec.* (*cf. Homeri N* 791) Polypoeten *ut Homeri B* 740 *Ψ* 836 *Heinsius* 485 CVRRVM *R* 486 FREMENTIS (I *corr. in* E) *P, haud male ut* τρίζουσαι (*Hom.* ω 5 *sqq.*)*: cf. Aen.* IV 146 V 555; *prol.* 294 (*adde quae Ettig stud. Lips.* XIII 354 *adnotavit*). fre$\overset{\text{v}}{\text{q}}$entef (q *m.* 2 *in ras.*) *γ* FREQVENTES *MRbcψ* 488 POSCERE *R ut* I 414 489 AGAMEMNONIAS *R*

ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
ceu quondam petiere rates; pars tollere vocem
exiguam, inceptus clamor frustratur hiantis.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
ora manusque ambas, populataque tempora raptis
auribus et truncas inhonesto volnere naris.
vix adeo adgnovit pavitantem ac dira tegentem
supplicia, et notis compellat vocibus ultro:
'Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri,
quis tam crudelis optavit sumere poenas?
cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
nocte tulit fessum vasta te caede Pelasgum

---

TESTIMONIA. 492 'ceu . . . rates' Cledonius V 66 K. 493 'incertus . . . hiantis' Nonius 318, 32 494 sqq. cf. schol. Veron. 87, 29 K. 494 sq. 'laniatum . . . ora' schol. Hor. carm. IV 9, 22 495 sq. 'Deiphobum . . . ambas' de schem. lex. p. 50 H. 495 'lacerum c. o.' ult. syll. IV 249. 250 K. Servius Aen. III 41 495—497 'lacerum . . . auribus' Priscianus 1126 P. 497 'et . . . nares' Probi cath. IV 15 K. Macrobius Sat. IV 3, 8 498 sq. 'pavitantem . . . supplicia' Macrobius Sat. IV 1, 4 498 'et vulnera dira t.' Servius Aen. I 356 502 'cui . . . licuit' Diomedes I 443 K. Donati ars IV 393 K. Pompeius V 268 K. Sacerdos VI 458 K.

---

VARIA LECTIO. 491—493. 494—498. 499—519 *F fol. XLVIII* 493 incertus *Nonii excepto Bern.* ω hianteſ *b* 494—547 *episodium discrepans locis quibusdam* (511 *sqq. conl. cum* II 567 *sqq. et Wagneri quaest. Verg.* XXXX 2; *v.* 525 *cum* II 310) *a secundi libri narratione nondum absolverat poeta: damnavit Peerlkampus* 494 priamidem *c* totum *c*1, *schol. Hor.* 495 DELPHOEBUM *M* Deiphoebum *c* uidit *b*2*c* VIDET *FPRyb*1 VIDIT ET (I *post. corr. in* E) *M* vidi *schem. lex.* videt et *Heinsius* 496 *sq. interpolatos esse sibi persuasit Klouček* 496 crura *Gebhardi* 497 VOLNERE *MP*1 VVLNERE *FP*2*Rybc* NARIS *P*1
N A
MARIS *M* NARES *Rybc* N ris *F* 498 AC *MP* ET *FRyc* e^t^ *b* vulnera dira tegentem *Servius Aen.* I 356 498 *sq.* vix . . . supplicia *pro parenthesi habet Deuticke* 500 Deiphoebe *ybc* DEIPHOEBI *R* genus . . . Teucri = IV 230 A *m* 2
A
*suprascr. F* AB *P* ab *b* TEVCRV *Fc* 501 OPTAVITI *F* 502 QVI (Q *corr. in* C: *fueratne* quoi?) *P* cur *Diomedis Par. alter*

procubuisse super confusae stragis acervom.
tunc egomet tumulum Rhoeteo litore inanem
constitui et magna manis ter voce vocavi.
nomen et arma locum servant: te, amice, nequivi
conspicere et patria decedens ponere terra.'
ad quae Priamides: 'nihil o tibi amice relictum;
omnia Deiphobo solvisti et funeris umbris.
set me fata mea et scelus exitiale Lacaenae
his mersere malis; illa haec monimenta reliquit.
namque ut supremam falsa inter gaudia noctem
egerimus, nosti; et nimium meminisse necesse est.
cum fatalis equs saltu super ardua venit
Pergama et armatum peditem gravis attulit alvo,
illa chorum simulans euhantis orgia circum
ducebat Phrygias; flammam media ipsa tenebat

TESTIMONIA. 505 sq. cf. Ausonius epitaph. 18 'tunc . . . constitui' Servius Aen. VI 325 506 'et . . . vocavi' Servius Aen. I 219 III 68 Acro Hor. carm. I 28, 36 509 'nihil . . . relictum' Arusianus VII 518 K. 513 sq. 'namque . . . nosti' Seneca epist. 59, 17 'namque . . . egerimus' Alcimus Avitus epist. 51 514 anecd. Helv. 179 ult. syll. IV 259 K. 515 sq. 'cum . . . Pergama' Priscianus 909 P. Acro Hor. carm. III 3, 19 517 Priscianus 690 P. 518 sq. 'flammam . . . vocabat' (om. 'ingentem') Servius Aen. II 256

VARIA LECTIO. 504 confoſſae (*fuerat* confussae) *γ*1 ACERVOM *P*1 ACERVVM *FP*2*γbc* ACERBVM *R* 505 LITORE *FR*: *cf. Lachmannus Lucr.* 160 [IN]LITORE *P* . . [in]litore *γ* INLITORE *Mb*, *Servii lemma* in littore *cm* 506 MANES *M*2*γbc* manes magna *schol. Hor.* 507 SERVET *R* nequi[a]quā (nequibam?) *b* 509 ATQVAE *P* Atq: *b* ATQUAE[HIC] (HIC *suprascr. m.* 2) *M* Atque hic, *ut* 494, *γ*1 Atq: haec *c* ad quem *χ* 510 DEIPHOEBO *Rc*1 diphebo *b* SOLVISTI·S (S *ult. eras.*) *P* VMBRAS *R* 512 MONIMENTA *PRγ* MONVMENTA *FMbc*1 513 NAM[VT]QUE (E *fort.* I) *M* FALSAM *M* falſa (alſa *m.* 2 *in ras.*) *b* 514 NOSTIN (N *alt. eras.*) *F* 515 EQVS *R* EQVVS *Pγb* EQVV[S] *F* aequuſ *c* ECUS *M* 516 ṖARMATVM *F* ALVEO *MR* [AL]VO *F* aluus *π*, *placet Kvičalae* 517 EUHANTHIS *M*: *de aspiratione secundae syllabae vide Lachmannum Lucr.* 309 euantiſ *c* euanteſ *b*. *Terminationem in* is *testantur Servius et Priscianus*

ingentem et summa Danaos ex arce vocabat.
tunc me confectum choreis somnoque gravatum
infelix habuit thalamus pressitque iacentem
dulcis et alta quies placidaeque simillima morti.
egregia interea coniunx arma omnia tectis
amovet (et fidum capiti subduxerat ensem):
intra tecta vocat Menelaum et limina pandit,
scilicet id magnum sperans fore munus amanti
et famam extingui veterum sic posse malorum.
quid moror? inrumpunt thalamo, comes additus una
hortator scelerum Aeolides. di, talia Grais
instaurate, pio si poenas ore reposco.
set te qui vivom casus, age fare vicissim,

---

TESTIMONIA. 520 'tum me c.' Sacerdos VI 442 K. 522 Macrobius Sat. V 3, 12 Servius Aen. VI 278 523 'egregia i. c.' Servius Aen. VI 520 VII 190 524 'amovet . . . subduxerat' ult. syll. IV 254 K. 'et . . . ensem' Donatus Ter. eun. IV 7, 25 529 'hortator s. Oelides pro Aeolides' Sacerdos VI 449 K. 'Oelides' Sacerdos VI 453 K. 'di t. G.' Servius Aen. VIII 484 529 sq. 'di . . . reposco' Macrobius Sat. IV 6, 19 531 Charisius I 225 K. Diomedes I 415 K.

---

VARIA LECTIO. 520—540. 541—559 (*duabus lineis relictis*) *F fol. XLVIIII* 520 Tunc (m *supra*) *c* TVM *FMRc, Sacerdos* choreis *vel* thiasis *ut Statii silv.* III 1, 41 *Io. Schraderus: cf.* 644, *prol.* 365 CVRIS (coris *Par.* 7929 *m. pr.*) *libri, Servius, varias sed eas perversas veterum interpretum opiniones proferens* 524 EMOVET *F1Rγcm* ~~ET~~MOVET (A *supra*) *P* emovet: ut *Io. Schraderus: parenthesin statui* 525 septa *Io. Schraderus* 527 *in mg. m.* 2 *add. b, legit Servius* FAMA¯ (*lin. superna m. rec.*) *F* 528 THALAMOS *R: ut* IV 645 XI 879 ADDITVR *FMγ*2 addit̃ *c* 529 AEOLIDES *R* (*cf. Hom.* ϑ 517 *sq. Aen.* II 164) OELIDES *MPγbc* 'Oelides *pro* Eolides' *Sacerdos* EOLIADES *F* 'Aeolides *Ulixes, qui ubique talis inducitur. . . . alii* Oeliden *legunt, de quo nusquam legimus' Servius. Vide an huc spectet Prisciani p.* 584 *P.* (67, 9 *H.*) Aeclīdes, *ut in litura exhibet Bamb., cum idem m.* 1 *et Par. R, Halb. Sang. Lugd. Karolir. habeant* oelides, *Bern. autem et Hrabanus p.* 33 aeolides. *Nam fluctuabantur, ni f., antiqua exemplaria inter* Aeolides, Oeliades, Oelides *scripturas* 531 VIVVM *FPRγbc* uerum *Charisii Par.* uirum *Neap.*

attulerint. pelagine venis erroribus actus
an monitu divom? an quae te Fortuna fatigat,
ut tristis sine sole domos, loca turbida, adires?'
hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
iam medium aetherio cursu traiecerat axem.
et fors omne datum traherent per talia tempus,
sed comes admonuit breviterque adfata Sibylla est:
'nox ruit, Aenea; nos flendo ducimus horas.
hic locus est, partis ubi se via findit in ambas:
dextera quae Ditis magni sub moenia tendit,
hac iter Elysium nobis; at laeva malorum
exercet poenas et ad impia Tartara mittit.'
Deiphobus contra 'ne saevi, magna sacerdos:
discedam, explebo numerum reddarque tenebris.
i decus, i, nostrum: melioribus utere fatis.'
tantum effatus, et in verbo vestigia torsit.

---

TESTIMONIA. 532 'pelagine . . . actus' ult. syll. IV 262 K. comm. Bern. Lucani I 455 532 – 534 'pelagine . . . adires' Donatus Ter. hec. V 4, 9 533 sq. 'an . . . adires' Servius Aen. VI 546 535 sq. Macrobius Sat. I 3, 11 539 ult. syll. IV 236 K. Macrobius Sat. I 3, 11 'nox r. Aenea' Servius Aen. VI 255 'nos . . . horas' ult. syll. IV 237 K.
540 Priscianus 776 P. 542 'hac . . . nobis' Probi inst. IV 154 K. ult. syll. IV 246 K. explan. in Don. IV 558 K. Cledonius V 67 K. Augustini regul. V 518 K. Nonius 325, 20 542 sq. 'at . . . mittit' Nonius 229, 26 544 'ne s. m. s.' Donatus Ter. Andr. V 2, 27 545 Nonius 298, 12 'explebo . . . tenebris' Macrobius somn. Scip. I 13, 12

---

VARIA LECTIO. 532 ATTULERI$^{N}$T (N *minio p.*) *M* 533 DIVVM *libri* an *del. Madvicus* 534 lurida *A. Nauckius mél.* III 89 torpida *Guethling* 535 Ac *b* *Aurora utrum diei ortum an solem significaret, dubitaverunt antiqui interpretes: cf. v.* 255. 268 *prol.* 182 536 CVRSVS *R* 539 *de noctis initio intellexit Macrobius quoque: cf. Heynii excursus ad h. l.* '*si per diem sacra celebrantur,* ruit *est* imminet, *si per noctem,* finitur' *Servius: cf. eiusdem ad* VI 255 *adnotationem* 540 parteſ *b* patreſ *c* partis *testatur Priscianus* 542 Hac (a *m.* 2 *add.*) *b* HAEC (E *eras.*) *F* HIC *R* 543 et — mittit *b*2 544 DEIPHOEBVS *Rc*1 546 II *P* II *Pγ*, *om. R* 547 torſit, at preſſit *γ* PRESSIT, *ut* 197, *MR*

Respicit Aeneas: subito et sub rupe sinistra
moenia lata videt, triplici circumdata muro,
quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis,
Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.
porta adversa ingens, solidoque adamante columnae,
vis ut nulla virum, non ipsi excindere bello
caelicolae valeant; stat ferrea turris ad auras,
Tisiphoneque sedens, palla succincta cruenta,
vestibulum exsomnis servat noctesque diesque.
hinc exaudiri gemitus et saeva sonare
verbera, tum stridor ferri tractaeque catenae.
constitit Aeneas strepitumque exterritus hausit.
'quae scelerum facies? o virgo, effare; quibusve
urgentur poenis? quis tantus clangor ad auris?'

TESTIMONIA. 548 'respicit Aeneas s.' Servius Aen. VI 545 550 sq. 'quae . . . Phlegethon' schol. Lucani VI 663 550 Nonius 242, 7 'quae . . . ambit' ult. syll. IV 253 K. 552—554 Fulgentius contin. Verg. 757 552 'solidoque a. columnae' Nonius 405, 18 555 'palla s. cruenta' Priscianus 1081 P. 560 'quae s. facies' Servius Aen. VIII 298 560 sq. 'quibusve u. p.' Velius Longus VII 59 K. Beda de orthogr. VII 294 K. Albini orthogr. VII 312 K. 561 'urgentur p.' Cassiodorius VII 165 K. Albini orthogr. VII 311 K. 'quis . . . auras' Servius Aen. VI 554

VARIA LECTIO. 548 respicit Aeneas, subito et *Peerlkampus: in M post* subito *distinguitur, cf. Servius ad* 545 551 TONANTIA *R: cf.* V 866 552 'porta adversa ingens: *distinctione excludendum est vitium de duobus epithetis' Servius* 553 bello, *in mg. m. recentissima* ferro, *b* FERRO *Mγ2c, Fulgentius, anthol. Lat.* 17, 74 *R. ut Aen.* IX 137 554 ad auras] *cf. prol.* 115 *sq.* 556 INSOMNIS *R* 557 exaudire *γ*1 559 STREPITVM *FRγbcψ, Servius* 'STREPITVM *P* STREPITU *M* hausit *γbcψ, Servius* HA$^{E}$VSIT *P* HA$^{V}$ESIT *F* HAESIT *MR: cf.* III 597 XI 699 *prol.* 283 560 VIRGOQ· *R* 561 VRGENTVR *PR: ita scripsisse Vergilium testantur Velius Longus, Cassiodorius, Albinus, Beda.* urg$^{v}$entur *γ* URGUENTVR *Mbc* poenae *Beda et Albinus* QUIS *Mγc, Servii ad v.* 554 *exempl.* QVIs *P* quis *b* QVI *R* CLANGOR *Pγ, Servii exempl.: quod ad ferri stridorem referri potest.* PLANGOR *MRbc* AVRIS *P* AVRAS *MRγbc* '*de illo enim loco multi quaerunt:* quis tantus clangor ad auras? *et Pollio dicit Aeneae et Sibyllae, quas illi*

tum vates sic orsa loqui: 'dux inclute Teucrum,
nulli fas casto sceleratum insistere limen;
set me cum lucis Hecate praefecit Avernis,
ipsa deum poenas docuit perque omnia duxit.
Cnosius haec Rhadamanthus habet durissima regna
castigatque auditque dolos subigitque fateri,
quae quis aput superos, furto laetatus inani,
distulit in seram commissa piacula mortem.
continuo sontis ultrix accincta flagello
Tisiphŏne quatit insultans, torvosque sinistra
intentans anguis vocat agmina saeva sororum.
tum demum horrisono stridentes cardine sacrae
panduntur portae. cernis, custodia qualis
vestibulo sedeat? facies quae limina servet?
quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
saevior intus habet sedem. tum Tartarus ipse

TESTIMONIA. 563 Arusianus VII 481 K. Servius Aen. III 409 VI 708 564 'cum me lucis H. p. Avernis' Servius Aen. VI 134 565 'ipsa d. p. d.' Arusianus VII 501 sq. K. 566 sqq. cf. Augustinus de utilitate credendi c. 10 567 Nonius 251, 27. 401, 16 'subigitque f.' Servius Aen. VI 302 568 sq. Donatus Ter. eun. IV 7, 39 569 Nonius 284, 12. 370, 2 schol. Hor. carm. III 2, 31. 11, 28 . 572 'vocat . . . sororum' Servius Aen. I 82 III 283 573 sq. 'sacrae p. portae' Servius Aen. III 57 VI 109 574 sq. 'cernis . . . sedeat' Servius Aen. XI 184 576 Nonius 242, 25 576 sq. 'quinquaginta . . . saevior' Fulgentius de cont. Verg. p. 758 St. 577 sq. 'tum . . . praeceps' comm. Bern. Lucani VI 748 'tum . . . tantum' Nonius 229, 25 'tum . . . umbras' Priscianus 663 P.
577—579 'tum . . . Olympum' Probus 32, 1 K. 'Tartarus . . . Olympum' Fulgentius de cont. Verg. p. 758 St.

VARIA LECTIO.
*secum traxerant, cum constet esse etiam illic auras' Servius ad* 554 *cf. prol.* 115 562 TVNC *Pyb* sic] HINC *PR* INCLYTE *Rb* inclite *γc* 564 cum me *Servius ad* 134 566 CNOSIVS *Py* GNOSIVS *MRbc* hic *Venetus* HABET·*M* (V) 567 vestigat *Klouček*

570 ſonteſ *b* 571 toruaſ *γ*1 TVR𝔓OS (V *corr. in* O) *P* tortos *'aliquot' Pieriani: cf. ge.* III 38. 106 *Aen.* VII 378 572 INTENTA^NS *P* INTENTAS *M* angueſ c 573 'tum demum.. *mittuntur, inquit, post verbera ad aeternum supplicium . . . . alii hoc a poeta dictum volunt, ut illa loquente intellegamus portam esse patefactam; alii continuant narrationem' Servius* SACRA^E *P* (A) ſacra *γ*1 575 LIMINE *P* 577 Tartaros *Probi codd.*

bis patet in praeceps tantum tenditque sub umbras,
quantus ad aetherium caeli suspectus Olympum.
hic genus antiquom Terrae, Titania pubes,
fulmine deiecti fundo volvontur in imo.
hic et Aloidas geminos immania vidi
corpora, qui manibus magnum rescindere caelum
adgressi superisque Iovem detrudere regnis.
vidi et crudelis dantem Salmonea poenas,
*[dum flammam Iovis et sonitus imitatur Olympi.]
quattuor hic invectus equis et lampada quassans
per Graium populos mediaeque per Elidis urbem
ibat ovans divomque sibi poscebat honorem,
demens, qui nimbos et non imitabile fulmen
aere et cornipedum pulsu simularet equorum.
at pater omnipotens densa inter nubila telum

---

TESTIMONIA. 578 sq. Servius Aen. VI 127 Macrobius Sat. V 3, 5 580 schol. Hor. carm. III 4, 74 581 'fundo . . . imo' Augustini regul. V 523 K. 582—584 Macrobius Sat. V 13, 18 582 sq. 'hic . . . corpora' schol. Lucani VI 410 584 'superisque . . . regnis' Acro Hor. carm. III 4, 49 'conati sunt Iovem superis d. r.' schol. Lucani IV 596 586 Priscianus 930 P. 587 sq. 'et . . . populos' Nonius 254, 33 587 'lampada q.' ult. syll. IV 228 K. 592 sq. Macrobius Sat. IV 4, 18 592 'at p. omnipotens' anecd. Helv. 157

---

VARIA LECTIO. 578 *sq. cf. ge.* II 291 578 auraſ, *m. rec.* ȷ umbraſ *c* 580 ANTIQVOM *P1c1* ANTIQVM *P* ANTICVM *M* ANTIQVVM *P2γbc2* PROLES *R* pubeſ, aȷ pleſ *c cf.* 648 581 diiecti *b1* VOLVONTVR *P1* VOLVVNTVR *MP2Rγbc* 582 AOLIDAS *Pγ* ALOD DAS (*post* O *erasa* D *ut vid., deinde spatium quantum sufficit litterae* I) *R* aloeidas *schol. Lucani* 586 *Ladevicus in priore editione additum ab aliquo grammatico, in altera transponendum post v.* 588 *coniecit. Mihi versuum* 590 *sq. dittographia videtur esse* FLAMMAS *MRbc, Prisciani exempl.* tonitruſ *c* 588 GRAUIUM (U *pr. erasa*) *M* mediam ... urbem *Menag. pr.* medias ... urbes *malit Peerlkampus* PERELIDIS *P* perhelidiſ *γ* PEREDLIDIS (H *suprascr.*) *M* PELIDIS *R* per Hellados *Schraderus* per Elidis *testatur Servius* 589—609. 610—627 *F fol. L* 589 DIVOM *P1* DIVVM *FMP2γbc* 591 PULSU (C R *suprascr.*) *M* PVLSV (CVRSV *suprascr. minio*) *F* CVRSV *Rγ2bc: cf.* V 549 *al.* SIMVLARET (A *suprascr.*) *F* ſimularat *c*

contorsit, non ille faces nec fumea taedis
lumina, praecipitemque immani turbine adegit.
nec non et Tityon, Terrae omniparentis alumnum,
cernere erat, per tota novem cui iugera corpus
porrigitur, rostroque immanis voltur obunco
immortale iecur tondens fecundaque poenis
viscera rimaturque epulis habitatque sub alto
pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.
[quid memorem Lapithas, Ixiona Pirithoumque?]

* * * *

TESTIMONIA. 595—600 Macrobius Sat. V 7, 14  595—597 'nec non . . . porrigitur' schol. Lucani IV 596  595 sq. 'terrae . . erat' Arusianus VII 471 K.  596 sq. 'per . . . porrigitur' schol. Hor. carm. III 4, 77  597 sqq. 'vulturem iecur inmortale tondentem nihil aliud intellegi volentes quam tormenta conscientiae obnoxia flagitio viscera interiora rimantis (599) et ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis semperque curas, si requiescere forte temptaverint, excitantis tamquam fibris renascentibus (600) inhaerendo . . . illos aiunt epulis ante ora positis excruciari fame et inedia tabescere . . . illos radiis rotarum pendere districtos (616 sq.) . . . saxum ingens volvere (616) inefficacibus laboriosisque conatibus vitam terentes: atram silicem lapsuram semper et cadenti similem illorum capitibus imminere (602 sq.) qui . . . ambiunt tyrannidem' e. q. s. Macrobius comm. in somn. Sc. I 10, 12 sqq.
597—600 'rostro . . . renatis' schol. Hor. carm. III 4, 75  597 sq. 'rostro . . . tondens' Macrobius Sat. IV 4, 15  597 'immanis v. o. rostro' Charisius I 147 K.  'vultur' Charisius I 98 K. = Beda de orthogr. VII 294 K.  'vultur o.' Probi inst. IV 123 K.  599 'rimaturque . . . pectore' Nonius 382, 12  'rimaturque e.' schol. Bern. georg. I 384  601—603 'potest videri haec sententia ambigua, quia et angues interpretari aliquis potest et' (om. libri) 'rotam et non ex-

VARIA LECTIO. 593 nec] non *π*  595 OMNIPOTENTIS *F* (AB *superscr.*) OMNIPOTENTIS (λ *superscr.*) (T *pr. corr. in* R) *M* omniparentiſ (ar *m. ant. in ras.*) *b* omnipotentis *Nonius, Arusianus*  597 UOLTUR *MP*1*γ*1 VVLTVR *P*2*R**γ*2*bc*, V *pr. in ras. F*  OBUNCO *M, Macrobii* V 7, 14 *ω*, *Charisii cod., Probus: cf.* XI 755 ABVNCO *FRcm, Macrobii* V 7, 14 *Med.* 2 ADVNCO *Pγb, Macrobii* IV 4, 15 *exempl. omnia et* V 7, 14 *Salisb., schol. Hor.*  598 iecor (v *superscr.*) *γ*  TONDENS (O *in ras.*) *F* tundenſ *c, Macrobii φ* tondens *firmant Homerus Od.* λ 578 *et Silius* XIII 839 *praeter alios, quorum exempla collegit Heinsius*  599 *sq.* rimatur . . . pectore *om. schol. Hor.*
599 oculis *Nonii codd. praeter Bern.*  600 requieſ fibriſ *b*
601—607 *De hoc loco vide proleg.* 62 *sq., ubi conieci v.* 601 *falso Varium et Tuccam hoc loco vel reliquisse vel intulisse, poetam*

quo super atra silex iam iam lapsura cadentique
imminet adsimilis; lucent genialibus altis
aurea fulcra toris, epulaeque ante ora paratae
regifico luxu; furiarum maxima iuxta
accubat et manibus prohibet contingere mensas
exsurgitque facem attollens atque intonat ore.
hic quibus invisi fratres, dum vita manebat,
pulsatusve parens aut fraus innexa clienti,
aut qui divitiis soli incubuere repertis
nec partem posuere suis (quae maxima turba est),
quique ob adulterium caesi, quique arma secuti

---

TESTIMONIA.

superabile saxum Ixionis. sed [nec] praeter rotam et saxum aliud exsequitur' ('esse' libri) 'supplicium ipse Vergilius. fingit' ('sentit' libri) 'enim illum et Pirithoum motu impendente saxi urgueri et a furia prohiberi epulis regii apparatus, quarum priusquam inpleantur . . .' ('illum a furia et Pirithoum urgueri epulis r. a. q. prius incendantur et motu inpendente saxi urgueri' libri, quos emendavi ut potui) 'cum ait: quid memorem...adsimilis' Probus 57, 26 sqq. K. ad ge. III 37 sq. 602 sq. 'quos :.. adsimilis' Macrobius Sat. IV 4, 15 'iam lapsura c. i.' comm. Bern. Lucani IV 455 602 'quos . . . silex' Servius Aen. VI 616 'atra s.' Diomedes I 453 K. 603—606 'lucent . . . mensas' schol. Hor. carm. I 28, 7 604 comm. Bern. Lucani IX 430 604 sq. 'epulaeque . . . luxu' Nonius 204, 20 605 sq. 'furiarum . . . mensas' Servius Aen. III 252 606 'et . . . mensas' Servius Aen. III 209 608 'hic . . . fratres' ult. syll. IV 233 K. 609 Nonius 372, 15 'pulsatusve p.' Acro Hor. epod. III 1 610 sq. 'aut . . . suis' schol. Persii III 70 611 'nec . . . suis' Macrobius Sat. IV 4, 11 612 'quique . . . caesi' Macrobius Sat. IV 4, 11

---

VARIA LECTIO.

*autem ante v.* 602 *Tantalum nominaturum fuisse, ad quem supplicium hoc referre non dubito (cf. Ettig l. l.* 354). *Consentit Norden Herm.* XXVIII 402 601 PERITHOVM *Rb* Pirithoumque et *Madvico placuit, ut continuetur sermo* 602 QVO *R* QVOS *MPγbc, Probus et Macrobius* QVOB$^{\text{S}}$ *F* cuique usque atra *Schaperus* que *om. Rγ, Macrobii Salisb., Probi Paris.* 604 fulchra *γb* PULCHRA *R* PATERNAE *R* 607 INTONAT *FMRbc, ut Cul.* 179: *cf. Aen.* XI 383 int.onat *γ*2 INCREPAT *P, et ut vid. γ*1: *cf.* 387 *Post v.* 607 *fortasse* 616—624 *sequi voluit poeta* 608—615 *pro dittographia habet Kettner* 609 aut *cχ, Nonii et Servii exempl., Marklandus ad Statii silv.* III 3, 15 ET *FMPRγb* 610 et *schol. Persii* 612 *sq. eiecit Peerlkampus, et haeserunt iam antiqui interpretes: sed cf. Norden Herm.* XXVIII 391 612 Quiſque *c*1 quique . . . arma *γ*

impía nec veriti dominorum fallere dextras,
inclusi poenam expectant. ne quaere doceri
quam poenam, aut quae forma viros fortunave mersit.
saxum ingens volvont alii, radiisque rotarum
districti pendent; sedet aeternumque sedebit
infelix Theseus; Phlegyasque miserrimus omnis
admonet et magna testatur voce per umbras:
"discite iustitiam moniti et non temnere divos."
vendidit hic auro patriam dominumque potentem
imposuit, fixit leges pretio atque refixit;
hic thalamum invasit natae vetitosque hymenaeos;
ausi omnes immane nefas ausoque potiti.
non, mihi si linguae centum sint oraque centum,
ferrea vox, omnis scelerum comprendere formas,
omnia poenarum percurrere nomina possim.'

Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeva sacerdos,
'set iam age, carpe viam et susceptum perfice munus.

---

TESTIMONIA. 614 'inclusi p. expectant' Donatus Ter. hec. III 4, 8 'ne q. d.' ult. syll. IV 244 K. Agroecius VII 121 K. 615 'aut . . . mersit' Servius Aen. VI 626 616 Servius Aen. II 37 'saxum . . . alii' ult. syll. IV 282 K. Macrobius Sat. IV 4, 16 schol. Hor. carm. II 14, 19 617 sq. 'sedet . . . Theseus' Gellius X 16, 12 [Cyprianus] carm. IV 59 sqq. Servius Aen. VI 122 schol. Iuven. I 2 620 Nonius 180, 5 'et . . . divos' Diomedes I 452 K. ult. syll. IV 268 K. 'temnere d.' Charisius I 278 K. Diomedes I 441 K. Consentius V 388 K. 621 sq. Macrobius Sat. VI 1, 39 'vendidit . . . imposuit' schol. Lucani IV 824 621 'vendidit . . . patriam' comm. Bern. Lucani IV 824 schol. Lucani I 269 IV 584 Macrobius Sat. IV 4, 11 624 Donatus Ter. Andr. I 5, 35 'ausoque p.' Alcimus Avitus epist. 51 625—627 Macrobius Sat. V 7, 16 Priscianus 1004 P. Lactantius de mort. persecut. c. 7 625 Macrobius Sat. VI 3, 6 629 'susceptum p. m.' Caper VII 98 K.

---

VARIA LECTIO. 614 suspensi *schol. Statii Theb.* I 432 expendent *vir doctus apud Burmannum* 614 *sq.* ne quaere . . . mersit *et* 625/7 *duplici recensioni tribuit Martha Revue de philol.* XII 97 616—620 *post* 607, *del.* 614 *sq. coll. Kloucek, post* 601 *Havet* 616 VOLVONT *P1γ* VOLVVNT *FMP2bc* ve *Heynius* que *testatur Servius Aen.* II 37 617 Diſtrincti *c1* DESTRICTI *FMP2Rγb* DISTRICTE *P1* 618 omneſ *b* 622 atque] que *c* 624 OMNIS *F* 625 *sq. cf. ge.* II 42 *sqq.* 628—635. 636—656 *F fol. LI* 629 ET *M* eia age *coniecerat Heinsius*

adceleremus' ait: 'Cyclopum educta caminis
moenia conspicio atque adverso fornice portas,
haec ubi nos praecepta iubent deponere dona.'
dixerat et pariter gressi per opaca viarum
corripiunt spatium medium foribusque propinquant.
occupat Aeneas aditum corpusque recenti
spargit aqua ramumque adverso in limine figit.

His demum exactis, perfecto munere divae,
devenere locos laetos et amoena virecta
fortunatorum nemorum sedesque beatas.
largior hic campos aether et lumine vestit
purpureo, solemque suum, sua sidera norunt.
pars in gramineis exercent membra palaestris,
contendunt ludo et fulva luctantur harena;
pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt.
nec non Threicius longa cum veste sacerdos
obloquitur numeris septem discrimina vocum,
iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
hic genus anticum Teucri, pulcherrima proles,

---

TESTIMONIA. 630 'Cyclopum e. c.' Servius Aen. XII 674 631 'atque a. f.' Isidorus orig. X 110 635 sq. 'occupat . . . aqua' Macrobius Sat. III 1, 8 'corpusque . . . aqua' Servius Aen. VI 8 638 'devenere l. laetos' Servius Aen. III 44 641 'solemque . . . norunt' Servius Aen. V 735 VI 534 Donatus Ter. Andr. III 2, 30 644 Servius Aen. IX 612 'pars . . . choreas' Asper 115, 15 K. Macrobius Sat. V 17, 16 645 sq. Fulgentius mytholog. p. 729 St. 'nec non . . . numeris' schol. Hor. a. p. 391 646 schol. Hor. carm. III 11, 3 'septem d. vocum' Isidorus orig. III 21, 4 Servius ecl. II 31 comm. Bern. Lucani III 402 647 Servius Aen. IV 157 schol. Persii VI 5 Acro Hor. serm. II 7, 20

---

VARIA LECTIO. 630 EDVCTA *Mc, testatur Servius ad Aen.* XII 674: *cf.* II 186. 461 XII 674 °ducta *γb* DVCTA *FPRm: cf.* I 423 631 confpicio (al respicio) *γ*: *cf.* V 3 633 uiarum (al locorū) *γ*: *cf.* II 725 635 aditū. (*erasa* ſ) *c* 640 CAMPOS *M* campoſ *γ* CAMPVS (O) *F* CAMPVS *Rb*1 CAMPIS (O) *P* AETHER · AET *F* UESTIST *M* 644 GLAUDUNT (P) *M* 647 fidem *Marklandus ad Statii silv.* III 5, 64, *quod valde arridet* iam] et *schol. Persii* 648 ANTIQVM *FR* ANTIQVVM *Pybc*

magnanimi heroes, nati melioribus annis,
Ilusque Assaracusque et Troiae Dardanus auctor.
arma procul currusque virum miratur inanis.
stant terra defixae hastae, passimque soluti
per campum pascuntur equi. quae gratia currum
armorumque fuit vivis, quae cura nitentis
pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
conspicit ecce alios dextra laevaque per herbam
vescentis laetumque choro paeana canentis
inter odoratum lauri nemus, unde superne
plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.
hic manus ob patriam pugnando volnera passi,
quique sacerdotes casti, dum vita manebat,

---

TESTIMONIA. 649 'nati m. a.' Servius Aen. I 605 653—655 'quae . . . repostos' Servius Aen. VI 444 Macrobius s. S. I 9, 9 653 sq. 'quae . . . vivis' Priscianus 779 K. fragm. Bob. de nom. V 563 K. 654 sq. 'quae . . . repostos' Servius Aen. VI 485 schol. Hor. carm. II 13, 39 655 'eadem . . . repostos' Servius Aen. VI 736 'repostos' idem Aen. I 26 657 'laetum . . . canentes' Macrobius Sat. III 2, 12 658 'inter . . . nemus' ult. syll. IV 254 K. Servius Aen. IV 132 660 'hic . . . pugnando' Servius Aen. III 675 661 sq. schol. Hor. a. p. 400 661 Nonius 267, 6. 440, 6

---

VARIA LECTIO. 649 MAGNAANIMI *P* 651 mira[n]tur *γc* MIRANTVR *FM: cf.* 638 *et* 656. mirentur (e *m.* 2 *corr. in* a) *b* inaneſ *γbc* 652 TERRAE *Fbc* DEFIXA[E] *M* defixi *c*1 HASTA[E] *P* 653 CAMPOS *R*: *cf. Wagneri quaest. Verg.* VIIII *p.* 416 CVRRVM *MRbc, testantur Servius, anon. de nom., Priscianus, quorum hic addidit:* '*quamvis etiam geminata* u *possit metrum per synaloepham stare, cum sequens versus a vocali incipiat*'. CV[V]RRVM *Fγ* CVRRVVM *P* 656 [al ante] ecce *γ* herbaſ *γ* 657—668. 669—676 *F fol. LII* 657 VESCENTIS (I *in ras.*) *R* Uefcentef *γbc*2 CANENTES *Rbc*2 658 '*hic sensus est:* canebant in locis, unde superne, *i. e.* ad superos plurimus Eridani amnis per silvam volvitur . . . *melius tamen est si distinguamus:* unde superne plurimus, unde ad superos plurimus, *i. e.* magnus amnis volvitur per silvam Eridani, *i. e.* populos' *Servius* 660 *cf.* VII 182 u[v]olnera *γ* VVLNERA *Fbc* VVLNERA (A *in ras.*) *R* 661 maneret *Nonius.* manebat *Servius in lemm., explicans* '*qui fuerunt casti dum in communione vitae* versarentur'

quique pii vates et Phoebo digna locuti,
inventas aut qui vitam excoluere per artis,
quique sui memores aliquos fecere merendo:
omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.
quos circumfusos sic est adfata Sibylla,
Musaeum ante omnis (medium nam plurima turba
hunc habet atque umeris extantem suspicit altis):
'dicite, felices animae tuque, optime vates,
quae regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo
venimus et magnos Erebi transnavimus amnis.'
atque huic responsum paucis ita reddidit heros:
'nulli certa domus; lucis habitamus opacis
riparumque toros et prata recentia rivis
incolimus. set vos, si fert ita corde voluntas,
hoc superate iugum, et facili iam tramite sistam.'
dixit et ante tulit gressum camposque nitentis
desuper ostentat; dehinc summa cacumina linquont.

TESTIMONIA. 662 Acro Hor. epist. II 1, 216 'quique p. vates' Nonius 371, 32 664 Donatus Ter. Andr. II 1, 31 eun. III 2, 5 adelph. II 1, 47 Servius Aen. IX 254 'sui . . . merendo' Macrobius s. S. I 8, 6 669 'dicite f. a.' ult. syll. IV 239 K. 670 ult. syll. IV 252 K. 'quae r. Anchisen' Charisius I 67 K. 670 sq. 'illius e. v.' Diomedes I 433 K. Sergius IV 484 K. Audacis exc. VII 361 K. 'illius...amnis' Nonius 107, 13 671 'et . . . amnes' Paulus Festi 83 M. 672 'atque huic . . . reddidit' ult. syll. IV 235 K. 673—675 'lucis . . . incolimus' Servius ecl. V 40 673 Servius Aen. I 441 III 302 'nulli c. d.' Emporius de eth. p. 563 H. 676 'hoc s. i.' Charisii exc. I 550 K. Beda de orthogr. VII 276 K. 677 'ante t. g.' Diomedes I 435 K. Donati ars IV 372 K. Pompeius V 132. 272 K.

VARIA LECTIO. 663 ARTES *M*2*γbc*2 664 ALIQVOS *MPRb*1*c*1*ψ* '*qui* aliquos *sui memores fecere praestando*' *Servius* ALIQVOS *F* ali.quoſ *γ* ali..oſ *b*2*c*2 alios *χ*, *Servii φ*, *Donati et Macrobii exempl.*, *Eugippii ω*. Salios *Hofmannus, quem refutare studuit Dietschius in Iahnii ann. philol.* LXVIIII 533 667 OMNES *P* 668 SVSPICET *R* ſuſcipit *c*1 671 transnauimuſ *γ*2*bc*, *Paulus et Nonii ω* TRANSNAUIB· *M*, *Nonii φ* TRANAVIMVS *FPRγ*1 AMNES *FMP*2*Rγ*2*b* 674 SILVIS *R* rivis *legit Servius* 677—697. 698—718 *F fol. LIII* 677 NITENTES *M*
678 *extat in* G *post* 695 DEIN *G* LINQVONT *P* linquont *γ* LINQVNT *FRb* LINCVNT *M* LINQVVNT *Gc*

At pater Anchises penitus convalle virenti
inclusas animas superumque ad lumen ituras
lustrabat studio recolens, omnemque suorum
forte recensebat numerum carosque nepotes
fataque fortunasque virum moresque manusque.
isque ubi tendentem adversum per gramina vidit
Aenean, alacris palmas utrasque tetendit,
effusaeque genis lacrimae et vox excidit ore:
'venisti tandem, tuaque expectata parenti
vicit iter durum pietas? datur ora tueri,
nate, tua et notas audire et reddere voces?
sic equidem ducebam animo rebarque futurum
tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.
quas ego te terras et quanta per aequora vectum
accipio, quantis iactatum, nate, periclis!
quam metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent!'
ille autem 'tua me, genitor, tua tristis imago
saepius occurrens haec limina tendere adegit;
stant sale Tyrrheno classes. da iungere dextram,
da, genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro.'

---

TESTIMONIA. 680 'superumque . . . ituras' Servius Aen. VI 179 Pompeius V 115 K. Beda VII 234 K. 682 'carosque n.' schol. Med. ecl. IX 50 684 sq. Priscianus 696. 729 P. 'ut videt Aenean . . . tetendit' fragm. Bob. de nom. V 559 K. 685 'alacris . . . tetendit' Priscianus 647 P. Charisius I 82 K. explan. in Don. IV 491 K. 'alacris p.' Probi cath. IV 13 K. 687 sq. 'venisti . . . pietas' schol. Hor. carm. I 23, 11 687 'venisti t.' Nonius 419, 31 Emporius de eth. p. 563 H. ult. syll. IV 262 K. 688 'vicit . . . pietas' Ruricii epist. II 10 690 Nonius 283, 28 'sic . . . animo' Servius Aen. VI 687 692 'quas e.' ult. syll. IV 233 K. 694 Servius Aen. IV 353 695 'tua me . . . imago' Servius Aen. IV 353 697 'da i. dextram' de schem. lex. p. 58 H.

---

ON

VARIA LECTIO. 679 CVMVALLE (*corr. ead. m. qua* 591) *F* 680 superas *Pompeius* in *Servius Aen.* VI 179 683 animosque *Peerlkampus* 685 alacer *explan. in Don.* LACRIS.ANS (A) *P2* LACRIMANS *P1* alacris *testantur grammatici. In repetito verbo* tendere *offendit Peerlkampus* 687 PARENTI·S *M* 688—705. 706—724 *G fol. XI* 692 te] PER *R* *Sequitur* 678 *post* 695 *in G* 696 adire coegit $\chi$

sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
ter conatus ibi collo dare bracchia circum,
ter frustra comprensa manus effugit imago
[par levibus ventis volucrique simillima somno].
  Interea videt Aeneas in valle reducta
seclusum nemus et virgulta sonantia silvae
Lethaeumque domos placidas qui praenatat amnem.
hunc circum innumerae gentes populique volabant,
ac velut in pratis ubi apes aestate serena
floribus insidunt variis et candida circum
lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.
horrescit visu subito causasque requirit
inscius Aeneas, quae sint ea flumina porro,
quive viri tanto complerint agmine ripas.
tum pater Anchises 'animae, quibus altera fato
corpora debentur, Lethaei ad fluminis undam
securos latices et longa oblivia potant.
*[has equidem memorare tibi atque ostendere coram]
iampridem hanc prolem cupio enumerare meorum,

TESTIMONIA. 700 sq. Asper 114, 14 K. Macrobius Sat. V 7, 8 703 Servius Aen. X 552 707—709 'ac velut . . . funduntur' Sacerdos VI 463 K. 708 'floribus i. v.' Arusianus VII 480 K. 708 sq. 'candida lilia' Sacerdos VI 463 K. 713 sq. 'animae . . . debentur' Servius Aen. VI 748 714 sq. 'Lethaei . . . potant' schol. Hor. epod. XIV 3

VARIA LECTIO. 699 RIGABANT *P* RIGAĖBAṄT *F* rigebat *γ*1 700—702 = II 792—794 700 ibi] erat *Macrobii exempl.: cf.* 32 701 COMPRESSA *Pb*1, *Macrobii Salisb.* conprenſſa *c* 702 *om. in textu, add. m. recentissima in mg. Pb, non interpretatur Servius* PARṠ *FM* Parſ *γ*1 704 RECLVSVM *R* ĖNEMVS *G* SILVAE *GPRb, Servius* SILUAE (IS) *M* ſiluae, aṫ ſiluiſ *γ* SILVIS *ut* III 442 *Fc* silva *prop. Wagnerus* 707 VELVTI *FGM* 709 campiſ *c*1 713 Tunc (unc *m.* 2 *in ras.*) *b* 716 has] HANCS (NC *eras.*) *M* 716 *sq. dittographiam esse indicavi prol.* 62, *sed neutrum versum in perfecto carmine sic stare potuisse ut olim sensi ita consentio cum Nordeno Herm.* XXVIII 402 coram Iampridem, ac prolem *coni. Heynius: poterat commate praemisso* hanc prolem *servare. Vulgatam defendere studet Wagnerus ad gc.* I 248 717 iampridem cupio ac prolem *Novák*

quo magis Italia mecum laetere reperta.'
'o pater, anne aliquas ad caelum hinc ire putandumst
sublimis animas iterumque ad tarda reverti
corpora? quae lucis miseris tam dira cupido?'
'dicam equidem nec te suspensum, nate, tenebo'
suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.
'principio caelum ac terram camposque liquentis
lucentemque globum, lunam Titaniaque astra

TESTIMONIA. 718 Servius Aen. I 267 III 711 719—721 Lactantius div. instit. VII 22 Augustinus de civ. dei XIV 5 720 'sublimis a. i. ad tartara' ult. syll. IV 247 K. 720 sq. 'sublimes . . . corpora' Fulgentius de cont. Verg. p. 761 St. 'iterumque . . . corpora' Servius Dan. Aen. VIII 20 'rursus incipiunt in corpora uelle reverti' Eugippius [ex Aug. de civ. dei XXI] corp. eccl. IX p. 487 cf. v. 751 721 'quae... cupido' Nonius 421, 22 723 Priscianus 1212 P. 724—729 'principio, ait, caelum ac terras et cetera mundi membra spiritus intus alit et infusa mens agitat, inde hominum pecudumque genus et quicquid aliud animalium' Minucius Felix Octav. 19, 2 724—727 Lactantius div. inst. I 5 schol. Lucani V 86 724—726 'principio . . . alit' Probus 13, 28. 15, 18 K. Charisius I 282 K. Diomedes I 447 K. Donati ars IV 399 K. Sacerdos VI 455 K. Beda de trop. 378 C. 724 sq. Cledonius V 34 K. Fulgentius de cont. Verg. p. 760 St. 724 Pompeius V 304 K. 'caelum ac terras' Servius georg. IV 221 'camposque l.' Sacerdos VI 463 K. Macrobius Sat. IV 1, 45 725 sq. 'lucentem . . . alit' Isidorus de nat. rer. 27 p. 53 B. 725 Nonius 432, 23 'Titaniaque a.' Probus 17, 5 K.

VARIA LECTIO. 718 ITALIAM *F* ITALIAM *R* LAET[A]ERE (A *sup. minio*) *F* laetere (e *sec. in ras.*) *b* LAET[E]ARE *M* LAETARE *Rc*1, *ut vid.* REPERTA (*erasa supra litt.* A *linea, ut vid.*) *F* REPERTAM *R* PERTA *M* 719 PVTANDV[M]ST *P* PUTANDŪEST *MRγc* PVTANDVM *F* PVTANDVM *est G* 720 SVBLIMES *GMP*2*Rbc* ad] in *Eugippius* tartara *de ult. syll.* (*ex* tarda corpora *ortum*) 721 CVPIDOEST *F* 722 *sq. de inverso versuum ordine cf. Servius* 723 SVSCIPIT *GRc*, *Priscianus* [P C] SVSCIPIT (*corr. m. rec.*) *F* ſuſcipit (ſuſpicit *m.* 1, *in mg.* at ſuſcipit) *γ*2 ſuſcipit (ſcipit *in ras.*) *b* SVSPICIT *MP* 724 TERRAM *PRγb*1, *Probus, Lactantii Par.*: *cf.* I 133 TERRA[S]M *F* TERRAS *GMc*, *ceterorum auctorum exempl.*: *cf.* I 58 IV 270 *ecl.* VI 32 LIQVENTES *Rc* LIQVENT*is G* 725 [LUC]INGENTEM *M*: *cf.* IX 515 lucentem *testatur Servius* lunam *scripsi* (*cf. Apollon. Rhod.* I 500) LVNA *F* [E] LVNAE *ceteri libri, Nonius* et

spiritus intus alit, totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet.
inde hominum pecudumque genus vitaeque volantum
et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.
igneus est ollis vigor et caelestis origo
seminibus, quantum non corpora noxia tardant
terrenique hebetant artus moribundaque membra.
hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, neque auras
dispiciunt clausae tenebris et carcere caeco.

---

TESTIMONIA. 726 sq. 'spiritus . . . molem' Servius ecl. III 60 Probus 13, 22 K. 'totamque . . . miscet' Nonius 446, 10 comm. Bern. Lucani IX 573 U. 726 'spiritus i. a.' Servius georg. IV 221 Macrobius s. Sc. I 14, 14 comm. Bern. Lucani V 95 U. 'spiritus . . . totam' schol. Bern. georg. II 344 'totamque . . . artus' Servius Aen. VII 34 727 Asper 112, 24 K. 'mens a. m.' Macrobius somn. Sc. I 14, 14 'et . . . miscet' Sacerdos VI 447 K. Macrobius s. Sc. I 17, 5 Servius ge. II 327 schol. Lucani III 640 728 sq. Macrobius s. Sc. II 3, 11 728 schol. Bern. georg. I 415 Servius Aen. V 517 'hinc hominum p. g.' Macrobius s. Sc. I 14, 14 'vitaeque v.' Charisius I 268 K. 730—734 Augustinus de civ. dei XIV 3, 8 730—732 Eugippius [ex Aug. de civ. dei XIV] corp. eccl. IX p. 53 730 sq. 'igneus . . . seminibus' Donatus ad Ter. adelph. III 2, 16 comm. Bern. Lucani IX 7 730 Servius Aen. II 641 731 'quantum . . . tardant' Macrobius s. Sc. I 14, 15 732 'terrenique h. a.' schol. Hor. carm. III 2, 24 733—742 Augustinus de civ. dei XXI 13 733 sq. 'hinc . . . dispiciunt' Donatus ad Ter. Andr. V 4, 34 733 'hinc . . . gaudentque' Priscianus 1160 P. Servius ge. II 499 Eugippius [ex Aug. de civ. dei XXI] corp. eccl. IX 487 'metuunt . . . gaudentque' Macrobius s. Sc. I 8, 11 734 'clausae . . . caeco' Servius Aen. VI 545

---

VARIA LECTIO.

lunae *Maurer ann. phil.* 1888 *p.* 639, *haud feliciter* Titanaque et astra *Wakefieldus* lunamque micantiaque *Peerlkampus*

726 INFV$\overset{S}{G}$A *F* effusa *Leid. unus*, *Probus* 728 hinc *Macrobii* II 3, 11 *exempl.*, *Servius Aen.* V 517 VOLVCRV̄ (VCR *in ras.*) *R* uolantē *γ* volantum *testatur Charisius*

729 monstra *om. M* AEQUOR$\overset{E}{A}$ *M* aequora *γ* 731 corpora noxia '*plurimi*' *Burmanniani* CORPORANOX$\overset{A}{I}$ *P* corpora noxia *γ* NOXIACORPORA *FMRbc*, *Servius in lemm.*, *Macrobii exempl.*

733 HI$\overset{N}{C}$ *Mbc* hinc *legit Servius* NEQVE *FMPγ1bcψ*, *Servii ex.* NEC *Rγ2*, *Donati et Augustini exempl.* 734 diſpiciunt *γ1χ* DESPICIVNT *FMPRγ2c1m* Reſpiciunt (R *e corr.*) *bc2* respiciunt *χ*, *Servii lemma*, *Donati exempl.* suspiciunt *Augustinus* CLVSAE *F*

quin et supremo cum lumine vita reliquit,
non tamen omne malum miseris nec funditus omnes
corporeae excedunt pestes, penitusque necesse est
multa diu concreta modis inolescere miris.
ergo exercentur poenis veterumque malorum
supplicia expendunt. aliae panduntur inanes
suspensae ad ventos, aliis sub gurgite vasto
infectum eluitur scelus aut exuritur igni:
donec longa dies, perfecto temporis orbe,
concretam exemit labem purumque relinquit
aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.
quisque suos patimur manis; exinde per amplum
mittimur Elysium et pauci laeta arva tenemus.
has omnis, ubi mille rotam volvere per annos,

TESTIMONIA. 735—740 'quin ... expendunt' Lactantius div. instit. VII 20 736—740 'non ... expendunt' comm. Bern. Lucani IX 9 U. 736 'nec f. o.' ult. syll. IV 249 K. 740—742 Servius ge. II 389 740 sq. 'aliae ... ventos' Servius Aen. VI 264 742 comm. Bern. Lucani II 2 U. 745—747 Servius Aen. VI 340 745 Probi de nom. exc. IV 210 K. 747 Porphyrio ad Hor. sat. II 2, 79 'atque a. s. i.' ult. syll. IV 263 K. fragm. Bob. de nom. V 555 K. 'aurai s. i.' Servius Aen. VII 464 743 'quisque ... manes' Macrobius s. Sc. I 10, 17 Arusianus VII 505 K. 743 sq. 'exinde ... Elisium' Augustini regul. V 519 K. 744 'et ... tenemus' Servius Aen. VI 404 748 sqq. Hieronymus adv. Rufinum III vol. I 948 Vall. (cf. Norden Herm. XXVIII 399)

VARIA LECTIO. 735 RELINQVIT *F* relinquit *b* 736 OMNIS *FPRyb* 740 inanis *b* 742 aut] ADQVE *F* 745—747 *transposuit post* 742 *editor Parmensis, cuius sententiae subscripsi emend. Verg.* 4; *aut transponendos aut delendos esse censuit Heynius.* 745—747 *post* 742 *poetam olim collocavisse, sed scriptis* 743 *sq. oblitterari voluisse putat Norden Herm.* XXVIII 403. *Frustra tueri student traditum ordinem Wagner et puncto post* 744, *commate post* 747 *posito A. Dieterich Necyiae p.* 157 745 orbe] aeuo *Probi de nom. cod.* 746 TABEM *R* RELINQVIT *FMb*1 RELIQVIT *PRyb*2, *Servii Aen.* VI 340 ω reliquid *c* 747 aurai *c, testantur Servius Aen.* VII 464 *et ceteri gramm.* aura[i] *γ* aura[i]. *b* AVRAE *MPRψ* AV[A]RE (E *corr. ut vid. m.* 1) *F* 743 suum *Peerlkampus* MANIS *FP*1 MANES *MP*2*Rybc* manes *legerunt Macrobius, Servius, Ausonius ephem.* 103 patiamur amores *Arusianus* 743 *sq.* exinde ... tenemus *supposita esse putat Peerlkampus* 748 *cf. Ennii ann.* 548 *V* omne[i]s *b*

Lethaeum ad fluvium deus evocat agmine magno,
scilicet immemores super ut convexa revisant
rursus et incipiant in corpora velle reverti.'

Dixerat Anchises, natumque unaque Sibyllam
conventus trahit in medios turbamque sonantem,
et tumulum capit, unde omnis longo ordine posset
adversos legere et venientum discere voltus.

'Nunc age, Dardaniam prolem quae deinde sequatur
gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
inlustris animas nostrumque in nomen ituras
expediam dictis et te tua fata docebo.
ille, vides, pura iuvenis qui nititur hasta,
proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras
aetherias Italo commixtus sanguine surget,
Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles,
quem tibi longaevo serum Lavinia coniunx
educet silvis regem regumque parentem,
unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.
proximus ille Procas, Troianae gloria gentis,

TESTIMONIA. 749 Servius Aen. VI 264 comm. Bern. Lucani IX 355 U. 751 Augustinus de civ. dei XXII 26 753 'conventus . . . medios' Servius Aen. II 58 754 sq. 'longa o. possent a. l.' Nonius 333, 7 754 'unde ... posset' Servius Aen. II 766 756—759 (om. 758) Priscianus 1139 P. 756 sq. 'nunc . . . gloria' Servius Aen. IV 236 760—766 Gellius II 16 760 Nonius 353, 12. 446, 24 Charisius I 91 K. Audacis exc. VII 360 K. 765 Donatus ad Ter. adelph. I 1, 23 767 Augustinus de civ. dei XVIII 21

VARIA LECTIO. 749 LETHEVMQ· *R* 750 *temere in suspicionem vocavit Klouček* SUPER(λ)UT *M: cf.* 241 SVPERAVT *Rγbc* SUPERAAVT *F* SVPERANT *P* 751 ut (*del.* 750) *prop. Klouček* 754 POSSIT *Fγ* possent *Nonii codd. praeter Bern.* 755 ADVERSVS *F* VOLTVS *P*1 VVLTVS *FP*2*Rγ*2*bc* 760 iuuenem *Charisii cod* 761 luci *malebat Heinsius* 762 aërias *Lachmannus Lucr.* 167: *at cf.* 790 *cum* 887 *et Probus p.* 12 SURGIT *M* 765 EDUCIT *M*1 766 GENUS NOSTRUM LONGA *M* genuſ nr̃m in longa *b* 767 PROCAX *R*

et Capys et Numitor et qui te nomine reddet
Silvius Aeneas, pariter pietate vel armis
egregius, si umquam regnandam acceperit Albam.
qui iuvenes! quantas ostentant, aspice, vires!
atque umbrata gerunt civili tempora quercu.
hi tibi Nomentum et Gabios urbemque Fidenam,
hi Collatinas imponent montibus arces,
Pometios Castrumque Inui Bolamque Coramque.
haec tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terrae.
quin et avo comitem sese Mavortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
educet. viden ut geminae stant vertice cristae
et pater ipse suo superum iam signat honore?
en huius, nate, auspiciis illa incluta Roma
imperium terris, animos aequabit Olympo
septemque una sibi muro circumdabit arces,
felix prole virum: qualis Berecyntia mater
invehitur curru Phrygias turrita per urbes,

---

TESTIMONIA. 771 Priscianus 1059 P. 773 'hi ... Gabios' Servius Aen. VII 712 'Gabios urbemque F.' Acro ad Hor. epist. I 11, 7 'urbemque F.' Charisius I 279 K. Diomedes I 442 K. ult. syll. IV 259 K. Consentius V 397 K. Isidorus orig. I 34, 4 775 'Pometios . . . Inui' Cledonius V 85 K. 776 Servius Aen. VII 712 'sunt . . . terrae' schol. Bern. georg. II 239 779 sq. 'viden . . . honore' schol. Hor. carm. I 2, 36 779 'viden . . . cristae' Servius Aen. I 292 781 Isidorus orig. XV 1, 1 (cf. XVIII 1) Servius Aen. VII 678 'illa inclita R.' Servius Aen. V 737 784 'felix p. virum' Arusianus VII 473 K.

---

VARIA LECTIO. 768 REDDAT *Rc* 769 *om. Mentel. alt. m.* 1: *cf.* 403 771 oſtendant *c* 772 Atqui *Reg.* at qui *edd. vett. An* utque? GERIT (UN *sup.*) *M* *Post v.* 774 laude pudicitiae celebres addentque superbos *in editiones inlatum fraude, ut fertur, Fabricii Lampugnani* 776 *om., imo mg. m.* 2 *add. b* TVNC *P* GEÑES (TERRAE *sup.*) *M* 779 stent *Servius Aen.* I 292 780 *Coniungo* pater ... superum *cum Wagnero, quamvis* superum *accusativum interpretetur Servius* superum (*scil.* deorum) ... honorem *Pluess Verg.* 199 *parum latine* puerum *Peerlkampus* INSIGNAT *R* 782 '*de hoc autem loco et Trogus et Probus quaerunt*' *Servius: cf. prol.* 145 783 *cf. ge.* II 535 moro (moero?) *c*

laeta deum partu, centum complexa nepotes,
omnis caelicolas, omnis super alta tenentis.
huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem
Romanosque tuos. hic Caesar et omnis Iuli
progenies, magnum caeli ventura sub axem.
hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis,
Augustus Caesar, divi genus, aurea condet
saecula qui rursus Latio regnata per arva
Saturno quondam, super et Garamantas et Indos
proferet imperium (iacet extra sidera tellus,
extra anni solisque vias, ubi caelifer Atlans
axem umero torquet stellis ardentibus aptum).
huius in adventum iam nunc et Caspia regna
responsis horrent divom et Maeotia tellus
et septemgemini turbant trepida ostia Nili.

TESTIMONIA. 786 Arusianus VII 490 K. comm. Bern. Lucani II 358 'centum c. n.' schol. Med. ecl. IX 50 788 explan. in Don. IV 538. 564 K. adn. 'huc . . . acies' Servius Aen. II 80 789 sq. 'hic . . . progenies' Priscianus 1071. 1072 P. 791 Charisius I 14. 15 K. Diomedes I 430 K. Priscianus 1064 P. ult. syll. IV 258 K. Pompeius V 203 K. Marius Victorinus VI 28 K. Beda VII 233 K. Dositheus VII 388 K. anecd. Helv. 212 'hic vir h. e.' ult. syll. IV 224 K. Marius Victorinus VI 31 K. 'hic vir . . . tibi' anecd. Helv. 208 'hic est . . . audis' Cledonius V 15 K. 792—794 'aurea . . . quondam' Lactantius div. instit. I 13 793 sq. 'regnata . . . quondam' Priscianus 922 P. explan. in Don. IV 515 K. Arusianus VII 506 K. 793 'regnata p. a.' schol. Hor. carm. III 3, 43 794 sq. 'super . . . imperium' Diomedes I 414 K. Beda de orthogr. VII 288 K. Dositheus VII 416 K. 'super Garamantas . . . imperium' Augustini regul. V 523 K. 796 'solisque v.' schol. Lucani VII 2 797 'axem u. t.' ult. syll. IV 256 K. 'stellis a. a.' Servius Aen. I 552 798 sq. 'iam . . . divum' schol. Lucani VIII 222

VARIA LECTIO. 786 *sq. non interpretatur Servius* 787 Omneſ *b* SVPERALTA *PR* SVPER(A)ALTA *Mb* ſuperata (al) *y* ſupera alta *c* TENENTIS *M*1*P*1*Rb*1 TENENTES *M*2*P*2*b*2*y* ten(n)&iſ *c* 790 *in mg. m. rec. add. c* 791 vir *om. Bentleius* 793 *om., m.* 2 *in mg. add. b* arva] ANNOS *R: cf.* I 272 II 363 795 iacet] quaque *Peerlkampus* 797 = IV 482 798 ADVENTVM (M *in ras.*) *P,* (m *erasa*) *y* aduentu (*m.* 1 aduentū) *b*2 adventu *m* 799 DIVOM *P*1 DIVVM *MP*2*Rybc* MOEOTIA *M*

nec vero Alcides tantum telluris obivit,
fixerit aeripedem cervam licet aut Erymanthi
pacarit nemora et Lernam tremefecerit arcu,
nec qui pampineis victor iuga flectit habenis
Liber, agens celso Nysae de vertice tigris.
et dubitamus adhuc virtute extendere vires,
aut metus Ausonia prohibet consistere terra?
illae autem, paribus quas fulgere cernis in armis, 826
concordes animae nunc et dum nocte premuntur,
heu quantum inter se bellum, si lumina vitae
attigerint, quantas acies stragemque ciebunt,

TESTIMONIA. 801 schol. Hor. carm. III 3, 9 802 sq. 'fixerit . . . nemora' Priscianus 1039 P. 802 'fixerit a.' ult. syll. IV 263 K. Sacerdos VI 449. 453 K. 'fixerit a. cervam' Pompeius V 298 K. 'fixerit . . . licet' Charisius I 279 K. Diomedes I 442 K. 'aeripedem' Donati ars IV 396 K. 'aeripidem c.' Consentius V 400 K. 804 schol. Persii I 101 805 schol. Lucani I 65 806 Diomedes I 417 K. Dositheus VII 422 K. Servius Aen. VI 899 826 'illae...cernis' ult. syll. IV 241 K.

VARIA LECTIO. 801 obivit *schol. Hor.* OBIBIT (V *sup. minio p.*) *M* obibit *c* OBIBIT *PRγ1b1* obibat *χ* 802 FIXERAT *Rc1* AEREPEDEM *P1* A·E·RIDEM (PE *minio p.*) *M* aut... arcu *inepta visa Wagnero reiecit Peerlkampus, defendere conatus est Ladevicus: legit Servius quoque* aut] atque *vel certe v.* 803 aut *pro* et *desideravit Marklandus ad Statii silv.* V 2, 48 803 PACARIT *Pγψ, Prisciani Vind.* PACARET *M1R* Pacarit *b* (1 *sup.*) Placarit *c, Prisciani ω* et *suprascr. b* TREMEFECERAT *R, Servii Par.* 805 Nysae celso *schol. Lucani* TIGRES *MP2b1* tygreſ *c* 806 VIRTVTE—VIRES *PRcm* uirtutem—uireſ (at factiſ *sup.*) *Diomedis codd.* uirtutem—uireſ *γ* VIRTVTEM—FACTIS *Mb, Servius, Dositheus: cf.* X 468 virtutem — fatis *χ* virtute — famam *Burmannus* virtutem expendere factis *vel* virtute expendere vires *vel* virtuti extendere vires *Hofmannus* virtutem intendere factis *Klouček* 826—835 *secundis curis additos et hic inserendos esse conieci prol.* 64: *traditum ordinem tueri frustra conatus est Pluess ann. philol.* 1871 *p.* 396. *cf. Norden Herm.* XXVIII 502 *sqq.* 826 illi . . . quos *Moret. sec.* 827 PREMENTVR (V *sup.*) *P* PREMENTVR *R, prob. Bentleius* praementur *b2* 828 limina *χ*

aggeribus socer Alpinis atque arce Monoeci
descendens, gener adversis instructus eois!
ne, pueri, ne tanta animis adsuescite bella
neu patriae validas in viscera vertite vires;
tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo:
proice tela manu, sanguis meus!
quis procul ille autem ramis insignis olivae
sacra ferens? nosco crinis incanaque menta
regis Romani, primam qui legibus urbem
fundabit, Curibus parvis et paupere terra
missus in imperium magnum. quoi deinde subibit
otia qui rumpet patriae residesque movebit
Tullus in arma viros et iam desueta triumphis
agmina. quem iuxta sequitur iactantior Ancus,

---

TESTIMONIA. 831 'gener . . . eois' Marius Victorinus VI 29 K. 832 sq. Macrobii exc. Bob. V 642 K. 832 schol. Hor. carm. II 18, 34 'ne tanta . . . bella' Arusianus VII 452 K. 834 sq. de schem. dian. p. 59 H. 835 fragm. Bob. de pronom. V 565 K. 'proice t. m.' Nonius 373, 23 808—812 Spartianus vita Hadriani 2 808 Charisius I 91 K. 809 'nosco c.' Diomedes I 388 K. 'nosco . . . menta' Diomedes I 412 K. Isidorus diff. verb. 76 809 sq. 'nosco . . . Romani' Dositheus VII 415 K. 810 sq. 'primam . . . parvis' Servius Aen. I 1 811 'Curibus p. et p. regno' Priscianus 747 P. 'paupere t.' Probi cath. IV 16 K. 812 'missus . . . magnum' Arusianus VII 493 K. Servius Aen. X 779 XII 516 'cui d. s.' Servius Aen. V 176 X 371 812 sq. 'cui . . . patriae' Arusianus VII 507 K. 813 sq. 'otia . . . viros' schol. Hor. serm. I 6, 9 'residesque . . . viros' Servius Aen. I 722 814 sq. 'et . . . agmina' Arusianus VII 468 K. 815 sq. 'quem . . . auris' Nonius 328, 4 815 'iactantior Ancus' Charisius I 100 K.

---

VARIA LECTIO. 830 MENOECI *Mγ* MNOECI *P* 831 AUER(D)SIS *M* 832 ADV(S)ESCITE *P* ADVESCITE *R* 835 PROIICE *R* proiece *Nonii ex.* o ſanguiſ *c* SANGVINIS *R* meus] pius *schem. dian.* meus esse memento *Hamb. pr.* 808 *sq.* quis . . . ferens *Anchisae recte tribuit Servius, Aeneae Wagnerus* 809 NOSCON *R* crineſ *γb* barbas *Isidorus* 810 primum *b, Med. Pierii* primus *Goth. pr.* 811 coribuſ *γ* CVRIBVSQ· *R* terra] regno *Priscianus* 812 quoi *'aliquot vetera exemplaria' Pierii* Q(C)UI *M* CVI *Pγbc* QVID *R* 813 RESEDES *M: cf. Lachmannus ad Lucr.* I 35 814 et iam desueta] MAGNVMDEINDE *R*: *cf.* 812

nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.
vis et Tarquinios reges animamque superbam
ultoris Bruti fascesque videre receptos?
consulis imperium hic primus saevasque secures
accipiet, natosque pater nova bella moventis
ad poenam pulchra pro libertate vocabit,
infelix, utcumque ferent ea facta minores:
vincet amor patriae laudumque immensa cupido.
quin Decios Drusosque procul saevomque securi
aspice Torquatum et referentem signa Camillum.
ille triumphata Capitolia ad alta Corintho 836
victor aget currum, caesis insignis Achivis.
eruet ille Argos Agamemnoniasque Mycenas

---

TESTIMONIA. 816 schol. Hor. carm. III 2, 20 'gaudens p. a.' Servius Aen. II 385 817 'vis et T.' ult. syll. IV 236 K. 820—823 'natosque . . . cupido' Augustinus de civ. dei III 16 V 18 822 Macrobius Sat. IV 6, 18 824 'quin . . . Brutosque' schol. Iuven. VIII 254 824 sq. 'saevumque . . . Camillum' Priscianus 761 P. 'saevumque . . . Torquatum' schol. Hor. carm. III 2, 19 825 'referentem s. Camillum' schol. Iuven. XVI 15 schol. Lucani I 168 VI 786 VII 358 836 sq. 'ille . . . currum' Arusianus VII 512 K. 836 Priscianus 922 P. anecd. Helv. 262 'triumphata Corintho' schol. Hor. carm. III 3, 43 838 sq. 'eruet . . . Aeaciden' Servius Aen. I 573 838 'Agamemnoniasque Mycenas' Servius Aen. I 284 Diomedes I 324 K. 'Agamemnoniae Mycenae' Donati ars IV 374 K. Consentius V 341 K. anecd. Helv. 72

---

VARIA LECTIO. 816 gaudet *Hamb. pr.* 'et qui iam nimium gaudet *Peerlkampus. Propius a librorum scriptura sit:* tuque etiam nimium gaudens 817 animamque superbam *ad Tarquinios refert Servius* animaeque superbae Ultorem Brutum *Peerlkampus. Vide an post v.* 817 *unus versiculus exciderit* 818 Ultoreſ *γb*1 ultoris Bruti fasces *coniungit Servius* 819 PRIMUM *Mχ* ſecuriſ *γ* 820 MOVENTES *MRγb*2 822 infelix, utcumque *Macrobius et Augustinus,* ferent *intellegentes* laudibus extollent. *Item Servius, qui haec adnotasse videtur: 'etiamsi lauderis a posteris; extorquere debet naturae vim amor patriae.'* *nec in M post* infelix *distinguitur, ut fit ab editoribus* nepotes *Macrobii exempl.* 823 laudumque i. c. *displicuit Io. Schradero: cf.* V 138 824 BRVTOS *R, schol. Iuven.* Drusos *testatur Servius* SAEVVM *MRγbc* 837 $\overset{r}{\text{curuſ}}$ *c* $\overset{\text{v ruſ}}{\text{circum}}$ *γ* 838 Agamemnoniaeque Mycenae *Diomedes: cf. Donatus et Consentius*

ipsumque Aeaciden, genus armipotentis Achilli,
ultus avos Troiae templa et temerata Minervae.
quis te, magne Cato, tacitum aut te, Cosse, relinquat?
quis Gracchi genus aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyae, parvoque potentem
Fabricium vel te sulco, Serrane, serentem?
quo fessum rapitis, Fabii? tun Maximus ille es,
unus qui nobis cunctando restitues rem?
excudent alii spirantia mollius aera
(cedo equidem), vivos ducent de marmore voltus,
orabunt causas melius, caelique meatus
describent radio et surgentia sidera dicent:

---

TESTIMONIA. 841 schol. Hor. carm. IV 9, 31 'quis . . . tacitum' ult. syll. IV 220 K. Marius Victorinus VI 67 K. schol. Lucani 1 313 Servius Aen. VI 104 842 sq. 'et geminos . . . Scipiadas' Macrobius Sat. VI 1, 46 843 'Scipiadas' Priscianus 582. 1263 P. anecd. Helv. 131 843 sq. 'Scipiades . . . Fabricium' ult. syll. IV 249 K. 'parvoque p. F.' schol. Lucani X 152 'parvoque . . . serentem' schol. Hor. carm. III 3, 49 844 'Fabricium' Terentianus Maurus 1255 'vel . . . serentem' comm. Bern. Lucani X 153 U. schol. Persii I 74 846 Macrobius Sat. VI 1, 23 'qui . . . rem' Nonius 252, 33 847 Eutychis ars V 471 K. 847—853 Aelius Lampridius vita Alexandri Severi 14 Augustinus de civ. dei V 12 848 'vivos . . . vultus' Servius ge. III 34 849 'orabunt c. m.' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 62 schol. Gron. Cic. 382 Or.

---

VARIA LECTIO. 839 '*potest . . . medius eximi versus, qui de Pyrrho inportune inmissus est, quem Vergilius procul dubio exempturus fuit' Hyginus apud Gellium.* '*necesse est ut* ille *subaudiamus' e. q. s. Servius, cf. idem ad* I 573 ACHILLEI *P* 840 'ultus avos: *aut hic distinguendum, ut sit* Troiae Minervae *pro* Troianae . . . *aut certe* avos Troiae' *Servius* TROIAE· *M* Troas *Schröter progr.* 1885 *p.* 10 templa intemerata *Gellii exempl.* 841 AUT *sup. M* CONSE *R* 842 et *Macrobii exempl.* fulgura *Macrobii Salisb.* bello *γ*1 843 Scipiades *ult. syll., Prisciani Bamb.* 844 nec *schol. Persii* et *schol. Hor.* 845 GRESSVM *R* fessum *testatur Servius* TVN *P* TV *MRγbc* 846 RESTITVES *Rb*1*c*1, *placet, quia ubique futuro utitur Anchises, probavit Bentleius* RESTITUIS *MPγ* restituit *ut in Ennii versu Macrobii et Nonii exempl.* 847 excudunt *Eutychis Bob.* 848 cedo (*ut* II 704 XII 818) *Marklandus ad Statii silv.* I 1, 21 C$^{R}$EDO *P* CREDO *MRbcψ* (*cf.* IV 12 X 29) Cṛedo *γ* V$^{r}$VLTVS *MRbc* 849 Solis *vel* Phoebi *Schraderus* 850 dicent *γ*

tu regere imperio populos, Romane, memento
(haec tibi erunt artes) pacique imponere morem,
parcere subiectis et debellare superbos.'

Sic pater Anchises, atque haec mirantibus addit:
'aspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis
ingreditur victorque viros super eminet omnis.
hic rem Romanam magno turbante tumultu
sistet, eques sternet Poenos Gallumque rebellem,
tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.'
atque hic Aeneas (una namque ire videbat
egregium forma iuvenem et fulgentibus armis,
set frons laeta parum et deiecto lumina voltu)
'quis, pater, ille, virum qui sic comitatur euntem?
filius anne aliquis magna de stirpe nepotum?
qui strepitus circa comitum! quantum instar in ipso!
set nox atra caput tristi circumvolat umbra.'
tum pater Anchises lacrimis ingressus obortis
'o gnate, ingentem luctum ne quaere tuorum.

---

TESTIMONIA. 853 Augustinus de civ. dei I 6 Nonius 370, 17 Porphyrio ad Hor. carm. saec. 51 Acro ad Hor. epod. XVII 19 857 sq. Iulius Capitolinus vita Clodii Albini c. 5 860—863 Priscianus 1047 P. 861 Arusianus VII 470 K. cf. Iulius Capitolinus vita Opilii Macrini 12 863 Priscianus 942 P. 864 'anne . . . nepotum' schol. Med. ecl. IX 50

---

VARIA LECTIO. 852 HAEC *P* HAE *MRγbc* pacis *Mentel. alter, χ, Servius* 856 omneſ *b* 858—872. 879—892. (*abscissis reliquis*) *F fol.* LV 858 EQVIS *R* ſtern&q: *c* *Post* eques *et* Poenos *distinguitur in M* 859 TRISTIA *R* tertia *testatur Servius* rapta *Marklandus ad Statii silv.* V 2, 148 *conl. Aen.* X 449. 462, *item ge.* III 32. *Sed* capta *Servius legit et defenditur lege de spoliis opimis, quae apud Festum p.* 186 *M. extat* 862 FRAVS [ON] *F* (*ut fortasse* fros *scriptum fuerit*) FLVMINA *P* lumine *Prisciani Sangall. Lugd., ut* lumine voltus *conici possit.* nubila *Bentleius* VVLTV *FMRbc* 863 comitatuſ *γ*1 comitetur *Prisciani* 1047 *φ* 865 QVI *Pbc* QVI[ſ] (*corr. minio m. rec.*) *F* qui[ſ] *γ* QVIS *MR: cf. prol.* XI in ipſo e *in ras. b* in ipſo eſt (eſt *m. rec. add.*) *c* 866 *cf.* II 360 868 NATE *FPRγc*

ostendent terris hunc tantum fata neque ultra
esse sinent nimium vobis Romana propago
visa potens, superi, propria haec si dona fuissent.
quantos ille virum magnam Mavortis ad urbem
campus aget gemitus! vel quae, Tiberine, videbis
funera, cum tumulum praeterlabere recentem!
nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
in tantum spe tollet avos, nec Romula quondam
ullo se tantum tellus iactabit alumno.
heu pietas, heu prisca fides invictaque bello
dextera! non illi se quisquam impune tulisset
obvius armato, seu cum pedes iret in hostem
seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
heu miserande puer, siqua fata aspera rumpas,
tu Marcellus eris. manibus date lilia plenis,
purpureos spargam flores animamque nepotis
his saltem adcumulem donis et fungar inani
munere.' sic tota passim regione vagantur
aëris in campis latis atque omnia lustrant.
quae postquam Anchises natum per singula duxit

---

TESTIMONIA. 869—871 Spartianus vita Aelii Veri 4 Iulius Capitolinus vita Gordiani 20 869 'ostendent . . . fata' Trebellius Pollio vita divi Claudii 10 870 ult. syll. IV 248. 260 K. 870 sq. 'nimium . . . superi' Priscianus 1006 P. 871 'propria . . . fuissent' Nonius 361, 31 Donatus ad Ter. Andr. IV 3, 1 Porphyrio ad Hor. serm. II 6, 5 873 'campus a. g.' ult. syll. IV 226 K. 873 sq. 'vel...recentem' Servius Aen. V 4 876 sq. 'nec . . . alumno' Nonius 242, 28 Servius Aen. III 414 Porphyrio ad Hor. serm. II 2, 82 schol. Hor. serm. II 2, 30 881 Priscianus 691 P. 'foderet c. a.' Probi inst. IV 185 K. 882 sq. 'siqua . . . eris' Charisius I 219 K. Aelius Lampridius vita Alexandri Severi 4 schol. Hor. carm. I 12, 46 883 'tu Marcellus eris' Donati vita Vergilii p. 738 H. 883—886 'manibus . . . munere' Spartianus vita Aelii Veri 4 884 'purpureos s. flores' Servius Aen. V 79 'animamque n.' schol. Med. ecl. IX 50 886 sq. 'tota . . . lustrant' Probus 12, 5 K. 887 'aeris in c. l.' explan. in Don. IV 527 K. schol. Lucani IX 6 'aeris in c.' Servius Aen. V 735

---

VARIA LECTIO. 869 Oſtendunt *γ1* NEC *MRγ2bc* 874 PRAE-
E
TERLABARE *M* 882 rumpas! *maluit Wagnerus* 885 SALTIM *Rb1c1* ATCVMVLEM *P* ACCVMVLEM *Rb* INANIS *FM* 886 *sq.* sic . . . lustrant *abesse vult Klouček*

incenditque animum famae venientis amore,
exim bella viro memorat quae deinde gerenda
Laurentisque docet populos urbemque Latini
et quo quemque modo fugiatque feratque laborem.

[Sunt geminae Somni portae; quarum altera fertur
cornea, qua veris facilis datur exitus umbris,
altera candenti perfecta nitens elephanto,
sed falsa ad caelum mittunt insomnia manes.]
his ibi tum natum Anchises unaque Sibyllam
prosequitur dictis portaque emittit averna:
ille viam secat ad navis sociosque revisit;
tum se ad Caietae recto fert litore portum.
[anchora de prora iacitur; stant litore puppes.]

---

TESTIMONIA. 892 'feratque l.' schol. Veron. 86, 2 K. 893 sq. 'sunt . . . cornea' Nonius 316, 20 895 sq. Porphyrio ad Hor. carm. III 27, 41 895 ult. syll. IV 261 K. 896 Servius Aen. IV 9 V 840 Macrobius s. Sc. I 3, 6 'sed . . . insomnia' Charisius I 101 K. 'falsa . . . insomnia' Charisius I 269 K. 897 ult. syll. IV 248 K. 'his ubi tum' ult. syll. IV 246 K. 898 'portaque e. e.' Servius Aen. VI 425 899 'ille . . . naves' Servius Aen. IX 15 X 107 900 Pompeius V 301 K. Servius Aen. III 16 VIII 57

---

VARIA LECTIO. 889 FAMAEMELIORIS (*ut* IV 221) *M* 890/2 *secundis curis omissurum fuisse poetam coni.* III 458 *sqq. evinci putat Norden Herm.* XXVIII 365 890 EXIM (N *sup. minio*) *F* EXIN *MPRγbc* 892 : *cf.* III 459 cũq: *c* 893—899. 900 *sq. F. fol.* LVI 893—896 *spurios esse persuasit Nauckius Mél.* III 89 *sqq.* 897 HISIBI *FRγ*1 HIsiBI *P* Hiſ.ibi *c*2 Hiſubi (u *in ras.*) *b* HISUBI *Mc*1, *de ult. syll.* hic ubi *Peerlkampus* 898 inmittit *γ*1 Avorna *Nauckius l. l. et lex. Vindob.* XL EBVRNA *libri* 899 NAVES *F* 900 *sq. displicebant Peerlkampo* 900 tunc *π, Pompeius, Servii Aen.* III 16 *et* VIII 57 *exempl.* limite *χ, Bentleius* litore *Servius tuetur locis laudatis* 901 = III 277: *solum in ultima libri pagina exhibent MPR, damnavit Bentleius: inanibus argumentis defendere conatus est praeter alios Albrecht Herm.* XVI 421

·P̃· UERGILI · MARONIS ‖ AENEIDOS· LIB· UI· EXPLĪC· ‖ IÑC· LĨB· UII· FELICITER *M* AENEIDOS LIB· VI *P* VER-

# P. VERGILI MARONIS

# OPERA

APPARATV CRITICO IN ARTIVS CONTRACTO

ITERVM RECENSVIT

**OTTO RIBBECK.**

VOL. III.

## AENEIDOS LIBRI VII—XII.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCXCV.

P. VERGILI MARONIS

# A E N E I S

# P. VERGILI MARONIS

# AENEIDOS

## LIBER SEPTIMVS.

Tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix,
aeternam moriens famam, Caieta, dedisti;
et nunc servat honos sedem tuus ossaque nomen
Hesperia in magna, siqua est ea gloria, signat.
at pius exequiis Aeneas rite solutis,
aggere composito tumuli, posquam alta quierunt
aequora, tendit iter velis portumque relinquit.
adspirant aurae in noctem nec candida cursus

TESTIMONIA. Aeneidos VII 1 sq. fragm. Bob. de pronom. V 565 K. 1 Priscianus 1033. 1255 P. Probi inst. IV 145 K. (cf. Audacis exc. VII 350 K.) Consentius V 398 K. 'tu q. l. n.' ult. syll. IV 251 K. Servius Aen. I 290 ecl. VI 1 'tu q.' ult. syll. IV 232 K. 'Aeneia n.' Charisius I 274 K. Diomedes I 459 K. 2 Fulgentius de contin. Verg. p. 762 St. 3 Servius Aen. III 319 VI 152 4 'si qua . . . signant' Servius Aen. X 828 8 'adspirant . . . noctem' Servius Aen. II 385 8 sq. 'nec . . . negat' schol. Hor. epod. X 9

VARIA LECTIO. AENEIDOS VII. 2 FAMAMMORIENS *Py* 3 servat *test. Servius.* signat *et v.* 4 servant *coni. Schaperus, temere* tuoſ *c* 4 SIGNANT *MPγ*1, *Servii Aen.* X 828 *codd.* 5—9. 10—30 *F* 5 AEÑEAS EXEQ̃UIIS *M* AENEAS EXSEQVIIS *R* 6 poſquā *b*1 POSTQVAM *ceteri* 'quierunt: *Hebrus* quierant *legit' Servius* (hebrius *Regin.* Acron Helenius *Parrhasius epist. qu.* IV *cf. prol.* 174 *sqq. et Hageni schol. Bern.* 731 *sq.*): *cf.* IV 523, *contra* VI 102. 226 XI 300 7 PORTVS *Py, commendatur exemplis hisce:* III 10. 124. 289 *et* III 219. 254. 382 IV 612 V 32. 57. 813 VI 366 VII 22 reliquit *cm* 8 Aſpirant *b* curſū· *c*2 (curſuſ *c*1) CVRSV‾ *R* cursum *schol. Hor.*

Luna negat, splendet tremulo sub lumine pontus.
proxima Circaeae raduntur litora terrae,
dives inaccessos ubi Solis filia lucos
adsiduo resonat cantu tectisque superbis
urit odoratam nocturna in lumina caedrum,
arguto tenuis percurrens pectine telas.
hinc exaudiri gemitus iraeque leonum
vincla recusantum et sera sub nocte rudentum,
saetigerique sues atque in praesepibus ursi
saevire ac formae magnorum ululare luporum,
quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis
induerat Circe in voltus ac terga ferarum.
quae ne monstra pii paterentur talia Troes
delati in portus neu litora dira subirent,
Neptunus ventis implevit vela secundis
atque fugam dedit et praeter vada fervida vexit.

Iamque rubescebat radiis mare et aethere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:

---

TESTIMONIA. 9 'splendet . . . pontus' Macrobius Sat. VI 4, 7 comm. Bern. Lucani V 446 U. schol. Hor. carm. II 5, 19 10—14 Macrobius Sat. V 12, 7 11 Servius Aen. IX 26. 641 ge. III 5 'inaccessos . . . lucos' Servius Aen. III 386 11 sq. 'inaccessos . . . cantu' Arusianus VII 505 K. 13 (om. 'odoratam') Arusianus VII 484 K. 14 'arguto p. p. t.' schol. Veron. 74, 20 K. (cf. ge. I 294) 15—20 Macrobius Sat. V 8, 1 15 sq. Eutychis ars V 472 K. 16 'et . . . rudentum' Servius Aen. III 561 VIII 248 georg. III 374 20 de schem. lex. p. 57 H. 21 Servius Aen. III 265 25 'iamque . . . mare' comm. Bern. Lucani V 564 U. 26 Nonius 549, 20

---

VARIA LECTIO. 10 CIRCEAE *MPRyb* 13 NOCTURNO INLVMINE *M* nocturna in lumina *test. Arusianus* CEDRUM *FPRy*: *cf. ge.* III 414 14 *cf. ge.* I 294 telam *schol. Veron.* 15 EXAVDIRE *Pyc, Eutychis Mon. t* exaudiri et *eiusdem Mon. f.*: *fort.* exaudirei *scriptum erat: cf. Aen.* VI 399 16 SERA *FMRybψ* ſeraſ *c*1 SAEVA *P*: *cf.* 84. *Idem Servius legisse videri potest, cum interpretetur: 'quasi eo tempore, quo naturali libertate uti consueverunt.' cf. ecl.* VIII 88 *ge.* III 467 IV 132 *Aen.* VII 492 18 mugire *olim conieci* 20 VO.LTVS (*erasa ut vid.* L., *alt.* L *m. rec.*) *P* VVLTVS *FMRbc* 26 INROSEIS *FMPRybψ, Nonii ex.*: *cf.* VI 535 XI 913 'in roseis . . . *multi iungunt:* inroseis, *i. e.*

cum venti posuere omnisque repente resedit
flatus et in lento luctantur marmore tonsae.
atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum
prospicit. hunc inter fluvio Tiberinus amoeno
verticibus rapidis et multa flavos harena
in mare prorumpit. variae circumque supraque
adsuetae ripis volucres et fluminis alveo
aethera mulcebant cantu lucoque volabant.
flectere iter sociis terraeque advertere proras
imperat et laetus fluvio succedit opaco.

Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,
quis Latio antiquo fuerit status, advena classem

---

TESTIMONIA. 27 sq. 'cum . . . flatus' Nonius 368, 12 Servius Aen. III 130 'omnis . . . flatus' schol. Hor. carm. III 3, 30 27 'cum v. p.' schol. Lucani III 523 V 599 Servius ge. I 356 30—34 'hunc . . . volabant' Diomedes I 483 K. 30—32 'hunc . . . prorumpit' Donatus ad Ter. Andr. IV 1, 39 'fluvio . . . prorumpit' (om. 31) Macrobius Sat. III 1, 2 30 'hunc . . . amoeno' Servius Aen. II 681 IV 663 VII 430 VIII 95. 107 IX 416. 553 'fluvio T. a.' Asper 112, 13 K. 31 Porphyrio ad Hor. carm. I 2, 13 'verticibus r.' Servius Aen. XII 673 'et . . . harena' schol. Hor. carm. I 8, 8 32 'in m. p.' Servius Aen. VII 802 34 'aethera m. c.' schol. Lucani IV 643 Servius Aen. V 524 37 'nunc . . . Erato' schol. Hor. serm. I 5, 53

---

VARIA LECTIO.

*non rubicundis' Servius.* inr$^{o}$aſeiſ *c*2 inuaſeiſ *c*1, *unde* in variis *conieci prol.* 346. in croceis *Schraderus et Bentleius ad Lucan.* IV 125, *ut Ausonius in periocha VIII Iliados* (*sed* roseis *perioch.* VIII *Od.*) *Defendit* in roseis *Kvičala acad. Prag.* III 129
27 tum *schol. Lucani* V 599 28 FLVCTANTVR (F *eras.*) *R* remi *m* 31 FLAVOS *P*1 FLAUUS *FMP*2*Rybc*
32 praecipitat *varia lectio in Moret. tert.: cf.* IV 251 SVPPRAQ· *P* ſuppra..$^{que}$ (a *m.* 2, *m.* 1 *fort.* ſupprema) *γ* superque *Witt. Hoc solo loco apud Vergilium* supra *correpta* u *legitur, quod imitatum Statium Theb.* IX 114 *item* circumque supraque, *sed semel tantum scripsisse monet Marklandus ad Statii silv.* II 2, 122. *Fortasse tamen reliquerat poeta* circum superaque: *cf. ge.* I 364; *exitus versus similis* VI 11 34 aera *Wakefieldus: ita Ovidius fast.* I 155 *et Petronius* 127. aethera *in lemm. Servius, nec offendit Lachmannus Lucr.* 300 35 socios *Mentel. pr. m.* 1, *aliquot Pieriani* 37 *'hinc est sequentis operis initium;*

cum primum Ausoniis exercitus appulit oris,
expediam et primae revocabo exordia pugnae.
tu vatem, tu, diva, mone. dicam horrida bella,
dicam acies actosque animis in funera reges
Tyrrhenamque manum totamque sub arma coactam
Hesperiam. maior rerum mihi nascitur ordo,
maius opus moveo.
                rex arva Latinus et urbes
iam senior longa placidas in pace regebat.
hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica
accipimus, Fauno Picus pater isque parentem
te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor.
filius huic fato divom prolesque virilis
nulla fuit primaque oriens erepta iuventa est
sola domum et tantas servabat filia sedes,

TESTIMONIA. 40 'et...pugnae' Servius Aen. VII 481 41 'tu vatem . . . mone' ult. syll. IV 236. 239 K. Servius Aen. II 122 43 sq. 'totamque . . . Hesperiam' Arusianus VII 509 K. 44 sq. 'maior . . . opus' comm. Bern. Lucani I 68 U. 'maior . . . moveo' Donatus ad Ter. Andr. prol. 4 'quoniam — ut Mantuanus uates praedixit excelsus — maius opus moveo maiorque mihi rerum nascitur ordo' Ammianus Marcellinus XV 9, 1 45 'maius o. m.' Fabius Victorinus in Cic. p. 197 H. Servius Aen. VII 1 46 'longa . . . regebat' Servius Aen. IV 229 VII 42. 162. 601 47 sq. 'hunc . . . accipimus' comm. Bern. Lucani II 424 U. 48 sq. 'Fauno . . . auctor' Servius Aen. XII 820 49 'tu . . . auctor' Nonius 417, 25 Servius et Philargyrius ge. IV 319 50 sq. Sacerdos VI 468 K. 'filius . . . nulla' Nonius 303, 33. 455, 29 51 'primaque . . . est' Servius Aen. X 333 52 Nonius 387, 24 Servius Aen. VI 402 'et . . . sedes' Servius II 711 V 30 'tantas . . . sedes' Servius georg. IV 458

VARIA LECTIO.
*ante dicta enim ex superioribus pendent' Servius. Hoc septimi libri initium esse voluit Peerlkampus. Integrum folium incipit in R* tempora, rerum Quis *Peerlkampus:* tempora rerum *coniungunt M et Servius* 40 BELLA [PVGNAE] *M* 41 *deest in textu, add. in mg. M* MONE·ØDICAM *F* dic *hic et v.* 42 *Voss. alt.* 42 funere *c* 45 MONEOREX (NE *m.* 2, N *corr. ex* V, X *corr. ex* T *ut vid.*) *F* 46 placidas] populos *Servius Aen.* IV 229 VII 162 placidoſ *c1* IM [N] *F* 50 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIUUM *FMybc* 51 prima moriens *Bentleius*

iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
multi illam magno e Latio totaque petebant
Ausonia. petit ante alios pulcherrimus omnis
Turnus, avis atavisque potens, quem regia coniunx
adiungi generum miro properabat amore;
set variis portenta deum terroribus opstant.
laurus erat tecti medio in penetralibus altis,
sacra comam multosque metu servata per annos,
quam pater inventam, primas cum conderet arces,
ipse ferebatur Phoebo sacrasse Latinus
Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.
huius apes summum densae (mirabile dictu),
stridore ingenti liquidum trans aethera vectae,
obsedere apicem, et pedibus per mutua nexis
examen subitum ramo frondente pependit.
continuo vates 'externum cernimus' inquit
'adventare virum et partis petere agmen easdem
partibus ex isdem et summa dominarier arce.'
praeterea, castis adolet dum altaria taedis
et iuxta genitorem adstat Lavinia virgo,
visa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,

---

TESTIMONIA. 53 'iam m. v.' Arusianus VII 492 K. Acro ad Hor. carm. I 23, 12 56 sq. 'quem . . . amore' Servius Aen. XII 31 59 'laurus . . . medio' Servius Aen. XI 547 'tecti m.' Arusianus VII 493 K. 60 Nonius 349, 17 'laeta comam' Porphyrio ad Hor. carm. I 21, 12 'multosque . . . annos' Servius Aen. II 715 61 sq. Servius Aen. VII 136 63 Arusianus VII 494 K. 66 'et . . . nexis' Arusianus VII 502 K. 71 Nonius 248, 1. 440, 9 'castis . . . taedis' schol. Med. ecl. VIII 65 'adolet cum a. t.' Nonius 58, 28 'adolet aras' Arusianus VII 457 K. 74 schol. Veron. 97, 7 K.

---

VARIA LECTIO. 53 iam plenis] INPLENIS *P* 54 e magno *tacitus Lachmannus ad Lucr.* IV 1151 55 ante omnes p. unus *Moret. sec.* 60 sacra] laeta *schol. Hor.* coma χ, *Nonius* 63 laurentef χ, *Arusianus* 64 $\overset{\text{SUM}}{\text{TALAMUM}}$ *M: cf. ge.* IV 189 *et Aen.* VII 97 69 PARTIS (I *corr. in* E) *M* partef *b* 71 adolet cum *Nonius,* (*p.* 58 adoletque *Wolf.*) adolendo *schol. Med.* 72 Ut c1χ, *Schaperus, eleganter sane*

*regalisque accensa comas, accensa coronam
*insignem gemmis, tum fumida lumine fulvo
*involvi ac totis Volcanum spargere tectis.
id vero horrendum ac visu mirabile ferri:
namque fore inlustrem fama fatisque canebant
ipsam, sed populo magnum portendere bellum.
at rex sollicitus monstris oracula Fauni,
fatidici genitoris, adit lucosque sub alta
consulit Albunea, nemorum quae maxima sacro
fonte sonat saevamque exhalat opaca mephitim.
hinc Italae gentes omnisque Oenotria tellus
in dubiis responsa petunt; huc dona sacerdos
cum tulit et caesarum ovium sub nocte silenti
pellibus incubuit stratis somnosque petivit,
multa modis simulacra videt volitantia miris
et varias audit voces fruiturque deorum
conloquio atque imis Acheronta adfatur Avernis.
hic et tum pater ipse petens responsa Latinus

---

TESTIMONIA. 76 'tum . . . fulvo' Servius Aen. II 683 82—84 'lucosque . . . sonat' Porphyrio ad Hor. carm. I 7, 12 82 sq. 'lucosque . . . Albunea' schol. Hor. carm. I 7, 1 schol. Veron. 97, 4 84 'saevamque . . . mephitim' Priscianus 757 P. Arusianus VII 477 K. 'exhalat o. m.' Eutychis ars V 477 K. 90 sq. 'fruiturque d. c.' Priscianus 1193 P. 91 'atque... Avernis' Porphyrio ad Hor. carm. III 18, 1

---

VARIA LECTIO. 75 Regalef *b* 77 involvi, atque omnem flamma crepitante cremari Ornatum, ac totis Volcanum spargere tectis *huc transpositis v.* 74 *elementis Peerlkampus. Mihi quoque v.* 74 *sic positus suspicionem movet: ut duplicem poetae manum agnoscere mihi videar, qui cum primum v.* 74 *conclusisset descriptionem, eandem postea v.* 75—77 *amplificare, v.* 74 *autem deleri voluerit* VVLCANVM *Pybc* 78 Id (I *m.* 2 *in ras.*) *b* Hoc *cm*
s
81 MONETRIS *M* FAUNI *om. m.* 1*M* 83 facrū *ut vid. b*1 84 SONAT (T *in ras.*) *R* manat *schol. Hor.* SAEVAM (SAE *in ras.*) *R* seram *Arusiani cod.: cf.* 16 SAEUUM *Mb*1. *Huc spectat Servius* 'mephitis *proprie est terrae putor . . . alii* Mephitin *deum volunt Leucotheae conexum . . . alii* Mephitin *Iunonem volunt' adnotans* MEFITEM *R* mefitin *Witt.* mephitim *testatur Priscianus* 89 *cf. ge.* I 477 92 hinc *Bentleius* tunc *c*

centum lanigeras mactabat rite bidentis
atque harum effultus tergo stratisque iacebat
velleribus: subita ex alto vox reddita luco est
'ne pete conubiis natam sociare Latinis,
o mea progenies, thalamis neu crede paratis:
externi venient generi, qui sanguine nostrum
nomen in astra ferant quorumque a stirpe nepotes
omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens
aspicit Oceanum, vertique regique videbunt.'
haec responsa patris Fauni monitusque silenti
nocte datos non ipse suo premit ore Latinus,
set circum late volitans iam Fama per urbes
Ausonias tulerat, cum Laomedontia pubes
gramineo ripae religavit ab aggere classem.
 Aeneas primique duces et pulcher Iulus
corpora sub ramis deponunt arboris altae
instituuntque dapes et adorea liba per herbam
subiciunt epulis (sic Iuppiter ipse monebat)

---

TESTIMONIA. 93 Gellius XVI 6, 3 cf. Macrobius Sat. VI 9, 1 94 sq. 'atque . . . velleribus' Servius ecl. VI 53 96 Cledonius V 67 K. Macrobii exc. Bob. V 641 K. schol. Veron. 97, 5 K. 'ne p. c.' Diomedes I 427 K. ult. syll. IV 248 K. 'ne . . . natam' ult. syll. IV 219 K. 'pete c. n.' Porphyrio ad Hor. epist. I 12, 22 97 'thalamis . . . paratis' Macrobii exc. Bob. V 641 K. 98 sq. (om. 'generi...ferant') ult. syll. IV 283 K. 98 'externi v. g.' Servius Aen. VII 234 XI 325 100 sq. 'qua . . . oceanum' schol. Hor. carm. IV 15, 15 105 'Laomedontia p.' Servius Aen. III 248 106 Servius Aen. VIII 176 109 sq. 'et . . . epulis' Nonius 52, 25 Priscianus 700 P. 109 'adorea l.' Acro ad Hor. serm. II 7, 102 110 'sic . . . monebat' Priscianus 985. 1064. 1267 P. Servius Aen. I 617

---

VARIA LECTIO. 93 mactabit (v suprascr.) $\gamma$2 (mactabat $\gamma$1) mactarat *b* 95 ſubit* $\gamma$ SVBITO *M* est *om.* *b*1 97 cede *Kloucek* 98 VENIENT (u suprascr.) *MPR$\gamma$b* uenient (*corr. m. rec.*) *c* ueniunt *Mentel.*, $\chi$, *de ult. syll.* 'venient; *melius* veniunt' *Servius: cf. prol.* 205 99 ferent *Leid.* · A *Rbc, de ult. syll.: cf. ge.* I 171 II 312 *Aen.* I 626 III 94 VIII 130 IX 603 ab $\gamma$ AB *MP* 101 ASPECIT *P$\gamma$*1 respicit *schol. Hor.* 103 latinuſ ore *b* 104 et *malit Peerlkampus* 109 herbaſ *c$\chi$* 110 IPSE *PR$\gamma$bc, Servii $\varphi$, recte defendit Dietschius theol. Verg.* 25, 192 IPSE (LL suprascr.) *M* ille $\chi$,

et Cereale solum pomis agrestibus augent.
consumptis hic forte aliis ut vertere morsus
exiguam in Cererem penuria adegit edendi
et violare manu malisque audacibus orbem
fatalis crusti patulis nec parcere quadris:
'heus! etiam mensas consumimus' inquit Iulus,
nec plura adludens. ea vox audita laborum
prima tulit finem, primamque loquentis ab ore
eripuit pater ac stupefactus numine pressit.
continuo 'salve fatis mihi debita tellus
vosque' ait, 'o fidi Troiae, salvete, penates:
hic domus, haec patria est. genitor mihi talia namque
(nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit:
"cum te, nate, fames ignota ad litora vectum
accisis coget dapibus consumere mensas,
tum sperare domos defessus ibique memento
prima locare manu molirique aggere tecta".
haec erat illa fames; haec nos suprema manebat,

TESTIMONIA. 114 sq. 'et . . . crusti' schol. Hor. serm. I 1, 25 'orbem f. c.' Servius ge. III 360 116 Servius in Don. IV 440 K. Pompeius V 251 K. Servius Aen. I 321. 736 'heus e. m.' ult. syll. IV 247 K. 117 sq. 'laborum . . . finem' Nonius 407, 8 120 'salve . . . tellus' Servius Aen. VIII 291 schol. Bern. georg. II 173 121 'o . . . penates' schol. Bern. georg. II 173 122 'hic . . . est' Servius Aen. I 380 122 sq. 'genitor . . . reliquit' Servius Aen. V 47 123 Servius Aen. I 188 128 sq. Servius Aen. III 395 128 Arusianus VII 491 K. 'haec . . . fames' ult. syll. IV 225. 230 K.

VARIA LECTIO.

*testantur Priscianus et Servius, probavit Bentleius: cf.* 558 II 779 ponebat (m above p) *c* 112 MORSVS (S *pr. m. 2 ut vid. in ras.*) *P* MORSVs (m above) *R* morsum *'plerique veteres' Pieriani* 113 EXIGVA (m above) *R* 116 conſumpſimuſ *ut vid. c*1 conſumi...muſ *c*2 118 primam] primum *Menag. pr.* 119 ac] ET *R* 122 hic patria eſt *c* 122 *sq.* talia namque, nunc repeto, *Wagnerus.* talia (namque nunc repeto) *Fabricius* 123 *'nusquam legimus, quod Anchises praedixerat fame in Italia laboraturos Troianos' Servius: cf.* III 255 *sqq. prol.* 82 125 Acceſſiſ *γ*1 Occiſiſ (A above O) (A *atramento p.m.*2) *b* AMBESIS *R: cf.* III 257 'accisis, *undique consumptis' Servius, quasi* amcisis *legisset* 126 domuſ *c*1 128 MANEBAN *R: cf.* VI 184

exiliis positura modum.
quare agite et primo laeti cum lumine solis
quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis,
vestigemus et a portu diversa petamus.
nunc pateras libate Iovi precibusque vocate
Anchisen genitorem, et vina reponite mensis.'
sic deinde effatus frondenti tempora ramo
implicat et geniumque loci primamque deorum
Tellurem nymphasque et adhuc ignota precatur
flumina, tum Noctem Noctisque orientia signa
Idaeumque Iovem Phrygiamque ex ordine matrem
invocat et duplicis caeloque ereboque parentis.
hic pater omnipotens ter caelo clarus ab alto
intonuit radiisque ardentem lucis et auro
ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.
diditur hic subito Troiana per agmina rumor
advenisse diem, quo debita moenia condant.

---

TESTIMONIA. 131 'quae . . . homines' Cledonius V 66 K. Nonius 318, 4 133 'nunc . . . Iovi' Donati ars IV 400 K. Pompeius V 307 K. Isidorus orig. VI 19, 32 Beda de trop. 380 C. exempl. cod. Vat. v. 51 Keil. 'pateras l. Iovi' Philargyrius ge. IV 54 133 sq. 'nunc...genitorem' Lactantius div. inst. I 15 134 'et . . . mensis' Arusianus VII 506 K. Servius Aen. I 706 VII 146 136 sq. 'geniumque . . . Tellurem' Servius Aen. IX 52 'primamque d. T.' Lactantius div. inst. epitome 19 139 'Iovem . . . matrem' Macrobius Sat. III 1, 2 139 sq. 'Phrygiamque . . . invocat' Servius Aen. V 773 142 ult. syll. IV 227 K. 142 sq. 'radiisque...nubem' comm. Bern. Lucani X 503 U. 144 Donatus ad Ter. Phorm. V 7, 30 Servius Aen. VIII 132

---

VARIA LECTIO. 129 exiliis *Goth., quod commendaverat Burmannus conl.* II 780 EXITIIS *MPybc, Servii ad* III 395 *ex.* *exiti*IS *R* 131 qui, *om.* ve, *Cledonius* quae *Nonii exempl., quod* quique *interpretatur novissimus editor* 133 Iovi] deis *Pompeius* 134 Anchifem *b* et vina r. m. *abesse velim*: *cf. prol.* 82, *totum versum damnat Kvičala l. l.* 131 135 lauro, *in mg. m.* 2 ɫ ramo *c*: *cf.* V 539 lauro *Menag. alt.*, *χ* 138 Noctis] NOCTI *R, quod pro dativo accipiendum sit.* noctu *Vossius* 140 EREBOQ· (Q· *in ras.*) *R* PARENTIS *M m.* 1 *ut vid., Pybc*1 PARENTES *Mm.* 2*?Rc*2 143 MANVM *M* 144 Deditur *ybc, Servii Aen.* VIII 132 *φ* creditur *m* ro . . mor (o *post. corr. ex* u), at murmur *γ*: *cf.* XII 239 145 debita: *cf.* 120 condent *c*1

certatim instaurant epulas atque omine magno
crateras laeti statuunt et vina coronant.

Postera cum prima lustrabat lampade terras
orta dies, urbem et finis et litora gentis
diversi explorant: haec fontis stagna Numici,
hunc Thybrim fluvium, hic fortis habitare Latinos.
tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
centum oratores augusta ad moenia regis
ire iubet, ramis velatos Palladis omnis,
donaque ferre viro pacemque exposcere Teucris.
haut mora, festinant iussi rapidisque feruntur
passibus. ipse humili designat moenia fossa
moliturque locum primasque in litore sedes
castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.
iamque iter emensi turris ac tecta Latinorum
ardua cernebant iuvenes muroque subibant.
ante urbem pueri et primaevo flore iuventus

TESTIMONIA. 147 Beda de trop. 380 C. cf. Aen. I 724 148 ult. syll. IV 230 K. 151 'hic . . . Latinos' Arusianus VII 477 K. 153 sq. 'centum . . . iubet' Servius Aen. X 80 157 'ipse . . . fossa' Servius Aen. IX 8 159 Servius Aen. I 5 160 sq. 'iamque...ardua' Maximus Victorinus de rat. metr. VI 222 K. 160 Marius Victorinus VI 163 K. Porphyrio ad Hor. serm. I 8, 43 161 'muroque s.' Arusianus VII 507 K. schol. Lucani VI 530 Servius Dan. Aen. IV 598 X 797 cf. Pompeius V 183 K. Servius Aen. III 292 VI 222 162—165 (om. 163) 'ante . . . aut acris arcus aut l. l. s. c.' Augustini regul. V 521 K. 162 sq. 'ante . . . equis' Servius Aen. IX 603 162 'et . . . iuventus' Isidorus orig. IX 3, 37

VARIA LECTIO. 146 *sq. tibicines videntur* (*cf. prol.* 82): *defendere conatur Ladevicus* 147 *cf.* I 724 148 *om., in mg. m. rec. add. c* PRIMO *R, dc ult. syll.* LAMPADA (E *sup.*) *P* 149 FINES *Mc* gentes *c*1 151 hic] hac *c*1 fortes *c* 154 OMNIS (I *corr. in* E) *P* *Post* omnis *rasura fere* 13 *litterarum in γ* 158 ESSE (S DE *sup.*) *M* 160 TVRRES *PRγ*1*bc*2 ET (AC *sup.*) *M* et *γb* LATINORUM (I *sup. minio*) *M* latinorum (orum *in ras., m.* 1 *fort.* latinum) *b* Latinorum *testantur schol. Hor. et Servius* 161 MVROS *R* muro *testantur Arusianus, schol. Lucani, Servius: cf.* IX 371 subibant, at ppinquant *γ*: *cf.* VIII 101 XI 597. 621

exercentur equis domitantque in pulvere currus
aut acris tendunt arcus aut lenta lacertis
spicula contorquent cursuque ictuque lacessunt:
cum praevectus equo longaevi regis ad auris
nuntius ingentis ignota in veste reportat
advenisse viros. ille intra tecta vocari
imperat et solio medius consedit avito.
tectum augustum ingens, centum sublime columnis,
urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
horrendum silvis et religione parentum.
hic sceptra accipere et primos attollere fasces
regibus omen erat, hoc illis curia templum,
hae sacris sedes epulis, hic ariete caeso
perpetuis soliti patres considere mensis.
quin etiam veterum effigies ex ordine avorum
antiqua e caedro, Italusque paterque Sabinus
vitisator curvam servans sub imagine falcem,

TESTIMONIA. 165 'cursuque i. I.' Arusianus VII 489 K. 170 Diomedes I 499 K. Asper 114, 17 K. 'tectum a. ingens' Servius Aen. VII 153 'tectum a.' Servius Aen. XI 235 171 Diomedes I 499 K. 'Laurentis r. P.' Servius Aen. VII 678 172 Servius Aen. VI 10 'horrendum s.' Acro ad Hor. epist. I 10, 22 173 sq. Servius Aen. XI 235 174 'hoc . . . templum' Servius Aen. IX 4 176 Servius Aen. I 79. 214. 637. 708 comm. Bern. Lucani III 485 U. 178 ult. syll. IV 259 K. Consentius V 389 K. Maximus Victorinus de rat. metr. VI 222 K. 179 sq. 'vitisator . . . senex' Servius Aen. III 165 'curvam . . . senex' Arusianus VII 508 K. 179 Macrobius Sat. VI 5, 11 'curvam...falcem' Nonius 329, 11. 388, 3

VARIA LECTIO. 163 EXERCETVR *P* exerc&ur (n *sup.*) *γ* 166 AVRES *Rb* 167 in *om. b* 169 MEDIOS (V *sup.*) *M* CONSIDIT *R* 171 summa] media *χ*, *Diomedes* 173 Hic (n *sup.*) *γ* Hinc *bcmχ*, *Servii φ et ad* XI 235 *ω* 175 HAEC *R*, *quod hic onerare magis quam ornare concinnitatem versus videbatur* ſacriſ (iſ *m.* 2) *γ* ſacri (s *sup.*) . *c*2 ſacrae (ae *in ras.*) *b* ſacrae *χ* 176 PERPETUI *M* Perpetuuſ *γ*1 perpetuis *testatur Servius* PATRIS *R* 178 e *m.* 2 *sup. c*, *om. χ* CEDRO (A *sup. minio*) *M* caedro *c*, *Bob. de ult. syll.* CEDRO *PRγb* 179—194. 195—200 *F* 179 *sq.* vitisator...senex *coniungit Servius Aen.* III 165, *item Arusianus, ut videtur.* vitisatorque senex, curvam sub imagine f. Saturnus servans *Peerlkampus, cui*

Saturnusque senex Ianique bifrontis imago
vestibulo astabant, aliique ab origine reges
Martiaque ob patriam pugnando volnera passi.
multaque praeterea sacris in postibus arma,
captivi pendent currus curvaeque secures
et cristae capitum et portarum ingentia claustra
spiculaque clipeique ereptaque rostra carinis.
ipse Quirinali lituo parvaque sedebat
succinctus trabea laevaque ancile gerebat
Picus, ecum domitor; quem capta cupidine coniunx
aurea percussum virga versumque venenis
fecit avem Circe sparsitque coloribus alas.
tali intus templo divom patriaque Latinus
sede sedens Teucros ad sese in tecta vocavit,
atque haec ingressis placido prior edidit ore:
'Dicite, Dardanidae (neque enim nescimus et urbem
et genus, auditique advertitis aequore cursum),

---

TESTIMONIA. 184 schol. Persii VI 45 Servius Aen. II 504 XI 254 'captivi p. c.' Servius Aen. VII 601 X 520 186 sq. 'spiculaque c.' de dub. nom. V 574 K. 187 sq. Gellius V 8 'ipse . . . trabea' Macrobius Sat. VI 8, 1 'parvaque . . . trabea' Servius Aen. IX 4 188 'laevaque a. g.' Nonius 316, 26. 554, 8 Pompeius V 196 K. Augustini regul. V 500 K. Macrobius Sat. I 4, 13 Isidorus orig. XVIII 12, 3 190 'aurea p. virga' Servius Aen. IV 242 192 sq. 'tali . . . sedens' Priscianus 1186 P. Servius Aen. XI 235

---

VARIA LECTIO.
imagine *corruptum videbatur, sed testantur Nonius* 329 *et Servius quamvis laborantes interpretando.* Saturnusque senex curvam sub tegmine f. Vitisator servans *Gent. De Sabino vitisatore cf. Io. Lydus de mens.* I 5 182 *cf.* VI 660 *Aliunde inrepsisse videtur Heynio: certe non absolvit poeta hunc locum. cf. Albrecht Herm.* XVI 422 QVE *F2PRy, defensum a Wagnero lect. Verg. in Philologi suppl.* I 386 QUI *F1Mc* $q^{ui}$; *b* VVLNERA *FPR y1b1c* UOLNER$\overset{A}{I}$ *M* 187—191 *ante v.* 183 *retrahendos videri posse monuit Heynius* 187 *in mg.* A *F* 188 *infra, sed eisdem litteris adiectus adposita in mg.* B *F* 189 EQVvM (V *m.* 2 *add.*) *P* EQVVM *FRybc* 190 'aurea coniux; *nam aliter non stat versus' Servius, sed* aurea virga *recte coniungit ad* IV 242: *cf.* I 698 192 DIVVM *FMPybc* 194 EDEDIT *P*

quid petitis? quae causa rates aut cuius egentis
litus ad Ausonium tot per vada caerula vexit?
sive errore viae seu tempestatibus acti
(qualia multa mari nautae patiuntur in alto)
fluminis intrastis ripas portuque sedetis,
ne fugite hospitium neve ignorate Latinos
Saturni gentem, haut vinclo nec legibus aequam,
sponte sua veterisque dei se more tenentem.
atque equidem memini (fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris
Dardanus Idaeas Phrygiae penetravit ad urbes
Thraeiciamque Samum, quae nunc Samothracia fertur.
hinc illum, Corythi Tyrrhena ab sede, profectum
aurea nunc solio stellantis regia caeli
accipit et numerum divorum altaribus auget.'
  Dixerat, et dicta Ilioneus sic voce secutus:
'rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
atra subegit hiemps vestris succedere terris

TESTIMONIA. 197—200 Macrobius Sat. V 8, 2  199 Nonius 243, 19 Priscianus 1029 P.  200 'qualia . . . nautae' ult. syll. IV 234 K.
203 'haud . . . aequam' Servius Aen. VIII 322  204 'sponte sua' Priscianus 1020 P.  'veterisque . . . tenentem' Servius Aen. VIII 316
205 sq. 'memini Auruncos i. f. s.' Agroecius VII 117 K.  'fama . . . senes' comm. Bern. Lucani IV 592 U.  206 sq. 'his . . . Dardanus' Arusianus VII 497 K.  208 'quae . . . fertur' Nonius 303, 4  211 'et . . . auget' Servius Aen. VI 650

VARIA LECTIO. 197 EGENTIS (I *corr. in* E) *FP* EGENTES *Myc*  198 $\overset{\text{V}}{\text{T}}$EXIT *M*  201—221. 222—242 *F*  202 NEC *M*
203 nec (c *in ras.*) *b*  204 '*ac si diceret, aurei sacculi imagine vivimus' Servius, unde* aevi, *non* dei *eum legisse suspicatur Marklandus ad Statii silv.* III 5, 88  206 in (ut *sup. m. rec.*) *b*
207 PENETRARIT *R, probavit Bentleius*  208 SAMOM *M*
209 H$\overset{\text{n}}{\text{i}}$c *b*  hunc olim *Peerlkampus*  211 NVMERO$\dot{\text{M}}$ *P* numer$\overset{\bar{\text{v}}}{\text{o}}$ *γ*  AUGET *FMPR, Servius* ('addit, *auget*' *Paris.*) a$\overset{\text{d}}{\text{d}}$it, at aug& *γ* addit *bc. Fuerunt tres lectiones:* numerum auget, numerum addit, numero addit.  numen . . addit *Jasper ephem. gymn.* 1879 *p.* 658  212 DICT$\overset{\text{A}}{\text{U}}$M *M* dicto *γ*1  213 $\overset{\text{G}}{\text{P}}$ENUS *M*
214 HIEMS *Mγ*  tectiſ *m*

nec sidus regione viae litusve fefellit:
consilio hanc omnes animisque volentibus urbem
adferimur, pulsi regnis, quae maxuma quondam
extremo veniens Sol aspiciebat Olympo.
ab Iove principium generis, Iove Dardana pubes
gaudet avo, rex ipse Iovis de gente suprema:
Troius Aeneas tua nos ad limina misit.
quanta per Idaeos saevis effusa Mycenis
tempestas ierit campos, quibus actus uterque
Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis,
audiit et siquem tellus extrema refuso
summovet oceano et siquem extenta plagarum
quattuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
diluvio ex illo tot vasta per aequora vecti
dis sedem exiguam patriis litusque rogamus
innocuum et cunctis undamque auramque patentem.
non erimus regno indecores, nec vestra feretur

---

TESTIMONIA. 216 sq. 'consilio . . . adferimur' Arusianus VII 455 K. 219 Servius Aen. IV 138 'ab . . . generis' Servius Aen. III 105 220 'rex . . . suprema' schol. Hor. carm. I 21, 3 220 sq. 'rex... misit' Donatus ad Ter. adelph. II 1, 42 222—227 Probus 42, 7 K. 222 sq. 'quanta . . . campos' Servius XI 422 'saevis . . . ierit' Servius Aen. I 566 223—226 'quibus . . . oceano' schol. Hor. carm. II 1, 31 225—227 Priscianus 892 P. 226 'et . . . plagarum' ult. syll. IV 260 K. schol. Lucani I 531 227 'in medio . . . iniqui' Nonius 378, 2 'plaga s. i.' schol. Hor. carm. I 22, 20 228 'diluvio ex i.' Nonius 203, 27 229 'dis s. e. p.' Servius Aen. VI 68 229 sq. 'litusque r. i.' Nonius 325, 26. 383, 6 Servius Aen. I 540 'litus innocuum' Servius Aen. X 302 231 'non . . . indecores' Alcimus Avitus epist. 51

---

VARIA LECTIO. 215 REGIONI *R* regiove *Kvičala* 216 animı.ſq: (om̃ſ *sup. m. rec., m.* 1 animuſ) *b* 217 QVEM *R* 220 *sq. recte distinxit orationem Klouček,* rex... misit *coniungit Donatus* 221 TROIIVS *F* LIMENA *M*1 LUMINA *ut vid. F*1 MITTIT *F* 224 CONCVRRERET *R* concur^re^rit *b* CONCVRRITVR *Pγ*1 occurrerit *schol. Hor.* 225 Audit *b* AVDIT *R* 226 QVAM *R* 228 'diluvio ex illo . . . *alii hic distinguunt et mutant sensum, ut sit:* quos dirimit plaga solis ardentis ex quo mundus est constitutus, *hoc est* ex quo chaos esse desiit' *Servius* aecora *b*1

fama levis tantique abolescet gratia facti,
nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
fata per Aeneae iuro dextramque potentem
sive fide seu quis bello est expertus et armis:
multi nos populi, multae (ne temne, quod ultro
praeferimus manibus vittas ac verba precantia)
et petiere sibi et voluere adiungere gentes;
sed nos fata deum vestras exquirere terras
imperiis egere suis. hinc Dardanus ortus;
huc repetit iussisque ingentibus urguet Apollo
Tyrrhenum ad Thybrim et fontis vada sacra Numici.
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
dat tibi praeterea fortunae parva prioris
munera, reliquias Troia ex ardente receptas.
hoc pater Anchises auro libabat ad aras;
hoc Priami gestamen erat, cum iura vocatis

---

TESTIMONIA. 235 schol. Veron. 96, 29 K. 237 'praeferimus m. v.' Servius Aen. VII 418 238 schol. Gron. Cic. 438 Or. 239 sq. 'sed . . . suis' Servius Aen. XI 325 240 sq. 'hinc . . . repetit' Servius Aen. IV 159 VIII 13 243 sq. Sacerdos VI 456 K. 244 'reliquias . . . receptas' Donatus ad Ter. Phorm. I 1, 12 Servius ecl. II 40 'reliquias T.' ult. syll. IV 259 K. 246 sq. 'hoc . . . populis' Priscianus 1212 P. 246 'hoc . . . erat' Servius Aen. I 647. 653

---

VARIA LECTIO. 232 TANTIVE *Rc* ABOLESCERET *F* abolescit *c1χ* facti: *cf. Lachmannus Lucr.* 64 233 PIGEBAT (I superscr.) (*corr. m.* 1) *M* pigebat *ad v.* 207 *relatum placuit Heinsio* 235 FIDES· *P* fide. *b* 237 AC (QUE superscr.) (*corr. m. sat ant.*) *F* ET *R* UERBAPRAECANTIA (A *sec. eras.*) *M* uerba p̃cantia *b2* VERBA PRAECANTIA (*signa* = = *m. eadem qua supra*) *F* precantia uerba *m* VERBA PRECANTṼ *R, ut Statius silv.* I 4, 46, *perbene* uerba p̃cantũ (ũ *m.* 2 *in ras.*) *c* uerba p̃cantı. *b1* uerba precantis *Bigot. cf. Lachmannus ad Lucr.* II 719 238 GENTIS *M* 240—242 hinc . . . Numici *aliena videntur Heynio* 240 hic (n superscr.) *b* 241 HVNC *R* hunc repeti iussis ingentibus *Menag. pr.* huc repetit *Servius* 242 ad] AT *Pγ* ET *R* 243—263. 264—273 *F fol. LXI* 243 *Dure omitti subiectum monuit Heynius.* dat pius Aeneas *Peerlkampus. Equidem puto additurum quaedam fuisse poetam ante hunc versum* 246 *om., in mg. m.* 2 *add. b*

more daret populis, sceptrumque sacerque tiaras
Iliadumque labor vestes.'
  Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
optutu tenet ora soloque immobilis haeret
intentos volvens oculos. nec purpura regem
picta movet nec sceptra movent Priameia tantum,
quantum in conubio natae thalamoque moratur;
et veteris Fauni volvit sub pectore sortem,
hunc illum fatis externa ab sede profectum
portendi generum paribusque in regna vocari
auspiciis, huic progeniem virtute futuram
egregiam et totum quae viribus occupet orbem.
tandem laetus ait: 'di nostra incepta secundent
auguriumque suum! dabitur, Troiane, quod optas;
munera nec sperno. non vobis rege Latino
divitis uber agri Troiaeve opulentia derit.
ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupidost,

TESTIMONIA. 247 'sceptrumque s. t.' Nonius 397, 19 'tiaras' cf. fragm. Bob. VII 542 K. 249 sq. 'Latinus, quia miratur, defixa obtutu tenet ora' Macrobius Sat. IV 1, 5 256 'portendi generos' Servius Aen. III 184 259 'di ... secundent' Nonius 169, 27 260 'auguriumque s.' ult. syll. IV 234 K. 261 'munera nec sperno' Servius ecl. III 74 georg. I 82 III 56 Aen. I 77. 387 VII 9 VIII 299 X 907 comm. Bern. Lucani V 111 U. schol. Lucani V 348 schol. Bern. app. I 3 schol. Hor. carm. I 1, 21 anecd. Helv. 31 'non ... Latino' schol. Hor. serm. II 2, 54 261 sq. 'non ... derit' Priscianus 646. 674. 1122 P. 262 'Troiaeve o. deerit' Servius Aen. VII 282 263 Priscianus 1267 P. 'ipse m. Aeneas' Servius ecl. IV 43 263—265 'ipse ... adveniat' Servius Aen. XII 581 et om. 264 Pompeius V 203 K. 263 sq. 'nostri ... vocari' schol. Veron. 100, 14 K.

VARIA LECTIO. 247 sacerque tiaras *testantur Nonius et Servius* 248—273 *Veron. fol.* 252 248 uestis *c*1 254 VOL-[IT]VẸṆṢ (IT *sup. m. cadem qua* VI 591) *F* volvit Fauni *Moret. pr.* 258 et *om. c* TOTVM (O *corr. ex* V) *F* QVI [AE] (AE *sup. m. eadem qua* 254) *F* 259 victus *Menag.* DE *R* dii *bc* vestra *χ* 260 auspicium *Menag. pr.* 261 nec] non *anecd. Helv.* 262 TROIAEQVE *P2γb* DERIT [E] *M* DEERIT *Rbc* 263 CVPIDOST *V* CVPIDOEST *FMPRγbc* cupido (*om.* est) *schol. Veron.*

si iungi hospitio properat sociusque vocari,
adveniat voltus neve exhorrescat amicos:
pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
vos contra regi mea nunc mandata referte.
est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae
non patrio ex adyto sortes, non plurima caelo
monstra sinunt: generos externis adfore ab oris,
hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
nomen in astra ferant. hunc illum poscere fata
et reor et, siquid veri mens augurat, opto.'
haec effatus equos numero pater eligit omni
(stabant ter centum nitidi in praesepibus altis):
omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci
instratos ostro alipedes pictisque tapetis
(aurea pectoribus demissa monilia pendent,
tecti auro fulvom mandunt sub dentibus aurum),
absenti Aeneae currum geminosque iugalis
semine ab aetherio, spirantis naribus ignem,
illorum de gente, patri quos daedala Circe

TESTIMONIA. 266 Nonius 370, 30 Augustinus de civ. dei V 19 Servius Aen. IV 320 Isidorus orig. IX 3, 19 schol. Lucani IX 184 schol. Hor. carm. III 17, 9 cf. schol. Veron. 96, 25 K. 268 Priscianus 1120 P. Sacerdos VI 457 K. 'est mihi nata domi' schol. Lucani VII 662 (post laud. ecl. III 33) 269 schol. Veron. 97, 4 K. 271 'hoc canunt Latio' schol. Veron. 97, 7 K. 272 sq. 'hunc...opto' Nonius 469, 12 273 (om. 'veri') Nonius 358, 12 'et si . . . opto' Cledonius V 59 K. 'si . . . opto' Priscianus 791 P. 275 Servius Aen. VIII 662 XII 92. 543 277 Charisius I 62 K. Beda de orthogr. VII 293 K. 'pictisque t.' Probi de nom. exc. IV 209 K. 278 Servius Aen. IV 138 279 'fulvum aurum' Gellius II 26, 11 282 sq. 'quos . . . creavit' schol. Hor. serm. I 6, 77
282 'daedala Circe' Paulus Festi 68 M. Macrobius Sat. VI 4, 20 Servius et schol. Bern. ge. IV 179

VARIA LECTIO. 264 VE *FRVbc, schol. Veron.*, *Bentleius*
265 VVLTVS *FPRbc* 267 RIVI (EGI *sup. m. rec.*) *F* REGE *M1* 268 nostrae quam i. gentis *Menag. pr.* 269 SORTIS *M* 271 *sq. cf.* 98 *sq.* 272 ferent *Menag. pr.* 274—280. 281—301 *F fol. LXII* 277—645 *desunt in P* 279 tecti] freni *Peerlkampus* FVLVVM *FMRybc*
N
280 IVGALES *FRyb* 281 FLAGRATIS *F: cf. ge.* II 140
282 patre *c1* patrum *Peerlkampus*

supposita de matre nothos furata creavit.
talibus Aeneadae donis dictisque Latini
sublimes in equis redeunt pacemque reportant.
Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis
saeva Iovis coniunx aurasque invecta tenebat,
et laetum Aenean classemque ex aethere longe
Dardaniam Siculo prospexit abusque Pachyno.
moliri iam tecta videt, iam fidere terrae,
deseruisse rates: stetit acri fixa dolore.
tum quassans caput haec effundit pectore dicta:
'heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
fata Phrygum! num Sigeis occumbere campis,
num capti potuere capi? num incensa cremavit

---

TESTIMONIA. 283 Cledonius V 81 K. Macrobius Sat. VI 6, 2 285 Servius Aen. XII 581 288 sq. 'laetum Aenean Siculo...Pachyno' Servius Aen. I 35 'prospexit longe venientem' Priscianus 1175 P. non addito libro: cf. XII 595 289 Philargyrius georg. IV 293 'Siculo... Pachyno' Probi inst. IV 155 K. in Don. IV 517. 564 K. Cledonius V 70 K. Audacis exc. VII 348 K. Donatus ad Ter. eun. III 2, 18 Servius Aen. VI 385 XI 262 290 Priscianus 1185 P. 'moliri ... videt' Arusianus VII 493 'iam fidere t.' Arusianus VII 473 K. 291 sq. 'stetit... dicta' Donatus ad Ter. adelph. I 1, 54 292 'tum quassans c.' Servius Aen. I 127 XII 894 293 'heu s. i.' Charisius I 109 K. Probi de nom. exc. IV 210 K. Cledonius V 40 K. Consentius V 345. 347 K. Sacerdos VI 447 K. Emporius de eth. p. 568 H. Servius Aen. I 626 III 94 XII 208 293 sq. 'heu ... Phrygum' Nonius 226, 28. 303, 32. 455, 26. Macrobius Sat. IV 2, 2 294—298 'num ... quievi' Macrobius Sat. IV 2, 4 294 'num... campis' Emporius de eth. p. 563 H. 295 sq. 'num ... viros' Macrobius Sat. VI 1, 60 295 'num ... capi' schol. Lucani VI 198

---

VARIA LECTIO. 284 AENEADES *R* LATINIS *R* 288 aeneam *c* LONGE *FRγbc: cf.* XI 909 LONGO *M* 289 Italiam longe prospexit *Philargyrius: cf.* VI 357 ADVSQVE *R* 'abusque *et* adusque *usurpative dicimus' Servius, sed hic* abusque *se legere significat ad* XI 262 290 'iam fidere terrae *per dativum iungendum, aliter non procedit' Servius.* terrae *Arusianus quoque testatur, sed* terra *Priscianus* 292 Tunc *γ, Servii ω Aen.* XII 894, *φ* I 128 hanc ... vocem *Donatus: cf. Aen.* V 723 293 votis *Schraderus* 'fatis, *hoc est voluntatibus' Servius.* fatis *testatur Nonius* 303. 455. *Indignabundam et dedignabundam Iunonem loqui tenendum est* 295 NUNC CAPTI *M, Mentel. pr.* non capti *Menag. pr., χ Scriptum erat* nun capti non incenſa *c*

Troia viros? medias acies mediosque per ignis
invenere viam. at, credo, mea numina tandem
fessa iacent odiis aut exsaturata quievi,
quin etiam patria excussos infesta per undas
ausa sequi et profugis toto me opponere ponto.
absumptae in Teucros vires caelique marisque.
quid Syrtes aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
profuit? optato conduntur Thybridis alveo,
securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem
immanem Lapithum valuit, concessit in iras
ipse deum antiquam genitor Calydona Dianae
quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente?

---

TESTIMONIA. 297 sq. 'at . . . iacent' schol. Lucani IX 890 298 'odiis . . . quievi' Charisius I 106 K. Arusianus VII 509 K. Beda de orth. VII 291 K. 299—303 'per . . . profuit' Macrobius Sat. IV 2, 5 299 'quin etiam p. excussos' Sacerdos VI 445 K. Arusianus VII 471 K. 301 Servius Aen. I 280 'absumptae in T.' Servius Aen. I 304 302 sq. 'quid... profuit' Emporius de eth. p. 563 H. 303 'Iuno ipsa conqueritur non magis quod Aeneam contigisset contra suum velle in Italiam pervenire quam quod optato potiretur Tibridis alveo' Macrobius Sat. III 1, 4 'optato ... alveo' Nonius 250, 2 304—307 Macrobius Sat. IV 5, 6 'Mars ... merente' Priscianus 1081 P. interpolatus 304 'securi ... mei' ult. syll. IV 232 K. Arusianus VII 511 K. Servius Aen. I 350 schol. Lucani VI 730. 304 sq. 'Mars . . . valuit' Servius ge. II 455 Aen. I 39 XII 804 Macrobius Sat. IV 2, 6. 5, 6. 305 sq. 'concessit . . . Dianae' Nonius 269, 26 307 Priscianus 1081 P. bis (semel interpolatus)

---

VARIA LECTIO. 296 IGNES *MRγbc* 298 aut *om. Beda* aut (t *m. rec. corr. in* d) *b* ʰaud *γ*2 haut *Charisii Neap.* (aut *exc. Paris.*) HAUD *M*1*c* saturata *Bedae Leid.* quieuit *Charisius, Beda* 299 quaene *Peerlkampus: cf.* VIII 485. quin *confirmat Sacerdos* 300 exponere *χ* 302—322. 323—329 *F fol. LXIII* 302 SYRTIS *Fc* 304 mei *sup. b* mihi *Arusiani Parrh.* 305 Inmanū *c*1 307 quo scelere *Peerlkampus* quod scelus *confirmat Servius* $\overset{\text{L}}{\text{-C}}\text{AP}\overset{\text{A}}{\text{I}}\text{THIS}$ *M* CALYDONE *R, Macrobius* $\text{CALYDON}\overset{\text{A}}{\text{E}}$ *M* calydo$^{\text{ne}}$ *c* CALYDO$^{\text{NA}}$ (NA *sup. m.* 2) *F* calydona *γ* calidona *b* MERENTE *Rγ*2, *Macrobius* MERENTĒ *F* merente. *c*2 $\text{MERE}\overset{\text{M}}{\text{Ñ}}\text{ES}$ *M* merentem *γ*1*bc*1 'quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente? *haec est vera lectio, sic et sensus procedit, ut uterque ablativus sit. nam si* Calydona *legas, vitium erit nec sensus procedet' Servius.* Lapithis . . . Calydona

ast ego magna Iovis coniunx, nil linquere inausum
quae potui infelix, quae memet in omnia verti,
vincor ab Aenea. quod si mea numina non sunt
magna satis, dubitem haut equidem implorare quod usquam est:
flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.
non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis,
atque immota manet fatis Lavinia coniunx:
at trahere atque moras tantis licet addere rebus,
at licet amborum populos excindere regum.
hac gener atque socer coeant mercede suorum:
sanguine Troiano et Rutulo dotabere, virgo,
et Bellona manet te pronuba. nec face tantum
Cisseis praegnas ignis enixa iugalis;
quin idem Veneri partus suus et Paris alter
funestaeque iterum recidiva in Pergama taedae.'

Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petivit:
luctificam Allecto dirarum ab sede dearum

---

TESTIMONIA. 308 'ast . . . coniunx' Macrobius Sat. IV 2, 6 309 'quae p. infelix' Servius Aen. II 772 V 791 ecl. V 65 'infelix . . . verti' Macrobius Sat. IV 2, 6 310 'vincor ab Aenea' Augustinus de civ. dei X 21 Servius Aen. I 37 Macrobius Sat. IV 2, 6 312–317 (om. 314) Macrobius Sat. IV 2, 7 312 Servius Aen. I 42 313 sq. Servius Aen. VIII 40 313 Donatus ad Ter. eun. III 1, 5 Emporius de eth. p. 563 H. 314 sq. Servius Aen. VIII 398 318 Macrobius Sat. IV 2, 8 319 'et . . . pronuba' Servius Aen. IV 59 comm. Bern. et schol. Lucani VIII 90 319 sq. 'nec . . . iugales' Macrobius Sat. IV 2, 8 320 'ignes e. i.' Arusianus VII 471 K. 321 Nonius 217, 25 322 schol. Hor. carm. I 15, 16 324 Charisius I 63 K. 'luctificam Allecto' Charisius I 117 K. ult. syll. IV 229 K.

---

VARIA LECTIO.
merentem *testatur Priscianus, addens tamen 'sed melius hic quoque in quibusdam invenitur* Lapithis . . . Calydone merente *vel* Lapithas . . . Calydona merentem.' *Credo ipsum poetam has duas scripturas in schedis reliquisse* 309 quod potui *Menag. pr.* quae p. *legit Servius* 310 UINCAR (O *suprascr.*) *M* 311 EST *m.* 2 *add. Mc* 313 eſto regniſ *cm, Medic. Pierii* 314 *om. Macrobius* 315 moram *Servii Aen.* VIII 398 *φ* 316 Aut *γ*1 Et *b* 317 hac] AT *M* 320 PRAEGNAS *F* pregnanſ *bc* igneſ *b* IUGALES *M* 324 DEARUM (SORO *suprascr.*

infernisque ciet tenebris, cui tristia bella
iraeque insidiaeque et crimina noxia cordi.
odit et ipse pater Pluton, odere sorores
Tartareae monstrum: tot sese vertit in ora,
tam saevae facies, tot pullulat atra colubris.
quam Iuno his acuit verbis ac talia fatur:
'hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem,
hanc operam, ne noster honos infractave cedat
fama loco neu conubiis ambire Latinum
Aeneadae possint Italosve obsidere finis.
tu potes unanimos armare in proelia fratres
atque odiis versare domos, tu verbera tectis
funereasque inferre faces, tibi nomina mille,
mille nocendi artes. fecundum concute pectus,
dissice compositam pacem, sere crimina belli:
arma velit poscatque simul rapiatque iuventus.'

---

TESTIMONIA. 326 (om. 'insidiaeque') Nonius 438, 23 (interpol. ut vid.) 327 cf. schol. Veron. 97, 9 K. 'odit . . . Pluton' comm. Bern. Lucani IX 645 U. Servius Aen. III 89 330 'quam . . . acuit dictis' Servius Aen. VII 406 331 sq. 'hunc . . . operam' Donatus ad Ter. adelph. II 3, 8 331 Nonius 361, 22 Servius Aen. VI 250 ult. syll. IV 220 K. 'hunc . . . proprium' schol. Veron. 97, 11 K. 333 sq. 'nec conubiis . . . possint' Nonius 242, 10 333 'neu . . . Latinum' Servius Aen. IV 283 335 Martianus Capella p. 469 H. 337 sq. cf. schol. Veron. 97, 19 K. 'cui nomina . . . artes' Nonius 354, 15 337 'tibi n. m.' Acro Hor. carm. II 13 34 III 8, 14 schol. Bern. ge. II 240 339 'sere c. b.' Servius Aen. VII 551 340 Servius Aen. I 150 'arma . . . simul' Servius Aen. VIII 5

---

VARIA LECTIO. *m.* 1 *ut vid.*) *M* dearum (*sup.* ł ſororũ) *γ* SORORVM *Rbm* ſo^ro^rum *c*: *cf.* 327. 454 326—338 *Veron. fol.* 212 *b* 329 POLLVLAT *FR*: *cf. prol.* 437 PAV^L^LVLAT *V* ORA *R* COLOBRIS *RV*· 330 DICTIS *Rγ*, *Servius ad v.* 406 331 LABORV¯ *R* 333 LOCVS *V* nec *Nonius: fortasse fuerunt qui ne repeterent* 334 POSSINT (I *corr. vid. in* E) *M* ve] q: *b* FINES *MRbc* 335 UNAANIMOS *M* una^ni^meſ *b* 337 FVNEREAS INFERRE *Vm* tibi] cui *Nonius, schol. Bern.* numina *Bentleius* nomina *testantur veteres* 339—351 *Veron. fol.* 212 *a* 339 DISSICE *Rybψ* Diſſicae *c* DISICE (S *sup.*) *M* DISIICE *ut vid., suprascripta fortasse* S, *V* 340 VELINT *ut vid. V*

Exim Gorgoneis Allecto infecta venenis
principio Latium et Laurentis tecta tyranni
celsa petit tacitumque obsedit limen Amatae,
quam super adventu Teucrum Turnique hymenaeis
femineae ardentem curaeque iraeque coquebant.
huic dea caeruleis unum de crinibus anguem
conicit inque sinum praecordia ad intuma subdit,
quo furibunda domum monstro permisceat omnem.
ille inter vestes et levia pectora lapsus
volvitur attactu nullo fallitque furentem,
vipeream inspirans animam; fit tortile collo
aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae
innectitque comas, et membris lubricus errat.
ac dum prima lues udo sublapsa veneno
pertemptat sensus atque ossibus implicat ignem
necdum animus toto percepit pectore flammam,
mollius et solito matrum de more locuta est,
multa super natae lacrimans Phrygiisque hymenaeis:
'exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris,
o genitor, nec te miseret gnataeque tuique?

---

TESTIMONIA. **341** Priscianus 985. 1008 P. Servius Aen. I 689 cf. schol. Veron. 97, 24 K. **343** 'tacitumque o. l. Amatae' Servius Aen. I 502 II 255 IV 364 et om. 'que' schol. Lucani VIII 171 'tacitumque o. l.' schol. Lucani IX 355 **345** Servius Aen. XI 782 'femineae a.' Consentius V 401 K. **352** 'fit . . . vittae' Servius Aen. V 269 **355** 'atque . . . ignem' ars V 538 K. **357** 'mollius . . . matrum' ult. syll. IV 249. 251 K. **359** Macrobius Sat. IV 3, 7 Servius Aen. XII 15 'exulibusne . . . Lavinia' ars V 548 K. 'exulibusne datur' Emporius de eth. p. 563 H. **360** ult. syll. IV 233 K. 'nec . . . tuique' Arusianus VII 491 K.

---

VARIA LECTIO. 341 EXIN *RVγ2bc, Priscianus* medullis *Menag. pr.* 343 obſidit *γ*1 obſidet *b*1 347 INTIMA *Mγbc* mittit *Menag. pr.* 348 Quo. *b* DOMVMETMONSTRO (ETM *in ras.*) *R* 349 pectora] CORPORA *R* 351 VIPEREAM SPIRANS *MV: cf. prol.* 274 354 dum *suprascr. γ* VNO *R* 356 CONCEPIT *R: cf.* IV 502 XI 369 357 est *om. Mγ*1 358 NATA *Rγ2b: cf.* 398 lacrimis *Mentel. pr.* 359 EXVLIBVSVE *R* exulibus ducenda datur '*nonnulli*' *Pieriani: cf.* VI 84 360 gnati *de ult. syll.*

nec matris miseret, quam primo aquilone relinquet
perfidus alta petens abducta virgine praedo?
an non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor
Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes?
quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorum
et consanguineo totiens data dextera Turno?
si gener externa petitur de gente Latinis
idque sedet Faunique premunt te iussa parentis,
omnem equidem sceptris terram quae libera nostris
dissidet externam reor et sic dicere divos.
et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus Acrisiusque patres mediaeque Mycenae...'

His ubi nequiquam dictis experta Latinum
contra stare videt penitusque in viscera lapsum
serpentis furïale malum totamque pererrat,
tum vero infelix, ingentibus excita monstris,

---

TESTIMONIA. 362 Servius Aen. X 774 363 sq. Donati ars IV 402 K. schol. Hor. carm. III 3, 25 IV 9, 16 Beda de trop. 386 Cap. 363 Diomedes I 464 K. Isidorus orig. II 30, 7 Servius Aen. IX 142 368 'Faunique . . . parentis' Nonius 365, 2 371 sq. Servius Aen. VI 88 'et . . . pater' schol. Hor. carm. II 3, 20 372 Servius Aen. VII 791

---

VARIA LECTIO. 361 *om., in mg. m.* 2 *add. b* miserae *Venetus, Bentleius* prim.. c1 primum $\chi$ relinquit *c*2
b
362 aducta *c* abrepta *Rottend. sec., Servii Aen.* X 774 $\omega$ 363 ANNON *M, Diomedes, Donati Sant., Isidori ed. pr.* ATNON *R*$\gamma$, *Donati et Isidori* $\omega$ (ut non *Gud.* 4), *schol. Hor.* Acnnon (c *m.* 2) *b* Adnon (d *corr. in* t) *c* 'at non sic Phrygius: *legitur et* an non sic, *sed hoc absolutum est. si autem* at *legeris, inceptiva particula est, ad ornatum solum pertinens' Servius.* a! non *olim conieci* 364 troianuſ *b*1 troianam .. urbem *Donati Leid.* 365 iura *Parrhas. Ven.* 366 quid consanguineo *Servii in*
D I
*lemmate* $\omega$ 370 Desid& *c* DICERE *Rbc* POSCERE *M* dicere, aī poſcere $\gamma$: *cf.* 272 VIII 512 372 pater *Oudart., schol. Hor. Desiderari videtur praedicatum ad* mediae Mycenae, *quae tentanda non sunt* (*cf. Polle ann. philol.* 1891 *p.* 384) 373 *sq. om., imo mg. m.* 2 *add. b* 376 ingentibuſ excita, *suprascr.* aī magniſ exercita $\gamma$: *cf.* V 779

immensum sine more furit lymphata per urbem.
ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
quem pueri magno in gyro vacua atria circum
intenti ludo exercent (ille actus habena
curvatis fertur spatiis; stupet inscia supra
inpubesque manus, mirata volubile buxum;
dant animos plagae): non cursu segnior illo
per medias urbes agitur populosque feroces.
quin etiam in silvas, simulato numine Bacchi,
maius adorta nefas maioremque orsa furorem
evolat et natam frondosis montibus abdit,
quo thalamum eripiat Teucris taedasque moretur,
'euhoe Bacche' fremens, solum te virgine dignum
vociferans, etenim mollis tibi sumere thyrsos,
te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem.
fama volat, furiisque accensas pectore matres

---

TESTIMONIA. 378 sq. Probi de nom. exc. IV 210 K. 378 'ceu q. t.' Cledonius V 66 K. 'et torto ... turbo' Beda de orthogr. VII 294 K. 'torto ... turbo' Charisii exc. I 550 K. 'torto sub v. t.' Charisius I 64. 145 K. Beda de orthogr. VII 293 K. Albini orthogr. VII 311 K. 'verbere torto' Diomedes I 328 K. 379 sq. 'vacua ... ludo' Servius Aen. IV 82 380 'ludo e.' Probi app. IV 195 K. 382 'volubile b.' Priscianus 640 P. anecd. Helv. 105. 238 383 'dant a. p.' ult. syll. IV 260 K. schol. Persii III 51 387 'et ... abdit' Acro Hor. carm. III 4, 38 389 sq. 'euhoe ... vociferans' Charisius I 241 K. 389 'euhoe Bacche f.' schol. Hor. carm. II 11, 17 390 'etenim m. t.' ult. syll. IV 252 K. 391 'sacrum ... crinem' Servius Aen. II 684

---

VARIA LECTIO. 377 immensum *proposuit Heynius* IMMENSAM *Rγ* INMENSAM *Mbc* incensam *Burmannus* orbem *Jasper ephem. gymn.* 1879 *p.* 569. *Totum versum spurium habet Peerlkampus* 378 ceu] et (ut?) *Beda* tortus *Charisius* 145 380 HABENIS *R* 383 illa *Klouček* 384 FEROCIS *M*1 385 SILUIS (A *superscr.*) *M* ſiluiſ (a *m. ant.*) *c* NOMINE *R* 386 Manuſ (*h. e.* maiius) *γ*1 adorsa *m* EXORSA *R* ausa *Schraderus* *Hunc quidem versum abesse malim* 388 qui *Hamb. alt.* ve *malebat Schraderus* 390 etenim] ſuadet *Menag. pr.* molleſ (s. *superscr.*) *b* 391 choro *χ* CHORO *M* CHOROS *Rbc* choruſ, u *corr. in* o, *γ* pandere *coni. Deuticke* pascere *test. Servius Aen.* II 684 392 pectore (a *superscr.*) *b* pectora *c*1*χ*, *Bentleius, fort. recte*

idem omnis simul ardor agit nova quaerere tecta:
deseruere domos, ventis dant colla comasque
pampineasque gerunt incinctae pellibus hastas.
ast aliae tremulis ululatibus aethera complent:
ipsa inter medias flagrantem fervida pinum
sustinet ac natae Turnique canit hymenaeos,
sanguineam torquens aciem, torvomque repente
clamat 'io matres, audite, ubi quaeque, Latinae:
siqua piis animis manet infelicis Amatae
gratia, si iuris materni cura remordet,
solvite crinalis vittas, capite orgia mecum.'
talem inter silvas, inter deserta ferarum,
reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi.

Posquam visa satis primos acuisse furores
consiliumque omnemque domum vertisse Latini,
protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
audacis Rutuli ad muros, quam dicitur urbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis,

---

TESTIMONIA. 399 sq. 'torvumque . . . matres' Servius Aen. XII 95 'torvumque r. c.' Donati ars IV 393 K. Servius in Don. IV 446 K. in Don. IV 563 K. Pompeius V 290 K. Servius Aen. I 251 V 19 ge. III 28 'torvum clamat' Diomedes I 406 K. Donati ars IV 385 K. Servius in Don. IV 428. 439 K. Cledonius V 65 K. Pompeius V 135 K. Servius Aen. II 132 III 68 ecl. III 79 400 'o matres . . . Latinae' Priscianus 1060 P. (interpolatus) 'io matres Latinae' Terentianus Maurus 582 'io matres a.' schol. Hor. carm. IV 2, 49 401 sq. 'siqua . . . gratia' Servius Aen. XII 57 403 Nonius 390, 22 schol. Hor. carm. III 14, 8
405 Servius Aen. II 792 'Allecto . . . Bacchi' Servius Aen. VII 385
409 'audacis . . . muros' Servius Aen. IV 615 410 Priscianus 584 P. ult. syll. IV 256 K. 'Acrisioneis Danae' Charisius I 12 K. Diomedes I 428 K. Marius Victorinus VI 27. 29 K.

---

VARIA LECTIO. 393 omneſ *yb* 394 domuſ *ylc* 396 *et* 395 *transposuit Peerlkampus* 395 ALIAE *sic corr. m.* 2: ALLAE *M* illae *probavit Peerlkampus* 399 TORUUM *Mybc* 400 ubicumque *Menag. pr.*, *χ* 'ubi quaeque L. *pro* quaecumque; *potest tamen hic* ubi *pro* ubicumque *accipi*' *Priscianus interpolatus*
403 CRINALES *Rbc*1 quatite *Schraderus* 404—416 *Veron. fol.* 215 *b* 405 ſtimulı . ſ (*m.* 1 *fort.* ſtimulanſ) *y* undique Bacchi *expellit Peerlkampus* 406 Poſquã *c* pluſquam (*i. e.* posquam) *Menag. sec.* POSTQVAM *MRVyb* 408 ſulvis *Menag. pr.* furvis *Heinsius: cf.* VIII 369

praecipiti delata noto. locus Ardea quondam
dictus avis (et nunc magnum manet Ardea nomen,
set fortuna fuit): tectis hic Turnus in altis
iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Allecto torvam faciem et furialia membra
exuit, in voltus sese transformat anilis
et frontem obscenam rugis arat, induit albos
cum vitta crinis, tum ramum innectit olivae;
fit Calybe Iunonis anus templique sacerdos
et iuveni ante oculos his se cum vocibus offert:
'Turne, tot incassum fusos patiere labores
et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?
rex tibi coniugium et quaesitas sanguine dotes
abnegat, externusque in regnum quaeritur heres.
i nunc, ingratis offer te, inrise, periclis:
Tyrrhenas, i, sterne acies; tege pace Latinos.
haec adeo tibi me, placida cum nocte iaceres,
ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
quare age et armari pubem portisque moveri

---

TESTIMONIA. 412 cf. schol. Veron. 97, 33 K. 415 'Allecto t. f.' ult. syll. IV 223 K. 416 'in cultus . . . aniles' Arusianus VII 513 K. 417 'et . . . arat' Nonius 204, 27 Porphyrio ad Hor. epod. VIII 3 'frontem . . . arat' Macrobius Sat. VI 6, 6 schol. Hor. carm. IV 13, 11 417 sq. 'induit . . . crines' Priscianus 1205 P. Consentius V 370 K. 418 'tum . . . olivae' Servius Aen. VIII 128 419 'fit Calybe' schol. Veron. 98, 2 K. 422 (om. 'tua D. trans') Arusianus VII 513 K. 425 Marius Victorinus VI 31 K. 426 Terentianus Maurus 1218 'Tyrrhenas . . . acies' Servius Aen. VII 601 'Tyrrhenas sterne acies' in Don. IV 538 K. 429 'quare a.' ult. syll. IV 252 K.

---

VARIA LECTIO. 412 MANET *Vγbc* MA$^{\text{TE}}$NET *M* TENET *R, Servius in lemm.* 'retinet *quidem nomen adhuc*' *schol. Veron.* 413 tectis hic] HICTECTIS *V* 414 MEDIA *Rγ*1 nigram *γ*1 416 VVLTVS *MRVγbc* cultus *Arusianus* (*cf. prol.* 208) tranfform& *c*1 ANILES *Mγbc* ANIL.S *V* 417—429 *Veron. fol.* 215 *a* 418 crin$^{\text{i}}$ef *γ* crinef *bc* 419 CHALYBE *Vγ* CHALYBAE *R* 421 fu.fof *b* 422 tranffcribif *γ*1 (scribis *Arusiani cod.*) 426 IS$^{\text{N}}$TERNE (S *in ras.*) *M* 427 iacerem *Klouček* 428—448. 449—469 *F fol.* LXIV 429 ARMARE (E *corr. in* I) *F*

laetus in arva iube, et Phrygios qui flumine pulchro
consedere duces pictasque exure carinas.
caelestum vis magna iubet. rex ipse Latinus,
ni dare coniugium et dicto parere fatetur,
sentiat et tandem Turnum experiatur in armis.'
Hic iuvenis vatem inridens sic orsa vicissim
ore refert: 'classis invectas Thybridis undam
non, ut rere, meas effugit nuntius auris.
ne tantos mihi finge metus; nec regia Iuno
immemor est nostri.
set te victa situ verique ecfeta senectus,
o mater, curis nequiquam exercet et arma
regum inter falsa vatem formidine ludit.
cura tibi divom effigies et templa tueri:
bella viri pacemque gerent, quis bella gerenda.'

Talibus Allecto dictis exarsit in iras.
at iuveni oranti subitus tremor occupat artus,
deriguere oculi: tot erinys sibilat hydris
tantaque se facies aperit; tum flammea torquens

---

TESTIMONIA. 432 'caelestum . . . iubet' Priscianus 770 P. Servius Aen. V 706 440 Priscianus 908 P. 'verique e. s.' Arusianus VII 471 K. 444 'bella . . . gerant' schol. Veron. 81, 11 K. 447 'diriguere o.' Servius Dan. Aen. IV 251

---

VARIA LECTIO. 430 arva *Peerlkampus* ARMA *libri: cf. prol.* 365. *Frustra* X 242 *comparatur* IUBE *M* PARA *FRγbc* *Nescio an melius poeta haec sic contracturus fuisset:* quare age, iam arma para: *cf.* 468 et *om. Mentel. pr.*, *χ* 436 CLASSES *MRγbc* undam, al alueo *γ* alueo *in ras., in mg. m. rec.* undã *b* ALVEO *R* (*etiam in M m. rec. supr.*): *cf.* 303 437 AURES *M* (E *corr. ex* I), *γb* 439 *deleri vult Kvičala* ũri *c*1 440 TEVICTA (EV *in ras.*) *R* ETFETA (= ecfeta) *M* EFFETA *F* effe.ta *b* EFFATA (A *pr. erasa vel in ras.*) *R* effata *γ*1*c*1 443 DIVVM (V *pr. in ras.*) *F* DIVVM *MRγbc* 444 GERENT *FRγbcψ*, *ut Homerus Il. Z* 492 GERANT *M*, *schol. Veron. defendit Wagnerus lect. Verg.* 348 gerunt *χ* quis b. gerenda *reiecit Heumannus, fort. non iniuria* 445 araſ *c*1
446 ſubitoſ *Mentel. pr. m.* 2, *Heinsius* ſubito *Mentel. pr. m.* 1, *χ* 447 ERINVS *R* 448 FVMEA *R: cf.* 457 VI 593

lumina cunctantem et quaerentem dicere plura
reppulit et geminos erexit crinibus anguis
verberaque insonuit rabidoque haec addidit ore:
'en ego victa situ, quam veri effeta senectus
arma inter regum falsa formidine ludit.
respice ad haec: adsum dirarum ab sede sororum,
bella manu letumque gero.'
sic effata facem iuveni coniecit et atro
lumine fumantis fixit sub pectore taedas.
olli somnum ingens rumpit pavor, ossaque et artus
perfundit toto proruptus corpore sudor.
arma amens fremit, arma toro tectisque requirit;
saevit amor ferri et scelerata insania belli,
ira super: magno veluti cum flamma sonore
virgea suggeritur costis undantis aëni
exultantque aestu latices, furit intus aquai

TESTIMONIA. 451 'verberaque i.' Arusianus VII 480 K. 452 Diomedes I 427 K. ult. syll. IV 222 sq. 232 K. Donatus ad Ter. eun. IV 4, 36 adelph. III 4, 12 Servius Aen. III 451 453 'arma i. iuvenum' Charisius I 234 K. (siquidem hunc locum respicit grammaticus) 454 'respice ad h.' Donatus ad Ter. hec. III 2, 4 455 'bella...gero' Nonius 316, 25 460 Servius Aen. I 56 462—466 Macrobius Sat. V 11, 23 463 'costis u. a.' Servius Aen. I 218 464 'furit i. a.' ult. syll. IV 263 K. schol. Persii VI 9 'intus a.' Charisii exc. I 538 K. 464 sq. 'aquai f.' Consentius V 389 K.

VARIA LECTIO. 450 gelidos *Burmannus* geminos *testatur Servius; duo autem flagello sufficiebant: cf. Ovidii metam.* IV 495 anguef *γbc* 451 RAPIDO *Fγlc* edidit *γ*: *cf.* 194 452 QUAMUERE *F*1 [ueri] quã *b* verique *Donatus ut* 440 EFFEGTA *F* EFFATA *R* 453 iuvenum *Charisius: v. test.* 454 'respice: *multi hic distinguunt et superioribus iungunt, ut sit sensus:* respice *eam quam dicis falsa deludi formidine;* ad. haec adsum: *id est ad regum arma et ad bella . . . alii* respice ad haec *legunt' Servius. Post* haec *interp. M* a[b]ſede *γ* 456 *Post* effata *interp. M* 458 ILLI *FR* SOMNVSINGENS (*lin. sup. m.* 2) *F* INGENSSOMNVM *R* RVPIT *R* ora *ratio postulare videtur Heynio, iure quidem* 459 PERFUDIT *M* PRAERVPTVS *Fγl* 460 fremit arma toro, tectisque r. *Peerlkampus. Vulgatam structuram Servius agnoscit* 464 EXSVLTANT *M*

fumidus atque alte spumis exuberat amnis,
nec iam se capit unda, volat vapor ater ad auras.
ergo iter ad regem polluta pace Latinum
indicit primis iuvenum et iubet arma parari,
tutari Italiam, detrudere finibus hostem:
se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque.
haec ubi dicta dedit divosque in vota vocavit,
certatim sese Rutuli exhortantur in arma:
hunc decus egregium formae movet atque iuventae,
hunc atavi reges, hunc claris dextera factis.
  Dum Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Allecto in Teucros Stygiis se concitat alis.
arte nova speculata locum, quo litore pulcher
insidiis cursuque feras agitabat Iulus,
hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
obicit et noto naris contingit odore,
ut cervom ardentes agerent; quae prima laborum

---

TESTIMONIA. 466 Servius Aen. VI 218 'vapor . . . auras' de dub. nom. V 594 K. 470 Nonius 419, 32 Servius Aen. VI 760 479 cf. Macrobius Sat. V 17 481 sq. 'quae . . . fuit' ult. syll. IV 260 K.

---

VARIA LECTIO.
AQUAI *Mγ*1?*b*2 (i *in ras.*) *c*1*χ*, *de ult. syll.*, *Consentius, schol. Persii, Charisii exc.* AQVAEVIS *FRγ*2 (uiſ *m.* 2), *c*2*m*, *Macrobius, qui tamen in paraphrasi* amnem fumidum exuberantem spumis atque intus furentem *dicit.* 'aquai' (AQVA, *m.* 2 *sed ea antiqua corr. in* AQUAE[VIS] *Lips.: Regin. et Paris. lemmata non enotavit Thilo*) 'fumidus . . . *hanc autem diaeresin Tucca et Varius fecerunt. nam Vergilius sic reliquerat:* furit intus aquae . . . amnis, *quod satis asperum fuit' Servius, ubi varia turbant codices: cf. prol.* 94. 342 (*cf. Lachmannus Lucr.* 196) 'aquae vis *apposuit Tucca, quia nimis aspere sonuit* aquae amnis, *quod Virgilius prius ibi posuit' Moretani pr. glossa* 466 NEC SE IAM *F* 470 latiniſ . . . *γ* latinis *sine* que *χ* 473 iuuenta *m* 475 animiſ rutuloſ *c* animis rutulo *m* 476 ſe[ſe] *γ* 478 CVRSV QVE (VQV *in spatio quattuor litt., in ras.*) *R* 480 NARES *Rγ*2*b*2 nare *b*1 481 CERVVM *MRγbc* LABORVM *Rγ*2*bc* laborē *γ*1 [M L] LABORU~ *M* malorum *Servii φ*, *testatur de ult. syll. auctor: cf.* IV 169

causa fuit belloque animos accendit agrestis.
cervos erat forma praestanti et cornibus ingens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
nutribant Tyrrhusque pater, cui regia parent
armenta et late custodia credita campi.
adsuetum imperiis soror omni Silvia cura
mollibus intexens ornabat cornua sertis
pectebatque ferum puroque in fonte lavabat.
ille, manum patiens mensaeque adsuetus erili,
errabat silvis rususque ad limina nota
ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.
hunc procul errantem rabidae venantis Iuli
commovere canes, fluvio cum forte secundo
deflueret ripaque aestus viridante levaret.
ipse etiam, eximiae laudis succensus amore,

---

TESTIMONIA. 483 sqq. cf. Statius silv. II 6, 20 484 sq. 'quem ... nutribant' Consentius V 384 K. 485 sq. 'nutribat ... armenta' Martianus Capella III 322 'Tyrrhusque ... armenta' Servius Aen. VI 760 485 cf. schol. Veron. 98, 5 K. 'nutribat Tyrrhusque p.' Diomedes I 350 K. Charisius I 178 K. 487 'adsuetum i.' schol. Veron. 98, 11 K. 489 Nonius 59, 28. 307, 19 cf. schol. Veron. 98, 9 K. 'pectebatque f.' Servius Aen. II 51 490 'ille m. p.' Nonius 59, 27 fragm. Bob. de nom. V 563 K. 'mensaeque a. herili' Arusianus VII 452 K. 491 'errabat s.' Servius Aen. I 185 493 sq. 'rapidae ... canes' de dub. nom. V 575 K. 495 'ripaque ... levaret' Acro ad Hor. carm. II 5, 7

---

VARIA LECTIO. 482—507 *Veron. fol.* 257 482 agreſteſ *b* 483 CERVVS *MRVγbc* 484 TYRRIDAE *M* TYRAIDAE *R* 485 nutribat *Charisius, Diomedes, Martianus Capella* TYRRHVS *Rγ, Diomedis exempl., Asper in schol. Veron., Servius* TYRRUS *Mb* tyr$\overset{r}{u}$ſ *c* TYRRHEVS *V, si recte intendi aciem.* turrus *Charisii cod.* 486—502. 503—509 *F fol.* LXV 486 late *γlbc*, *Servii exempl.* late est *Menag. pr.* LATI *M* LAT$\overset{E}{I}$ *F* (I *corr. in* E), *RVγ*2 490 MAN$\overset{M}{U}$ *M* MANU (*i. e.* manui) *F, Nonii Leid. Harl.* 'manum ... *patiens illius rei dicimus, unde apparet unum* u *causa metri esse detractum' Servius* 'manum p. *pro* manuum' *de nom.* 39 491 RVSVS (*ut vid.*) *V* RVRSVS *FMRγbc* 493 HANC *F* rapidae *de dub. nom.* 494 cane.ſ *b* 495 ripa (a *m.* 2) *γ* LAVARET *R, fortasse etiam V* 496 accenſuſ *γ*

Ascanius curvo derexit spicula cornu;
nec dextrae erranti deus afuit, actaque multo
perque uterum sonitu perque ilia venit harundo.
saucius at quadrupes nota intra tecta refugit
successitque gemens stabulis questuque cruentus
atque imploranti similis tectum omne replebat.
Silvia prima soror, palmis percussa lacertos,
auxilium vocat et duros conclamat agrestis.
olli (pestis enim tacitis latet aspera silvis)
inprovisi adsunt, hic torre armatus obusto,
stipitis hic gravidi nodis: quod cuique repertum
rimanti, telum ira facit. vocat agmina Tyrrhus,
quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
scindebat, rapta spirans immane securi.
at saeva e speculis tempus dea nancta nocendi
ardua tecta petit stabuli et de culmine summo
pastorale canit signum cornuque recurvo

TESTIMONIA. 498 'nec . . . afuit' Servius Aen. II 632 XI 896 ge. II 98 schol. Hor. carm. I 12, 23 499 'perque i. v. h.' schol. Hor. carm. I 15, 17 'ilia' Servius ecl. VII 26 500 Nonius 398, 10 Donatus Ter. Andr. V 2, 24 Servius ecl. V 25 501 'successitque g. s.' Arusianus VII 507 K. Servius ecl. V 5 Aen. I 627 'questuque c.' Probi cath. IV 30 K. Sacerdos VI 481 K. 502 'imploranti s.' Servius Aen. VII 490 503 'palmis p. l.' Servius Aen. XI 35 506 cf. schol. Veron. 98, 17 K. 507 sq. 'quod...faciit' Nonius 382, 6 comm. Bern. Lucani III 671 U. 508 'rimanti . . . facit' Servius Aen. I 150 XI 748 'telum i. f.' schol. Lucani III 671 509 sq. 'quadrifidam . . . scindebant' Nonius 265, 10 510 'spirans i.' Charisius I 201 K. 513 'cornuque r.' ult. syll. IV 262 K.

VARIA LECTIO. 497 DEREXIT *F*1*R*γ1 D..EXIT *V* DIREXIT *F*2*M*γ2*bc* 498 DEXTRA *M* abfuit *m* 500 QVADRIPES *RV* 501 succedit *Servius Dan. Aen.* I 627 502 IMPLORANTE (E *corr. in* I) *M* REPLEVIT *RVbc: cf.* 571 repleuit (uit *m.* 2) γ 504 agreſteſ *b* 505 $\overset{\text{I}}{\text{O}}$LLI· *M* ILLI *Vγbc* 506 ABVSTV (TV *in ras.*) *R* adusto *Menag. pr.*, χ 507 hi *Menag. pr.* REPERTVMEST *R* 508 TYRRUS *M* tyr$\overset{\text{h}}{\text{r}}$uſ *b* tirruſ *c* Tyrrheuſ *aliquot Pieriani* 509 QVADRIFIDAM (D *pr. in ras., fort. corr. ex* T) *R* et *Nonii exempl.* 510 SCINDEBANT· *M* scindebant *Nonii exempl.: cf. ge.* I 144 511 e *om. R., add. c*2, *suprascr. m. ant. b* NANCTA *R* na.cta *b* NACTA *Myc*

Tartaream intendit vocem, qua protinus omne
contremuit nemus et silvae insonuere profundae;
audiit et Triviae longe lacus, audiit amnis
sulpurea Nar albus aqua fontesque Velini,
et trepidae matres pressere ad pectora natos.
tum vero ad vocem celeres, qua bucina signum
dira dedit, raptis concurrunt undique telis
indomiti agricolae; nec non et Troïa pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
derexere acies. non iam certamine agresti,
stipitibus duris agitur sudibusve praeustis,
sed ferro ancipiti decernunt atraque late
horrescit strictis seges ensibus aeraque fulgent
sole lacessita et lucem sub nubila iactant:
fluctus uti primo coepit cum albescere vento,
paulatim sese tollit mare et altius undas
erigit, inde imo consurgit ad aethera fundo.

---

TESTIMONIA. 513—515 'cornu . . . profundae' Nonius 377, 18 514 sq. 'Tartaream ... nemus' Arusianus VII 513 K. 516 'audiit . . . lacus' Servius Aen. VIII 218 517 'sulpurea . . . aqua' Priscianus 645. 691 P. Probi cath. IV 15 K. 518 Quintilianus VIII 3, 70 'trepidae . . . natos' Iulius Victor p. 437 H. 519 sq. 'qua . . . dedit' Servius Aen. XI 474 Isidorus orig. XVIII 4, 4 520 sq. 'concurrunt . . . agricolae' Macrobius Sat. VI 1, 16 524 sq. Priscianus 562 P. 'sudibusve p.' anecd. Helv. 227 Servius Aen. II 417 Martianus Capella III 278 526 'horrescit . . . ensibus' Servius georg. I 1 'horrescit seges ensibus' schol. Bern. georg. I 1 528—530 Macrobius Sat. V 13, 20

---

VARIA LECTIO. 514 intendit *γbcψ*, *Nonii exempl.* INGENDIT (T *supra* G) *M* INCENDIT (CEN *in ras.*) *R* incendit *Menag. pr., Bigot.*: *cf.* IX 500 X 895 XI 147 *Valerius Flaccus* VIII 362 515 intremuit *Nonii et Arusiani exempl.* intonüere *cm* 516 AVDIT *R* AVDITETAMNIS *R* amniſ (a *in ras.*) *b* omniſ *γ*1 517 fontiſ *γ*1 520 CONCORRVNT *R* 522 se effundit *Mähly ephem. g. A.* 1887, 418: se *non legit Servius* 523 DIREXERE *Rγbc* AGRESTI·S *M* 524 ſudibuſ·ue (*erasa* q) *b* 527 ſub lumine *γ*, *item* (*sed* lumine *m. rec. in ras.*) *c* 528—530 *post* 522 *reponi vult Brosin* 528 coepit primo *b* uento *γ* (al ponto *supra*) PONTO *MR, Macrobii exempl.*: *cf. ge.* III 237 *Hom.* Δ 422 530 a&hera *γ* (d *supra*)

hic iuvenis primam ante aciem stridente sagitta,
natorum Tyrrhi fuerat qui maximus, Almo,
sternitur; haesit enim sub gutture volnus et udae
vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam.
corpora multa virum circa seniorque Galaesus,
dum paci medium se offert, iustissimus unus
qui fuit Ausoniisque olim ditissimus arvis:
quinque greges illi balantum, quina redibant
armenta, et terram centum vertebat aratris.

Atque ea per campos aequo dum Marte geruntur,
promissi dea facta potens, ubi sanguine bellum
imbuit et primae commisit funera pugnae,
deserit Hesperiam et caeli convexa per auras . . :

---

TESTIMONIA. 583 sq. 'et udae v. i.' schol. Persii I 17 'udae v. i.' Servius georg. IV 520 535 'corpora . . . seniorque' ult. syll. IV 254 K. 536 'dum . . . offert' Macrobius Sat. IV 4, 3 537 'Ausoniis . . . arvis' Macrobius Sat. IV 3, 7 538 sq. 'quinque . . . armenta' Servius Aen. VI 38 541 sq. 'promissi . . . imbuit' Nonius 324, 24 543 'et . . . auras' Servius Aen. I 607 X 40 'caeli . . . auras' Servius Aen. VII 557

---

VARIA LECTIO. 533 VVLNVS *MRbc* $E^{T}UD^{A}E$ *M* 535 GELAESVS *R*: *cf.* 575. *Hiare post h. v. videtur oratio: cf. prol.* 82 536 SESE *Rγ1c* 537 aruiſ, aī agriſ *γ* agris *Menag. pr.*: *cf.* I 343 X 563 539 centum terram *b* uertaba . *c1* (*fuitne* versabat?) 540 $^{A}$EQVO *M* equo *γ* saevo *Marklandus ad Statii silv.* V 2, 21 *ut* 608 aequo *Servius* 541 ubi] ut *m* 542 funera] SANGVINE *R* munera *Marklandus l. l.*: *cf.* X 755 543 CONVEXA *Rγbcmψ* $CON^{X}UERSA$ *M* connexa *Moret. sec.* 'convexa per auras: *Probus, Asper, Donatus dicunt hoc loco* per *bis accipiendum, ut adloquatur Iunonem* per caeli convexa *et* per auras. *potest tamen esse epexegesis:* per auras, *i. e.* caeli convexa . . . *dicit etiam quidam commentarius Firmiani* convecta *legendum, ut sit ipsa* convecta, *quod difficile in exemplaribus invenitur' Servius.* connixa *Bothius* evecta *Heynius* cum vecta *Gebhardi* convexa *participium esse Turnebus persuaserat M. Hauptio halieut. praef.* XVIII (*quamquam* conversa *in ed. Lipsiensi legitur*). *Alius quidam ad* I 607 *sidera per auras suspensa intellegit.* caelo conversa *Schaperus. Mihi omissum esse aliquid, velut* adpetit, *videtur* (*prol.* 130. 141. 156) *cf.* IV 451
per auras] peragrans *Canterus* pererrans *Haeberlin*

Iunonem victrix adfatur voce superba:
'en, perfecta tibi bello discordia tristi:
dic in amicitiam coeant et foedera iungant.
quando quidem Ausonio respersi sanguine Teucros,
hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas:
finitimas in bella feram rumoribus urbes
accendamque animos insani Martis amore,
undique ut auxilio veniant; spargam arma per agros.'
tum contra Iuno 'terrorum et fraudis abundest.
stant belli causae, pugnatur comminus armis,
quae fors prima dedit sanguis novos imbuit arma.
talia coniugia et talis celebrent hymenaeos
egregium Veneris genus et rex ipse Latinus.
te super aetherias errare licentius auras
haut pater ille velit, summi regnator Olympi:
cede locis; ego, siqua super fortuna laborum est,
ipsa regam.' talis dederat Saturnia voces.
illa autem attollit stridentis anguibus alas

TESTIMONIA. 544 'Iunonem v. a.' Nonius 418, 23 'adfatur v. s.' Servius Aen. VII 546 547 de fin. VI 237 K. gloss. 'quando quidem Ausonio' ult. syll. IV 251 K. 549 Servius Aen. X 8 552 'terrorum ... est' Arusianus VII 449 K. 'abunde' Charisius I 213 K. 553 'pugnatur c. a.' Charisius I 253 K. Diomedes I 399 K. Priscianus 1068. 1134 P. Dositheus VII 407 K. 554 Nonius 521, 17 schol. Veron. 94, 9 K. 559 sq. 'ego . . . regam' Servius Aen. VII 546 X 8

VARIA LECTIO. 544 Iunonem at (ac?) victrix *Nonii* ω 546 sic *Tiedkius Herm.* XXI 634 dic *testatur Servius* 547 QVANDOEQVIDEM *R, fortasse recte* iungant (546), Quandoquidem ... Teucros *ante Heynium: cf. Wagnerus lect. Verg. p.* 419 548 *cf.* IV 125 552 Tunc *c* ABUNDEEST *Myb* '*Urbanus tamen totum hunc locum per interrogationem accipit:* terrorum et fraudis abunde est? stant belli causae? *ut quasi per gratulationem non credat' Servius* 553 certatur *Prisciani* 1068 ω, *excepto Vindob. S* bellatur *Priscianus* 1134 554 sors χ, *schol. Veron.* NOVVS *MRybc* 555 conubia *Mentel. pr.,* χ CELEBRENTUR *M* 557 oras *Lachmannus Lucr.* 167: *sed cf.* 768 558 ille, aṫ ipſe γ ipse *Mentel. pr.,* χ: *cf.* 110 ſummi, *suprascr.* aṫ ſuperi, γ: *cf.* II 779 560 TALES *Mb1c* 561 STRIDENTES *Mc* ſtridentiſ . . (ſ *post. m.* 2 *ut prima manu* ſtridentibuſ *scriptum fuerit*) γ ſtridentiſ (iſ *in ras.*) *b*

Cocytique petit sedem, super ardua linquens.
est locus Italiae medio sub montibus altis,
nobilis et fama multis memoratus in oris,
amsancti valles: densis hunc frondibus atrum
urget utrimque latus nemoris, medioque fragosus
dat sonitum saxis et torto vertice torrens.
hic specus horrendum et saevi spiracula Ditis
monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago
pestiferas aperit fauces, quis condita erinys,
invisum numen, terras caelumque levabat.

Nec minus interea extremam Saturnia bello
imponit regina manum. ruit omnis in urbem
pastorum ex acie numerus caesosque reportant
Almonem puerum foedatique ora Galaesi
implorantque deos obtestanturque Latinum.

---

TESTIMONIA. 563—565 'est ... valles' (om. 'altis' et v. 564) schem. dian. p. 73 H. 563 sq. 'est . . . nobilis' Nonius 351, 32 565 'amsancti v.' Servius Aen. VII 125 568 'hic s. h.' Cledonius V 40 K. 'saevi s. Ditis' Servius georg. IV 39 572 sq. 'extremam . . . manum' comm. Bern. Lucani V 483 U. 573 sq. 'ruit . . . numerus' Priscianus 1206 P. 575 'Almonem p.' Servius Aen. VII 531 'foedatique o. G.' Servius Aen. III 216

---

VARIA LECTIO. 562 SEDENS (M· *supra* N) *M* ſedeſ *cl* SVPER *MR* ſuper[a] *b* ſupera *γc: cf.* VI 241. 750. 788 563 MEDIO· *M* 565 amſancti *b*, *Servius* ampſancti *γ* AMPSACTI *M* amſanto (p *supra* m) (o *m.* 2 *corr. in* i) *c* AMFRACTI *R* 568 'hic specus horrendum ... *quamquam antiqui codices habeant:* hic specus horrendus' *Servius. Fuerunt nimirum qui* horrendū saevi *omisso* et *scriberent.* horrendum *testatur Cledonius* et *om. m, plerique Pieriani* 'spiracula ... *antiqui codices* piracula *habent*' *Servius* 569 MONSTRATVR *R* 570 conditerinif (a *supra* i) (i *sec. m.* 2 *corr. in* y) b CONDITERYNYS *M* conditerynif *γc* 'condita erinys . . . *alii* condit *legunt et* se *subaudiunt*' *Servius* quis numen erinys Condidit invisum et terras *Peerlkampus.* quis condita Erinys Invisum numen terras *Wakefieldus, ut* invisum numen *accusativus ad* condita *referatur.* quis condit erinys Invisum numen *recisis ceteris conici posse monuit Heynius, sed legit sequentia Servius* 571 caelum terrasque *Parrhas.* terram caelumque *Pieriani* LEVAVIT *R: cf.* 502 levabat *Servius* 573 Inpo.nit *γ* 575 *damnat Peerlkampus* GELAESTI *R* 576 *om. Goth. tert.*

Turnus adest medioque in crimine caedis et igni
terrorem ingeminat: Teucros in regna vocari,
stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli.
tum quorum attonitae Baccho nemora avia matres
insultant thiasis (neque enim leve nomen Amatae),
undique collecti coeunt Martemque fatigant.
ilicet infandum cuncti contra omina bellum,
contra fata deum perverso numine poscunt.
certatim regis circumstant tecta Latini.
ille velut pelagi rupes immota resistit,
ut pelagi rupes magno veniente fragore,
quae sese multis circum latrantibus undis
mole tenet; scopuli nequiquam et spumea circum
saxa fremunt laterique inlisa refunditur alga.
verum ubi nulla datur caecum exsuperare potestas
consilium et saevae nutu Iunonis eunt res,

---

TESTIMONIA. 579 Servius ge. II 504 'stirpem a. P.' Probi de nom. exc. IV 210 K. 582 Servius Aen. IV 573 586 ult. syll. IV 225 K. Augustinus de ordine II 20, 54 587 Macrobius Sat. VI 3, 1 589 'mole t. s.' ult. syll. IV 226. 230 K.

---

VARIA LECTIO. 577 igni. *b* ignis *γ* igni *test. Servius* caedis iniquae *Burmannus* caedis et ipse *Peerlkampus* *Post v.* 580 *in M ima pag. sequitur erasa una linea v.* 581 *ut vid. Versus* 581—600. 601—615 *in folio singulari ceterorum ordini inserto et largioribus versuum spatiis insigni m. ant. conscripti sunt.* (*cf. Maximiliani Hoffmann de cod. Med. enarr. p.* VII). *Sequens deinde folium incipit a v.* 582—585 *notis a correctore in mg. adpositis, quos excipiunt v.* 616 *sqq. Distinxi singulare illud folium nota M** 582 collectae *b* 583 SGILICET *M* OMNIA (I *supra*) *M* HOMINA *M** omina *test. Servius* 584 NOMINE *M** 586—611 *Veron. fol.* 244 587—590 *aut emendanda sibi reliquisse poetam aut aliunde ascita et illata esse censet Wagnerus* 587 *om. Mentel. alt. m.* 1, *Bigot. m.* 1, *Lips. alt., damnavit Heinsius* 589 TENETSCOPOLI· *M**: *sic coniungit de ult. syll. auctor.* 'mole tenet: *hic distinguendum, ut* scopuli *nominativus pluralis sit*' *Servius* ĖT *M**, *om. V* scopuli . . . fremunt *eiecit Peerlkampus* 592 CONSILIUMET *m.* 1, *corr.* CONSILIOMET *M**

multa deos aurasque pater testatus inanis
'frangimur heu fatis' inquit 'ferimurque procella!
ipsi has sacrilego pendetis sanguine poenas,
o miseri. te, Turne, nefas, te triste manebit
supplicium, votisque deos venerabere seris.
nam mihi parta quies, omnisque in limine portus
funere felici spolior.' nec plura locutus
saepsit se tectis rerumque reliquit habenas.

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes
Albanae coluere sacrum, nunc maxima rerum
Roma colit, cum prima movent in proelia Martem,
sive Getis inferre manu lacrimabile bellum
Hyrcanisve Arabisve parant seu tendere ad Indos

TESTIMONIA. 593 Arusianus VII 492 K. 594 'frangimur . . . inquit' Servius Aen. II 13 596 sq. 'te Turne . . . supplicium' Diomedes I 314 K. Nonius 349, 25 Servius Aen. XI 302 'te t.' ('ceterus' cod.) 'manebit supplicium' Arusianus VII 491 K. 598 'nam . . . quies' Sacerdos VI 445 K. 600 schol. Veron. 101, 5 K. Servius Aen. IX 365 'rerumque r. h.' Servius Aen. VIII 1 601—603 'mos . . . colit' Servius Aen. I 7 Macrobius Sat. III 8, 8 601 sq. 'mos . . . sacrum' Nonius 377, 4 schol. Hor. carm. III 3, 30 601 'mos . . . Latio' ult. syll. IV 226 K. 'mos e. H.' Porphyrio ad Hor. epist. II 1, 255 604 sq. (om. 'lacrimabile . . . parant') schol. Hor. carm. III 24, 11 604 schol. Hor. carm. I 21, 13 605 Priscianus 688 P. schol. Veron. 98, 21 K. 'Hyrcanis . . . parant' Diomedes I 433 K. Charisius I 100. 123 K.

VARIA LECTIO. 593 auras . . . inanis: *cf. ge.* IV 196 aras *Hamb. alt. m.* 1, *Marklandus praef. ad Statii silv. p.* X *conl. Aen.* XII 496 TESTATVS *Vb2* TESTATVR *M*Ry*, *Arusianus* testatu. *b1* testat' *c* INANiS *V* INANES *R* 594—606. 607—613 *F fol. LXVI* 594 INQVIT *m. rec. sup. M.** 595—597 *supra in mg. add. sine nota in F* 596 manebat *c1*, *Arusiani Gud.* 597 ſaeriſ *b* ſacriſ *c1* 598 non *suprascr. m, Ladevicus, quem refutavit Wagnerus lect. Verg. p.* 407 nam *legit Servius 'vicinae mortis beneficio' adnotans* omnis . . . spolior *recte coniunxit Ladevicus* omnis . . . portus *corruptissimum videbatur Marklando ad Statii silv.* II 2, 7 mortisque *Burmannus* navisque *alius vir doctus: legit* omnis *Servius* 600 reli . quit *b* 604 MANUM *M**, *schol. Hor. carm.* III 24, 11 605 HYRCANIISQVE *F* Hircanisve Arabisque *Charisius* 100 Hircanisque Arabisque *'plerique' Pieriani, Charisius* 123 Hyrcanisve Arabisve *testatur Diomedes*

Auroramque sequi Parthosque reposcere signa.
sunt geminae belli portae (sic nomine dicunt)
religione sacrae et saevi formidine Martis;
centum aerei claudunt vectes aeternaque ferri
robora, nec custos absistit limine Ianus:
has, ubi certa sedet patribus sententia pugnae,
ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino
insignis reserat stridentia limina consul,
ipse vocat pugnas; sequitur tum cetera pubes,
aereaque adsensu conspirant cornua rauco.
hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus
more iubebatur tristisque recludere portas.
abstinuit tactu pater aversusque refugit
foeda ministeria et caecis se condidit umbris.
tum regina deum caelo delapsa morantis
impulit ipsa manu portas, et cardine verso
belli ferratos rupit Saturnia postes.
ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante,

TESTIMONIA. 606 'Parthos . . . signa' schol. Veron. 98, 23 K. 607 cf. schol. Veron. 98, 27 K. 608 'relligione s.' ult. syll. IV 259 K. de dub. nom. V 589 K. 609 sq. schol. Lucani I 62 609 'centum . . . vectes' Nonius 231, 9 610 'nec . . . Ianus' comm. Bern. Lucani I 62 U. 612 'cinctu G.' schol. Lucani I 596 614 Donatus ad Ter. eun. IV 7, 2, ubi tamen hic versus sequitur v. 694. 'ipse v. p.' comm. Bern. Lucani IV 228 U. 615 Servius Aen. VIII 2 616 Eutychis ars V 469 K. 'indicere b. L.' comm. Bern. et schol. Lucani II 4 617 'tristesque r. p.' Servius Aen. VII 608 618 sq. 'abstinuit . . . ministeria' Priscianus 1176 P. 'aversusque . . . ministeria' Nonius 304, 15. Arusianus VII 505 K. 621 'inpulit . . . portas' schol. Veron. 81, 31 K. 623 Servius Aen. VII 601 'ardet . . . Ausoniam' Arusianus VII 449 K.

VARIA LECTIO. 606 DEPOSCERE *R* reposcere *confirmat Servius* 608 re$^{l}$ligione *b* relligione *c*, *de ult. syll.* sacra *de dub. nom.* sacrae *confirmat Servius* 611 HAS$^{EC}$ *M** 612 SABINO (*supra* S *litura*) *F* Gabino *testatur Servius* 614—634. 635—646 *F fol. LXVII* 614 TUNC *M** 618 aduerſuſ *γ* 619 condedit *b* 620 moranteſ *b* 622 RVPIT *FR*, *Servius in lemm.* RVMPIT *Mc* rūpit *γ* ru . pit *b* 623 in excitam Ausoniam *testatur Arusianus*

signaque ferre iuvat sonitusque audire tubarum. 628
quinque adeo magnae positis incudibus urbes
tela novant, Atina potens Tiburque superbum,
Ardea Crustumerique et turrigerae Antemnae.
tegmina tuta cavant capitum flectuntque salignas
umbonum cratis; alii thoracas aënos
aut levis ocreas lento ducunt argento;
vomeris huc et falcis honos, huc omnis aratri
cessit amor; recoquont patrios fornacibus enses.
classica iamque sonant; it bello tessera signum. 637
*[pars pedes ire parat campis, pars arduus altis 624
*pulverulentus equis furit; omnes arma requirunt.

---

TESTIMONIA 629 sq. 'quinque ... novant' Servius Aen. VIII 385 630 'Atina ... superbum' Nonius 391, 9 'Tiburque s.' Servius Aen. IX 322 schol. Veron. 82. 21 K.? 634 Victorinus de metr. VI 210. 218 K. Sacerdos VI 500. 503 K. fragm. Berol. de spec. hex. VI 637 K. Beda VII 258 K. Audacis exc. VII 337 K. schol. Hor. a. p. 26 Diomedes I 496 K. (ubi ipse grammaticus 'lamnas' pro 'ocreas' exempli causa posuit) 'lento d. a.' Acro ad Hor. serm. II 8, 78 635 'vomeris ... honos' ult. syll. IV 226 K. 636 'recoquunt ... enses' addito ge. I 508 Macrobius Sat. VI 1, 63 637 'classica i. s.' Isidorus orig. XVIII 4, 5 schol. Lucani I 238 VII 476 'it b. t. s.' Priscianus 1263 P. 625 Macrobius Sat. VI 1, 54

---

VARIA LECTIO. 624—640 *de hoc loco ita disputavi in emend. Verg. 7 sq., ut dittographiam esse v.* 624—627 *demonstrarem. Ceterum dignus qui comparetur Livius* XLIV 34, 8 628 IVVANT *R* IUBET *M* lubet *coni. Heinsius* 630 ultroque *schol. Veron.* 631 Ardua *γ*1 Crustumeri '*quomodo dicere potuerit Vergilius, constare' negat Lachmannus Lucr.* 252 'Crustumerique: *mutavit, nam* Crustumerium *dicitur' Servius.* Crustumium *Goth. pr.* Crustumenum *Menag. pr. Poterat poeta* Crustumii *scribere ut ge.* II 88 et *om. R* 632 plectunt *b, non male* ſalignaſ *m.* 2 *add., idem in extremo v.* 633 *m. ant. scriptum, sed eras. c* 633 CRATĖIS *F* CRATES *MRybc* ALII (I *post in ras.*) *F* AENOS (S *add.*) *F* ÁENĖOS *M* æneoſ *c*1 634 AVT, *sed* A *in mg. postea add., etiam litterae* T *pars sup. m. rec., F* 635 honoſ, *m. rec. sup.* honuſ *b* 636 REQUOQUONT *M* requoquunt *c* RECOCVNT *FRγ* recocuunt *b*1 recoquunt *b*2 624 *omitti iubet Kvičala,* 624 *sq. Klouček* parant *γ*1 *Zulich.* L Mars *Menag. alter, Zulich. m. pr.* ARTIS *M* campis ille arduus altis Pulverulentus equis *vel* c. pars altus apertis P. eques

*pars levis clipeos et spicula lucida tergent
*arvina pingui subiguntque in cote secures;] 627
hic galeam tectis trepidus rapit, ille frementis 638
ad iuga cogit equos clipeumque auroque trilicem
loricam induitur fidoque accingitur ense.

Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,
qui bello exciti reges, quae quemque secutae
complerint campos acies, quibus Itala iam tum
floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
et meministis enim, divae, et memorare potestis:
ad nos vix tenuis famae perlabitur aura.

---

TESTIMONIA. 626 'et s. l. tergunt' Probi cath. IV 38 K. 'spicula l. t.' Sacerdos VI 486. 490 K. 627 'subiguntque ... secures' Nonius 400, 25 Servius Aen. VI 302 schol. Lucani VII 574 640 'loricam i.' Consentius V 370 K. Arusianus VII 479 K. 'fidoque a. e.' Arusianus VII 450 K. 'accingier ense' (non nominato auctore: cf. Aen. IV 493) Macrobii exc. Bob. V 645 K. 641 Priscianus 1138 P. 'pandite...deae' schol. Hor. serm. I 5, 53 645 Macrobius Sat. V 13, 9

---

VARIA LECTIO.

*Peerlkampus, qui hoc ordine versus disponi voluit:* 625. 628. 626 *sq.* 632—636. 629—631. 637—640 625 eques *Macrobii exempl.: et fortasse in Medicei archetypo v.* 624 *extr.* ARUIS *scriptum fuerat* OMNIS *F*1*M*$\gamma$1*b*1 626 cli.peoſ (*i. e.* clupeos) *b* ter$\overset{\text{v}}{\text{gent}}$ $\gamma$ tergunt *Menag.*, $\chi$ 'tergent *ab eo quod est* tergeo *venit, et* tergunt *a* tergo tergis, *quod de usu penitus recessit' Servius.* '*legimus* ... tergent, *quod venit a* tergeo, .. *et* tergunt *ab eo quod est* tergo' *Sacerdos* 486 (*cf. idem* 490) 'tergo ... *lectum est et* tergeo, *unde in Vergilio utramque declinationem indifferenter invenimus:* et .. tergunt, *a* tergo tergis, *et* tergent' *Probus* 627 ſecuriſ $\gamma$ ſecuraſ *c*1 638 $\overset{\text{T E}}{\text{RAPIDUS}}$ *M* frementeſ *c*, *item* (*sed* f *in ras.*) *b* $\overset{\text{F}}{\text{TREMENTIS}}$ *M*$\gamma$ TREMENTIS *FR* 639 cli.peum *b* 640 induitur loricam humeris *Arusianus* (*cf.* XII 88) 641 = X 163 $\overset{\text{N}}{\text{MOVETE}}$ (N *m. rec. eadem qua* VI 591) *F* $\overset{\text{n}}{\text{mouete}}$ (u *ras.*) $\gamma$ 'movete: *legitur et* monete' *Servius: cf.* 41 642 ACCITI *M* $\overset{\text{quae}}{\text{quemcumque}}$ (cum *eras.*) $\gamma$ 643 COMPLERVNT *R* IAMTUM (*sed corr. vid. ex* TANTVM) *F* 645 *Hinc redit P* euĩ *in ras. c* 646 TENVI *R* fama *Oudart.*

Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
contemptor divom Mezentius agminaque armat.
filius huic iuxta Lausus, quo pulchrior alter
non fuit excepto Laurentis corpore Turni,
Lausus, ecum domitor debellatorque ferarum,
ducit Agyllina nequiquam ex urbe secutos
mille viros, dignus, patriis qui laetior esset
imperiis et cui pater haut Medientius esset.

Post hos insignem palma per gramina currum
victoresque ostentat equos satus Hercule pulchro
pulcher Aventinus, clipeoque insigne paternum
centum angues cinctamque gerit serpentibus hydram;
collis Aventini silva quem Rhea sacerdos
furtivom partu sub luminis edidit oras,
mixta deo mulier, postquam Laurentia victor
Geryone extincto Tirynthius attigit arva
Tyrrhenoque boves in flumine lavit Hiberas.

* * * *

TESTIMONIA. 647—649 'primus . . . Lausus' Macrobius Sat. V 15, 15 648 cf. Macrobius Sat. III 5, 9 649 sq. 'quo . . . Turni' Quintilianus VIII 4, 6 650 'excepto . . . Turni' schol. Lucani VII 585 651 Charisius I 155 K. Diomedes I 323 K. Dositheus VII 397 K. 'Lausus e. domitor' Charisii exc. I 536 K. 652 Servius Aen. X 183 653 sq. 'dignus . . . esset' Priscianus 1176. 1198 P. 654 'et cui . . . esset' de fin. VI 230 K. gloss. 'cui . . . esset' Iulius Capitolinus in vita Opilii Macrini 12 655 Macrobius Sat. V 15, 15 656 sq. 'satus . . . Aventinus' Servius Aen. IV 149 660 'sub . . . oras' Servius ecl. VIII 45 661 'mixta d. m.' Servius Aen. IV 95 661 sq. 'postquam . . . arva' Servius Aen. VIII 202 662 Acro ad Hor. carm. II 14, 7 663 schol. Hor. carm. III 29, 1

VARIA LECTIO. 648 CONTEM[T]NOR *M* DIVVM *M* (D *corr. ex* U), *Rybc* Mezentius agminaque armat *om. Goth. alt.* 649 HVICIVXTA (ICIV *in ras.*) *R* HUN[I]C IUXTA *M* 651 EQVvM (V *m.* 2 *add.*) *P* EQUUM *Mybc* BELLATOR *R* 652 AGYLLINAE *P* 653 quae *c*1 654 MEDIENTIVS *P: cf. mus. Rhen.* XII 419 *sqq. prol.* 453 MEZENTIVS *MRybc* 655 PALMAM *R* fama *Macrobii exempl.* 658 sectam *Peerlkampus ex Silio* II 159 660 FVRTIVOM *P*1 FVRTIVVM *MP*2*Rybc* PARTV (V *eras.*) *P* 663 hiberos *Moret. sec. et tertius* *Hic desidero militum quos Aventinus ducit mentionem aliquam*

pila manu saevosque gerunt in bella dolones
et tereti pugnant mucrone veruque Sabello.
ipse pedes, tegimen torquens immane leonis,
horridus Herculeoque umeros innexus amictu, 669
terribili inpexum ⟨os⟩ saeta cum dentibus albis 667
indutus capiti, sic regia tecta subibat.
  Tum gemini fratres Tiburtia moenia linqunt,
fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus,
et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
ceu duo nubigenae cum vertice montis ab alto
descendunt centauri, Homolen Othrymque nivalem

TESTIMONIA. 664 sq. cf. schol. Veron. 99, 1 K. 664 Servius Aen. XII 121 665 Priscianus 764 P. 666—668 Priscianus 1185 P. 666 'tegimen . . . leonis' Servius Aen. XII 180 'indutus terga leonis' (libri numero non addito) Priscianus 797 P. 667 Donatus ad Ter. eun. II 3, 32 'cum dentibus albis' Quintilianus VIII 2, 10 cf. 6, 40 668 Arusianus VII 479 K. 670 'tum g. f.' Macrobius Sat. V 15, 15 672 Servius Aen. I 467 XI 465 Porphyrio ad Hor. carm. I 7, 13 II 6, 5 'Catillusque a. Coras' schol. Hor. carm. I 7, 1 'Argiva i.' Acro ad Hor. carm. II 6, 5 674 sq. 'ceu . . . centauri' Diomedes I 463 K. (om. 'ab alto') 674 'nube nati ceu duo' Terentianus Maurus 476

VARIA LECTIO. 664—689 *Veron. fol.* 249 664 *sq.* manus . . . Sabellae *Peerlkampus* 665 que *om. P* 666—669 *De his versibus dixi in emend. Verg. p.* 7 666 tegumen *Mentel. pr.*, *χ*: *cf.* III 594 TORQVENS (RQVE *in ras., ut m. pr. fortasse* tollens *scriptum fuerit*) *R* torqueſ *ut vid. c*1 rictus *Peerlkampus* torquens *testatur Servius* 669 *huc transposui* INNIXVS *PR: cf.* IV 217 VI 281 667 TERRIBILIS *R* INPLEXV *R* inplexum *b*1 os *inserui* et dentibus atris *Donatus* 668 indutis *Bothius* SVBIBANT *R* capiti, atque humeros innexus amictu Horridus Herculeo, sic regia tecta subibat *Peerlkampus conl.* XI 679 *sqq. Varia eaque non magis vel probabilia vel tolerabilia alii proposuerunt* 670 TVNC *Rc* LINQVNT *RV* LINQUUN̄ *Mybc* 671 FRATRIS (I *corr. in* E) *MP* DE NOMINE *P: cf.* VIII 54 '*et eam* de *fratris maioris* nomine *Tibur appellaverunt*' *Servius* 672 Catilluſ *b* Catilus *c* CATHILLVS *R* Cathiluſ *γ* CAṪTILLUS *M* CATTHILLVS *PV: cf.* XI 640 que *pr. om. V* 675 DISCENDUNT *M* OTRYN *R* OTRUM *M* oty . rim *b* otyrin *c* otyrum, otirum, tyrrim *χ*: *cf. nov. annal. Fleckeiseni* LXXVII 198 *prol.* 418 NIVALI *V*

linquentes cursu rapido; dat euntibus ingens
silva locum et magno cedunt virgulta fragore.

Nec Praenestinae fundator defuit urbis,
Volcano genitum pecora inter agrestia regem
inventumque focis omnis quem credidit aetas,
Caeculus. hunc late legio comitatur agrestis:
quique altum Praeneste viri quique arva Gabinae
Iunonis gelidumque Anienem et roscida rivis
Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit,
quos, Amasene pater. non illis omnibus arma,
nec clipei currusve sonant: pars maxima glandes
liventis plumbi spargit, pars spicula gestat
bina manu, fulvosque lupi de pelle galeros
tegmen habent capiti, vestigia nuda sinistri
instituere pedis, crudus tegit altera pero.
At Messapus, ecum domitor, Neptunia proles,
quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,

---

TESTIMONIA. 678 'nec P. f.' Macrobius Sat. V 15, 15 681 cf. schol. Veron. 90, 6 K. 682 Priscianus 760 P. 'quique . . . viri' Consentius V 346 K. Servius Aen. VIII 561 683 'gelidumque A.' Sacerdos VI 474 K. 684 'Hernica s. c.' Cassiodorius VII 201 K. Albini orthogr. VII 309 K. schol. Iuven. XIV 180 684—690 'quos . . . pero' Macrobius Sat. V 18, 13 685 'quos A. p.' Servius Aen. IX 641 686 sq. 'pars . . . spargit' Nonius 553, 20 688 'fulvosque . . . galeros' Charisius I 80 K. 'fulvos galeros' Gellius II 26, 11 690 'crudus . . . pero' schol. Iuven. XIV 186 691 'at . . . domitor' Macrobius Sat. V 15, 15 692 Servius Aen. IX 121 XI 429

---

VARIA LECTIO. 676 LIQVENTES *R* RAPIDO (P *an* B, *non liq.*) *V: cf.* 451 677 ET *suprascr. P* CAEDUNT *M* cedant *γ* (v *suprascr.*) 678 DEFICIT *R* 679 *sq. in suspicionem vocavit Bryantus, legit Servius* 679 VVLCANO *Pγb* Vulgano *c* regis *Peerlkampus* 681 LATELEGIO *M* LEGIOLATE *PRVγbc* comitantur *Mentel. tert. m.* 1 682 Gabinae] Celemnae *ex v.* 739 *Priscianus* 684 pascis *nonnulli Pieriani, prob. Bentleius* 686 cli.pei *b* CVRRVSQVE *R* glandiſ *c*1 687 spargunt (s) . . . gestant *χ* 689 TEGMINA *Pγ*1: *cf.* 742 CAPITI *M* ſiniſtra *c*1 690 PEDES *M m.* 2 CERO *R* 691 EQVVM *MRγbc*

iam pridem resides populos desuetaque bello
agmina in arma vocat subito ferrumque retractat.
hi Fescenninas acies Aequosque Faliscos, 695
hi Soractis habent arces Flaviniaque arva
et Cimini cum monte lacum lucosque Capenos.
nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto 703
misceri putet, aëriam set gurgite ab alto
urgeri volucrum raucarum ad litora nubem. 705
ibant aequati numero regemque canebant, 698
ceu quondam nivei liquida inter flumina cycni,
cum sese e pastu referunt et longa canoros 700
dant per colla modos, sonat amnis et Asia longe
pulsa palus.
Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum 706

---

TESTIMONIA. 693 'iam p. r. p.' ult. syll. IV 250 K. 693 sq. 'desuetaque . . . retractat' Servius Aen. VII 601 Donatus ad Ter. eun. IV 7, 2 (cf. ad v. 614) 697 'et . . . lacum' Servius ge. III 30 703 sq. 'nec . . . putet' Servius Aen. II 487 698 'regemque c.' Servius Aen. I 1 schol. Hor. epod. IX 18 699—702 'ceu . . . palus' Macrobius Sat. V 8, 3 706 sq. 'ecce . . . Clausus' Servius Aen. X 345 706 'ecce . . . sanguine' Macrobius Sat. V 15, 15

---

VARIA LECTIO. 693—695 *hoc ordine posuit Ladevicus:* 695. 693. 694 695 is *Ladevicus* acies *corruptum videtur: aliter verbum desideratur velut* ducunt: *cf. emend. Verg.* 9 arces *Gebhardi* sedes *Klouček* (Fescenninos) colles *Peerlkampus* agros *F. Hoffmann* ocres *Deecke* Aequos *Heinsius* aequos *Servius: cf. Bergk opusc.* I 215 *sq. Deecke Falisc.* 44 *sq.* FALLECOS *R* faliſqcoſ (q *eras.*) *c* 696 FLA(M)VINIA *P* fla . . . . ui . na(1) *γ*2 flamnimia *ut vid. γ*1 *cf. Silius* VIII 490: *testatur* Flavinia *Servius* 697 CYMINI *P*2*γ*2*c* cymino *γ*1 c(v)om *γ* com *c* CAIENOS *R* 703—705 *ante v.* 698 *reponendos esse dixi in emend. Verg.* 9 *sq., pro dittographia habet Hertzbergius* 703 examine *Hamb. alt., Leid., prob. Mähly ephem. gymn. Austr.* 1879 *p.* 417 704 PU(E)TAT *M* aethereàm *Menag. pr.* 705 UOLUCR(U)EM *M* 699 liquida: *cf.* IX 679 FLVMINA *P: cf. Homeri Il. B* 461, *Apollonius Rhod. Δ* 1300 flumina, *suprascr.* at nubila *γ* NUBILA *MRbc, Macrobii exempl., legit Servius: cf.* V 525 *prol.* 310 700 et pastu, *i. e.* ec pastu, *Macrobii Angl. et Med.* 3 702 *sq. uno versu continuat M* 706 ſabinarum *γ*1

agmen agens Clausus magnique ipse agminis instar,
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens
per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.
una ingens Amiterna cohors priscique Quirites,
Ereti manus omnis oliviferaeque Mutuscae;
qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,
qui Tetricae horrentis rupes montemque Severum
Casperiamque colunt Forulosque et flumen Himellae,
qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida misit
Nursia, et Ortinae classes populique Latini,
quosque secans infaustum interluit Allia nomen:
quam multi Libyco volvontur marmore fluctus,

---

TESTIMONIA. 713 Nonius 181, 15. 390, 15 714 'prope flumen Himellae' Priscianus 680 P. 715 'qui . . . bibunt' Priscianus 757 P. schol. Hor. carm. IV 15, 21 716 'et O. c.' Servius Aen. II 30 III 602 717 Pseudoasconius ad Cic. 118 Or. 'et quos infaustum...nomen' Priscianus 680 P. 'Allia' comm. Bern. Lucani VII 633 U. 718. 720 Sacerdos VI 465 K.

---

VARIA LECTIO. 708 EQVO (A) *M* defundit (s) *c1* gens] INGENS *M* 710 QVIRITIS *R* 712 ROSEA *R, Servius* ROSA *M* ROSCIA (cida) *P* rofcia *γ* rofca (*corr. m. rec.*) *b* rof/// *c1* rofcida *c2* rofida, rocida *χ* 713 rupit (*h. e.* rupis) *Nonii* 181 *exempl.* MONTEM (T *in ras.*) *R* AMNEM *P, ut ge.* III 37 *Aen.* VI 374 amnem (al monte) *γ* montem *testatur Servius* 714 FVRVLOS (V *pr. corr. in* O) *P* forulof (e) *γ* q. *suprascr. γ* ETFLUMEN *suprascr. M* prope flumen *Priscianus* ('*Himella Sabinorum flumen prope Casperiam*' *Vibius Sequester p.* 11) HYMILLAE *R* 715 FABARVIM *P* FABARVM *R* Faburum '*antiqui aliquot*' *Pieriani* ararim *Prisciani φ* (*fortasse* Farfarum *adscriptum fuerat: cf. Servius*) Fabarim *testantur Servius et Priscianus* 716 NVRISIA *R* NOSIA (UR) *M* ORTINAE *Pybc* ORTINAE (H) *M* HORTINAE *R* urtinae *Menag. alt.* populique Latini *num recte se habeat dubito, quamquam lectum a Servio* 717 et quos infaustum *Priscianus* intervenit *Pseudoasconius* ALLIA *MP* al.la *c1* ALIA *R, Prisciani Halb.* alia (l) *yb* '*additum unum* l *propter metrum*' *Servius: cf. schol. Lucani* VII 633 718 LYBICO *Mybc* VOLVVNTVR *PRybc* Libyci . . . murmure *Gebhardi*

saevos ubi Orion hibernis conditur undis;
vel cum sole novo densae torrentur aristae
aut Hermi campo aut Lyciae flaventibus arvis.
scuta sonant pulsuque pedum conterrita tellus.
  Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
curru iungit Halaesus equos Turnoque ferocis
mille rapit populos, vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris et quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaque iuxta
aequora quique Cales lincunt, amnisque vadosi
accola Volturni, pariterque Saticulus asper
Oscorumque manus. teretes sunt aclydes illis
tela, set haec lento mos est aptare flagello;
laevas caetra tegit, falcati comminus enses.
  Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha

TESTIMONIA. 723 Arusianus VII 477 K. 'hic Agamemnonius' Macrobius Sat. V 15, 15 727 'dixit Aurunci, quod aeque barbarum est producere' Terentianus Maurus 471 730 sq. 'teretes . . . flagello' Nonius 554, 4 731 'sed . . . flagello' Priscianus 650. 749. 764 P. Maximus Victorinus de rat. metr. VI 217 K. Servius Aen. IV 289 732 'laevas c. t.' Nonius 555, 6 Isidorus orig. XVIII 12, 5 733 sq. 'nec . . . Oebale' schem. dian. p. 71 H. 734 'Oebale q. g.' Sacerdos VI 516 K.

VARIA LECTIO. 719 SAEVOS (O *corr. in* V) *P* SAEVVS *MRb* Seuuſ *γc* 720 cum] quot *Menag.* quam *ed. Pinciana a.* 1495 sub *Peerlkampus* HARISTAE *M* (*cf. de aspir.* V 440 K.) 721 lucię *c*1 Libyae *Schraderus* Lyciae *legit Servius* 722 CURSU *M, ut* 807 tremit excita tellus *χ ex* XII 445 723 hic *Macrobii exempl.* 724 HALAESVS *P* aleſuſ *c* FEROCES *MRbc* 725 VENIVNT *R* 727 Arunci *χ*: *cf. Terentianus Maurus* PATRES (SE N *supra*) *M*: *cf.* 206 728 LINQVNT *R* LIQUENT (U *supra*) *M* liquunt (n *supra*) *γ* linquunt *bc* AMNES *M*1 omnis *Bentleius* 729 VVLTVRNI *Rbc* 730 TVSCORVM *R* ACLVDES *Pγ*1: *nescio an recte* 731 lento] tereti *Menag. alter, Zulich., ter testatur Priscianus* 732 LAEVASCAETRA *R* LAEUASCETRA *Myb, Isidori Gud.* 1. 2 *Nonii ex.* LAEVAS CEPTRA *P* laeuaſſceptra *Menag. pr., Sprotian.* laeuaſc&tera *c*1 laeuam ſcetra *Isidori ω* 734 quem (e *m.* 2) *γ* quae *b*1 qu.ē *b*2

fertur, Teleboum Capreas cum regna teneret,
iam senior; patriis set non et filius arvis
contentus late iam tum dicione premebat
Sarrastis populos et quae rigat aequora Sarnus
quique Rufras Batulumque tenent atque arva Celemnae
et quos maliferae despectant moenia Bellae,
Teutonico ritu soliti torquere cateias,
tegmina quis capitum raptus de subere cortex,
aerataeque micant peltae, micat aereus ensis.
  Et te montosae misere in proelia Nersae,

---

TESTIMONIA. 735 'Teleboum . . . teneret' schol. Iuven. X 72 736 sq. 'patriis . . . contentus' Nonius 263, 33 738 'et . . . Sarnus' Orosius IV 15, 2 741 Isidorus orig. XVIII 7, 7 742 de dub. nom. V 576 K. 'raptus . . . cortex' Priscianus 655 P. Probi cath. IV 12 K. Nonius 199, 30 Servius ecl. IV 63 743 'micat aereus ensis' Servius Aen. I 295 XI 655 744 'et te m.' Macrobius Sat. V 15, 15 'et te m. m.' Sacerdos VI 444 K.

---

VARIA LECTIO.

generaſſeque (que *eras.*) *γ* SEBETHIDE P SEDETHIDE *R* SEBETIDE (*fort.* H *suprascr.*) *M* ſeb&hide (h *corr. in* r) *γ* ſebethride *b* ſebethirido (e *suprascr.*) *c* 735 Capreis *schol. Iuvenalis* Capreas *confirmat Servius* 736 ARMIS *R* 737 tenebat (at p̄me *suprascr.*) *γ* TENEBAT *MP*, *ut* I 236. 622 X 53 738 SARRASTIS (R *suprascr.*) *P* Sarraſtriſ *γc*: *cf. Sil.* VIII 536 QVA *Rγ*2 qua . *c* ꟻSARNVS *P* 739 BATULVM (Y *suprascr.*) *M* batalum (v *suprascr.*) *γb* BATALVM *PR*, *ut Silii* VIII 564 *ω* CELENE *m.* 1, CELENE (M A *suprascr.*) *m.*2*M* CALEMNAE *R* 740 *cf. Mommsen inscr. Neap.* 1946 diſpectant *b*1 . . . ſpectant (*eras.* dae *vel* que) *γ* BELLAE *libri quotquot innotuerunt omnes nisi quod* abellae *teste Hoffmanno Weig.* 'Bellae: *multi* Nolam *volunt intellegi et dicunt iratum Vergilium nomen eius mutasse propter sibi negatum hospitium, et id aperte noluisse dicere, sed ostendere per periphrasin . . . alii ita volunt accipi, ut sit synalipha et legatur* moenia Abellae' *Servius: cf. prol.* 24 741 RITV (M *suprascr.*) *P* ritum *γ*1 TORQVERECATEIAS (Q — S *in ras., ut post* S *quatuor etiam litterae videantur erasae esse, quarum ultima fortasse* E) *R* cateiaſ (i *in ras.*) *b* categaſ (i *suprascr.*) *c* CATELAS *M* 744 NERSAE *MPγcψ: cf. inscr. Osca edita a G. Colucci in bull. arch. Neap.* 1858

Ufens, insignem fama et felicibus armis;
horrida praecipue cui gens adsuetaque multo
venatu nemorum, duris Aequicula glaebis.
armati terram exercent, semperque recentis
convectare iuvat praedas et vivere rapto.

Quin et Marruvia venit de gente sacerdos,
fronde super galeam et felici comptus oliva,
Archippi regis missu, fortissimus Umbro,
· vipereo generi et graviter spirantibus hydris
spargere qui somnos cantuque manuque solebat
mulcebatque iras et morsus arte levabat.
sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum
evaluit, neque eum iuvere in volnera cantus
somniferi et Marsis quaesitae montibus herbae.
te nemus Angitiae, vitrea te Fucinus unda,
te liquidi flevere lacus.

---

TESTIMONIA. 745 'insignem . . . armis' Servius Aen. XII 641 748—751 Lactantius div. inst. VII 22 749 comm. Bern. Lucani IV 90 U. Servius ecl. III 7 750 Macrobius Sat. V 15, 15 752 'fortissimus Umbro' Macrobius Sat. V 15, 8 754 schol. Hor. epod. V 76 756 sq. 'sed . . . evaluit' Priscianus 792 P. Arusianus VII 492 K. Servius Aen. X 545 759 sq. Macrobius Sat. IV 6, 23 Isidorus orig. I 35, 9 Diomedes I 446 K. interpolatus 759 Quintilianus IX 3, 34 'angitiae' cf. Marius Victorinus VI 19 K. et Ritschelius opusc IV 145 'vitrea . . . unda' schol. Hor. carm. III 13, 1 IV 2, 3

---

VARIA LECTIO.

*n.* 162 (*Zwetaieff syll. inscr. Osc. n.* 1) nirſę *b*1 NYRSAE *R* narsae *Menag.* Nursae *Witt.* 745 Uffens *Menag. pr.* 747 Aequicola *Garrucci bull. arch. Neap.* 1859 *p.* 170 748 recenteſ *c* 750 MARRVLA, *i. e.* MARRVIA *R* (*Μαρούιον Strabo* V *p.* 241 *Dionysius Halic.* I 14) ma.rubia (r *sup.*) (b *corr. ex* u) *c* marrubia *ψ*, *Servius, Macrobii exempl.* 755 ERAS (F *sup.*) (F *m. ant.*) *P* feras *Sprot.* .iraſ (i *m.* 2) *γ* 757 IN (AD *sup.*) *M* uulnera *bc*2 UOLNERE (A· *sup.*) *M* VVLNERE *Rc*1 758 QUAESIETEMONTIB· (AIN *sup.*) *M* quaeſitae in montibuſ *b* 759 ANGITIAE *Pγbc*, *Macrobii exempl.* ANGITTE *R* ANGUETIAE *M* anguitiae *Mentel. pr.*, *χ*, *Isidori Gud.* 3, *Quintiliani exempl.*

Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello,
Virbius, insignem quem mater Aricia misit,
eductum Egeriae lucis umentia circum
litora, pinguis ubi et placabilis ara Dianae.
namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte novercae
occiderit patriasque explerit sanguine poenas
turbatis distractus equis, ad sidera rursus
aetheria et superas caeli venisse sub auras,
Paeoniis revocatum herbis et amore Dianae.
tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris
mortalem infernis ad lumina surgere vitae,
ipse repertorem medicinae talis et artis
fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad undas.
at Trivia Hippolytum secretis alma recondit
sedibus et nymphae Egeriae nemorique relegat,
solus ubi in silvis Italis ignobilis aevom

---

TESTIMONIA. 761 'ibat . . . proles' Macrobius Sat. V 15, 15 'Virbius Hippolyti . . . bello' Macrobius Sat. V 15, 8 762 'insignem . . . misit' Servius Aen. X 172 'quem . . . misit' schol. Lucani VI 74
763 'eductum E. l.' Diomedes I 377 K. 765 Probus 10, 24 K.
767 'turbatis d. e.' Nonius 287, 18 Lactantius div. institut. I 17
768 'superas . . . auras' ult. syll. IV 242 K. 769 Porphyrio ad Hor. carm. IV 7, 25 770 sq. 'pater . . . vitae' Arusianus VII 483 K.
772 sq. 'clamat summus poeta eos omnes qui inventas vitam excoluere per artes (VI 663) aput inferos esse, ipsumque illum repertorem medicinae talis et artis ad Stygias undas fulmine detrusum' Lactantius div. inst. I 19 774—777 'secretis . . . esset' Lactantius div. inst. I 17
775 'et . . . relegat' in Don. IV 552 K.

---

VARIA LECTIO. 762 VERBIVS *R* viribus *Peerlkampus conl.* IX 583 ARECIA *R* 763 luco *m* HYMETIA *Pc* h(v).mecia *γ* ime(h).tia *b* ymetia *Mentel. pr.* himecia *Menag. pr.* Symetia *Leid.* fumetia *m*: *cf.* IX 584 764 *cf.* IX 585 768 auras: *cf.* 557
769 PAEON(I)IS *M*: *cf.* XII 401 *et Lachmannus Lucr.* 280
773 POENIGENAM *Mγ2b* POENIGINAM *R* poe.nigenam (*erasa* g *ni f.*) *c* phoenigneam *Mentel. pr.* 'Poenigenam *i. e. matris poena genitum. alii* Phoebigenam *legunt, ut Probus*' *Servius*: *cf. prol.* 139 in *cm* ī *γ2* (ad *γ1*) V(A)NDIS *P* 776 I(U)BI *M*
AEVOM (O *corr. in* V) *P* AEVVM *MRγbc*

exigeret versoque ubi nomine Virbius esset.
unde etiam templo Triviae lucisque sacratis
cornipedes arcentur equi, quod litore currum
et iuvenem monstris pavidi effudere marinis.
filius ardentis haut setius aequore campi
exercebat equos curruque in bella ruebat.

Ipse inter primos praestanti corpore Turnus
vertitur arma tenens et toto vertice supra est.
cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram
sustinet, Aetnaeos efflantem faucibus ignis:
tam magis illa fremens et tristibus effera flammis,
quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.
at levem clipeum sublatis cornibus Io
auro insignibat, iam saetis obsita, iam bos
(argumentum ingens), et custos virginis Argus,
caelataque amnem fundens pater Inachus urna.
insequitur nimbus peditum clipeataque totis
agmina densentur campis, Argivaque pubes
Auruncaeque manus, Rutuli veteresque Sicani

---

TESTIMONIA. 785 sq. Macrobius Sat. V 13, 36 'galea . . . ignis' Servius Aen. X 209 787 sq. Quintilianus IX 3, 15 anecd. Helv. 213 787 Pompeius V 157 K. 'tam . . . fremens' ult. syll. IV 248 K. 789 Servius Aen. V 306 790 'iam saetis ... bos' Lactantius div. inst. I 11 791 'argumentum i.' Quintilianus V 10, 10 schol. Lucani VIII 869 'et . . . Argus' schol. Lucani IX 663 792 Macrobius Sat. VI 6, 19 794—800 'agmina ... praesidet' Macrobius Sat. V 15, 19 795 'Siculi veteresque S.' Servius Aen. I 2 cf. 'veteresque Latini' Servius Aen. I 6

---

VARIA LECTIO. 777 VIRBIVS (B *fort. corr. ex* D, I *seq. in ras.*) *R* uerbiuſ *γ*1: *cf.* 762 779 *sq.* quod litora circum Heu! iuvenem m. p. e. m. *Marklandus ad Statii silv.* I 2, 45 III 3, 25 quod litora circum Attoniti monstris iuvenem traxere marinis *vel* per litora curru Quod iuvenem monstris pavidi effudere m. *Peerlkampus* 781 segnius *χ* ('haud setius: *non segnius patre*' *Servius*) 786 efflantem (f *pr. in ras.*) *b* IGNES *PRγbc* *Fortius hic interpunxi, ut* illa *v.* 787 *ad Chimaeram referri possit* 787 tremens *Quintiliani exempl.* 789 sub latis *Peerlkampus* 790 insignibat] INSIGNITAM *R* Bós *M* 792 aerata *Peerlkampus* 794 denſantur *γ*2*χ* 'densentur: denseo denses *dicimus, aliter non*' *Servius: cf. ge.* I 248. 419 795 rutǐli *b* Siculi *Servius Aen.* I 2

et Sacranae acies et picti scuta Labici;
qui saltus, Tiberine, tuos sacrumque Numici
litus arant Rutulosque exercent vomere colles
Circaeumque iugum, quis Iuppiter Anxurus arvis
praesidet et viridi gaudens Feronia luco;
qua Saturae iacet atra palus gelidusque per imas
quaerit iter vallis atque in mare conditur Ufens.

Hos super advenit Volsca de gente Camilla
agmen agens equitum et florentis aere catervas,
bellatrix, non illa colo calathisve Minervae
femineas adsueta manus, set proelia virgo
dura pati cursuque pedum praevertere ventos.
illa vel intactae segetis per summa volaret
gramina nec teneras cursu laesisset aristas,
vel mare per medium fluctu suspensa tumenti

---

TESTIMONIA. 796 'picti s. L.' Servius Aen. IV 509 799 sq. 'quis . . . praesidet' Arusianus VII 498 K. 'Iuppiter . . . praesidet' Porphyrio ad Hor. serm. I 5, 25 800 'viridi . . . luco' schol. Hor. serm. I 5, 24 801 sq. Probus 50, 5 K. 803 'Volsca . . . Camilla' Servius Aen. IX 503 805 'colo c. M.' lap. Aldobrandinus: cf. H. Iordan Krit. Beitr. 41 'calathisve Minervae' Diomedes I 433 K. 807 'cursu . . . ventos' schol. Lucani VIII 30 'praevertere v.' Priscianus 803 P. 808—811 Diomedes I 461 K. Seneca epist. 85, 4 Macrobius Sat. V 8, 4 808 sq. Quintilianus VIII 6, 69 Servius Aen. XI 719 808 'illa v. i. s.' ult. syll. IV 233 K.

---

VARIA LECTIO. 796 et] stant *Macrobius: cf.* II 333 ſarranae ſaranae ſaturnae $\chi$ gaurinae *Thuan.* Gauranae *Macrobius.* Sacranae *testatur Servius: cf. Festus* 321 *M.* 798 durosque *Peerlkampus* 799 CIRCEUM *M* ANXURUS *M* AVXYRVS *R* anxyrus $\chi$ ANXVRIS *Pγ*1, *Macrobius, schol. Hor.* anxiriſ (i *post. in ras.*) *b* anxiriſ *c* anxur et *Scheff.* anxyrius *Arusiani exempl.* 'Anxyrus *dicebatur quasi* ἄνευ ξυρᾶς' *Servius* 801 SATVRAE *libri cum Probo, ut Silius* VIII 380 'Saturae . . . *secundum hanc lectionem re vera* Saturam paludem *intellegimus. sed alii* Asturae *legunt; quod si est, paludem pro flumine posuit. nam haud longe a Terracina oppidum est* Astura *et cognominis fluvius*' *Servius* 802 VALLES *MPγb*1*c* 803 VOLSCA (O *in ras.*) *R* VVLSCA *Pc* uolſcan *b*1 805 calathisque *lap. Aldobr.* 809 cursu teneras *Seneca* HARISTAS *M* 810 FLVCTV . SVSPENSA (*erasa una litt., fort.* S) *R* fluctus s. tumentis *Diomedes*

ferret iter celeris nec tingueret aequore plantas.
illam omnis tectis agrisque effusa iuventus
turbaque miratur matrum et prospectat euntem,
attonitis inhians animis, ut regius ostro
velet honos levis umeros, ut fibula crinem
auro internectat, Lyciam ut gerat ipsa pharetram
et pastoralem praefixa cuspide myrtum.

TESTIMONIA. 817 Isidorus orig. XVIII 7, 11 Servius Aen. III 22 georg. II 447

VARIA LECTIO. 811 ferretur *Klouček* CELERIS (I *corr. in* E) *M* celeris nec] cursu non *Diomedes* 814 inhians] HAESERE *P ut* V 529 haesere, aĩ inianſ *γ* inhians *testatur Servius* 815 leueſ *b* vestem *Menag. pr.*, *χ*, *ut* IV 139

·P̃· UERGILI· MARONIS ‖ AENEIDOS· LIBER UII EXP̃· ‖ INC̃· LIB̃· UIIII FELICI· *M* VERGILI· MARONIS· AENEIDOS ‖ LIBER· VII· EXPLIC· ‖ INCIPIT· LIBER· VIII· *R* EXPLICIT· LIBER· SEPTIMVS· ‖ INCIPIT· OCTAUUS· *γ* EXPLICIT LIBER SEPTIMVS VĨRG MARONIS AENEIDOS ‖ VERSVS OVIDII NASONIS (*sequuntur undecim versus, quos v. in proleg.*) INCIPIT LIBER OCTAVVS *b* Virgili maroniſ liber VII aeneidorum felicit explicit Incipit VIII· (*sequuntur item* 11 *versus, de quibus cf. proleg.*) *c*

## P. VERGILI MARONIS

# AENEIDOS

## LIBER OCTAVOS.

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
extulit et rauco strepuerunt cornua cantu,
[utque acris concussit equos utque impulit arma,]
extemplo turbati animi, simul omne tumultu
coniurat trepido Latium saevitque iuventus
effera. ductores primi Messapus et Ufens
contemptorque deum Mezentius undique cogunt
auxilia et latos vastant cultoribus agros.
mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
qui petat auxilium et Latio consistere Teucros,
advectum Aenean classi victosque penatis

TESTIMONIA. Aeneidos VIII 1—4 Diomedes I 438 K. 1 sq. 'ut . . . extulit' Nonius 297, 20 1 Priscianus 1262 P. ult. syll. IV 246 K. 'ut b. s.' schol. Medic. ecl. VIII 41 3 'utque impulit a.' Servius Aen. VII 608 4 sq. 'simul . . . Latium' Servius Aen. II 157 comm. Bern. Lucani IV 228 U. 7 'contemptorque d. M.' Charisius I 274 K. ult. syll. IV 222 K. 'contemptor divum M.' Diomedes I 459 K. 8 'et . . . agros' Servius Aen. X 311 XI 367 ge. I 507 9 sq. 'mittitur . . . auxilium' Nonius 366, 19 9 Nonius 348, 10 Servius Aen. II 157 11 Priscianus 768 P. 'advectum Aeneam c.' Consentius V 355 K.

VARIA LECTIO. AENEIDOS VIII 2 SONVERVNT (TREP *supra*) *P: cf.* VII 637 3 *abesse malim: cf. prol.* 83 acreſ *b* 4 *cf.* XI 451 7 contemptor diuum, *om.* que, *ut* VII 648, *Diomedes* deum *om. c* MEZZENTIVS *R: cf. prol.* 453 8 laetos *Servii Aen.* X 311 *Par.* 10 p&it *c*1 CONSIDERE (D *m. ant., sed in spatio erasarum* 2 *litt.*) *P: cf.* VI 67 · conſidere *γ* consistere *Servius: cf.* I 541 VI 807 VIII 381 X 75 11 aeneam . . (*eras.* an, *ut vid.*) *γ* eneã *c* penateſ *bc*

inferre et fatis regem se dicere posci
edoceat [multasque viro se adiungere gentis
Dardanio et late Latio increbrescere nomen].
quid struat his coeptis, quem, si fortuna sequatur,
eventum pugnae cupiat, manifestius ipsi
quam Turno regi aut regi apparere Latino.

Talia per Latium. quae Laomedontius heros
cuncta videns magno curarum fluctuat aestu,
atque animum nunc hac celerem, nunc dividit illuc,
in partisque rapit varias perque omnia versat:
sicut aquae tremulum labris ubi lumen aënis
sole repercussum aut radiantis imagine lunae
omnia pervolitat late loca iamque sub auras
erigitur summique ferit lacuaria tecti.
nox erat, et terras animalia fessa per omnis
alituum pecudumque genus sopor altus habebat:
cum pater in ripa gelidique sub aetheris axe
Aeneas, tristi turbatus pectora bello,

---

TESTIMONIA. 18 'talia p. L.' ult. syll. IV 284 K. 'Laomedontius h.' Diomedes I 328 K. Servius Aen. III 248 20—25 (om. 23) schol. Hor. carm. II 16, 11 22 Nonius 449, 20 25 cf. schol. Veron. 99, 22 K. 26 sq. Seneca controv. VII 27 26 'nox e.' Charisius I 12 K. Marius Victorinus VI 29 K. Mallius Theodorus VI 587 K. 27 Priscianus 773 P. schol. Hor. carm. I 1, 33 'alituum p. g.' Servius Aen. VI 653 'alituum' Diomedes I 452 K. 28 'in ripa . . . axe' schol. Hor. carm. III 2, 5 'sub a. a.' schol. Veron. 99, 24 K.

---

VARIA LECTIO. 13 *sq.* multas . . . nomen *aliena manu addita esse statuit Peerlkampus, dormitanti Vergilio adscripsit Wagnerus quaest. Verg.* XXXX 2. multas . . . Dardanio *interpretatur Servius: cf.* VII 238 13 GENTIS (I *corr. in* E) *P* genteſ *γ1b* 15—39 *Veron. fol.* 238 15 *sq.* quid, si F. sequatur eventum pugnae, cupiat *Peerlkampus. Paulo probabilius* quae *scribere poterat, sed* quem *testatur Servius* 19 *cf.* IV 532 20 *sq.* = IV 285 *sq.* 20 celerem nunc huc *schol. Hor.* 21 PARTiS *V* parteſ *b* 22 AENEIS *V* 23 repercusso *Hoffmannus spicil. crit. Vindob.* 15 (*cf. prol.* 110) repercussum *legit Servius* 25 LAQVARIA *V* lacuar— *schol. Veron.* LAQVEARIA *PRγc, schol. Hor.* LAQUEAREA *M*ˢ laq : aria *b* 'laquearia; *multi* lacuaria *legunt' Servius: cf.* I 726 *Caper orthogr.* VII 105 *K.* 29 PECTORE *M*

procubuit seramque dedit per membra quietem.
huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno
populeas inter senior se attollere frondes
visus (eum tenuis glauco velabat amictu
carbasus, et crinis umbrosa tegebat harundo),
tum sic adfari et curas his demere dictis:

'O sate gente deum, Troianam ex hostibus urbem
qui revehis nobis aeternaque Pergama servas,
expectate solo Laurenti arvisque Latinis,
hic tibi certa domus, certi, ne absiste, penates,
neu belli terrere minis: tumor omnis et irae
concessere deum.
[iamque tibi, ne vana putes haec fingere somnum,
litoreis ingens inventa sub ilicibus sus,
triginta capitum fetus enixa, iacebit,

---

TESTIMONIA. 30 cf. schol. Veron. 99, 27 K. 'seramque...quietem' Servius ge. I 251 32 'populeas i. s.' comm. Bern. Lucani I 188 U. 33 sq. 'eum . . . carbasus' Nonius 541, 15 34 'carbasus' schol. Veron. 99, 29 K. 37 cf. schol. Veron. 100, 1 K. 38 Servius Aen. III 185 'expectate s. L.' Servius Aen. VIII 12 41 Servius Aen. III 340 42 Sacerdos VI 505 K. 'ne . . . somnum' legit Silius Italicus VIII 178 44 'triginta . . . enixa' Diomedes I 375 K.

---

VARIA LECTIO. 33 tenui. c1 34 CRINIIIS *V: fuerat* crineis, *ni fallor* ARVNDO *Rc* 35 'tum sic adfari: *subaudis* visus' *Servius* 38 solo] LO$^{CO}$ (CO *m. rec. ut vid., in mg.* ALIBI SŌLO) *M* Laurentum *Servii ad v.* 12 *et ad* III 185 *φ* 39 ADSISTE *R De distinctione Vahlenus ind. l.* 1880 *p.* 16 41 '*mire quidam conclusit hunc versum dicens:* concessere deum profugis nova moenia Teucris' *Servius: cf. idem ad* III 340. *Habet interpolationem Menag. pr. cum al. Optime coniungi v.* 41 concessere deum *cum v.* 49 nunc qua ratione quod instat *Heynius animadvertit. Sed quae intercedunt fortasse aut ab ipso poeta relicta aut ab amicis eius interpolata sunt: cf. prol.* 83 42 NEC *R* ne. (e *fort. m.* 2) *γ* vana] falsa *Silius* puta$^{e}$ſ *γ* 43—46 = III 390—393 43 ILICIBVSVVS *Pγ*1 ILICIB·USUS$^{SU}$ *M* ILICEBVXVS$^{ss}$ (*corr. m. rec.*) *R* 44 e. nixa *γ*

alba, solo recubans, albi circum ubera nati.
ex quo ter denis urbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.
haut incerta cano.] nunc qua ratione quod instat
expedias victor, paucis (adverte) docebo.
Arcades his oris, genus a Pallante profectum,
qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,
delegere locum et posuere in montibus urbem
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.
hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina;
hos castris adhibe socios et foedera iunge.
ipse ego te ripis et recto flumine ducam,
adversum remis superes subvectus ut amnem.
surge age, nate dea, primisque cadentibus astris
Iunoni fer rite preces iramque minasque
supplicibus supera votis. mihi victor honorem
persolves. ego sum, pleno quem flumine cernis
stringentem ripas et pinguia culta secantem,

---

hic locus urbis erit, requies ea certa laborum

---

TESTIMONIA. 53 sq. 'et . . . Pallanteum' Servius Aen. V 60 55 Nonius 284, 10 Servius Aen. VII 426 VIII 117 61 sq. 'mihi . . . persolves' Servius Aen. VIII 76 XI 565 62 sq. 'ego . . . ripas' Nonius 403, 10 63 'stringentem r.' schol. Med. ecl. IX 61

---

VARIA LECTIO. 45 RECUBANT (S · *supra* T) *M* recuban . *c*1 UBERE *M* 46 *om.* *MPγ*1 *cf. Cauer ann. philol. suppl.* XV 171 47 *sq.*: *cf.* I 269 *sq.* ex quo *interpretor* ex quo prodigio, *ut Varro ait de l. l.* V 144 50 EXPEDIAS (M *supra* S) *M* EXPEDIAM (M *m. ant., sed ex corr. in litura, ut possit* S *fuisse*) *P* expediam *γ*1: *cf.* VI 759 XI 315 51 HIC (S *supra* C *m. rec.*) *M* APPALLANTE *M* appellante (e *pr. corr. in* a) *γ* a pellante *c*1 55—58 *m.* 2 *in mg. add. b* 56 FOEDERE *Pγb* 'foedera iunge; *legitur et* foedere iunge' *Servius: cf.* IV 112 57 et tecto *Menag. pr.* et certo *Peerlkampus* adstricto *Schaperus* et recto *testatur Servius: cf.* 85 *sqq.* 59 age *om. R*, *m. rec. sup. c* 60 *sq.*: *cf.* III 438 *sq.* 60 iraſ c 61 donis *ut* III 439 *χ*, *plerique Pieriani* 62 quem pleno gurgite *aliquot Pieriani* 63 SINGULA (P *supra* S, L *corr. in* I) *M* pingula *γ*

caeruleus Thybris, caelo gratissimus amnis.
hic mihi magna domus, celsis caput urbibus, exit.'

Dixit, deinde lacu fluvius se condidit alto,
ima petens; nox Aenean somnusque reliquit.
surgit et aetherii spectans orientia solis
lumina rite cavis undam de flumine palmis
sustinet ac talis effundit ad aethera voces:
'nymphae, Laurentes nymphae, genus amnibus undest,
tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto,
accipite Aenean et tandem arcete periclis.
quo te cumque lacus miserantem incommoda nostra
fonte tenet, quocumque solo pulcherrimus exis,
semper honore meo, semper celebrabere donis,

---

TESTIMONIA. 64 Servius Aen. XI 125 'caelo g. a.' Diomedes I 458 K. Sacerdos VI 467 K. 65 Servius Aen. VIII 74 68 sq. 'surgit . . . lumina' Nonius 397, 16 69 sq. 'rite . . . sustinet' ult. syll. IV 250 K. 71 Servius Aen. I 6 VII 187 XII 142 72 Macrobius Sat. VI 1, 12 73 Acro Hor. carm. I 27, 4 'et . . . periclis' Porphyrio Hor. carm. I 27, 3 74 'quo . . . lacus' Servius Aen. VIII 66 76 Nonius 320, 10

---

VARIA LECTIO. 65 tibi *Peerlkampus* CERTA *P*: *cf.* 39 at magna certa *γ* CAESIS (L *supra*) *M* celsum hic *Peerlkampus* Tuscis c. amnibus *Bentleius* *alios* domus, *alios* caput exit *coniunxisse Servius prodit* 66 laui (o *supra*) *b* fluuio (vf *supra*) *γ* condedit *b1* lacus flavo se c. alveo *Peerlkampus contra Servii testimonium* 67 RELINQVIT *R* relinqui.t *c* 70 Suftin& (ulit *supra*) *γ* Suftulit *bc, Servii ω in lemm.* ad *suprascr. γ* effundit pectore voces *Peerlkampus ex* V 482: *cf. etiam* V 780 VII 292, *sed contra* V 723 71—77. 78—98 *F fol. LXVIII* 71 'nymphae: *hic distinguendum*' *Servius; sic etiam M* UNDESIT (E *sup. m.* 2, T *in mg., sed m. ant.*) *F* VNDEEST *Rybc* 72 TEQVE (V *suprascr. m. rec.*) *F* Tu quoque *b* THYBRE *R* THYBRE· (I· *supra* E) *M* SNACTO *M* xanto *Macrobii Salisb.* 74 GLACVS (S *m. al. add.*) *P* lacu (r *supra*) *b* qui . . . locus *Madvicus adv. crit.* II 39 quo . . . lacu *testatur et recte interpretatur Servius* 75 TENENT *FR*: *cf.* 296 III 386 VI 134

corniger hesperidum fluvius regnator aquarum.
adsis o tantum et propius tua numina firmes.'
sic memorat geminasque legit de classe biremis
remigioque aptat, socios simul instruit armis.

Ecce autem subitum atque oculis mirabile mostrum,
candida per silvam cum fetu concolor albo
procubuit viridique in litore conspicitur sus.
quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxuma Iuno,
mactat sacra ferens et cum grege sistit ad aram.
Thybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem
leniit, et tacita refluens ita substitit unda,
mitis ut in morem stagni placidaeque paludis
sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset.
ergo iter inceptum celerant rumore secundo.

---

TESTIMONIA. 77 Priscianus 741. 1110. 1116. 1251. 1280 P. Servius in Don. IV 409 K. explan. in Don. IV 498 K. Cledonius V 12 K. Phocae ars V 429 K. anecd. Helv. p. 104 H. Servius Aen. X 327 'corniger h. f.' Probi cath. IV 4 K. 'hesperidum f. r. a.' Servius Aen. XI 464 78 Priscianus 1021. 1023. 1140 P. 79 'geminasque . . . biremes' Servius Aen. VIII 107 82 sq. 'cum . . . procubuit' Servius Aen. VIII 631 83 'viridique . . . sus' Diomedes I 435 K. Donati ars IV 372 K. Servius de acc. IV 484 K. Pompeius V 130. 132 K. Victorini ars VI 194 K. Servius Aen. VII 798 VIII 43 XII 248 Isidorus orig. I 17, 6 'conspicitur s.' Cledonius V 33 K. 84 sq. 'tibi . . . ferens' Macrobius Sat. III 3, 2 85 'et . . . aram' Servius Aen. IV 633 86 Consentius V 403 K. 86 sq. 'Thybris . . . leniit' Servius Aen. IV 193 87 'et . . . unda' Acro ad Hor. carm. I 31, 8 88 sq. 'mitis . . . aquis' comm. Bern. Lucani V 453 U. 88 Nonius 348, 7 Servius Aen. VIII 57 89 schol. Hor. carm. I 9, 10 90 Macrobius Sat. VI 1, 37 Nonius 385, 7

---

VARIA LECTIO. 77 FLUIUS (V *m.* 2 *sup.*) *F* 78 tandem $\chi$, *Prisciani* 1021. 1141 $\varphi$ PROPRIVS *P* 'propius; *legitur et* proprius' *Servius* et placide, *in mg. m.* 2 ÷ et ꝓpius *b* 79 *m. ant. imo mg. add. b* biremeſ *bc*2 birem *c*1 80: *cf.* III 471 81 MONSTRVM *FMRybc* 83 SÚS *M* SVVS *P* 86 TUMENU· (E *sup.*) *M* 87 LENIT *R* INUNDA *F* 88 PLACIDAEQ· (Q· *in ras.*) *R* 89 *cf.* V 821 90 celerant, al pagant $\gamma$ celebrant *Mediceus Pierii, Hamb. alter* PERAGVNT *R, Macrobius, Nonii* $\omega$, *ut* VI 384 RUMONE (R *sup. m. rec.*, *in mg.* RE *m.* 2) *M* 'rumore . . . *aut* rumore *pro* Rumone *posuit*' *Servius* rumore *interpr. Nonius* celerant; rumore secundo Labitur *Heynius*

labitur uncta vadis abies: mirantur et undae,
miratur nemus insuetum fulgentia longe
scuta virum fluvio pictasque innare carinas.
olli remigio noctemque diemque fatigant
et longos superant flexus variisque teguntur
arboribus viridisque secant placido aequore silvas.
sol medium caeli conscenderat igneus orbem,
cum muros arcemque procul ac rara domorum
tecta vident, quae nunc Romana potentia caelo
aequavit (tum res inopes Euandrus habebat):
ocius advertunt proras urbique propinquant.

Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem
Amphitryoniadae magno divisque ferebat
ante urbem in luco. Pallas huic filius una,
una omnes iuvenum primi pauperque senatus
tura dabant, tepidusque cruor fumabat ad aras.
ut celsas videre rates atque inter opacum
adlabi nemus et tacitis incumbere remis,
terrentur visu subito cunctique relictis

---

TESTIMONIA 91 'labitur . . . abies' Eutyches V 467 K. Macrobius Sat. VI 1, 51 91 sq. 'labitur . . . nemus' Diomedes I 417 K. 'labitur . . . insuetum' Dositheus VII 422 K. 93 Servius Aen. X 80 94 Nonius 112, 16 'remigio . . . fatigant' Servius Aen. VIII 549 95 et . . . flexus' Servius Aen. VIII 57 96 'viridisque . . . silvas' Nonius 247, 2 97 Beda de temp. ratione c. 32 'sol m. c.' ult. syll. IV 224 K. 100 'res . . . habebat' Nonius 30, 32 'Euandrus' Charisius I 24 K. 102 sq. Nonius 320, 14 102 Servius Aen. VIII 173 103 Porphyrio Hor. carm. I 10, 5 105 'una . . . primi' Servius Aen. IV 133 'pauperque s.' Servius Aen. III 539 cf. schol. Veron. 100, 6 K.

---

VARIA LECTIO. 92 MIRANTVR *F*(N), *γ*1 93—118 *Veron. fol.* 237 94 remigium *Kvičala* 95 VARIS *V* 96 uirideſ *b* equora *c*1 98 AC *in ras. ut vid. F, item b* 100 TVNC *Rb* INOPIS *Rγ*2 INOPeS *V* 102 SOLLEMNE *PR, Nonii ω* 103 ferebant *schol. Hor.* 104 PALLANS *V* pallaſ *γ* (n) 105 om̄iſ *c* 106 THVRA *R, ut praecepit Iulius Modestus: cf. prol.* 122 dabat *γ*1 107 RAT.S *Vc*1 108 tacitiſ *γ*2*c*2, *ψ ut vid.* TACITOS *MPRγ*1*bc*1 'tacitis, *pro* ipsi taciti' *Servius*

consurgunt mensis. audax quos rumpere Pallas
sacra vetat raptoque volat telo obvius ipse
et procul e tumulo 'iuvenes, quae causa subegit
ignotas temptare vias? quo tenditis?' inquit.
'qui genus? unde domo? pacemne huc fertis an arma?'
tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta
paciferaeque manu ramum praetendit olivae:
'Troiugenas ac tela vides inimica Latinis,
quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus. ferte haec et dicite lectos
Dardaniae venisse duces socia arma rogantis.'
obstipuit tanto percussus nomine Pallas:
'ecgredere o quicumque es' ait 'coramque parentem
adloquere ac nostris succede penatibus hospes;'
excepitque manu dextramque amplexus inhaesit.
progressi subeunt luco fluviumque relincunt.

---

TESTIMONIA. 110 sq. 'audax . . . vetat' Servius Aen. III 178 110 'audax . . . Pallas' Servius Aen. IV 615 111 cf. Mallius Theodorus VI 598 K. 112—114 'iuvenes . . . arma' (om. 'quo tenditis i.') Isidorus de rhet. p. 519 H. 113 sq. 'quo . . . domo' Servius Aen. I 369 114 Priscianus 1169 P. 'qui . . . domo' Audacis exc. VII 360 K. Servius Aen. V 285 schol. Hor. serm. I 5, 54 'qui g.' Arusianus VII 476 K. 115 'puppi . . . alta' Consentius V 355 K. 118 Nonius 243, 17. 391, 15 Servius Aen. VIII 613 X 151 'bello . . . superbo' Servius Aen. VIII 146 119 'Euandrum p.' Nonius 367, 2 explan. in Don. IV 527 K. 120 'socia a. r.' Servius Aen. VIII 146 123 'et nostris . . . hospes' Nonius 403, 19 'ac . . . penatibus' Servius ecl. V 5 125 Servius Aen. III 662 'progressi s. luco' Servius Aen. VIII 363

---

VARIA LECTIO. 110 QUOD (S supra D) *M* palla$^{n}$ſ *γ* 112 E *M* haec (*i. e.* ec) *m* 114 domu *b*1 domus *Isidori exempl., nisi quod* domum *Gud.* 1 IN *R* ad$^{n}$ *c* 115 TVNC *R* FATVS *Rγ*1 alba *c*1 116 PAVPERAE (*sup. m. rec.*) *R*: pacuperae *scriptum fuerat*: *cf. ge.* II 353 pra&endit, aͭ p *γ* 120 uiroſ *cχ*: *cf.* VII 168 ROGANTIS *P*1 ROGANTES *MP*2*Rγbc* 121 PERCVLSVS *Rb*: *cf.* I 513 *ge.* II 476 pculſoſ *c* palla$^{n}$ſ *γ* 122 ETGREDERE *M* ETGRADERE *P* ETGRADERE *R* egredere *γbc* 123 ET (AC *sup.*) *M* et *Nonius* 124 DEXTRA *R* 125 fluuio *γ* RELINCUNT *M* relincunt (c *corr. in* q) *b* RELINQVNT *Rc* RELINQVvNT (V *add.*) *P* relinquunt *γ*

Tum regem Aeneas dictis adfatur amicis:
'optume Graiugenum, cui me Fortuna precari
et vitta comptos voluit praetendere ramos,
non equidem extimui, Danaum quod ductor et Arcas
quodque a stirpe fores geminis coniunctus Atridis;
sed mea me virtus et sancta oracula divom
cognatique patres, tua terris didita fama,
coniunxere tibi et fatis egere volentem.
Dardanus, Iliacae primus pater urbis et auctor,
Electra, ut Grai perhibent, Atlantide cretus,
advehitur Teucros, Electram maxumus Atlans
edidit, aetherios umero qui sustinet orbes.
vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenae gelido conceptum vertice fudit;
at Maiam, auditis si quicquam credimus, Atlans,
idem Atlans generat, caeli qui sidera tollit.

TESTIMONIA.
'subeunt luco' Servius Aen. IV 598 cf. idem Aen. III 292 VI 222 'subeunt luco f. relinquunt' Servius Aen. VI 525  127 sq. de schem. lex. p. 48 H.  127 Priscianus 677. 782 P. 'optime G.' Diomedes I 325 K. ult. syll. IV 250 K.  128 Servius Aen. VII 237. 418  130 Arusianus VII 462 K.  132 'tua . . . fama' Velius Longus VII 65 K.  135 sq. 'Electra . . . Teucros' de schem. lex. p. 57 H.  135 Servius Aen. I 530  138 'candida M.' Servius ecl. V 56 Porphyrio Hor. epod. III 9  139 'Cyllenes' fragm. Bob. VII 542 K.  140 sq. Acro Hor. carm. I 2, 41 'Atlas i. A. g.' Servius Aen. VIII 134

VARIA LECTIO. 128 ac *schem. lex.*  130 ab (b *eras.*) *c* AB *M, Arusianus*  foret *Arusianus*  131 ET *om. P* DIVOM (O *corr. in* V) *P* diuum *γc* diu//um *b*  132 PATRIS *Rγ*1 DEDITA *Rγb, Servii ex.* debita *aliquot Pieriani, Menag. pr.* didita *testantur Servius et Velius Longus*  131 *sq. membra sic ordinari voluit:* sed mea me virtus, tua terris didita fama, Cognatique patres et sancta oracula divom *Jortinus*  133 votis *Klouček* fatis *legit Servius*  135 Electram Grai... cretam *schem. lex.* VTGRAII *Pγ* matre ut *Peerlkampus*  136 ATHLANS *M* atlanſ (n *eras.*) *b* athlaſ *c*  139 CYLLINAE *R* CYLLAENE *M* Cylle~ae *b* Cyllenes *non laudato auctore traditur in fr. Bob.* FVNDIT *P*  140 Et (E *del., adpos. m. rec.* A, t *in ras.*) *b* AVDITISI *P* auditiſi (f *supra*) *γ*  CVIQVAM *R* (quiquam?)  CREDITIS *P* creditiſ, at credim9 *γ*  athlaſ *c*  141 athlaſ *c*

sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
his fretus non legatos neque prima per artem
temptamenta tui pepigi: me, me ipse meumque
obieci caput et supplex ad limina veni.
gens eadem, quae te, crudeli Daunia bello
insequitur; nos si pellant, nihil afore credunt,
quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant
[et mare quod supra teneant quodque adluit infra].
accipe daque fidem: sunt nobis fortia bello
pectora, sunt animi et rebus spectata iuventus.'

Dixerat Aeneas. ille os oculosque loquentis
iamdudum et totum lustrabat lumine corpus.
tum sic pauca refert: 'ut te, fortissime Teucrum,
accipio adgnoscoque libens! ut verba parentis
et vocem Anchisae magni voltumque recordor!
nam memini Hesionae visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,

---

TESTIMONIA. 143 sq. 'his . . . pepigi' Nonius 412, 30 146 sq. 'gens ... insequitur' Servius Aen. VIII 474 147 sq. 'nos ... mittant' Isidorus orig. II 30, 11 150 sq. 'accipe . . . pectora' Macrobius Sat. VI 1, 13 'sunt . . . iuventus' Nonius 402, 23 150 'accipe d. f.' Servius Aen. X 150 schol. Hor. carm. saec. 44 151 'et . . . iuventus' Servius Aen. VI 687 ge. I 198 II 237 'rebus s. i.' Donatus ad Ter. Andr. V 1, 1 schol. Bern. ge. I 197 II 237 152 sq. 'ille . . . corpus' Nonius 335, 32 154 sq. 'ut . . . libens' Nonius 239, 28 'ut . . . accipio' Servius in Don. IV 440 K. 154 'ut . . . Teucrum' Cledonius V 69 K. 155 'accipio a. l.' Consentius V 401 sq. K. 'adgnoscoque' cf. Caper VII 97 K. 156 Nonius 502, 5 Arusianus VII 505 K. 157—159 Nonius 377, 16 Arusianus VII 491 K. 157 sq. 'nam . . . Priamum' Priscianus 826 P. Macrobius Sat. V 14, 15

---

VARIA LECTIO. 147 AFORE (D *supra* A) *P* ATFORE (T *corr. in* D) *M* adfore *γ* affore *Isidori φ* afforte *c*1 FORE *R* offore *Moret. pr. m.* 1 'afore (affore, adfore *φ*), *sibi offuturum nihil arbitrantur' Servius* 149 *cf. ge.* II 158. *Eiecit hunc v. Peerlkampus, legit iam Servius Dan.* TENEANTSVPRA *Pγ* ABLVIT *R* alluit *bc* 153 IANDUDUM *MP*1 155 AGNOSCO *Rbc* ABNOSCO (G *supra* B) *M* UERA (B *supra* RA) *M* 156 VVLTVM *PRbc* 157 HESIONE (*erasa sup.* N *ut vid.*) *M* 158 Laomedontiadem *c* laumedontiadem *Arusiani cx.*

protinus Arcadiae gelidos invisere finis.
tum mihi prima genas vestibat flore iuventas,
mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum
Laomedontiaden, set cunctis altior ibat
Anchises: mihi mens iuvenali ardebat amore
compellare virum et dextrae coniungere dextram.
accessi et cupidus Phenei sub moenia duxi.
ille mihi insignem pharetram Lyciasque sagittas
discedens chlamydemque auro dedit intertextam
frenaque bina meus quae nunc habet aurea Pallas.
ergo et quam petitis iuncta est mihi foedere dextra,
et lux cum primum terris se crastina reddet,
auxilio laetos dimittam opibusque iuvabo.
interea sacra haec, quando huc venistis amici,
annua, quae differre nefas, celebrate faventes
nobiscum et iam nunc sociorum adsuescite mensis.'

Haec ubi dicta, dapes iubet et sublata reponi
pocula gramineoque viros locat ipse sedili
praecipuumque toro et villosi pelle leonis
accipit Aenean solioque invitat acerno.

---

TESTIMONIA. 159 Eutyches V 449 K. 160 Servius Aen. VIII 659 166 'insignem p.' schol. Veron. 82, 7 K. 168 Nonius 206, 10 'frenaque b.' Servius Aen. X 329 'bina frena aurea' anecd. Helv. p. 238 H. 171 Servius Aen. VIII 464 172 'interea . . . venistis' Sacerdos VI 445 K. 174 'sociorum a. m.' Arusianus VII 452 K. 175 sq. Macrobius Sat. III 6, 16 176 'gramineoque . . . sedili' Servius Aen. I 79. 214. 708

---

VARIA LECTIO. 159 FINIS (I *alt. in ras.*) *P* 160 tunc *Servii Aen.* VIII 659 *exempl.* ueſtibit *c* vesteibat (vestiebat?) *aliquot Pieriani* IVVENTAS *MPRγb*, *Servii Aen.* VIII 659 *exempl.: cf.* V 398 iuuent' *c* iuuentus *Zulich. Leid.* iuuenta *χ* 161 teucroſ, aƚ teucrũ *γ* 163 iuuenili *γ*2 165 PΘENEI *P* PHOENEI *R* PHAENEI *M* penei *γ* Phenei *tribus syllabis Servius conl. Hom. Il. B* 605 167 INTERTEXTΘAM *P* INTERTEXTO *R* 'intertextam, *legitur et* intertexto' *Servius* 170 primum *suprascr. γ* 171 LE$\overset{A}{\text{G}}$TOS *P* tutos *aliquot Pieriani, Servii ad* VIII 464 *exempl. cx* I 571 174 menſiſ *in ras. c* 176 POCVLAQVE *P* 177 uilloſo *c*1 178 eneam *γ*2 aeneam *c*

tum lecti iuvenes certatim araeque sacerdos
viscera tosta ferunt taurorum onerantque canistris
dona laboratae Cereris Bacchumque ministrant.
vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus
perpetui tergo bovis et lustralibus extis.

Postquam exempta fames et amor compressus edendi,
rex Euandrus ait: 'non haec sollemnia nobis,
has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
vana superstitio veterumque ignara deorum
imposuit: saevis, hospes Troiane, periclis
servati facimus meritosque novamus honores.
iam primum saxis suspensam hanc aspice rupem,
disiectae procul ut moles desertaque montis
stat domus et scopuli ingentem traxere ruinam.
hic spelunca fuit, vasto summota recessu,
semihominis Caci facies quam dira tenebat
solis inaccessam radiis; semperque recenti
caede tepebat humus, foribusque adfixa superbis
ora virum tristi pendebant pallida tabo.

---

TESTIMONIA. 181 'dona l.' Macrobius Sat. VI 6, 7 182—185 'vescitur . . . ait' Macrobius Sat. V 3, 5 182 sq. Servius Aen. I 546 182 Nonius 415, 25 184 Augustinus c. Iulianum 67 Macrobius Sat. V 3, 6 185 sq. 'non . . . dapes' Emporius de eth. p. 563 H. 185 Priscianus 692 P. 'rex Euandrus a.' Probi de nom. exc. IV 214 K. 187 Lactantius div. inst. IV 28 188 sq. 'saevis . . . facimus' Arusianus VII 507 K. 190 Priscianus 1006 P. 191 sq. 'deserta . . . domus' Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 16 194 'semihominis' Servius Aen. VIII 267 195 sq. 'semper . . . humus' Augustinus de civ. dei XIX 12 196 sq. 'foribusque . . . tabo' Nonius 391, 6 Servius Aen. VIII 233 'foribusque . . . virum' Arusianus VII 454 K. 196 'foribusque superbis' Servius Aen. VIII 202 197 Macrobius Sat. IV 6, 14

---

VARIA LECTIO. 180 CANISTRI *R* 183 perpetuo *Goth. tert., Ladevicus* perpetui *testatur Servius* 184 COMPRENSVS *R* 187 que] Q· (*erasis fort.* UE) *M* ue *c* 190 PRIDEM *Rb* 191 DEIECTAE *R* 193 ſubmota *ybc* 194 teNebat (N *in ras.*) *b* TEGEBAT (N *supra* G) *M* TEGEBAT *PRγχ*, '*aliquot pervetusti*' *Pieriani* 197 squalida *Bentleius ad Lucani* II 165: *cf. Ovidii fast.* I 558 *metam.* II 760. *An* squalebant pallida?

huic monstro Volcanus erat pater: illius atros
ore vomens ignis magna se mole ferebat.
attulit et nobis aliquando optantibus aetas
auxilium adventumque dei. nam maximus ultor,
tergemini nece Geryonae spoliisque superbus,
Alcides aderat taurosque hac victor agebat
ingentis, vallemque boves amnemque tenebant.
at furis Caci mens effera, nequid inausum
aut intractatum scelerisve dolive fuisset,
quattuor a stabulis praestanti corpore tauros
avertit, totidem forma superante iuvencas;
atque hos, nequa forent pedibus vestigia rectis,
cauda in speluncam tractos versisque viarum
indiciis raptor saxo occultabat opaco:
quaerenti nulla ad speluncam signa ferebant.
interea, cum iam stabulis saturata moveret
Amphitryoniades armenta abitumque pararet,

---

TESTIMONIA. 198 'huic . . . pater' Priscianus 1206 P. 200 sq. 'attulit . . . dei' comm. Bern. Lucani IV 611 U. 200 Nonius 246, 7 202 'tergemini n. G.' Servius Aen. VII 662 Acro ad Hor. carm. II 14, 7 203 'taurosque . . . agebat' Servius Aen. VIII 363 205 'at . . . effera' Audacis exc. VII 351 K. 207—211 (om. 'versisque . . . raptor' 210 sq.) Probi inst. IV 128 K. 209 Asper 112, 17 K. 214 Priscianus 908 P.

---

VARIA LECTIO. 198 uulcanuſ *bc* 199 igneſ *b* 202 GERYONAE *Pyb2*, *testatur Servius Aen.* VII 662 gerionę *c* GERYONE (IS *corr. m. rec.*) *M* geryone *Acronis Guelf.* GERYONI *R* gerion. *b1* ſuperbiſ *γ* (*sed* iſ *fort. m.* 2), *bc* 204 Ingenteſ *b* 205 FURIS *M1γ2cψ*, *Servius, commendavit Henry ann. phil.* 1867 *p.* 725 *sq.*: *cf.* 211. 219 FVRIIS *PRγc* fur.iſ *b* manus *Peerlkampus* mens *Servius in lemm.*, *tuetur Marklandus ad Statii silv.* IV 6, 91 206 INTRACTATUM (EMP) *M* intẽ.tatum *c2* (intractatum *c1*) intemptatum *m* 207 *sq. cf. ge.* IV 550 *sq.* 207 ab *b*, *Probus* praeſtante *γ1* 210 CAVDA (D *in ras.*) *R* CAVDAM *P* 211 raptor *Wakefieldus, ut Propertius* IV 9, 9 RAPTOS *libri: cf. prol.* 365 *sq.* 212 quaerenteſ *γ2* (quaerenti *γ1*) Querenteſ (ſ *in ras.*) *c* QVAERENTES *R* Quaerentiſ *b*, *Bentleius* 213 a stabulis *m* 214 PARARENT (RE) *R* PARABAT *M*

discessu mugire boves atque omne querellis
impleri nemus et colles clamore relinqui.
reddidit una boum vocem vastoque sub antro
mugiit et Caci spem custodita fefellit.
hic vero Alcidae furiis exarserat atro
felle dolor: rapit arma manu nodisque gravatum
robur et aërii cursu petit ardua montis.
tum primum nostri Cacum videre timentem
turbatumque oculis: fugit ilicet ocior euro
speluncamque petit (pedibus timor addidit alas).
ut sese inclusit ruptisque immane catenis
deiecit saxum, ferro quod et arte paterna
pendebat, fultosque emuniit obice postis,
ecce furens animis aderat Tirynthius omnemque
accessum lustrans huc ora ferebat et illuc,
dentibus infrendens. ter totum fervidus ira

---

TESTIMONIA. 215 'discessu m. b.' Priscianus 773 P. 215 sq. 'atque . . . nemus' Porphyrio ad Hor. epod. II 26 'omne . . . nemus' schol. Bern. ge. I 378 217 Priscianus 773 P. 'reddidit . . . vocem' Priscianus 568 P. de schem. lex. p. 56 H. 218 'Caci . . . fefellit' Servius Aen. XI 585 220 'arma manu' ult. syll. IV 231 K. 222 Pseudoasconius ad Cic. 128 Or. 223 'turbatumque o.' Servius Aen. V 505 IX 125 'fugit ocior euro' explan. in Don. IV 539 K. 224 'pedibus . . . alas' Acro ad Hor. carm. I 37, 16 228 'ecce . . . Tirynthius' Arusianus VII 473 K.

---

VARIA LECTIO. 216 RELINQVIT *P* relicti *Schraderus* clamare propinqui *Peerlkampus* 'clamore relinqui: *cum clamore*' *e. q. s. Servius* 217 BOUM *MRbc, testatur Priscianus* BOVVM *Pγ*1 218 MVGIT *R* 219 *sq.* Alcides (furtis . . . dolor) rapit *Speijer* 221 robor *γb* robor *c*2, *Mentel. pr.* et aerii] AETHERII *M* a&herii *γ* a&herii. *c* et aetherii (?) *m*: *cf. ecl.* VIII 59 222 trmentem (timentem *m.* 1) *γ*2 223 oculoſ *γ*1, *eleganter* oculi *χ* '*oculis* . . . *alii* oculi *legunt*' *Servius* oculis *idem confirmat ad* V 505 IX 125 226 DEIECTIT *P* Delect.t *γ*1 227 EMVNVIT *P* EMVNIT *R* emuniit *confirmat Servius* POSTIS (I *corr. in* E) *P* POSTES *Myc* poteſ *b* 228 que *om.* *φ* 229 *sqq.* omnem Lustrat (231) *omissis v.* 229 *sq.* *Peerlkampus conl.* IX 57 *et* III 664. *Legit nostra Servius Dan.* 230 infrendens (d *m.* 2) *γ* FRENDENS *R*

lustrat Aventini montem, ter saxea temptat
limina nequiquam, ter fessus valle resedit.
stabat acuta silex, praecisis undique saxis
speluncae dorso insurgens, altissima visu,
dirarum nidis domus opportuna volucrum.
hanc, ut prona iugo laevom incumbebat ad amnem,
dexter in adversum nitens concussit et imis
avolsam solvit radicibus; inde repente
impulit, impulsu quo maximus intonat aether,
dissultant ripae refluitque exterritus amnis.
at specus et Caci detecta apparuit ingens
regia, et umbrosae penitus patuere cavernae:
non secus ac siqua penitus vi terra dehiscens
infernas reseret sedes et regna recludat
pallida, dis invisa, superque immane barathrum

TESTIMONIA. 231 'lustrat A. m.' Servius Aen. I 607 IV 6 V 504 Nonius 335, 20 'Aventini m.' Servius Aen. XII 517 232 'ter . . . resedit' Servius Aen. I 178 VI 845 'fessus v. r.' Isidorus orig. X 101 233 Priscianus 655 P. 'stabat a. s.' Probi de nom. exc. IV 209 K. Cledonius V 48 K. Pompeius V 160 K. de dub. nom. V 591 K. Servius Aen. I 646 235 Arusianus VII 496 K. Servius Aen. VII 657 236 de schem. lex. p. 57 H. 242 'et . . . cavernae' Servius Aen. II 19 243—246 Macrobius Sat. V 16, 14 243 sq. 'non . . . sedes' Nonius 41, 14 245 sq. 'superque . . . cernatur' Diomedes I 413 K. Dositheus VII 416 K.

VARIA LECTIO. 232 *Possis* limina, nequiquam: *distinguere* NEQUIQUAM· TER· *M* 'ter fessus valle resedit . . . *sane quidam sic distinguunt:* ter saxea temptat limina, *subiungunt:* nequiquam ter, *ac post:* fessus valle resedit' *Servius Dan.* 233 SILIX *R* 235 dirarum] cana *Arusiani cod.* 236—290: *scissura sat multa vocabula mutilata in M* 236 LAEVOM (O *corr. in* V) *P* LAEUUM *MRγb* leuum *c* in amnem *testatur de schem. lex. rhetor: cf. prol.* 207 237 a$^{d}$uerſum *b* aversum *Bentleius* 238 AVOLSAM *P1c* AÐUOLSAM *M* AVVLSAM *P2Rγb* 239 INSONAT *Rbcm* 240 Diſſiltant *γ1* ENTERRITUS (X *supra* N) *M* 241 *sq.* at specus umbrosaeque intus patuere cavernae *omissis reliquis Peerlkampus* 242 penitus] late *Schraderus ex Ennii ann.* 420 244 referet *bc2*, *Macrobii exempl.* RESE$^{A}$RIT (*ut vid.*) *M* RESERAT *PRγc1*, *Nonii exempl.* ac *b*

cernatur, trepident immisso lumine manes.
ergo insperata deprensum luce repente
inclusumque cavo saxo atque insueta rudentem
desuper Alcides telis premit omniaque arma
advocat et ramis vastisque molaribus instat.
ille autem (neque enim fuga iam super ulla pericli)
faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
evomit involvitque domum caligine caeca,
prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro
fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
non tulit Alcides animis seque ipse per ignem
praecipiti iecit saltu, qua plurimus undam
fumus agit nebulaque ingens specus aestuat atra.
hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
corripit in nodum complexus et angit inhaerens
elisos oculos et siccum sanguine guttur.
panditur extemplo foribus domus atra revolsis,

---

TESTIMONIA. 246 'trepident . . . manes' Nonius 408, 8 248 'atque i. r.' Arusianus VII 486 K. 251 Beda de orthogr. VII 288 K. Servius Aen. III 489 Diomedes I 414 K. Dositheus VII 416 K. 255 'fumiferam noctem' Macrobius Sat. V 14, 8 257 sq. 'qua . . . agit' Servius Aen. II 609 259 'hic tantum in t. conversum a lumine' ult. syll. IV 254 K. 260 schol. Bern. ge. III 497 'et a. i.' Diomedes I 365 K. 261 Nonius 291, 28 Servius Aen. III 567 'et...guttur' Arusianus VII 511 K.

---

VARIA LECTIO. 246 TREPIDENT *MPγb, Servius in lemmate, Nonius, Macrobii ω* trepident (re *in ras.*) *c* trepidant *Macrobii Par.* TREPIDANTQVE *R* 247 DEPRENSVMLVCE *P* DEPRENSUMLUCE (IN *supra*) *Mγ* DEPRENSVMINLVCE *Rb* depn. ſum in luce (n *pr. in ras.*) *c* 248 SAXOQ· INSVETA, *sed ut m.* 1 SAXO ATQ· INSVETA *scriptum fuisse appareat, R* 251 enim *om. Dositheus* iam *om. Diomedis codd.* PERICLIEST *Pγbc, Servii Dan. Aen.* III 489 *exempl.* pericli, *om.* est, *testatur Diomedes* 253 EMOVIT *R* EUOM (IT· *supra*) *M* 257 IECITSALTU *MRb: cf.* X 683 INIECIT ˢALTV (S *add.*) *P* iniecit ſaltu *γc: cf.* II 408 IX 553 258 NEBULAMQ· *M* 259 INETENEBRIS *M* 261 eliditque *Klouček* 'angit oculos *non procedit* . . . *unde multi* elidens *legunt, et integer sensus est, nam* elisos *soloecophanes est' Servius* 262 extemplo, al intea (R *supra*) *γ* ALTA *P cf. ge.* II 461 *prol.* 317 REVOLSIS (O *corr. in* V) *P* reuulſiſ *γ1c*

abstractaeque boves abiurataeque rapinae
caelo ostenduntur, pedibusque informe cadaver
protrahitur. nequeunt expleri corda tuendo
terribilis oculos, voltum villosaque saetis
pectora semiferi atque extinctos faucibus ignis.
ex illo celebratus honos, laetique minores
servavere diem, primusque Potitius auctor
et domus Herculei custos Pinaria sacri.
hanc aram luco statuit, quae maxuma semper
dicetur nobis et erit quae maxuma semper.
quare agite, o iuvenes, tantarum in munere laudum
cingite fronde comas et pocula porgite dextris
communemque vocate deum et date vina volentes.'
dixerat, Herculea bicolor cum populus umbra
velavitque comas foliisque innexa pependit
et sacer implevit dextram scyphus. ocius omnes
in mensam laeti libant divosque precantur.

---

TESTIMONIA. 263 Priscianus 773 P. 268 sq. 'ex illo . . . diem' Priscianus 995 P. 268 'ex . . . honor' ars V 548 K. 270 Macrobius Sat. III 6, 12 273 Priscianus 1021 P. 'quare . . . iuvenes' Priscianus 1170 P. 274 'cingite f. c.' ult. syll. IV 239 K. 'et pocula p. d.' Servius Aen. I 249 'porgite' Servius Aen. I 26 276 sq. Probus 46, 18 K. 276 'Herculea . . . umbra' Servius ge. II 66 schol. Hor. carm. II 3, 9 'Herculea b.' schol. Bern. ge. II 66 278 'et . . . scyphus' Macrobius Sat. V 21, 1 Nonius 545, 18 278 sq. 'omnes . . . precantur' Macrobius Sat. III 11, 8 279 Macrobius Sat. III 11, 8

---

VARIA LECTIO. 263 ADIURATAE (D *corr. in* B) *M* 266 Terribilef *bc* VVLTVM *MRγ1bc* 267 IGNIS *M1γ1* IGNES *M2PRγ2bc* 268 celebratur *χ* MINORIS *M* 269 altor (uc *sup.*) *c* 271 *sq. damnavit Heynius* 271 MAXIMA *MPγbc* 272 *om. Mentel. pr., Rottend. sec., imo mg. m. ant. add. b* quae m. s. *om. Leid.* et erit quae m. s. *om. Marklandus ad Statii silv.* III 1, 9: *tuetur Servius Dan.* QVAE *P* MAXIMA *MPγbc* 274 COMAS· FOLIISQ· INNEXA PEPENDIT (ETPOCULAPORGITE DEXTRIS *sup. m.* 2) *M: cf.* 277 275—277 *infra additi adpositis in mg. litteris* B C D *et ad v.* 278 E *M* 276 HERCVLIA *P* tum *γ2* (cum *γ1*) 277 (i *sup.*) nexa *γ* inmissa *Probus* (*lacuna in Paris.*), *quod probavit H. Keilius Philol.* II 167 279 IM *P*

Devexo interea propior fit Vesper Olympo.
iamque sacerdotes primusque Potitius ibant,
pellibus in morem cincti, flammasque ferebant.
[instaurant epulas et mensae grata secundae
dona ferunt cumulantque oneratis lancibus aras.]
tum salii ad cantus incensa altaria circum
populeis adsunt evincti tempora ramis,
hic iuvenum chorus, ille senum; qui carmine laudes
Herculeas et facta ferunt: ut prima novercae
monstra manu geminosque premens eliserit angues,
ut bello egregias idem disiecerit urbes,
Troiamque Oechaliamque, ut duros mille labores
rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquae
pertulerit. 'tu nubigenas, Invicte, bimembris,
Hylaeumque Pholumque, manu, tu Cresia mactas
prodigia et vastum Nemeae sub rupe leonem.

TESTIMONIA 283 'et . . . secundae' Servius Aen. I 216 schol. Lucani I 168 284 'cumulantque . . . aras' Probi inst. IV 128 K. 285 sq. Macrobius Sat. III 12, 1 'tum . . . circum adsunt' schol. Hor. carm. I 36, 11 289 'geminasque . . . angues' Nonius 292, 1 290—293 Macrobius Sat. VI 6, 14 291 sq. 'ut . . . Iunonis' Porphyrio Hor. epist. II 1, 11 292 sq. 'rege . . . pertulerit' schol. Lucani IX 367 292 'fatis Iunonis i.' Donatus ad Ter. adelph. prol. 2 Lactantius div. inst. II 16 Servius Aen. I 32. 299 293 'tu . . . bimembres' Macrobius Sat. VI 5, 13 295 'et . . . leonem' schol. Lucani IV 612 'Nemeae . . . leonem' comm. Bern. Lucani I 655 U.

VARIA LECTIO. 280 PROPRIOR *Pγ1b1c1* 282 FLAMMAM *R* 283—286 *hoc ordine:* 285. 286. 283. 284 *Menag. pr.* 283 *sq. in margine a poeta ad v.* 279 *adpositi videntur Heynio, quo sane melius quadrant: legit Servius. cf.* VII 146 *sq.* 283 inſtaurant q· *γ* mensis grata secundis *schol. Lucani* 284 COMVLANT *R* 285 TVNC *R* 286 ETVINCTI (*i. e.* ecvincti) *R* ramiſ, at teniſ *γ* taenis *Voss. pr. ut* V 269 288 FERUNT (A *supra* U) *M* 289 geminas *Nonii exempl.* '*hunc versum iunge: unum est enim* monstra *et* angues' *Servius Dan.* 290 deſiecerit *c* deiecerit *b* 291 OECHALIAMQ· ET *Rb, Macrobii exempl.* OECHALIAMEDUROS (Q. UT *supra*) *M* 293 *m. ant. in mg. c* Invicte: *cf. Haupt Herm.* III 153 BIMEMBRES *M e corr.* 294 POLVM *Rγ* 295 NEMEAE *P* NEMEA' *Rγb* NEMAEA *M* Nemeae *Servius*

te Stugii tremuere lacus, te ianitor Orci
ossa super recubans antro semessa cruento;
nec te ullae facies, non terruit ipse Typhoeus,
arduus arma tenens; non te rationis egentem
Lernaeus turba capitum circumstetit anguis.
salve, vera Iovis proles, decus addite divis,
et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.'
talia carminibus celebrant; super omnia Caci
speluncam adiciunt spirantemque ignibus ipsum.
consonat omne nemus strepitu collesque resultant.

Exim se cuncti divinis rebus ad urbem
perfectis referunt. ibat rex obsitus aevo
et comitem Aenean iuxta natumque tenebat
ingrediens varioque viam sermone levabat.
miratur facilisque oculos fert omnia circum
Aeneas capiturque locis et singula laetus
exquiritque auditque virum monimenta priorum.
tum rex Euandrus, Romanae conditor arcis,
'haec nemora indigenae fauni nymphaeque tenebant

TESTIMONIA. 296 sq. 'ianitor . . . cruento' (et VI 401) Seneca epist. 82, 16 297 'ossa s. r.' diff. vocum 1 p. 226 Endl. schol. Hor. carm. I 27, 8 Servius Aen. VI 395 298 'non . . . Typhoeus' Acro ad Hor. carm. III 4, 53 299 ult. syll. IV 220 K. 'arduus a. t.' ult. syll. IV 227 K. 'non te r. e.' Arusianus VII 469 K. 301 'salve . . . proles' Servius Aen. II 491 VI 322 302 Nonius 290, 11 Augustinus epist. 17, 2 'et tua . . . secundo' Servius Aen. IV 294 311 'Aeneas c. l.' Nonius 253, 12 'capiturque l.' Servius Aen. IV 348 schol. Bern. ecl. VI 59 311 sq. 'singula . . . priorum' Macrobius Sat. VI 2, 16 313 Priscianus 738 P. Servius Aen. VI 773 VII 678 Isidorus orig. XV 1, 1. 55

VARIA LECTIO. 296 STVGII *R* STYGII *MPc* ſtigii *γb* 297 SEMESsA (S *add.*) *P* SEMENSA (N *in ras.*) *R* SEMESA *Mbcm* 'semesa . . . semensum *non dicimus, sicut nec* ensum; *nam* esum *facit et* comesum' *Servius* 299 *sq. post* 295 *sequi voluit Klouček* 301 deus *cod. Parrhas., Bentleius* 302 ADII *Pγ*1 305 *imo mg. m.* 2 *add. b: cf.* 216 306 EXIN *Rb*2*c* 308 aeneam *c* 309 leuabant *χ* 312 monumenta *b* 313 tunc *Isidorus* XV 1, 1 *Prisciani φ*, *Servii Aen.* VI 773 VII 678 *ω* pater *Isidorus* XV 1, 55 *Servius* VI 773: *cf.* 558 EVANDER *Pc* euandẹr$^{uf}$ *γ* Euandrus *testatur Priscianus*

gensque virum truncis et duro robore nata,
quis neque mos neque cultus erat, nec iungere tauros
aut componere opes norant aut parcere parto,
sed rami atque asper victu venatus alebat.
primus ab aetherio venit Saturnus Olympo,
arma Iovis fugiens et regnis exul ademptis.
is genus indocile ac dispersum montibus altis
composuit legesque dedit Latiumque vocari
maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
aurea quae perhibent illo sub rege fuere
saecula. sic placida populos in pace regebat,
deterior donec paulatim ac decolor aetas
et belli rabies et amor successit habendi.
tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae,
saepius et nomen posuit Saturnia tellus;

---

TESTIMONIA. 314—317 Victorinus in Cic. p. 160 H. 316 'quis... erat' fragm. Bob. de pronom. V 565 K. Servius ge. I 3 317 'nec componere o. n.' Servius Aen. I 374 318 Nonius 230, 6 319 sq. Augustinus de civ. dei VII 27 epist. 17, 3 320—323 Augustinus de consensu evang. I 34 320 Lactantius div. inst. V 5 321—325 'is . . . saecula' Augustinus de civ. dei XVIII 15 321—323 Lactantius div. inst. I 13 324 sq. Lactantius div. inst. I 13 Servius Aen. XI 252 'aurea . . . saecula' schol. Hor. carm. II 10, 5 IV 2, 22 325 'longa populos . . . regebat' Servius Aen. VII 162 326 sq. Augustinus de civ. dei III 10 326 Nonius 432, 12 327 Lactantius div. inst. V 5 328 sq. 'et . . . saepius' Servius Aen. XI 317 'gentes . . . saepius' Servius Aen. I 2 329 Servius Aen. VI 783 'et... tellus' Servius Aen. VIII 322

---

VARIA LECTIO. 315 rupto *Rottend. tert., Servii φ* nati *Servii ω* 317 At *c1* nec *Servii Dan. Aen.* I 374 *ex.* gnorant *Mentel. pr.* P R RAPTO (*restitutum etiam infra* PARTO) *M* 321 *sq. non congrui cum* VII 203 *sq.: cf. Norden ann. philol. suppl.* 18 *p.* 425 *sqq.* 323 tutus latuisset *Lactantius* 324 AVREAQVAE (A *postr. m.* 2 *add.*) *P* Aureaque$^{ut}$ (e$^{ut}$ *m.* 2) *b* Aureaq; ut *c, Lactantius, Augustinus: cf.* IV 179 *ge.* I 247 FVERVNT *Pγc, schol. Hor. carm.* IV 2, 22: *cf.* IX 292 *et Wagneri quaest. Verg.* V 325 placida] longa *ut* VII 46 *Servius Aen.* IV 229 VII 162 regebat (gebat *m.* 2) *γ* 326 difcolor *b* 327 tum belli *Lactantii ω* amor *in ras. c* 328 tunc *γ, Servii exempl.* AVSONIAE *Rbc, Servius in lemm.* 329 SAEPIUS· *M: 'alii sic distinguunt* Sicanae, *et subiungunt:* saepius et nomen p. S. t.

tum reges asperque immani corpore Thybris,
a quo post Itali fluvium cognomine Thybrim
diximus (amisit verum vetus Albula nomen).
me pulsum patria pelagique extrema sequentem
Fortuna omnipotens et ineluctabile Fatum
his posuere locis matrisque egere tremenda
Carmentis nymphae monita et deus auctor Apollo.'
vix ea dicta: dehinc progressus monstrat et aram
et Carmentalem Romani nomine portam
quam memorant, nymphae priscum Carmentis honorem,
vatis fatidicae, cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos et nobile Pallanteum.
hinc lucum ingentem quem Romulus acer Asylum
rettulit et gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycaei.
nec non et sacri monstrat nemus Argileti

---

TESTIMONIA. 331 sq. 'a quo . . . diximus' Priscianus 757 P. 'fluvium . . . diximus' Servius Aen. III 335 334 Nonius 526, 22 ult. syll. IV 251 K. Servius Aen. VIII 477 ge. II 491 'Vergilius adsentit qui fortunam omnipotentem vocat' Lactantius div. inst. III 29 336 Servius Aen. IV 331 VII 102 338—341 explan. in Don. IV 519 K. 340 sq. 'cecinit . . . Pallanteum' Priscianus 814 P. 342 sq. 'hinc . . . rettulit' schol. Lucani VII 438 'quem . . . rettulit' Servius Aen. II 761 343 'et . . . Lupercal' Augustini regul. V 500 K. 344 Priscianus 688 P. ult. syll. IV 228 K. Terentianus Maurus 1223 Servius Aen. I 232 'Parrhasio de more L.' schol. Lucani II 237 'Panos de more' Probi cath. IV 9 K. Sacerdos VI 474 K. (cf. Keilii adn.) 'Panos . . . Lycaei' Phocae ars V 425 K.

---

VARIA LECTIO.
*semel enim Sicani ex Hispania in Italiam venisse dicuntur; at Italia plura nomina habuit' Servius Dan.* 335 TREMENDAE *R* 337 ETARAM (T *add.*) *P* ETARMA *M* ETARMA *R* 338 ROMANO *Rbc* 341 NOBINE *Pγ1* NOMINE *R, Prisciani Paris. R* 343 reddidit *Novák* rettulit *Servius* MONSTRATARGILETI *M* SUBRUPELUPERCAL· *m* 2 *add. in M* 344 PARNASIO *Rb, Prisciani φ* Arcadici *Servius Aen.* I 232 DICTAM (U) *M* monte *χ, Schraderus conl. Ovidii fast.* II 423 more *Servius* 345 *m.* 2 *in mg. add. b* MONSTRANTNEMVS (NE *in ras.*) *R*

testaturque locum et letum docet hospitis Argi.
hinc ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit,
aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis.
iam tum religio pavidos terrebat agrestis
dira loci, iam tum silvam saxumque tremebant.
'hoc nemus, hunc' inquit 'frondoso vertice collem
(quis deus incertum est) habitat deus: Arcades ipsum
credunt se vidisse Iovem, cum saepe nigrantem
aegida concuteret dextra nimbosque cieret.
haec duo praeterea disiectis oppida muris,
reliquias veterumque vides monimenta virorum.
hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.'
talibus inter se dictis ad tecta subibant
pauperis Euandri passimque armenta videbant
Romanoque foro et lautis mugire Carinis.
ut ventum ad sedes, 'haec' inquit 'limina victor

TESTIMONIA. 347 sq. 'hinc . . . nunc' explan. in Don. IV 559 K. 349 sq. 'iam . . . loci' Nonius 379, 17 Servius Aen. I 293 351 'hoc . . . frondoso' ult. syll. IV 226 K. 351 sq. 'hoc . . . deus' Priscianus 1183 P. 'hunc . . . deus' Sacerdos VI 469 K. 352 'quis . . . deus' Seneca epist. 41, 2 358 Macrobius Sat. I 7, 23 Arusianus VII 494 K. 361 'et . . . Carinis' Acro ad Hor. epist. I 7, 48 'lautis m. C.' Porphyrio ad Hor. epist. I 7, 48 362 sq. 'haec . . . subiit' Nonius 403, 24 Macrobius Sat. III 6, 9 (om. 'inquit') Arusianus VII 507 K. 'haec . . . Alcides' schol. Iuven. XI 63

VARIA LECTIO. 346 *glossam sapere videtur Peerlkampo: legit hunc versum Servius* testatumque loco letum *Deuticke* (testatumque *etiam Kvičala*) 347 TARPEIAMETSAEDEM *M* 349 RELIGIO (L *sup. eras.*) *M* relligio *c* agreſteſ *b* 350 ſiluã. *b* SILVAS *R* (B M above) TREMEBANT (T *pr. add.*) *P* TENEBANT *M* tremebat (n above) *γ* 351 collem, at ſaxũ *γ* 352 INCERTUEST *M* 353 SED *P* 354 'aegida concuteret: *hic distinguendum' Servius* DEXTRA · *M* dextram *γ*1 356 Relliquiaſ *c* monumenta *b* 357 ARCEM (U B above) *M* VRBEM (U above) *R*: *cf. Wagneri lect. Verg.* 350 358 illi. *c* 361 LATIS (*ut vid.*) *M* CAVERNIS *R* lautis . . . Carinis *testatur Servius* 362 nobiſ ł uictor *b* victor *confirmat Servius Dan.*

Alcides subiit, haec illum regia cepit.
aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum
finge deo rebusque veni non asper egenis.'
dixit et angusti supter fastigia tecti
ingentem Aenean duxit stratisque locavit
effultum foliis et pelle Libystidis ursae.

Nox ruit et fuscis tellurem amplecitur alis.
at Venus haut animo nequiquam exterrita mater
Laurentumque minis et duro mota tumultu
Volcanum adloquitur thalamoque haec coniugis aureo
incipit et dictis divinum adspirat amorem:
'dum bello Argolici vastabant Pergama reges
debita casurasque inimicis ignibus arces,
non ullum auxilium miseris, non arma rogavi
artis opisque tuae nec te, carissime coniunx,
incassumve tuos volui exercere labores,
quamvis et Priami deberem plurima natis
et durum Aeneae flevissem saepe laborem.
nunc Iovis imperiis Rutulorum constitit oris:
ergo eadem supplex venio et (sanctum mihi nomen)

---

TESTIMONIA. 363 'haec . . . cepit' Nonius 253, 17 364 'aude... opes' Isidorus de rhet. p. 520 H. Porphyrio ad Hor. epist. II 2, 111 364 sq. 'aude . . . deo' Seneca epist. 18, 12 de paup. 460 H. 'et . . . deo' Seneca epist. 31, 11 366 sq. 'angusti...duxit' Augustini regul. V 523 K. 368 'pelle L. u.' de dub. nom. V 593 K. 369 Sergius de syll. IV 479 K. 370 Priscianus 546 P. Arusianus VII 470 K. 374 'dum b. Argolici' Emporius de eth. p. 563 H. 381 sq. 'nunc... venio' Servius Aen. VIII 374

---

I

VARIA LECTIO. 363 SUBIT *M* SVBIT *R* 365 DEO · S *P* deo . (o *m.* 2) *γ* decus *coni. Deuticke* dignam f. domum *Cauer mus. Rhen.* XXXVIII 470 dignum f. deo *legerunt Servius et Seneca* 367 aeneā *c* 368 spoliis *Goth. tert., Schraderus* 371 diro *Schraderus* 372 Vulcanum *bc* aureo *m.* 2 *add. c* 373 inſpirat *mχ* 374 quassabant *Schraderus* vexabant *Guethling* 375 CASSVRAS *R* 377 opisve *m* 378 ve] Q · (*supra eras. fort.* UE) *M* 380 dolorem *m* 381 imperio *m, Oblongus Pierii, Menag. pr., χ*: *sono, ni fallor, elegantiore* 'nunc, *id est* nunc vero. *et subdistingue:* nunc autem, Iovis imperio' *Servius Dan.*

382 nomen *γ*, *Leid.* NVMEN (V *m.* 2 *in ras.*) *P* NVMEN

arma rogo genetrix nato. te filia Nerei,
te potuit lacrimis Tithonia flectere coniunx.
aspice qui coeant populi, quae moenia clausis
ferrum acuant portis in me excidiumque meorum.'
dixerat et niveis hinc atque hinc diva lacertis
cunctantem amplexu molli fovet. ille repente
accepit solitam flammam, notusque medullas
intravit calor et labefacta per ossa cucurrit:
non secus atque olim tonitru cum rupta corusco
ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
sensit laeta dolis et formae conscia coniunx.
tum pater aeterno fatur devinctus amore
'quid causas petis ex alto? fiducia cessit
quo tibi, diva, mei? similis si cura fuisset,
tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset:
nec pater omnipotens Troiam nec fata vetabant
stare decemque alios Priamum superesse per annos.

---

TESTIMONIA. 383 'Nerei' Donati ars IV 396 K. 384 Servius Aen. I 489 schol. Hor. carm. I 28, 8 385 sq. 'aspice . . . portis' Seneca epist. 49, 7 'quae . . . portis' Servius Aen. I 298 II 27 schol. Hor. a. p. 200 388 Nonius 252, 18 392 Servius Aen. VII 142 393 'et . . . coniunx' schol. Hor. carm. II 4, 6 394 Servius Aen. VIII 373 395 'quid . . . alto' Nonius 237, 20. 366, 23 396 sq. 'similis . . . armare fuisset' Priscianus 1151 P. schem. lex. p. 52 H. 396 'similis . . . fuisset' Priscianus 1144 P. Servius Aen. IV 696 398 sq. 'nec f. . . . annos' Servius Aen. IV 610 399 'decemque . . . annos' Servius Aen. VII 315

---

VARIA LECTIO.
*Rbcψ, Servius Dan.* NUME· *M. Sanctum sibi id nomen dicere videtur, quod genetrix nato arma roget. cf. prol.* 322 sanctum tibi nomen *Schraderus* 383 'arma rogo; *hic distinguendum*' *Servius* Neri '*aliquot*' *Pieriani, Menag. alt., Mentel. tert., χ, Asper apud Servium* (*cf. prol.* 130 *sq.* 402) Neres '*nonnulli*' *Pieriani* 386 $^{\text{exci}}$dium *γ* exicium *b* 390 CALEFACTA *R* 391 non] HAUT *M: cf.* 414 TONETRUM *M* 392 MICA$^{\text{N}}$S *M* 394 DEVINCTVS *P* deui$^{\text{n}}$ctuſ *γ* deuictuſ *c: cf. Lucretius* I 34 evinctus *m* 396 QVOD *R* Q$^{\text{O}}$UAE (*ut vid.*) *M* subisset *prop. Heinsius, ut* IX 757 397 *om. Mentel. alt. m.* 1 tunc *schem. lex.* TEVCROSNOBIS *P* teucroſ nobiſ *c*

et nunc, si bellare paras atque haec tibi mens est,
quidquid in arte mea possum promittere curae,
quod fieri ferro liquidove potest electro,
quantum ignes animaeque valent, absiste precando
viribus indubitare tuis.' ea verba locutus
optatos dedit amplexus placidumque petivit
coniugis infusus gremio per membra soporem.

Inde ubi prima quies medio iam Noctis abactae
curriculo expulerat somnum, cum femina primum,
cui tolerare colo vitam tenuique Minerva
impositum, cinerem et sopitos suscitat ignes,
noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
exercet penso, castum ut servare cubile

---

TESTIMONIA. 402 Probus 11, 16 K. explan. in Don. IV 528 K. 403 'quantum . . . valent' Nonius 233, 33 Servius Aen. I 57 Macrobius Sat. I 14, 14 Porphyrio ad Hor. carm. IV 12, 1 schol. Persii I 14 404—406 'ea . . . soporem' Gellius IX 10 404 'ea v. l.' explan. in Don. IV 525 K. 405 sq. 'placidumque . . . soporem' Charisius I 275 K. Sacerdos VI 467 K. Diomedes I 460 K. Nonius 366, 29 'placidum . . . gremio' Isidorus orig. I 36, 15 408—410 'cum . . . ignes' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 48 409 sq. 'cui . . . impositum' Arusianus VII 512 K. 409 Priscianus 719 P. 'cui . . . vitam' Probi cath. IV 24 K. 410 schol. Persii VI 45 412 sq. 'castum . . . natos' schol. Hor. epod. II 39

---

VARIA LECTIO. 402 poteſtur *cm* 403 igniſ *b*1 405 placidũ *c*1 placiduſ *c*2 notum *Nonius: cf.* 389 406 INFVSVM (M *m. ant. corr. in* S) *P* INFVSVM (M *m. ant. in ras.*) *R* 'infusus . . *Probus vero et Carminius propter sensum cacemphaton* infusum *legunt' Servius* ('*alii* infusus *legunt* . . . *nam* infusum g. s. *nihil esse dicunt' Servius Dan.*) infusus *Charisius, Sacerdos, Nonius* effusus *Diomedes. cf. prol.* 140 *sq.* placidus . . . infusum *malebat Burmannus* GREMIO *m. ant. in ras. R* 407 abacto *Montalb.* opacae *a*, *Peerlkampus* 408 primum] duram *Peerlkampus ex Terentii Andr.* I 1, 47 408 *sq. auctore Servio Dan. multi post* quies *distinguebant; post* curriculo *et* somnum *dist. in M* cum femina, cui mos Est tolerare . . . Minerva, Impositum cinerem *Bentleius* 409 'tenuique Minerva . . . *et alii hic distinguunt et subaudiunt* mos est *vel* placet . . . *et sic inferunt:* impositum cinerem . . . ignes. *alii sic legunt:* tenuique M. impositum' *Servius.* *Post* impositum *et* cinerem *dist. in M* 410 IGNES *MRy*1*bc* IGNIS (I *post. m. ant. corr. in* E) *P* 412 EXERCENS *M*

coniugis et possit parvos educere natos:
haut secus Ignipotens nec tempore segnior illo
mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.
insula Sicanium iuxta latus Aeoliamque
erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis,
quam supter specus et Cyclopum exessa caminis
antra Aetnaea tonant validique incudibus ictus
auditi referunt gemitus striduntque cavernis
stricturae Chalybum et fornacibus ignis anhelat,
Volcani domus et Volcania nomine tellus.
hoc tunc Ignipotens caelo descendit ab alto.
ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque Steropesque et nudus membra Pyracmon.
his informatum manibus iam parte polita
fulmen erat, toto genitor quae plurima caelo
deicit in terras, pars inperfecta manebat.
tris imbris torti radios, tris nubis aquosae

---

TESTIMONIA. 415 Nonius 346, 26   416 'insula ... latus' Servius Aen. X 653 comm. Bern. Lucani VII 145 U.   416 sq. 'Aeoliam Liparen' Servius Aen. I 52   420 sq. 'striduntque . . . anhelat' Priscianus 837. 866. 867. 892 P.   421 Nonius 21, 14. 524, 3   423 Priscianus 553. 1006 P. Servius Aen. I 4   424 Servius ge. I 99 'ferrum e.' Servius Aen. IV 86   425 Marius Victorinus VI 37 K. Servius ge. I 58 'membra P.' Terentianus Maurus 1252   426 sq. 'his . . . erat' Servius Aen. VIII 439   426 'iam p. p.' Probi Cath. IV 36 K. Sacerdos VI 488 K.
427 'fulmen e.' ult. syll. IV 224 K.   427 sq. 'toto ... terras' Nonius 288, 29   429 'tres . . . radios' Probi cath. IV 12 K.   429 sq. 'tris . . . addiderant' Servius Aen. II 649

---

VARIA LECTIO. 418 EXESA *Pyb* EXSESA *M*   420 gemituſ ſtridunt *yc2χ, Servius* GEMITVS · [S]TRIDVNT *P* GEMITUS· TRIDENT (u *supra*) *M* gemitũ ſtridunt *c*1 GEMITVM STRIDVNT *Rb* stridunt *testatur Priscianus*   422 Vulcani (u *in ras.*) *b* Vulcani *c*   uulcania (u *post. in ras.*) *b* uulcania *c*   423 HVC *Py*1 'hoc *pro* huc' *Priscianus, Servius*   TVM *Py*1 'hoc tunc, *i. e.* huc tum' *Servius*   descendit] dimissus *Prisciani* 1006 *Bamb.*
425 Pyracmon *Servius, Terentianus Maurus* PYRAGMON *PRyc* PYRAGMO~ *M* phyragmon *b* *cf. Corssen de pronuntiatione l. l.* I 41 *prol.* 392   426 INFORMATVSM *P*
428 DEIECIT *R*   429 tres *Probi cod.*

addiderant, rutili tris ignis et alitis austri:
fulgores nunc terrificos sonitumque metumque
miscebant operi flammisque sequacibus iras.
parte alia Marti currumque rotasque volucris
instabant, quibus ille viros, quibus excitat urbes;
aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma,
certatim squamis serpentum auroque polibant
conexosque anguis ipsamque in pectore divae
Gorgona, desecto vertentem lumina collo.
'tollite cuncta' inquit 'coeptosque auferte labores,
Aetnaei Cyclopes, et huc advertite mentem:
arma acri facienda viro. nunc viribus usus,
nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.
praecipitate moras.' nec plura effatus, at illi
ocius incubuere omnes pariterque laborem
sortiti. fluit aes rivis aurique metallum,
volnificusque chalyps vasta fornace liquescit.

---

TESTIMONIA. 430 'et a. a.' Servius Aen. V 319 'alitis a.' Isidorus orig. XIII 12, 22 433 sq. 'parte ... instabant' Priscianus 1177 1183 P. Arusianus VII 483 K. 'currumque...instabant' Asper 115, 16 436 'squamis auroque p.' Servius Aen. VI 468 'polibant' Probi cath. IV 36 K. Sacerdos IV 488 K. 438 Nonius 418, 25 439 Plinius epist. VI 33 Nonius 422, 18 'tollite c. i.' Servius Aen. XII 39 441 sq. 'arma... rapidis' Nonius 419, 23 441 'arma . . . viro' Donatus ad Ter. eun. I 2, 17 Servius Aen. I 1 442 Seneca epist. 95, 33 445 'fluit... metallum' Arusianus VII 474 K. 446 Charisius I 92 K. 'vulnificusque c.' Servius ge. I 58 Isidorus orig. XVI 21, 1

---

VARIA LECTIO. 430 ADDIDERAT (N supra) *M* ALITI (V supra) *P* alituſ, al alitiſ *γ* halitus *Rottend. pr.* 431 HORRIFICOS *R cf.* 435 433 marte *γ*1 martis *Prisciani* 1177 *ω*, 1186 *φ* CVRRVM QVE (puncta supra) *P* currum (q. supra) *γ* VOLVCRES *MRbc* 434 URBES (E *corr. ex* I) *M* 435 horriferam, at horrificã *γ*: *cf.* 431 437 ANGVES *P*2*γ*1*bc* ipſam (ip *m.* 2 *in ras.*) *γ* ipſã (ã *in ras.*) *b* 438 DEIECTO *R* de . . ſecto (de *m.* 2 *in ras.*) *γ* dissecto *Rottend. pr.* disiecto *χ* 440 auertite *γ* 441 faciunda *Nonii φ* 442 omni] opus est *Seneca* 443 ET (A *supra* E) *P* at illi] ATTI *R* 444 oñiſ *c* 446 VOLNAFICVS *R* Vulnificuſ *bc* CHALYPS *P* (*cf. prol.* 390) calypſ (h supra) *γ* CHALYBS (H *m.* 2 *in ras.*) *R* CALYBS *Mc* (*cf. prol.* 422) chalibſ *b*

ingentem clipeum informant, unum omnia contra
tela Latinorum, septenosque orbibus orbes
impediunt. alii ventosis follibus auras
accipiunt redduntque, alii stridentia tingunt
aera lacu. gemit impositis incudibus antrum.
illi inter sese multa vi bracchia tollunt
in numerum versantque tenaci forcipe massam.

Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris,
Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma
et matutini volucrum sub culmine cantus.
consurgit senior tunicaque inducitur artus
et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis;
tum lateri atque umeris Tegeaeum subligat ensem,
demissa ab laeva pantherae terga retorquens.
nec non et gemini custodes limine ab alto
praecedunt gressumque canes comitantur erilem.

TESTIMONIA. 447 'ingentem c. i.' Cledonius V 40 K. 449 sq. 'alii ... redduntque' Nonius 239, 32 453 'versantque t. f. m.' Nonius 531, 30 Velius Longus VII 71 K. Charisius I 95 K. 454 Acro ad Hor. epist. I 2, 61 455—462 Macrobius Sat. V 8, 6 457 Priscianus 796 P. 'tunicaque i. a.' Arusianus VII 479 K. 458 Terentianus Maurus 1213 459 Arusianus VII 510 K. Servius Aen. V 299 'subligat e.' anecd. Helv. p. 182 H. 460 'pantherae t. r.' Priscianus 688 P.

VARIA LECTIO. 447 cli.peum (*i. e.* clupeum) *b* unu *c* 449—453 *cf. ge.* IV 171—175 449 fontibuſ *γ*1 451 gemit] · ꝒGEMIT *P: voluitne* tremit? 453 INNVMERANT *R* FORFICE *R: forfices et forcipes distinguit Servius,* forcipe *testantur grammatici. cf. prol.* 420 *Brandis de aspir. lat.* 38 ferrum *Charisius ut ge.* IV 175 455 lecto *Wakefieldus, fortasse recte* 456 matutinus *Macrobii exempl.* 458 CIRCVMDANT *R* 459 Tegeaeum *ψ ut vid.: testatur Servius Aen.* V 299 TEGAEVM *Pγbc* TEGEVM *MR, Arusiani exempl.* 460 PANTHEREA *Pγ* pantherae *testatur Priscianus* 461 limine in ipso *ut ecl.* VIII 92 *Aen.* X 355 XI 881 *Macrobius* limine ab arto *Marklandus ad Statii silv.* I 1, 46 *propter v.* 360. 455. limine aperto *Peerlkampus.* limine ab alto *inter somnia poetae refert Wagnerus quaest. Verg.* XXXXI; *sed potuit, ni fallor, etiam* humile tectum *regis* alto limine *prae ceteris insigne esse. Ceterum cf.* XI 482 462 PROCEDVNT (AE *supra* O) *P*

hospitis Aeneae sedem et secreta petebat
sermonum memor et promissi muneris heros.
nec minus Aeneas se matutinus agebat.
filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.
congressi iungunt dextras mediisque residunt
aedibus et licito tandem sermone fruuntur.
rex prior haec:
'maxume Teucrorum ductor, quo sospite numquam
res equidem Troiae victas aut regna fatebor,
nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
exiguae vires: hinc Tusco claudimur amni,
hinc Rutulus premit et murum circumsonat armis.
sed tibi ego ingentis populos opulentaque regnis
iungere castra paro, quam fors inopina salutem
ostentat: fatis huc te poscentibus adfers.
haut procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
urbis Agyllinae sedes, ubi Lydia quondam
gens, bello praeclara, iugis insedit Etruscis.
hanc multos florentem annos rex deinde superbo
imperio et saevis tenuit Mezentius armis.

---

TESTIMONIA. 463 'hospitis' Servius Aen. VIII 532 465 schol. Lucani III 499 466 ult. syll. IV 225 K. 'filius h. P.' ult. syll. IV 225 K. 468 'et . . . fruuntur' Priscianus 922 P. 470 Festus v. sospes p. 301 M. 'maxime T. d.' ult. syll. IV 250 K. Servius Aen. VIII 363 470 sq. 'quo . . . fatebor' Priscianus 765 P. 472 ult. syll. IV 255 K. 475 sq. 'sed . . . paro' Servius Aen. VIII 552 475 'sed . . . populos' (om. 'ego') Sacerdos VI 445 K. 478 'haut . . . saxo' ult. syll. IV 246 K. 480 'gens b. p.' Arusianus VII 458 K. 'iugis i. E.' Arusianus VII 480 K.

---

VARIA LECTIO. 465 nec m. interea se m. a. Aeneas *schol Lucani* SE$^{SE}$ *MP* SESE *Ryc* 470 MAXIME *MPybc* TEVCRVM *R* 472 NOMINE (O *corr. ex* V) *P* 474 *imo mg. m.* 2 *add. b* CIRCUMSONAT (T *supra*) *M* armis] ARN . . *P1* ARANS *R* arcens '*aliquot antiqui*' *Pieriani* Arruns '*alii*' 475 INGENTES *Rb* regni *coni. Klouček* 477 adfer $\chi$ 'adfer: *perge illuc . . . nam talis est sensus, si legeris* adfer . . . *si autem legeris* adfers, *sensus erit talis: fati necessitate factum est ut venires . . . legimus ergo et* adfer *et* adfers' *Servius*

quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni
effera? di capiti ipsius generique reservent!
mortua quin etiam iungebat corpora vivis
componens manibusque manus atque oribus ora,
tormenti genus, et sanie taboque fluentis
complexu in misero longa sic morte necabat.
at fessi tandem cives infanda furentem
armati circumsistunt ipsumque domumque,
obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
ille inter caedem Rutulorum elapsus in agros
confugere et Turni defendier hospitis armis.
ergo omnis furiis surrexit Etruria iustis:
regem ad supplicium praesenti Marte reposcunt.
his ego te, Aenea, ductorem milibus addam.
toto namque fremunt condensae litore puppes
signaque ferre iubent; retinet longaevos haruspex
fata canens "o Maeoniae delecta iuventus,
flos veterum virtusque virum, quos iustus in hostem
fert dolor et merita accendit Mezentius ira,
nulli fas Italo tantam subiungere gentem:
externos optate duces": tum Etrusca resedit

TESTIMONIA 483—486 (om. 'di . . . reservent') Pompeius V 800 K. 483 'quid . . . caedes' Servius in Don. IV 448 K. 484 'di c. i.' fragm. Bob. de fin. syll. VI 626 K. 'di . . . reservent' Macrobius Sat. IV 6, 19 485 sq. Servius Aen. X 714 485 Macrobius Sat. IV 4, 16 486 Nonius 257, 37 'componens m. m.' Servius Aen. I 374 489 'infanda f.' Servius Aen. XI 854 schol. Hor. serm. I 6, 48 497 Servius Aen. VIII 607 499 'o . . . iuventus' Servius Aen. XI 759 500 'flos . . . uirum' comm. Bern. Lucani II 196 U. 503 'externos o. d.' Servius Aen. VIII 512 X 71. 154

VARIA LECTIO. 485 quin, *i. e.* quine: *cf.* VII 299 486 *Hoc versu finitur pagina lacera in R* 487 FLUENTES *M*2 fluentiſ (ſ *eras.*) *γ* 488 in *suprascr.* *b* *Post* misero *interp.* *M* 492 CAEDEM *Rψ* CAEDEM (S *supra* M) *M*: *cf.* 709 XI 648. 729 cedēſ *γ* CEDES *Pc* caedeſ *b* 495 PRAESENTE *R* 497 frem$^{v}$ent *γ* 498 LONGAEVOS (O *corr. in* V) *P* LONGAEVVS *Rγ* LONGAE$^{U}$US *M* longęuuſ (uu *in ras.*) *b* longeuuſ *c* ARVSPEX *PRγc* (*cf. prol.* 422) 499 dilecta *b*1

hoc acies campo, monitis exterrita divom.
ipse oratores ad me regnique coronam
cum sceptro misit mandatque insignia Tarchon,
succedam castris Tyrrhenaque regna capessam.
sed mihi tarda gelu saeclisque effeta senectus
invidet imperium seraeque ad fortia vires.
gnatum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
hinc partem patriae traheret. tu, cuius et annis
et generi fata indulgent, quem numina poscunt,
ingredere, o Teucrum atque Italum fortissime ductor.
hunc tibi praeterea, spes et solacia nostri,
Pallanta adiungam; sub te tolerare magistro
militiam et grave Martis opus, tua cernere facta
adsuescat primis et te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis,
lecta dabo totidemque suo tibi munere Pallas.'

Vix ea fatus erat, defixique ora tenebant
Aeneas Anchisiades et fidus Achates

TESTIMONIA. 505 sq. 'ipse . . . misit' Servius Aen. VIII 552 505 'ipse . . . me' Servius Aen. IV 200 506 'cum . . . mandat' Servius Aen. IV 200 509 'invidet i.' Servius ecl. VII 58 511—513 'tu . . . indulget, ingredere' Servius Aen. VIII 552 515 sq. 'sub . . . militiam' Charisius I 236 K. Priscianus 1211 P. 'sub . . . opus' Servius Aen. V 546 516 sq. 'tua . . . annis' schol. Lucani IX 807 517 'et te primis miretur ab a.' schol. Lucani VI 167 521 'Aeneas Anchisiades' ult. syll. IV 225 K.

VARIA LECTIO. 504 diuom (v *supra* o) *γ* DIUUM *Mbc* *Hic finitur pagina in R* 505 *sq.* ipse oratores regnique insignia Tarchon Misit *eiectis reliquis Peerlkampus: vulgatam interpretatur Servius* 508 GELU·S *M* geluſ *c*1 SAECVLIS *R* EFFATA *Pγ*1 510 NATVM *MPγbc* EXHORTAREM *P* 511 TRAHERENT (NT *supra*) *P* 512 FATVM (A *supra* V) *P* FATVM *Rγ*1*b* INDVLGES *P* INDVLGEET (D *m.* 2 *in ras.*) *R* indulget *b* fatum indulget *Servii Dan. exempl., etiam ad* 552 ~~fata re~~poſcunt (numina *supra*) *b: cf.* 495 516 et *om. m* 517 et te primis *schol. Lucani* VI 167 518 PUBES *M* 519 SVOTIBI *Rbc, Servius* SVOTIBI (T *m. ant. corr. in* S) *P* ſuo tibi (t *corr. ex* ſ) *γ* TUOSIBI (S T *supra*) *M* MVNERE *PRγb* NOMINE *Mc, Servius: cf.* 121

multaque dura suo tristi cum corde putabant,
ni signum caelo Cytherea dedisset aperto.
namque inproviso vibratus ab aethere fulgor
cum sonitu venit, et ruere omnia visa repente
Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.
suspiciunt, iterum atque iterum fragor increpat ingens:
arma inter nubem caeli regione serena
per suidum rutilare vident et pulsa tonare.
obstipuere animis alii, sed Troïus heros
adgnovit sonitum et divae promissa parentis.
tum memorat 'ne vero, hospes, ne quaere profecto,
quem casum portenta ferant: ego poscor Olympo.
hoc signum cecinit missuram diva creatrix,
si bellum ingrueret, Volcaniaque arma per auras
laturam auxilio.
heu quantae miseris caedes Laurentibus instant!
quas poenas mihi, Turne, dabis! quam multa sub undas

---

TESTIMONIA. 525 Seneca nat. qu. VI 22, 4 526 Isidorus orig. XVIII 4, 2 527 'iterum . . . ingens' Nonius 329, 21 528 sq. 'arma . . . vident' Nonius 31, 15 529 'per sudum r. v.' Servius et schol. Bern. ge. IV 77 530 cf. Mallius Theodorus VI 598 K. 534 Servius Aen. VIII 612 537 Priscianus 1183 P. schol. Hor. carm. I 15, 9

---

VARIA LECTIO. 522 cum tristi *m* 526 GLANGOR *P* clangor (c *m.* 2) al ſonuſ *γ*: *cf. prol.* 392 527 fragor *γ* intonat *'vetusti admodum' Pierii, Servius: cf.* IX 709 increpat *testatur Nonius* 528 nubes *Parrhas., Nonius* nubem *Servius* IN *post* caeli *PRγbc, suprascr. M, om. Nonius* 529 SVIDVM *R* ſ(i)dum *b* SVDVM *MPγc, Nonii exempl., Servius* tonare *b, Servius Dan.* TORARE (N) *M* ſonare, al tonare *γ* SONARE *PRc* 531 ET *om. R* 532 Tunc *c* quaere, profecto Quem *Ladevicus* 533 *'alii* Olympo poscor, *alii* Olympo *sequentibus iungunt' Servius Dan. et hoc praetulit Peerlkampus*, *illud Wagnerus lect. Verg.* 420 *sqq.* 535 VOLCANIA (O *corr. in* V) *P* UULCANIA *Mc* 536 auxiliũ *c*1 537 ϴ (HEV *sup.*) *P* HAEU *M* 538 michi poenaſ *b* VNDA *Rb: cf.* I 100

scuta virum galeasque et fortia corpora volves,
Thybri pater! poscant acies et foedera rumpant.'

Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto
et primum Herculeis sopitas ignibus aras
excitat hesternumque larem parvosque penatis
laetus adit: mactant lectas de more bidentis
Euandrus pariter, pariter Troiana iuventus.
post hinc ad navis graditur sociosque revisit.
quorum de numero qui sese in bella sequantur
praestantis virtute legit: pars cetera prona
fertur aqua segnisque secundo defluit amni,
nuntia ventura Ascanio rerumque patrisque.
dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva;
ducunt exsortem Aeneae, quem fulva leonis
pellis obit totum, praefulgens unguibus aureis.

Fama volat parvam subito volgata per urbem,
ocius ire equites Tyrrheni ad litora regis.
vota metu duplicant matres, propiusque periclo

TESTIMONIA. 540 'Thybri p.' ult. syll. IV 229 K. Servius Aen. I 155 III 89 ge. IV 354 542 sq. 'et sopitas ... excitat' Servius Aen. VIII 408 545 Asper 113, 1 546 Priscianus 1105 P. 547 sq. 'quorum... legit' Servius Aen. X 430 'qui . . . legit' Servius Aen. VIII 606 549 'segnisque . . . amne' Servius ge. I 72 556 'vota . . . matres' schol. Hor. carm. I 1, 25 556 sq. 'vota . . . timor' Philargyrius ge. IV 47 'propiusque p. it metus' Priscianus 1172 P.

VARIA LECTIO. 539 *cf.* I 101 VOLVENS *R* 540 THVBRI *Pγ*1 Tybri *c* 542 HERCVLEIS *P* Herceis *susp. Heynius* ſopit(a)ıſ *c* Herculeas...aras *Dorvill.* 543 SVSCITAT *Rm, ut* 410 *et* V 743 EXTERNVM *MR* 'hesternum ... *male quidam* externum *legunt' Servius* patrios *Goth. sec.* PENATES *MRbc* 544 *cf.* IV 57 ADIIT *Pγ*1 MACTAT *PRγbc, Servii exempl.* BIDENTES (E *corr. ex* I) *P* bidenteſ *bγ* 546 NAVES *Rbc* 548 PRAESTANS(TE) *M* Preſtanteſ *c* 549 amne *Servii ge. ω* 553 OBIIT *Pγ*1 554 VVLGATA *Rbc* 555 TYRRHENA *Pγ*1 LITORA *MRγ2b: cf.* 497 LIMINA *Pγ*1*c, Bentleius: cf.* 145. 362 556 PROPRIVS *PR* prop.uſ (propriiſ *γ*1) at ppiuſ *γ* propi.uſ (i *in ras.*) *b* pericli *Philargyrius*

it timor, et maior Martis iam apparet imago.
tum pater Euandrus dextram complexus euntis
haeret, inexpletus lacrimans, ac talia fatur:
'o mihi praeteritos referat si Iuppiter annos,
qualis eram, cum primam aciem Praeneste sub ipsa
stravi scutorumque incendi victor acervos
et regem hac Erulum dextra sub Tartara misi,
nascenti cui tris animas Feronia mater
(horrendum dictu) dederat — terna arma movenda,
ter Leto sternendus erat; cui tum tamen omnis
abstulit haec animas dextra et totidem exuit armis —:
non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam,
nate, tuo, neque finitimos Mezentius umquam

TESTIMONIA. 558 Priscianus 692 P. 560—567 Macrobius Sat. V 8, 8 560 sq. 'o . . . eram' Nonius 381, 33 560 Priscianus 899. 908. 1221 P. Servius in Don. IV 443 K. explan. in Don. IV 510 K. Cledonius V 79 K. Consentius V 399 K. Marius Victorinus VI 81 K. Servius Aen. VIII 268 Isidorus de rhet. p. 519 H. 'o . . . si' Sacerdos VI 514 K. 561 sq. 'qualis . . . stravi' Priscianus 1100 P. Macrobius Sat. V 14, 15 'cum . . . stravi' Servius Aen. VII 678 561 Priscianus 760. 1110 P. 'Praeneste s. i.' Priscianus 656 P. Consentius V 346 K. 564 sq. 'nascenti . . . dederat' Nonius 319, 9 'cui . . . dederat' Servius Aen. VIII 252

VARIA LECTIO. 557 it] ET *R* timor] metus *Priscianus* 559 INEXPLETVM (M *corr. in* S) *P* inexpletū (pletū *in ras.*) *c* INPLETVS *Ry*1 LACRIMIS *M* lacrimanſ, *suprascr.* al lacrimiſ *γ* 'haeret inexpletus: *multi hic distinguunt, ut sit:* inexpletus haesit et talia locutus est lacrimans. *alii legunt* inexpletus lacrimis. *honestius tamen est* inexpletum lacrimans, *ut sit nomen pro adverbio' Servius, et sic P*1 *habet* 560 REFERT *P* refe$^{a}$rt, *in mg.* al referat *γ* 563 HAEC *P* haec *γ* ERYLUM *MPγc* erilum *b* herilum *Macrobii Salisb.* erimum *cetera Macrobii exempl.* miſſi *c*1 564 TRIS (I *corr. in* E) *P* treſ *γ* 565 'movenda *autem vel contra ipsum vel ab ipso' Servius. Itaque alii* terna . . . movenda *cum antecedentibus coniungebant* 566 cui . . . armis *omisisse poetam mavult Peerlkampus* tum *b* TUNC *MPRγc, Macrobii exempl.: cf. Wagneri quaest. Verg.* XXV 5 *a.* 567 animas, totidem dextra *Mentel. pr.* EXSUIT *M: cf. prol.* 446 568 uſquam *γ*2 *in ras.* 569 FINITIMOS *P* finitimus *Rottend. pr. m.* 2 finitimo (o *in ras.*) *b* FINITIMO *MRγc, testatur Servius: cf. prol.* 317 VSQVAM *PRc* uſquam (*inf. eras., suprascr. m. rec.*) *γ* hostis *Moret. sec.*

huic capiti insultans tot ferro saeva dedisset
funera, tam multis viduasset civibus urbem.
at vos, o superi, et divom tu maxume rector
Iuppiter, Arcadii, quaeso, miserescite regis
et patrias audite preces. si numina vestra
incolumem Pallanta mihi, si fata reservant,
si visurus eum vivo et venturus in unum:
vitam oro, patior quemvis durare laborem.
sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris:
nunc, o nunc liceat crudelem abrumpere vitam,
dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri,
dum te, care puer, mea sola et sera voluptas,
complexu teneo, gravior neu nuntius auris
volneret.' haec genitor digressu dicta supremo
fundebat: famuli conlapsum in tecta ferebant.

Iamque adeo exierat portis equitatus apertis,
Aeneas inter primos et fidus Achates,

---

TESTIMONIA. 574 sq. 'si . . . mihi' Servius Aen. I 546 576 'si... vivo' ult. syll. IV 245. 261 K. 577 'patior . . . laborem' Arusianus VII 501 K. 579 schol. Persii I 11 581 'mea... voluptas' Servius Aen. IX 480 582 sq. 'gravior . . . vulneret' Nonius 315, 13 Donatus ad Ter. hec. IV 4, 15 585 sq. 'iamque . . . primos' Servius Aen. VIII 552 585 Nonius 236, 11

---

F
VARIA LECTIO. 571 MVNERA *P* 572 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIVVM *Ryc* MAXIME *MPybc* 576 VIVVM *R* 577 PATIOR (A *supra* O) *P* patiar *γc* patior (o *m.* 2 *corr. in* a) *b* 579 *cf.* IX 497 NVNC Ȯ NVNC *R, Mentel. pr.*: *cf.* II 644
/
NUNCNUNCO *Mybcψ*, *add. m.* 2 O *P* tunc tunc o *schol. Persii* 581 SERAETSOLA *MPb, Servius Aen.* IX 480 582 CON-
s
PLEXU *M* Complexuſ (uſ *in ras.*) *b* COMPLEXVS *R* TENEO (A *supra* O: teneam?) *P* NEU *MR* NEV *P* ne[v] *γ* ne *b, Nonius et Donatus, m. rec. suprascr. c* aureſ *bc* 583 VOLNERET (O *corr. in* V) *P* VVLNERET *Rbc* verberet *Donatus* nec . . . volnerat *Marklandus ad Statii silv.* V 2, 88 DICTA SVPPREMO
D I C
*Pγ*1 DICTA SVPREMO (C—O *in ras.*) *R* MAESTASUPREMO *M*: *cf.* III 482 585—613. 614—642 *folium libri Medicei codici Vaticano F adnexum*

inde alii Troiae proceres, ipse agmine Pallas
in medio, chlamyde et pictis conspectus in armis:
qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
quem Venus ante alios astrorum diligit ignis,
extulit os sacrum caelo tenebrasque resolvit.
stant pavidae in muris matres oculisque secuntur
pulveream nubem et fulgentis aere catervas.
olli per dumos, qua proxuma meta viarum,
armati tendunt; it clamor, et agmine facto
quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem,
religione patrum late sacer; undique colles
inclusere cavi et nigra nemus abiete cingunt.
Silvano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
arvorum pecorisque deo, lucumque diemque,
qui primi finis aliquando habuere Latinos:
haut procul hinc Tarcho et Tyrrheni tuta tenebant
castra locis, celsoque omnis de colle videri
iam poterat legio, et latis tendebat in arvis.

---

TESTIMONIA. 589—591 Macrobius Sat. V 8, 10  589. 591 cf. Iulius Capitolinus in vita Maximini iunioris c. 1  589 sq. Servius Aen. I 382  589 schol. Hor. carm. III 9, 21  590 Servius Aen. IV 130  591 'extulit os s.' Acro ad Hor. serm. I 8, 21  596 Nonius 272, 15 Diomedes I 499 K. Sacerdos VI 501 K. fragm. de metr. VI 615 K. Macrobius Sat. VI 1, 22 'quadrupedante . . . ungula' Sacerdos VI 511 K.  597—601 'est . . . deo' Macrobius Sat. III 3, 9  597 Priscianus 633. 994. 1172 P.  599 Sacerdos VI 546 K.  603 Servius Aen. X 748 'haud . . . Tyrrheni' Servius Aen. X 153  605 'et . . . arvis' Servius Aen. II 29

---

VARIA LECTIO. 588 in] it *Marklandus ad Statii silv.* V 1, 245  590 IGNES (E *corr. ex* I) *P* igneſ *γbc*  591 protulit *schol. Hor.*  594 PROXIMA *MPγbc*  596 *cf.* XI 875  QVADRIPEDANTE *M, Nonii et Macrobii exempl. excepto Par.* 1, *Diomedes* pulverulenta *fr. de metr.*  campŭ *m. rec. add. c*  599 cava *Sacerdos* cingit *Macrobii exempl.*  601 agrorum *Macrobii exempl.*  602 FINES *M,* (E *corr. ex* I) *P* fineſ *γ1bc*  603 TARCHON *MPγ*: *cf.* 506 Tarcho *Servius testatur*  605 ut latis *Faber, Barthius ad Statii Theb.* X 857, *bene. In interpretatione horum versuum haesit Servius*

huc pater Aeneas et bello lecta iuventus
succedunt fessique et equos et corpora curant.

At Venus aetherios inter dea candida nimbos
dona ferens aderat; natumque in valle reducta
ut procul ecgelido secretum flumine vidit,
talibus adfata est dictis seque optulit ultro:
'en perfecta mei promissa coniugis arte
munera, ne mox aut Laurentis, nate, superbos
aut acrem dubites in proelia poscere Turnum.'
dixit et amplexus nati Cytherea petivit,
arma sub adversa posuit radiantia quercu.
ille, deae donis et tanto laetus honore,
expleri nequit atque oculos per singula volvit
miraturque interque manus et bracchia versat
terribilem cristis galeam flammasque minantem
fatiferumque ensem, loricam ex aere rigentem
sanguineam ingentem, qualis cum caerula nubes
solis inardescit radiis longeque refulget;
tum levis ocreas electro auroque recocto
hastamque et clipei non enarrabile textum.
illic res Italas Romanorumque triumphos

TESTIMONIA. 607 'fessique ... curant' Servius ge. IV 187 608 Servius Aen. XI 596 608 sq. 'at...aderat' comm. Bern. Lucani V 111 U. 609? 'penitusque in valle r.' schol. Hor. carm. I 17, 17 612—619 Macrobius Sat. V 8, 11 612 sq. 'promissa ... munera' comm. Bern. Lucani V 111 U. 614 Nonius 241, 8. 374, 15 616 Priscianus 717. 1000 P. Donati ars IV 390 K. anecd. Helv. p. 170 U. Servius Aen. I 173 620 Macrobius Sat. V 13, 36 621 'fatiferumque e.' Servius Aen. IV 262 VI 515 625 'et ... textum' Priscianus 904 P.

VARIA LECTIO. 610 ETGELIDO *PRγ* EGELIDO (T *suprascr. m. ant.*) *M* e///gelido (e *pr. in ras.*) *b* egelido *c*, *Servius* 616 radientia *γc*, *Prisciani φ*: *cf.* 23 618 Expleri, al impleri *γ* inpleri *Macrobii exempl.*: *cf.* 216, *prol.* 322 620 FLAMMA$^{S}$ (S *sup. m.* 2) *R* MINANTEM *Pγ*1 UOMENTEM *MRbc* vomentem, al mouentē *γ*2: *cf.* 259. 680 vocantem *Macrobii Paris. a* 621 fatigerum *m* 622 sanguineam ardentem *Peerlkampus* 624 Tunc *c* recoctas *Rottend. pr.* nitentem *Oblongus Pierii* 625 cli.pei (*i. e.* clupei) *b*

haut vatum ignarus venturique inscius aevi
fecerat Ignipotens, illic genus omne futurae
stirpis ab Ascanio pugnataque in ordine bella.
fecerat et viridi fetam Mavortis in antro
procubuisse lupam, geminos huic ubera circum
ludere pendentis pueros et lambere matrem
impavidos, illam tereti cervice reflexa
mulcere alternos et corpora fingere lingua.
nec procul hinc Romam et raptas sine more Sabinas
consessu caveae magnis circensibus actis
addiderat subitoque novom consurgere bellum
Romulidis Tatioque seni Curibusque severis.
post idem inter se posito certamine reges
armati Iovis ante aram paterasque tenentes

TESTIMONIA. 630 Nonius 312, 7 Servius Aen. I 51 'fecerat . . . fetam' Servius Aen. II 238 'Mavortis in a.' Charisius I 278 K. Diomedes I 441. 452 K. Consentius V 388 K. ult. syll. IV 263 K. 631—633 'geminos . . . inpavidos' Nonius 423, 23 631 sq. 'geminos...pueros' Nonius 316, 17 632 'ludere p.' schol. Bern. georg. I 369 'ludere p. p.' Servius ge. I 369 632 sq. 'et . . . inpavidos' Nonius 343, 32 634 Servius Aen. I 483 'et . . . lingua' Servius Aen. II 80 VI 80 schol. Bern. georg. II 407 schol. Hor. carm. III 6, 12 'corpora f.' Servius Aen. IV 148 635 'et . . . Sabinas' Servius Aen. I 28 636 'magnis c. a.' Pseudoasconius Cic. 143 Or. 637 sq. 'subitoque... seni' Priscianus 583 P. 637 'subitoque . . . bellum' Servius Aen. III 591 638 Nonius 390, 12 'Curibusque s.' Porphyrio Hor. epist. I 16, 49 639—641 schol. Lucani I 118

VARIA LECTIO. 627 '*quibusdam videtur hunc versum omitti potuisse*' *Servius Dan.* fatum *et* fati χ 628 OMNIPOTENS *M* igni potenſ *b* 629 pugnanti *et* pugnantia χ pugnanda, *quod conici posse monuerat Wagnerus, Peerlkampus commendavit* bella Fecerat: et *prop. Heynius* 630 et *defendit Servius* VIRIDE (E *corr. in* I) *M* antrum *de ult. syll.* 631 ubere *c, Nonii* 316 φ 632 pendenteſ *c* 633 REFLEXA *PRγb: cf.* X 535 XI 622 *Lucretius* I 35 REFLEXAM *M* reflexam *c* 634 Mulcere (c *m.* 2) γ FINGERE (F *corr. ex* L?) *M* fingere *Servius testatur* 635 Marte *Schraderus* 636 CONSENSV *R* conſeſſu (ſ *alt. m.* 2), at c̄ſeſſu γ Conſe.ſu (ſ *suprascr.*) *b* 637 NOUUM *MRγbc* 640 ARAS *Rb* PATERAM *M*

stabant et caesa iungebant foedera porca,
Romuleoque recens horrebat regia culmo. 654
haut procul inde citae Mettum in diversa quadrigae 642
distulerant (at tu dictis, Albane, maneres!)
raptabatque viri mendacis viscera Tullus
per silvam, et sparsi rorabant sanguine vepres.
nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
accipere ingentique urbem obsidione premebat:
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.
illum indignanti similem similemque minanti
aspiceres, pontem auderet quia vellere Cocles
et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis.
in summo custos Tarpeiae Manlius arcis
stabat pro templo et Capitolia celsa tenebat, 653
atque hic auratis volitans argenteus anser 655

---

TESTIMONIA. 641 'et . . . porca' Paulus Festi 84 Servius Aen. I 62 XII 170 Isidorus orig. XVIII 1, 11 Porphyrio Hor. carm. I 4, 12 epist. II 1, 143 'caesa . . . porca' Quintilianus VIII 3, 19 Sacerdos VI 459 K. Orosius III 23, 67 654 Charisius I 155 K. Diomedes I 323 K. Charisii exc. I 535 K. Dositheus VII 395 K. 642—644 Quintilianus IX 3, 25 642 sq. 'haut . . . distulerant' Nonius 265, 24. 284, 22 643 'at . . . maneres' Gellius XX 1, 54 Macrobius Sat. IV 4, 11 Audacis exc. VII 351 K. Arusianus VII 491 K. 645 'sparsi . . . vepres' Nonius 231, 11 646—648 Augustinus de civ. dei V 12 646 sq. 'nec . . . accipere' Nonius 300, 18 648 Priscianus 583. 1244 P. anecd. Helv. p. 99. 132 H. Servius Aen. I 157 649 sq. 'illum . . . aspiceres' Sacerdos VI 459 K 649 Arusianus VII 507 K. 651 Nonius 353, 21 Servius Aen. II 134 (om. 'fluvium') 653 Nonius 523, 7 'stabat p. t.' Arusianus VII 501 K.

---

VARIA LECTIO. *Post* 641 *felici nimirum coniectura collocatus v.* 654 *in cd. Parmensi: cf. emend. Verg.* 4 642 MEÐIUM (T *supra* D, I *corr. in* T) *M* Metium *Quintiliani exempl., ut Livii, Valerii Maximi, Dionysii codd.* m&ũ *c* Mettum *confirmat Servius, cf. Bergkius opusc.* I 261 643 DISTVLERA[N]T *P* DIS[P]TULERANT *M* at] a *interiectio magis placeat* 645 SPARSIS *M* 646 PORSENA *R* Porsenna *testatur Servius: cf. Lachmannus Lucr.* 37 647 ingentem *γ*1 649 INDIGNANTE (E *corr. in* I) *M* indignate *m* 650 COCHLES *MR* 652 insomnis *Peerlkampus* in summo *confirmat Servius* MALIVS *R* MANU[I]LUS *M* malliuſ *b* mall.luſ *m.* 2 (*m.* 1 *potest fuisse* manuluſ), at malliuſ *γ* 653 tegebat *Wakefieldus: cf.* 657 tenebat *tuetur Servius* 655 HINC *R* hic *Servius*

porticibus Gallos in limine adesse canebat.
Galli per dumos aderant arcemque tenebant,
defensi tenebris et dono noctis opacae:
aurea caesaries ollis atque aurea vestis,
virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
auro innectuntur, duo quisque Alpina coruscant
gaesa manu, scutis protecti corpora longis.
hic exultantis salios nudosque lupercos
lanigerosque apices et lapsa ancilia caelo
extuderat, castae ducebant sacra per urbem
pilentis matres in mollibus. hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,
et scelerum poenas et te, Catilina, minaci
pendentem scopulo furiarumque ora trementem,
secretosque pios, his dantem iura Catonem.
haec inter tumidi late maris ibat imago
aurea, set fluctu spumabant caerula cano;
et circum argento clari delphines in orbem
aequora verrebant caudis aestumque secabant.

---

TESTIMONIA. 658 schol. Hor. carm. III 11, 50  659 Nonius 45, 28  660 'virgatis l. s.' Nonius 538, 23  660 sq. 'tum . . . innectuntur' Isidorus orig. IX 2, 104  661 sq. 'Alpina . . . manu' Nonius 555, 10  662 'scutis . . . longis' schol. Iuven. VIII 251 Lucani I 423 VI 259  664 sq. 'et . . . extuderat' Priscianus 891 P.  666 'pilentis . . . mollibus' Servius Aen. XI 478 ge. II 389 Isidorus orig. XX 12, 4  668 'et s. p.' ult. syll. IV 229 K.  668 sq. 'et te ... scopulo' Arusianus VII 500 K.  674 Servius Aen. V 119 'aestumque s.' de dub. nom. V 571 K.

---

VARIA LECTIO. 657 OLLI *R: cf.* 659  658 in tenebris *m*  660 fulgent *c*  TVNC *Pγc, Isidorus*  661 corufcat (n *supra*) *γ* CORVSCAT *Pbc, Nonii ω praeter Bamb.*  662 CAESA *PRγ, Nonii exempl.: cf. prol.* 392 GESSA (G *corr. vid. in* C) *M*  corpore c1, *schol. Iuven.*  663 hiuc *γ* 'hic, *in eodem scuto' Servius*  EXULTANTES (E *corr. ex* I) *M*  665 EXTVDERANT *R*  666—670 hinc . . . Catonem *additamentum esse grammatici arbitratur Peerlkampus: parum poeta nostro digna esse concedo, sed cf. prol.* 83  667 *cf. ge.* IV 467  669 frementem *m*  670 hic *Ladevicus: cf. Wagnerus lect. Verg.* 409  672 RUREA·SED (A *supra*) *M* AVREVSET *R*  SPVMABAT *MPRγ* · aequora *Zulich.* caerula *Servius*  ponto *Montalb.*  caerula, sed fluctu sp. aequora cano *Peerlkampus*

in medio classis aeratas, Actia bella,
cernere erat totumque instructo Marte videres
fervere Leucaten auroque effulgere fluctus.
hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar
cum patribus populoque, penatibus et magnis dis,
stans celsa in puppi; geminas cui tempora flammas
laeta vomunt patriumque aperitur vertice sidus.
parte alia ventis et dis Agrippa secundis
arduos agmen agens; cui (belli insigne superbum)
tempora navali fulgent rostrata corona.
hinc ope barbarica variisque Antonius armis,
victor ab Aurorae populis et litore rubro,
Aegyptum viresque Orientis et ultima secum
Bactra vehit, sequiturque (nefas) Aegyptia coniunx.
una omnes ruere, ac totum spumare reductis
convolsum remis rostrisque tridentibus aequor.

TESTIMONIA. 675 cf. Probus 59, 4 K. 'in . . . aeratas' Servius Aen. VIII 652 675 sq. 'Actia . . . erat' Arusianus VII 460 K. 676 sq. 'totumque . . . Leucaten' Macrobius Sat. V 14, 10 comm. Bern. Lucani I 43 U. 677 Priscianus 837. 866 P. Servius Aen. IV 409 'fervere L.' Charisius I 265 K. Diomedes I 452 K. ult. syll. IV 241 K. Donati ars IV 392 K. explan. in Don. IV 505 K. Pompeius V 297 K. Iuliani exc. ex comm. in Don. V 324 K. Eutyches V 464 K. Marius Victorinus VI 38 K. Alcimus Avitus epist. 51 Philargyrius georg. IV 169 'auroque e.' ult. syll. IV 241 K. 'auroque e. f.' Priscianus 837. 866 P. Consentius V 399 K. 679 Servius Aen. VIII 678 680 'stans . . . puppi' Priscianus 761 P. Donati ars IV 365. 390 K. 681 'patriumque . . . sidus' Nonius 236, 31 682 Servius Aen. I 292 687 sq. 'Aegyptum . . . vehit' Servius Aen. VIII 678 'ultima . . . vehit' schol. Hor. carm. III 29, 27
688 ult. syll. IV 256 K. 'sequiturque . . . coniux' explan. in Don. IV 562 K. Victorini ars VI 204 K. schol. Hor. epod. IX 11

VARIA LECTIO. 675 Im *γ* CLASSES *PRγbc* 677 leucatan *b*1 679 *cf.* III 12 DIIS *Pγ*1 680 STAT *Rb* prima *Prisciani exempl.: cf.* III 527 HVC (H *corr. m. ant. ex* C) *P* huic *γ*, *fortasse ne v.* 683 *eadem locutio recurreret* 681 AVERTICE (A *erasa*) *M* 682 dis et ventis *Servius Aen.* I 292
683 arduos '*aliquot*' *Pieriani* ARDVVS *MPRγbc* 685 VARIIS (I *add.*) *P* Phariis *Heinsius* auratis *Gentius* 686 ductor *Marklandus ad Statii silv.* II 6, 3 victor *Servius interpretatur* aurora *m* EVROPAE *R* 687 Aeguptum *codices quidam Pieriani* 688 Aeguptia *quidam Pierianus* 690 = V 143 Conuulſum *c*
ROSTRIQVE STRIDENTIBVS *Rγ*2, *et* (ſt *in ras.*) *b* roſtriſ ſtridentibuſ *cχ* rostris rudentibus *Hamb. pr. pro var. lect.*

alta petunt: pelago credas innare revolsas
Cycladas aut montis concurrere montibus altos,
tanta mole viri turritis puppibus instant.
stuppea flamma manu telisque volatile ferrum
spargitur, arva nova Neptunia caede rubescunt.
regina in mediis patrio vocat agmina sistro
necdum etiam geminos a tergo respicit anguis.
omnigenumque deum monstra et latrator Anubis
contra Neptunum et Venerem contraque Minervam
tela tenent. saevit medio in certamine Mavors
caelatus ferro tristesque ex aethere Dirae,
et scissa gaudens vadit Discordia palla,
quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
desuper: omnis eo terrore Aegyptos et Indi,
omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.

---

TESTIMONIA. 691—693 'pelago . . . instant' Sacerdos VI 464 K. 691 sq. 'pelago . . . Cycladas' Arusianus VII 478 K. Servius Aen. II 15 Macrobius Sat. V 14, 10 'credas . . . Cycladas' Seneca suas. I 12 Quintilianus VIII 6, 68 692 'aut . . . altos' Arusianus VII 459 K. 693 'turritis p. i.' Servius Aen. XI 529 695 'arva . . . rubescunt' comm. Bern. Lucani II 220 U. 696 'patrio . . . sistro' Servius Aen. VIII 678 697 Acro ad Hor. carm. I 37, 26 698 Priscianus 732 P. fragm. Bob. de nom. V 556 K. 'omnigenumque d. m.' Priscianus 1233 P. 699 Priscianus 994 P. 699 sq. 'contra . . . tela' Acro ad Hor. carm. III 4, 57 702 sq. Macrobius Sat. IV 5, 11 704 schol. Hor. carm. saec. 33 'haec . . . Apollo' schol. Hor. carm. I 2, 30 705 ult. syll. IV 226 K. 706 Charisius I 123 K. Priscianus 688 P.

---

VARIA LECTIO. 692 altis $\chi$ 'altos; *alii* altis *legunt*' *Servius*
OM
693 TVRRITES *R* 697 ANGVES *P2γb1c* 698 NIGENUM *M:* '*e quo suspicio nascitur fuisse qui scriberent* Niligenum' *Lachmannus Lucr.* 292. *Possis etiam* amnigenum *conicere, ut Hoffmannus.* omnigenum *testantur Priscianus et anon. de nom.* omni . genum *γ*
/ U
ANΘBIS *M* 700 TENENS (S *m. ant. corr. ex* T) *P, γ1*
U
701 TRISTIS *Rb1c1* DIRAE *M* DIVAE *Rm: cf.* IV 473 Dirae *legit Servius* 704 TENDEBAT *Pγ* 705 AEGYPTOS *P1 et* (O *in ras.*) *R, an. de ult. syll. testatur.* AEGYPTVS *MP2γb* Aeguptus *antiqui Pieriani* 706 ARAPS *R, Charisii cod.: cf. prol.* 390 omnis *bc*

ipsa videbatur ventis regina vocatis
vela dare et laxos iam iamque inmittere funis.
illam inter caedes pallentem morte futura
fecerat Ignipotens undis et iapyge ferri,
contra autem magno maerentem corpore Nilum
pandentemque sinus et tota veste vocantem
caeruleum in gremium latebrosaque flumina victos.
at Caesar, triplici invectus Romana triumpho
moenia, dis Italis votum immortale sacrabat,
maxuma tercentum totam delubra per urbem.
laetitia ludisque viae plausuque fremebant;
omnibus in templis matrum chorus, omnibus arae;
ante aras terram caesi stravere iuvenci.
ipse, sedens niveo candentis limine Phoebi,
dona recognoscit populorum aptatque superbis
postibus; incedunt victae longo ordine gentes,
quam variae linguis, habitu tam vestis et armis.
hic Nomadum genus et discinctos Mulciber Afros,
hic Lelegas Carasque sagittiferosque Gelonos
finxerat; Euphrates ibat iam mollior undis,
extremique hominum Morini Rhenusque bicornis

---

TESTIMONIA. 709 sq. Apuleius de mundo 14  710 'Cleopatram... iapyge ferri ait' Gellius II 22, 23  712 sq. schol. Hor. carm. I 37, 24 'pandentemque... gremium' Agroecius VII 123 K.  714 sq. 'at... moenia' Priscianus 763 P.  720 sq. 'ipse . . . populorum' Porphyrio ad Hor. carm. saec. 65  721 sq. 'aptatque s. p.' Servius Aen. XI 8  722 'incedunt . . . gentes' schol. Persii VI 47  724 schol. Lucani X 447 'et . . . Afros' Macrobius Sat. VI 5, 2  'discinctos M. A.' Servius Aen. I 210 schol. Hor. a. p. 49  726 'Euphrates...undis' schol. Hor. carm. II 9, 21  727 Servius ecl. VIII 44

---

VARIA LECTIO. 708 FUNES *MRbc*  710 IAPVGE *R*  711 MAERENTEM (ERENTEM *in ras.*) *P* mae . r . ntem (*eras.* r *et* a, *ut vid.*) *γ* *Quid si* emergentem *vel* surgentem *scriptum fuerit?*  715 *sq.* SACRABAT · MAXIMA — LAETITIA· *M* '*est zeugma, nam et* delubra fremebant' *Servius*  719 ante aras] ardentes *Peerlkampus, quod magnopere placet*  ARAS· *M* IUUENCIS *M* iuuencif *γ*1  722 INCENDVNT *R*  gentes] MATRES *R: cf.* 718  724 HINC *Pγb*  725 HINC *Pγbc*  726 TINXERAT *R*  EVFRATES *MRc*

indomitique Dahae et pontem indignatus Araxes.
talia per clipeum Volcani, dona parentis,
miratur rerumque ignarus imagine gaudet,
attollens umero famamque et fata nepotum.

TESTIMONIA. 728 'et ... Araxes' Arusianus VII 483 K. schol Iuven. III 62 schol. Hor. carm. II 9, 21 'pontem i. Araxes' Quintilianus VIII 6, 11: cf. XII 10, 61 Seneca nat. qu. VI 17 731 'famamque et facta n.' schol. Med. ecl. XI 50

VARIA LECTIO. 728 DAAE *Py* araxis *b1c* 729 clupeum '*antiqui*' *Pieriani* uulcani *c* VOLCANI· *M* 'per clypeum Volcani; *hic distinguendum, nam* Vulcani parentis *non procedit*' *Servius* 731 FLAMMAM (L *et* M *pr. erasae*) *M* facta *c, schol. Med.* '*si* fata *legeris, hoc est, quod nepotes fataliter fecerunt. hunc versum notant critici quasi superfluo et humiliter additum nec convenientem gravitati eius, namque est magis neotericus*' *Servius Dan.*

·P̃· UERGILI MARONIS ‖ AẼN LĨB· UIII EX̃P· ‖ IÑC LĨB· UIIII FELICITER *M* VERGILI· MARONIS· AENEIDOS· ‖ LIBER· VIII· EXPLIC·INCIPIT· LIBER· VIIII· *R* FINIT LIBER· VIII INCIPIT· VIIII *γ* EXPLICIT LIBER OCTAVVS ‖ VIRGILII MARONIS AENEIDOS (*sequuntur* 11 *versus, quos vide in proleg.*) EXPLICIT PROLOGVS OVIDII NASONIS *b*

## P. VERGILI MARONIS

# A E N E I D O S

## LIBER NONVS

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,
Irim de caelo misit Saturnia Iuno
audacem ad Turnum. luco tum forte parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.
ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est:
'Turne, quod optanti divom promittere nemo
auderet, volvenda dies en attulit ultro.
Aeneas urbe et sociis et classe relicta
sceptra Palatini sedemque petit Euandri.
nec satis: extremas Corythi penetravit ad urbes

TESTIMONIA. Aeneidos IX 1 Charisius I 279 K. Diomedes I 442 K. Priscianus 1266 P. Donati ars IV 396 K. Consentius V 390 K. Servius Aen. I 226 'atque ea d. p.' ult. syll. IV 263 K. Consentius V 401 K. Isidorus orig. I 34, 5 'atque ea d.' Sacerdos VI 444 K. 2 Charisius I 132 K. ult. syll. IV 223 K. 'Irim' Charisius I 89 K. 2 sq. 'Irim ... Turnum' Nonius 442, 26 3 'audacem' Servius Aen. VIII 110 XII 786 3 sq. 'luco ... sedebat' Servius Aen. I 441 'luco tunc... Turnus' Servius Aen. VIII 54 4 'Turnus ... sedebat' Servius Aen. I 56 5 'ad ... roseo' Marius Victorinus VI 10 K. 6 Priscianus 683 P. 'Turne q. o.' ult. syll. IV 229 K. 6 sq. Sidonius Apollinaris epist. IV 24 'Turne ... auderet' Charisius I 97 K. 7 'volvenda ... ultro' Servius Aen. VII 200 8 de schem. lex. p. 48 H. 10 sq. 'nec ... manum' Servius Aen. IX 1

VARIA LECTIO. AENEIDOS IX 3 tum] dū *c* 5 AT *P* ad *scribendum esse monet Marius Victorinus* ROSEO. (O *post in ras.*) *P* roſe o. (e o *in ras.*) *b* 6 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIUUM *Mybc* 9 PETIT [VI] (VI *sup. m. rec.*) *R* petiu [it] (u *in ras.*) *b* petiuit *cm: cf. Lachmannus Lucr.* 209

Lydorumque manum collectos armat agrestis.
quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus.
rumpe moras omnis et turbata arripe castra.'
dixit et in caelum paribus se sustulit alis
ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.
adgnovit iuvenis duplicisque ad sidera palmas
sustulit, ac tali fugientem est voce secutus:
'Iri, decus caeli, quis te mihi nubibus actam
detulit in terras? unde haec tam clara repente
tempestas? medium video discedere caelum
palantisque polo stellas. sequor omina tanta,
quisquis in arma vocas.' et sic effatus ad undam
processit summoque hausit de gurgite lymphas,
multa deos orans, oneravitque aethera votis.
Iamque omnis campis exercitus ibat apertis,
dives ecum, dives pictai vestis et auri

TESTIMONIA. 11 ult. syll. IV 237 K. 13 'turbata a. castra' Servius Aen. IX 145 14 Servius Aen. IV 252 18 'Iri d. c.' ult. syll. IV 229 K. 19 sq. 'unde . . . tempestas' Servius Aen. II 516 III 528 ge. I 27 20 sq. 'medium . . . stellas' Seneca nat. qu. VII 20, 3 20 'medium . . . caelum' schol. Lucani III 632 22 'quisquis . . . vocas' Servius Aen. IV 577 26 Priscianus 561. 728. 1126 P. Velius Longus VII 57 K. anecd. Helv. p. 99 H. de schem. lex. p. 55 H. Servius

VARIA LECTIO. 11 LVDORVM *R* MANVM·COLLECTOS *MRb* MANVS COLLECTOS *P* manus collectos *Menag. alt., Leid., de ult. syll.* (*cf. prol.* 205) manuſ & collectoſ *γ*1 *ut vid.* manū & collectoſ *cχ* manū . . collectoſ *γ*2 manum collectosque *Parrhas.* 13 omneſ *b* atque orbata *Gentius:* turbata *legit Servius* 14 *sq. cf.* V 657 *sq.* 16 DVPLICES *Rbc* 17 ET *MR* 19 cla . ra *γ*2 clauſa, *ut vid., γ*1 20 DISCEDERE *MPbψ, legerunt Servius et Seneca, quamvis librarii erraverint.* DISC E D ERE (E *pr. et* D *post. in ras.*) *R* diſceder (e *pr. corr. in* i) *γ* diſcindere *cmχ* deſcendere *χ* dicedere *b* 21 POLOS *P* SEQUAR *M* 22 ET *P* et *languere videbatur Heynio, nec satis aptis exemplis defendit Wagnerus quaest. Verg.* XXXV 6. ea *Bentleius* haec *Peerlkampus, ut* III 463. *Poterat poeta etiam* sic deinde effatus *ut* VII 135 *scribere* 24 multa orans pronus *m* 25 OMNIS *M*: *cf.* VIII 585 26 EQVVM

(Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidae iuvenes, medio dux agmine Turnus),
ceu septem surgens sedatis amnibus altus
per tacitum Ganges aut pingui flumine Nilus
cum refluit campis et iam se condidit alveo.
hic subitam nigro glomerari pulvere nubem
prospiciunt Teucri ac tenebras insurgere campis.
primus ab adversa conclamat mole Caicus:
'quis globus, o cives, caligine volvitur atra?
ferte citi ferrum, date tela, ascendite muros,
hostis adest, heia!' ingenti clamore per omnis

---

vertitur arma tenens et toto vertice supra est.

---

TESTIMONIA.
Aen. I 14 IV 263 VII 11 'dives e.' Servius Aen. I 343 II 22 'dives pictai ... auri' Diomedes I 442 K. ult. syll. IV 263 K. Pompeius V 297 K. Servius Aen. VII 464 IX 641 'dives p. v.' fragm. Bob. de nom. V 555 K. Isidorus orig. I 34, 4 'pictai v.' Charisius I 279 K. explan. in Don. IV 548 K. Consentius V 389 K. Marius Victorinus VI 14 K. Terentius Scaurus VII 16 K. anecd. Helv. p. 94 'pictai' Porphyrio ad Hor. epod. XVI 59 28 'medio ... Turnus' Servius Aen. VIII 587 31 'et pingui f. N.' Servius ge. III 335 35 schol. Lucani III 756 36—38 'quis ... heia' explan. in Don. IV 535 K. 36 'quis ... cives' Servius Aen. I 615 37 sq. 'ferte ... adest' Macrobius Sat. VI 6, 16 38 sq. 'heia ... portas' Servius Aen. IX 672 38 'hostis ... ingenti' ult. syll. IV 256 K. 'hostis a. h.' ult. syll. IV 247 K. explan. in Don. IV 559 K.

---

VARIA LECTIO.
*MRbc* PICTAI (I *post. in ras.*) *P* PICTA *M* PICTA *R* pictai *testantur certatim grammatici* 29 = VII 784: *om. MPRγbcmψ, habet Dorvill. et si qui sunt alii nullius auctoritatis* 30 *sq.* '*Asper distinxit:* altus per tacitum' *Servius, et sic dist. M* 31 ac *m* et *Servii ge.* III 335 *ex.* 32—52. 53—68 *F fol. LXIX* 33 MAGNO *Pγ*1: *displicet certe eadem* nigritiae *notio ter intra quattuor versus* (34. 36) *repetita: cf. quae adnotavit Dietschius in Fleckeiseni ann.* LXIX 559 37 *cf.* IV 594 ASCENDITE *P* ASCENDITE, *in mg.* (*suprascr.* alibi) SCANDITE *M* afcendite, at & afcandite *γ* ETSCANDITE (ecscandite?) *Rbc, Macrobii exempl.* ETCANDITE *F* 38 ADEST·HEIA' *M* ADEST· HEIA· *FP* 'hostis adest: *hic distinguendum ... alii* hostis adest heia *legunt. alii* heia *non a persona ad personam dictum putant, sed ipsum poetam quasi actu rei et imaginatione exclamasse' Ser-*

condunt se Teucri portas et moenia complent.
namque ita discedens praeceperat optumus armis
Aeneas: siqua interea fortuna fuisset,
neu struere auderent aciem neu credere campo;
castra modo et tutos servarent aggere muros.
ergo etsi conferre manum pudor iraque monstrat,
obiciunt portas tamen et praecepta facessunt
armatique cavis expectant turribus hostem.
Turnus ut ante volans tardum praecesserat agmen
viginti lectis equitum comitatus, et urbi
inprovisus adest; maculis quem Thracius albis
portat equos cristaque tegit galea aurea rubra.
'ecquis erit, mecum, iuvenes, qui primus in hostem?
en' ait et iaculum attorquens emittit in auras,
principium pugnae, et campo sese arduos infert.
clamorem excipiunt socii fremituque secuntur

TESTIMONIA. 40 sq. Servius Aen. IX 672 'namque . . . Aeneas' Nonius 372, 3  41 'si . . . fuisset' Donatus ad Ter. hec. III 3, 26 schol. Veron. 82, 28  43 Servius Aen. IX 672  44 Nonius 268, 16  47 'Turnus . . . volans' Donati ars IV 372 K. Victorini ars VI 194 K. Donatianus VI 275 K. Dositheus VII 380 K. cf. Audacis exc. VII 331 K. 'Turnus ut ante volans' Diomedes I 435 K.  48 'viginti . . . comitatus' Servius Aen. X 21

VARIA LECTIO.
*vius. De elisa in* heia *vocali cf. Lachmannus Lucr.* 164 OMNIS (I *corr. in* E) *P* omneſ *γ*  40 deſcedenſ *γ*1 diſce.denſ *b*  OPTIMVS *FMPγc* obtimuſ *b*  armiſ (miſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* [s] armis *interpretatur Servius*  42 ACIES *Rc*  43 TVTO *F* tutos *Servius Dan. legit*  44 furor *Nonius ut* II 316 pudor *Servius*  MONSTRANT *F: cf.* II 317  46 ᵀURBIB· (T *m. rec.*) *M* turribus *Servius Dan.*  47 ut ante volans *interpretor* ut qui ante volaret: *vulgo* ut . . . praecesserat *coniungunt*  48 lectoſ *b*1  comitantibus urbi *Peerlkampus*  49 *sq. cf.* V 565 *sq.*  50 EQVVS (V *post. in ras.*) *R* EQVvS *P* EQUUS *FMγbc*  GALEAM (M *del.*) *M*  51 ETQVIS *Pbc* etquiſ, at ec *γ*  IVVENIS *MR*  52 INTORQUENS *M ut* X 323  53 CAMPIS *R*  arduos '*alicubi*' *teste Pierio* ARDVVS *FMPRγbc*  54 CLAMORE *Rγ*2 *cla*MORE *F* 'clamorem . . . *legitur et* clamore' *Servius*

horrisono: Teucrum mirantur inertia corda,
non aequo dare se campo, non obvia ferre
arma viros, set castra fovere. huc turbidus atque huc
lustrat equo muros aditumque per avia quaerit.
ac veluti pleno lupus insidiatus ovili
quom fremit ad caulas, ventos perpessus et imbris,
nocte super media (tuti sub matribus agni
balatum exercent, ille asper et improbus ira
saevit in absentis, collecta fatigat edendi
ex longo rabies et siccae sanguine fauces):
haud aliter Rutulo muros et castra tuenti
ignescunt irae, duris dolor ossibus ardet.
qua temptet ratione aditus et qua vi clausos
excutiat Teucros vallo atque effundat in aequor?
classem, quae lateri castrorum adiuncta latebat,
aggeribus saeptam circum et fluvialibus undis,

TESTIMONIA. 55 'Teucrum . . . corda' Diomedes I 440 K. 56 sq. 'non aequo . . . fovere' Nonius 311, 31 Servius Aen. IX 672 57 sq. 'huc . . . quaerit' Nonius 237, 30 59 sq. 'ac . . . caulas' Macrobius Sat. IV 5, 8 60 Priscianus 776 P. 'cum . . . caulas' schol. Hor. epod. II 45 61 sq. 'nocte . . . exercent' Priscianus 1210 P. 61 'nocte s. m.' Arusianus VII 508 K. 63 sq. 'collecta . . . fauces' Nonius 304, 8 64 'et . . . fauces' schol. Lucani VI 553 65 'haud a. muros' Marius Victorinus VI 15 K.

VARIA LECTIO. 56 SEDARE [SE] (*corr. m. rec.*) *F* SEDARE (*corr. m. rec.*) *M* 60 QVOM *P*1 CVOM *P*2 CVM *FMRybc* IMBRES *MRy*2*bc* imbris *Priscianus* 61 media . . *y* 63 ABSENTIS· (S *post. eras.*) *M* abſenteſ *c* 65 HAUD *FMbc*, *et sic scribi iubet Marius Victorinus* HAVT *PRy*1 MOROS (V *sup. m. rec.*) *F*: moeros? 66 DVRVS *Py*1: *cf.* V 5, *sed contra* VI 54 haeret *m* *Distinxi ut Peerlkampus* (*cf.* 399): ardet, Qua *ceteri* 67 aut *Wagnerus* qua vi *proposui in emend. Verg.* 16, *inusitatam versus formam non dissimulans: cf. prol.* 366 QUAUIA *FMybc, Bentleius* QVAEVIA *P* QVAEVIA *R* qua vice *Withofius* 'qua via . . . *legitur tamen et* quae via, *et est sensus absolutior*' *Servius* 68 aequor *ybc* AEQVOR [M] *P* AEQUM [OR] (*sup. m. rec.*) *F* AEQUU *MR* aequum *Servii Par.*: *cf.* V 456 VII 781 X 444. 451 569. 665 XI 599. 746 XII 333. 501. 614. 710 70 cirſeptā [ct] (cir *m.* 2 *in ras.*, cū *sup. m.* 2) *b* CLAVSAM CIRCVM *R*: *cf.* 67

invadit sociosque incendia poscit ovantis
atque manum pinu flagranti fervidus implet. 72
'sic vos, o lecti, ferro qui scindere vallum 146
apparat et mecum invadit trepidantia castra.' 147
tum vero incumbunt (urget praesentia Turni), 73
atque omnis facibus pubes accingitur atris.
diripuere focos; piceum fert fumida lumen
taeda et commixtam Volcanus ad astra favillam.

Quis deus, o Musae, tam saeva incendia Teucris
avertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
dicite. prisca fides facto, set fama perennis.
tempore· quo primum Phrygia formabat in Ida
Aeneas classem et pelagi petere alta parabat,
ipsa deum fertur genetrix Berecyntia magnum
vocibus his adfata Iovem: 'da, gnate, petenti,
quod tua cara parens domito te poscit Olympo.
*[pinea silva mihi, multos dilecta per annos]

---

TESTIMONIA. 146 sq. Macrobius Sat. V 9, 3 73 Servius Aen. IV 397 'urget p. T.' schol. Iuven. XIV 68 76 'commixtam ... favillam' Isidorus orig. I 36, 9 'commixtam Vulcanus mittit ad a. f.' Beda de trop. 380 Cap. 80 cf. Servius Aen. II 804 83 'da n. p.' Arusianus VII 466 K. 85 'pinea s. m.' schol. Iuven. XII 59

---

VARIA LECTIO. 71 OVANTES *MRc* 72 manū *γ*2 MANV *Pγ*1 PINVM *Pγ*1 FRAGLANTI *Pγ*1 FRAGRANTI (R *post. corr. vid. in* L) *M* *Post v.* 72 *inserendos esse* 146 *sq. in emend. Verg. p.* 14—16 *demonstrare conatus sum* 146 sic *proposui l. l.* SED *libri et Ladevicus* uos electi *m* lecti ferro *male coniungit Servius* QVISCINDERE *FMPRγbcψ* quis scindere *vulgo* 147 non *vel* haud parat *Ladevicus* 76 VOLCANVS (O *corr. in* V) *P* uulcanuſ *γc* Vulcanus mittit ad astra *Isidorus* 77 Quiſ *γ* QVI *P* 78 IGNES *MP*2*γ*1*c* IGNIS *P*1*Rb* 79 SIT *R* 82 GENETRIXFERTVR *R* BERECYNTHIA *MRγ* berechintia *bc* 'Berecyntia ... *a monte Phrygiae* Berecynto, *cuius ultima syllaba caret aspiratione' Servius* 83 gnate *c, Menag. alt.* NATE *MPRγb* 84 domitor ... Olympi *Waddelius* domitorem ... Olympi *Kvičala* domito ... Olympo *interpr. Servius* 85 *dittographiam habeo versuum* 86 *sq., sed eam ipsius poetae manu prima in schedas coniectam ut* VI 716 SILUAMIHI· *M* DELECTA (L *m.* 1 *corr. ex* I) *M*

lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,
nigranti picea trabibusque obscurus acernis:
has ego Dardanio iuveni, cum classis egeret,
laeta dedi; nunc sollicitam timor anxius angit.
solve metus atque hoc precibus sine posse parentem:
ne cursu quassatae ullo neu turbine venti
vincantur, prosit nostris in montibus ortas.'
filius huic contra, torquet qui sidera mundi:
'o genetrix, quo fata vocas? aut quid petis istis?
mortaline manu factae immortale carinae
fas habeant certusque incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?
immo ubi defunctae finem portusque tenebunt
Ausonios olim, quaecumque evaserit undis
Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva,
mortalem eripiam formam magnique iubebo
aequoris esse deas, qualis Nereia Doto
et Galatea secant spumantem pectore pontum.'

---

TESTIMONIA. 88 Servius Aen. IV 373 'cum c. e.' Servius Aen. XI 343 89 'laeta d.' ult. syll. IV 236 K. 92 'prosit . . . ortas' schol. Iuven. IV 36 94 'aut . . . istis' Donatus ad Ter. eun. I 2, 112. 122. 3, 73. IV 6, 27 95—97 'mortaline . . . Aeneas' Isidorus orig. II 30, 8 97 'cui . . . potestas' Servius Aen. IX 7 98 sq. '[fi]nem portusque . . . olim' Charisius I 208 K. 99 'quaecumque e. u.' Arusianus VII 469 K. 101 'mortalem e. f.' ult. syll. IV 239 K. 102 sq. 'qualis . . . pontum' Nonius 404, 5

---

VARIA LECTIO. 86 *sq. delendos censebat Heynius* 87 que *om. c* 88 hanc *Heynius* 89 urget *χ* 90 PARENTUM *M*1 91 NE *Pc, quod aptius videtur* Ne[v] *γ* NEU *MRb, ut* 42: *cf. Wagneri quaest. Verg.* XXXVI 14 94 trahis *χ, Servius* (uocas trahis *eiusdem Paris.*)*: cf.* V 709 97. 98 *inverso ordine R* 99 undas *Moret. sec.* 'undis . . . *alii legunt* evaserit undas' *Servius,* undis *testatur Arusianus* 100 ducem] DV[I]CEMET *R* UEXERAT *M* 102 QVALIS *MPRybc, Nonii ω* quales '*aliquot antiqui*' *Pierii et* '*multi*' *Burmanniani: et puto aut hoc restituendum aut v.* 103 secat *scribendum aut totum v.* 103 *omittendum esse* NEREIA (A *in ras.*) *R* DOTO (D *in ras.*) *R* clotho *χ* 103 AVT *R*

dixerat idque ratum Stygii per flumina fratris,
per pice torrentis atraque voragine ripas
adnuit et totum nutu treme fecit Olympum.

Ergo aderat promissa dies et tempora Parcae
debita complerant, cum Turni iniuria Matrem
admonuit ratibus sacris depellere taedas.
hic primum nova lux oculis offulsit et ingens
visus ab Aurora caelum transcurrere nimbus
Idaeique chori; tum vox horrenda per auras
excidit et Troum Rutulorumque agmina complet:
'ne trepidate meas, Teucri, defendere navis
neve armate manus: maria ante exurere Turno
quam sacras dabitur pinus. vos ite solutae,
ite deae pelagi: genetrix iubet.' et sua quaeque
continuo puppes abrumpunt vincula ripis
delphinumque modo demersis aequora rostris
ima petunt. hinc virgineae (mirabile monstrum)
reddunt se totidem facies pontoque feruntur. 122

---

quot prius aeratae steterant ad litora prorae 121

---

TESTIMONIA. 104—106 Macrobius Sat. V 13, 22 106 Servius Aen. I 250 Acro ad Hor. carm. III 1, 8 108 sq. 'cum . . . admonuit' Servius ge. IV 238 schol. Hor. carm. I 35, 13 'cum . . . taedas' Diomedes I 437 K. 110 'hic . . . oculis' ult. syll. IV 227 K. 114 Nonius 408, 11 Servius Aen. III 666 Acro Hor. carm. II 3, 12 'ne . . . Teucri' Cledonius V 74 K. 'ne t. viri' Acro Hor. carm. II 4, 23 III 27, 17 115 sq. 'maria . . . pinus' Macrobius Sat. IV 6, 16 Porphyrio Hor. epist. I 14, 22 118 Servius Aen. X 233

---

VARIA LECTIO. 104—106 Stygii . . . Olympum = X 113—115 105 torrenteſ *c* 109 'sacras (sacris *Par. AB Mon.*) . . . *et* sacras taedas *expresse legendum, ut abominandas ostendas' Diomedes* 110 effulſit *b1cm, ut* 731 114 meas] viri *schol. Hor.* NAVES *P2γb2c* 118—125. 126—146 *F fol. LXX* 120 monstrum] DICTV *R ut alias saepe* 121 = X 223, *om. FMPRγbc, habet cod. Porcius Pierii, in aliis postponitur versui* 122, *in Goth. tertio post v.* 142: *et alii* prorae, *alii* puppes, *alii* naves 122 SEĐ *F* QUE (UE *m. 2 in ras.*) *F* ferunt$^z$ (erunt$^z$ *in ras.*) *c*

Obstipuere animis Rutuli, conterritus ipse
turbatis Messapus equis, cunctatur et amnis
rauca sonans revocatque pedem Tiberinus ab alto.
at non audaci Turno fiducia cessit.
ultro animos tollit dictis atque increpat ultro:
'Troianos haec monstra petunt, his Iuppiter ipse
auxilium solitum eripuit, non tela neque ignes
expectans Rutulos. ergo maria invia Teucris
nec spes ulla fugae: rerum pars altera adempta est.
terra autem in nostris manibus, tot milia gentes
arma ferunt Italae. nil me fatalia terrent,
siqua Phryges prae se iactant, responsa deorum:
sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
fertilis Ausoniae Troes, sunt et mea contra
fata mihi, ferro sceleratam excindere gentem,
coniuge praerepta: nec solos tangit Atridas

TESTIMONIA. 123 'obstipuere a. R.' Asper 112, 16 124 sq. 'cunctatur ... alto' Nonius 461, 28 'cunctatur ... sonans' Servius Aen. V 19 125 'revocat ... alto' Acro Hor. carm. I 29, 12 126 Servius Aen. X 270 'at ... Turno' Servius Aen. IV 615 128 'Troianos ... petunt' Nonius 367, 7 131 sq. 'rerum ... manibus' comm. Bern. Lucani VII 97 U. 135 sq. 'sat ... Troes' Nonius 409, 4 138 'nec ... Atridas' Cledonius V 29 K. 138 sq. 'nec ... dolor' Nonius 408, 14 Macrobius Sat. V 9, 2 'an solos ... Mycenis' Macrobius Sat. IV 4, 11

VARIA LECTIO. 123 OBSTVPVERE *R* ANIMIS *FRy2b2cm* ANIMI *MPy1b1 ut* II 120 V 404 RVTVLI *FRy2cm* rutili . *b2* RUTULIS *MPy1* rutiliſ *b1* animis Rutuli *ut* VIII 530 *Asper* animi Rutulis *Servius Dan.* 124 TVRBATVS (V *post. m. ant. corr. in* I) *P* TVRBATVS *Rb1c1* (turbati . ſ *b2*) 125 '*melius* ... *est accipere* rauca sonans ... *quam* rauca amnis' *Servius* 126 *cf.* X 276 At .. (t *m.* 2) *y* cessit fiducia Turno *χ*
T
129 neq/// *b* NEC *R* igniſ *b1* 130 EXSPECTANS *M* Expecta . (*vid. fuisse* expectaſ) *b1* EXPECTANT *FPyb2c, Servius* EXSPECTANT *R* expectat *Peerlkampus* 131 DEMPTAEST *R* dempta *Servii exempl.* 132 in manibus nostris *schol. Lucani* GENTIS *MRb1c* *Comma post* milia *sustuli, ut sententia sit:* tot milia efficiunt gentes Italae, quae arma ferunt 135 *cf.* II 291 DATVMEST *FPRybc* 137 ſcindere *c* 138 nec] an *Macrobii* IV 4, 11 *exempl.*

iste dolor solisque licet capere arma Mycenis.
"set periisse semel satis est": peccare fuisset
ante satis penitus modo non genus omne perosos
femineum. quibus haec medii fiducia valli
fossarumque morae, leti discrimina parva,
dant animos. at non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu considere in ignis?
non armis mihi Volcani, non mille carinis 148
est opus in Teucros (addant se protinus omnes
Etrusci socios); tenebras et inertia furta
[Palladii caesis summae custodibus arcis]

---

TESTIMONIA. 140 sq. 'sed . . . satis' de schem. dian. p. 61 H. 141 sq. 'penitus . . . femineum' Charisius I 211 K. Porphyrio ad Hor. carm. I 21, 3 'non genus o. p. f.' Arusianus VII 501 K. 144 sq. 'at . . . ignis' Victorinus in Cic. p. 239 H. Charisius I 277 K. Diomedes I 464 K. Sacerdos VI469 K. Arusianus VII 461 K.

---

VARIA LECTIO. 140 SED *FPRbc* Si. (i *m.* 2) *γ* si '*nonnulli admodum vetusti*' *Pieriani, χ* PERISS$^{I}$ET *F* PERISSE *R* PE$^{I}$RISSE *Mb* perif. fe *γ*2 periiffe *γ*1 satis semel *schem. dian.* 141 MODONON *FMPγbc, Servius, grammaticorum exemplaria: defendunt Wagnerus lectt. Verg.* 352 *et Madvicus adv. crit.* II 31 NONMODO *R* modo nec '*aliquot antiquissimi*' *Pieriani* modo nunc *Venetus, Marklandus ad Statii silv.* V 3, 35 PER$^{V}$OSOS (V *sup. m. rec.*) *F* PEROSS$^{U}$OS (U *m. rec.*) *M* perofuf *γ*1, *Charisii cod.* perofum *γ*2, *schol. Hor. Med.* 143 MORAET *R* LETIS *M* DISCRIMINE (A *supra* E *m. rec.*) *F* DISCRIMINE *Mγ* PARV$^{O}$AS *P* PARVO (O *in ras., supra* A *m. rec.*) *F* PARVO *MRγ: cf.* III 685 144 ADNON *Pγ*1 an non *Diomedes* et non *Arusiani Parrh. et Leid. m.* 1 non *Charisii Neap.* 'an non... *legitur et* at non' *Servius: cf.* VII 363 145 IGNES *PRγ*1c igni *Sacerdos, Charisii cod.* 146 *sq. post v.* 72 *posui* 147—158. 159—164 *F fol. LXXI* 148 VOLCANI (O *corr. in* V) *P* u$^{v}$olcani (N *in ras. duarum vel trium litterarum*) *b* uulcani *c* 151 *cf.* II 166: *om. ed. Parmensis* PALLAD$^{I}$I *F* Palladii *formam tuetur Lachmannus Lucr.* 328 LATE$^{summo}$ (*corr. m. rec.*) *Fb* LATE *R*

ne timeant, nec equi caeca condemur in alvo:
luce palam certum est igni circumdare muros.
haut sibi cum Danais rem faxo et pube Pelasga
esse ferant, decumum quos distulit Hector in annum.
nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
quod superest, laeti bene gestis corpora rebus
procurate, viri, et pugnam sperate parari.'
interea vigilum excubiis obsidere portas
cura datur Messapo et moenia cingere flammis.
bis septem Rutuli, muros qui milite servent,
delecti; ast illos centeni quemque secuntur
purpurei cristis iuvenes auroque corusci.
discurrunt variantque vices fusique per herbam
indulgent vino et vertunt crateras aënos.
conlucent ignes, noctem custodia ducit
insomnem ludo.

---

TESTIMONIA. 152 sq. 'nec . . . palam' Acro Hor. carm IV 6, 13 153 'luce p.' ult. syll. IV 255 K. 154 Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 78 155 'decimum . . . annum' Acro Hor. carm. II 4, 11 III 8, 28 156 Nonius 2, 14 Porphyrio ad Hor. epod. XVI 15 157 sq. C. I. L. IX 3375 Macrobius Sat. V 9, 4 VII 1, 23 157 Servius Aen. XI 15 158 'et . . . parari' Servius Aen. XI 18 159 Priscianus 722 P. 163 schem. lex. p. 55 P. 'purpurei c. i.' Servius Aen. II 722 164 cf. Nonius ad 175 165 Nonius 326, 7 Servius Aen. IV 51 schol. Hor. carm. II 2, 13 'indulgent v.' Servius Aen. II 776 ge. II 277 schol. Bern. ge. II 277 comm. Bern. Lucani IV 664 U. 166 'noctem c. d.' Servius ge. I 6

---

VARIA LECTIO. 153 CIRCVMDATE (T *m. rec. corr. in* R) *P* 155 FERANT *FPγ*1 petent *γ*2 putent (pute *in ras.*) *b* putent *in ras. c* PUTENT *MR* DECVMVM *F* DECIMVM *MPRγbc* 156 DIEI (*m.* 2 *supra add.* EST) *M* DIEIEST *Rbc,* dieist *Nonii exempl.* 158 viri] VIRI·IS *F* parati *Moret. sec., Macrobii ω* 160 et moenia c. f. *ex* X 119 *huc translatum putat Peerlkampus* FLAMMA *FRb* 161 RUTULO (*supra* O *erasa* I· *ut vid.*) *M* moroſ *c: cf.* 65 162 DILECTI (I *pr. corr. in* E) *P* Dilecti *γc* SEQUUNTUR *M* ſecuti (ti *in ras.*) *b* SECVTI *R, Servius in lemm.* 163 Purperei *γ* purpureis *de schem. lex. ed. pr., Servius Dan.* purpurei *confirmat Servius Aen.* X 722

Haec super e vallo prospectant Troes et armis
alta tenent, nec non trepidi formidine portas
explorant pontisque et propugnacula iungunt,
tela gerunt. instat Mnestheus acerque Serestus,
quos pater Aeneas, siquando adversa vocarent,
rectores iuvenum et rerum dedit esse magistros.
omnis per muros legio, sortita periclum,
excubat exercetque vices, quod cuique tuendum est.

Nisus erat portae custos, acerrimus armis,
Hyrtacides, comitem Aeneae quem miserat Ida
venatrix iaculo celerem levibusque sagittis;
it iuxta comes Euryalus, quo pulchrior alter
non fuit Aeneadum Troiana neque induit arma,
ora puer prima signans intonsa iuventa.
his amor unus erat, pariterque in bella ruebant:
tum quoque communi portam statione tenebant.
Nisus ait: 'dine hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale, an sua cuique deus fit dira cupido?
aut pugnam aut aliquid iamdudum invadere magnum
mens agitat mihi nec placida contenta quietest.

---

TESTIMONIA. 168 Dositheus VII 416 K. 'haec ... Troes' Diomedes I 413 K. 'haec ... conspectant T.' Beda de orthogr. VII 288 K. 169 sq. 'nec ... explorant' Nonius 294, 15 173 Servius Aen. IX 672 175 'succedunt variantque duces' (sic libri), 'quod cuique tuendum est' Nonius 413, 31, qui hunc et v. 164 et 222 conflavit 177 Macrobius Sat. V 15, 12 181 Macrobius Sat. V 13, 24 182 'his ... erat' Acro ad Hor. epist. I 10, 4 184 'Nisus a.' ult. syll. IV 262 K. 'dine hunc a. m. accommodant' Apuleius de deo Socr. 15 184 sq. 'dine ... cupido' Servius Aen. X 689 185 'an ... cupido' Servius Aen. I 293 VI 373 VIII 350 186 Nonius 323, 30

---

VARIA LECTIO. 168 e] et, *i. e.* ec *Diomedis Monac.* conspectant *Beda* Troes et armis] omnia Troes *Dositheus* 170 PONTES *Ry2c* portis *γ1* 171 INSTAT *Pybc* INSTANT *MR* 173 'iuvenum: *legitur et* iuveni' *Servius* 174 LEGIOEST *R* 177 *sq.* comitem ... sagittis *damnat Peerlkampus, legit Servius* 178 *cf.* V 68 179 it *Moret. pr.: cf.* VI 159. 448 ET *MPRybc* 180 NEC (C *m.* 1 *ut vid. corr. in* Q·) *M* 181 oraque prima puer *m* 186 IANDUDUM *MP* 187 QUIETEST (E *suprascr.*) *M* QVIETEEST *Rybc* QVIESCIT (TE S *suprascr.*) *P*

cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum.
lumina rara micant; somno vinoque soluti
procubuere; silent late loca: percipe porro,
quid dubitem et quae nunc animo sententia surgat.
Aenean acciri omnes, populusque patresque,
exposcunt mittique viros, qui certa reportent.
si tibi quae posco promittunt (nam mihi facti
fama sat est), tumulo videor reperire sub illo
posse viam ad muros et moenia Pallantea.'
opstipuit magno laudum percussus amore
Euryalus; simul his ardentem adfatur amicum:
'mene igitur socium summis adiungere rebus,
Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam?
non ita me genitor, bellis adsuetus Opheltes,
Argolicum terrorem inter Troiaeque labores
sublatum erudiit, nec tecum talia gessi,
magnanimum Aenean et fata extrema secutus:
est hic, est animus lucis contemptor et istum
qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.'
Nisus ad haec: 'equidem de te nil tale verebar
nec fas, non, ita me referat tibi magnus ovantem

TESTIMONIA. 188 Nonius 310, 22 'cernis . . . fiducia' Servius Aen. IX 163 189 'lumina r. m.' Servius Aen. IX 237 'somno v. sepulti' Servius Aen. III 41 194 'si . . . promittunt' anecd. Helv. p. 181 H. 194 sq. 'nam . . . est' comm. Bern. Lucani IX 388 U. 199 sq. 'mene . . . fugis' Nonius 401, 33 Macrobius Sat. VI 6, 16 202 sq. 'Troiae . . . erudiit' Nonius 385, 19 203 'sublatum e.' anecd. Helv. p. 178 H. 203 sq. 'nec . . . secutus' Nonius 316, 28 205 'est hic . . . contemptor' Donatus ad Ter. Andr. V 3, 19 cf. comm. Bern. Lucani II 287 U. 205 sq. Audacis exc. VII 360 K. 'est animus . . . honorem' schol. Hor. carm. III 14, 2 208 sq. 'non . . . Iuppiter' Priscianus 1023 P. 'me . . . Iuppiter' Servius Aen. IX 240

VARIA LECTIO. 189 sepulti *mγ*, *Servius utroque loco: cf.* 236 II 265 190 prospice *m* 191 aut quae *m* 192 POPVLOS *R* populo[v]ſ *c* 194 tibi] mihi *anecd. Helv.* 199 summis] tantis *Macrobii exempl.: cf.* VII 315 203 ERVDIT *R* 207—227. 228—234 *F fol. LXXII* 207 ad[haec] (haec *m. recentiss.*) *γ* AIT·~~HAEC~~ *P* 208 NON *suprascr. P* 'non: *distinguendum, ut initium iurisiurandi sit* ita me referat' *Servius Dan.*

Iuppiter aut quicumque oculis haec aspicit aequis.
sed siquis, quae multa vides discrimine tali,
siquis in adversum rapiat casusve deusve,
te superesse velim: tua vita dignior aetas.
sit qui me raptum pugna pretiove redemptum
mandet humo, solita aut siqua id fortuna vetabit,
absenti ferat inferias decoretque sepulchro.
neu matri miserae tanti sim causa doloris,
quae te sola, puer, multis e matribus ausa
persequitur magni nec moenia curat Acestae.'
ille autem 'causas nequiquam nectis inanis,
nec mea iam mutata loco sententia cedit:
adceleremus' ait. vigiles simul excitat, illi
succedunt servantque vices: statione relicta
ipse comes Niso graditur, regemque requirunt.

---

TESTIMONIA. 210—212 'sed . . . velim' Priscianus 1144 P. 210 'sed . . . vides' ult. syll. IV 261 K. 211 Priscianus 1145 P. 214 'mandet h. s.' Arusianus VII 493 K. 214 sq. 'aut . . . inferias' Priscianus 1145 P. 215 'absenti f. i.' Servius Aen. IV 384 217 sq. 'quae . . . persequitur' Donatus ad Ter. Andr. V 4, 32 Servius Aen. XI 35 schol. Lucani II 303 222 cf. Nonius ad 175

---

VARIA LECTIO. 209 ASPICIS *P* 210 TALIS *R* t..l.....*γ* TALI·II (TA *m. ant. corr. in* LE, I *prior* E *fuisse potest, punctum m. rec., duae litterae extremae crasae*) *P, ut* discrimina leti *scripturus fuisse videatur librarius: cf.* 143 X 511 tali *Servius* 213 *m.* 2 *imo mg. add. b* SIT *P* Si^t *γ* 214 HVMO· SOLITA AVT *FM* HVMO SOLITA·AVT *P, Arusianus, Priscianus* 'mandet humo: *multi hic distinguunt, alii iungunt* mandet humo solita' *Servius: cf.* V 356 id *om., ut* solita *dicantur ea quae solita sint, Hoffmannus spicileg.* 16. *Non queritur Fortunae iniquitatem, sed ut v.* 210 *multis idem accidere, ne singulare fatum timere videatur, significat* uetabat *c*1 vetabit *testatur Priscianus* 216 NE^V *F* 217 tantis *Servii Aen.* XI 35 *φ* A *R* ex *schol. Lucani* 219 INANES *Pγc* 220 MEIM MVTATA *F* (A A *supra*) 221 ATCELEREMVS *MPγ* Accelerem' *bc* 222 'servantque vices*: hic distinguendum est, alias sensus non procedit' Servius. Nulla post* vices *interpunctio in MP* 223 reuisunt '*antiqui aliquot' Pierii*

Cetera per terras omnis animalia somno
laxabant curas et corda oblita laborum:
ductores Teucrum primi et delecta iuventus
consilium summis regni de rebus habebant,
quid facerent quisve Aeneae iam nuntius esset.
stant longis adnixi hastis, in scuta tuentes,
castrorum et campi medio. tum Nisus et una
Euryalus confestim alacres admittier orant:
rem magnam, pretiumque morae fore. primus Iulus
accepit trepidos ac Nisum dicere iussit.
tum sic Hyrtacides: 'audite o mentibus aequis,
Aenëadae, neve haec nostris spectentur ab annis,
quae ferimus. Rutuli somno vinoque soluti
conticuere: locum insidiis conspeximus ipsi,
qui patet in bivio portae, quae proxuma ponto;
interrupti ignes, aterque ad sidera fumus
erigitur: si fortuna permittitis uti

TESTIMONIA. 229 Nonius 339, 3 230 'castrorum ... medio' Servius Aen. I 310 231 'admittier o.' Charisius I 278 K. Diomedes I 441 K. Consentius V 388 K. Sacerdos VI 452 K. Isidorus orig. I 34, 3 232 'rem ... fore' Arusianus VII 493 K. Donatus ad Ter. Andr. III 5, 4 233 Servius Aen. III 666 'ac ... iussit' Nonius 324, 3 235 'neve ... annis' Arusianus VII 511 K. 238 'portae ... ponto' Servius Aen. IX 315 240 sq. 'si ... Pallantea' Priscianus 810 P. 240 'si ... uti' schol. Veron. 82, 26 K.

VARIA LECTIO. 224 *cf.* III 147 225 *cf.* IV 528 226 delecta iuventus: *cf.* IV 130 VIII 499 DELECTA, *non praemisso* et, *FMPRybψ, Pierii codices paene omnes antiqui, quotquot habuit.* dilecta c1. et *quibus in libris extet nescio: legebatur in editionibus ante Pierium: cf.* 246. 309 229 adnixi (ad *m.* 2) *γ* adnixi (xi *in ras.*) *c* innixi *Nonii exempl.* in scuta tuentes *conieci.* EN$^{s}$CVT·ATQ·ENTES (*corr. m. ant. in* ET$^{s}$CVTA TENENTES) *P* ETSCVTATENENTES *FMRybc, Nonius, nisi quod* tenentis *γ*1 *et Nonii ω* timentes *π* 230 CAMPIS *M* campi *Servius testatur* 236 SOLVTIS *R* ſoluti, *adscr. m. rec.* ſepulti, *b* sepulti *mχ, Servii Par. in lemm., hic rectius, ni fallor: cf.* 189 237 PROCVBVERE *Pc* procubuere, al̄ c̄ticuere *γ*: *cf.* 190 *et* II 253 238 PROXIMA *MPybc* 240 '*alii hunc ordinem volunt:* si fortuna p. u., mox hic ... adfore cernetis. nec nos v. f. euntes

quaesitum Aenean et moenia Pallantea,
mox hic cum spoliis ingenti caede peracta
adfore cernetis. nec nos via fallit euntis:
vidimus obscuris primam sub vallibus urbem
venatu adsiduo et totum cognovimus amnem.'
hic annis gravis atque animi maturus Aletes:
'di patrii, quorum semper sub numine Troia est,
non tamen omnino Teucros delere paratis,
cum talis animos iuvenum et tam certa tulistis
pectora.' (sic memorans umeros dextrasque tenebat
amborum et voltum lacrimis atque ora rigabat.)
'quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus istis
praemia posse rear solvi? pulcherrima primum
di moresque dabunt vestri; tum cetera reddet
actutum pius Aeneas atque integer aevi
Ascanius, meriti tanti non immemor umquam.'
'immo ego vos, cui sola salus genitore reducto'
excipit Ascanius, 'per magnos, Nise, penatis

---

TESTIMONIA. 241 Acro ad Hor. epist. I 2, 31 244 Charisius I 210 K. Nonius 359, 27 Donatus ad Ter. hec. V 3, 24 245 Nonius 230, 4. 275, 28 246 Arusianus VII 476 K. Donatus ad Ter. Andr. II 3, 15 hec. I 2, 92 de schem. lex. p. 55 H. 'animi m. Aletes' Arusianus VII 492 K. 249 sq. 'tam . . . pectora' Servius Aen. I 576 252 Macrobius Sat. VI 6, 12 'quae . . . istis' schol. Bern. ecl. V 81 254—256 'tum . . . Ascanius' Charisius I 194 K. Priscianus 1013 P. 255 sq. 'actutum . . . Ascanius' de schem. lex. 55 H. 'atque i. a. Arusianus VII 480 K. Donatus ad Ter. eun. III 2, 20 'integer a. Ascanius' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 45

---

VARIA LECTIO.

quaesitum' *c. q. s. Servius Dan. Transposuerunt igitur:* 240. 242. 243. 241; *librorum ordinem servat Priscianus* 241 et] ad *c* 243 FALLET *M* EVNTES *R* 244 primum *Servii* ω, *Nonii exempl.* primam *confirmant Charisius Donatus Servius* MOEN VALLIBVS *P* moenibuſ, at ſubuallibus *γ*: *cf.* 241 vallibus *legit Servius* 246 ANIMIS *R* 247 DII *Pγ*1 251 UULTUM *MP2bc* RIGEBAT (A *supra* E) *P* rigebat *γ*1 252 pro ta.libuſ au.ſ. iſ (pro laudibuſ iſtiſ *γ*1) *γ*2 pro talib. auſiſ *in ras. b2mχ, Macrobius: cf.* 281 II 535 pro laudibus istis *ut* X 825 *legit Servius* 254 DII *Pγ* memoreſ *γ*1 reddent *Charisii cod.* 258 PENATES *MP2γ*

Assaracique larem et canae penetralia Vestae
obtestor, quaecumque mihi fortuna fidesque est,
in vestris pono gremiis: revocate parentem,
reddite conspectum; nihil illo triste recepto.
bina dabo argento perfecta atque aspera signis
pocula, devicta genitor quae cepit Arisba,
et tripodas geminos, auri duo magna talenta,
cratera anticum, quem dat Sidonia Dido.
si vero capere Italiam sceptrisque potiri
contigerit victori et praedae dicere sortem,
vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis
aureus: ipsum illum, clipeum cristasque rubentis
excipiam sorti, iam nunc tua praemia, Nise.
praeterea bis sex genitor lectissima matrum
corpora captivosque dabit suaque omnibus arma,
insuper his campi quod rex habet ipse Latinus.
te vero, mea quem spatiis propioribus aetas
insequitur, venerande puer, iam pectore toto

---

TESTIMONIA. 268 'et . . . sortem' Servius Aen. III 323 269 C. I. L. IV 1237 Macrobius Sat. VI 6, 12 270 sq. 'ipsum . . . sorti' Nonius 293, 9 271 Arusianus VII 472 K. 275 sq. 'mea . . . insequitur' schol. Hor. serm. I 36, 8

---

VARIA LECTIO. 261 GREMIIS *P* 266 *abesse posse iudicavit Heynius, eiecit Peerlkampus. Interpretatur versum Servius* ANTIQVM *Rγ* antiquum *bc* 268 DICERE (*erasa fort.* U *supra* I) *M* d$^{u}$icere *γ* DVCERE *Rbcm, tuetur Marklandus ad Statii silv.* V 3, 92 'dicere sortem, *statuere. alii proprie* ducere *legunt* . . . [*alii* deicere *legunt secundum illud* V 490 *sq.*]' *Servius* 269 vidistis *Macrobii Par. a* TVRNVM *inscr. Pomp.* QVIS *in ras. vel eras. R* equo, quibus ibat] AIIQORIBVS· IIIBAT *inscr. Pomp.* 270 RUBENTES *M* COMANTIS *R, ut* III 468 271 iam tua nunc *γ* nunc iam tua *c* 272—274 *damnat Peerlkampus, interpretatur Servius: displicet* 274 273 dabat *c*1 274 IS *M: cf. Lachmannus Lucr.* 262; *sed Ladevicus perperam pro nominativo interpretatur: cf. Wagnerus lectt. Verg.* 389 his *Servius in lemm.* quin super his *Schaperus* CAMPIS *R* QVOĐ (S *supra* D) *P* QUOS (*erasa* D *ut vid. supra* S) *M* quos *γc*2 campis, quos *cum lacuna ante v.* 275 *Kvičala* 275 PROPIIORIB· *M*1 PROPRIORIBUS *M*2*Pγ*1*c*1

accipio et comitem casus complector in omnis.
nulla meis sine te quaeretur gloria rebus;
seu pacem seu bella geram, tibi maxima rerum
verborumque fides.' contra quem talia fatur
Euryalus: 'me nulla dies tam fortibus ausis
dissimilem arguerit; tantum: fortuna secunda
aut adversa cadat. sed te super omnia dona
unum oro: genetrix Priami de gente vetusta
est mihi, quam miseram tenuit non Ilia tellus
mecum excedentem, non moenia regis Acestae.
hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli est
inque salutatam linquo: nox et tua testis
dextera, quod nequeam lacrumas perferre parentis.
at tu, oro, solare inopem et succurre relictae.
hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
in casus omnis.' percussa mente dedere

TESTIMONIA. 278—280 'nulla . . . fides' Donatus ad Ter. eun. III 1, 12 279 'seu p. s. b. g.' Sacerdos VI 445 K. 281 sq. Priscianus 861 P. 282 sq. 'fortuna . . . cadat' Servius Aen. IX 290. Hinc sumpta esse putant Symmachi epist. I 28: 'nec umquam te dissimilem scriptis talibus dies arguet. modo fortuna munifica prosperorum secundet spatia.' 283 sq. 'sed . . . oro' Servius Aen. VIII 303 287 'hanc . . . pericli' Servius Aen. IX 60 288 'inque s. l.' Nonius 333, 23 Servius Aen. I 161 288 sq. 'nox . . . parentis' Asper 114, 9 291 sq. 'audentior . . . omnis' Nonius 442, 24

VARIA LECTIO. 279 seu pacem s. b. geram *ad superiora rettulit Iahnius* 281 Nisus ad haec *ut* 207 *Prisciani exempl.* dies umquam tam *ex* 447 *Prisciani* ω 282 ARGUERIT·TANTUMFORTUNA *M* 'tantum: *tantummodo hoc possum de me promittere . . . nam* aut *disiunctiva particula est, non negantis adverbium.* [*quidam sic intellegunt: tantummodo fortuna prospera non in contrarium recidat . . . alii ita putant: me nulla dies dissimilem arguet, sive quae est hodie fortuna permanserit sive etiam laeta fuerit . . . et melius legitur sine aspiratione, i. e.* aut adversa]' *Servius* 283 aut *γ2bc* HAVT *M1PR* haud *γ1* tantum f. s. aut a. cadet *Madvicus l. l.* 39 tantum f. secundet *del. v.* 283 *Kvičala* 287 EST *m.* 2 *add. Mb, om. PR* 289 LACRIMAS *M* (I *corr. ex* U), *Pγbc* 290 at] Hanc *c* t$\overset{v}{e}$ (e *in ras.*) *b* 291 MEŦ *P* 292 CASSVS *R* perc$\overset{l}{u}$ſſa *γ* DEDERVNT *PRγb* dederẽ *c: cf. Wagneri quaest. Verg.* V

Dardanidae lacrimas, ante omnis pulcher Iulus,
atque animum patriae strinxit pietatis imago.
tum sic effatur:
'sponde digna tuis ingentibus omnia coeptis.
namque erit ista mihi genetrix nomenque Creusae
solum defuerit, nec partum gratia talem
parva manet. casus factum quicumque sequentur,
per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat:
quae tibi polliceor reduci rebusque secundis,
haec eadem matrique tuae generique manebunt.'
sic ait inlacrimans; umero simul exuit ensem
auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius atque habilem vagina aptarat eburna.
dat Niso Mnestheus pellem horrentisque leonis
exuvias; galeam fidus permutat Aletes.
protinus armati incedunt; quos omnis euntis
primorum manus ad portas iuvenumque senumque
prosequitur votis. nec non et pulcher Iulus,
ante annos animumque gerens curamque virilem,
multa patri mandata dabat portanda: sed aurae
omnia discerpunt et nubibus inrita donant.

Egressi superant fossas noctisque per umbram
castra inimica petunt, multis tamen ante futuri

---

TESTIMONIA. 294 Nonius 402, 30 'patriae ... imago' Macrobius Sat. IV 6, 9 300 Arusianus VII 480 K. Apuleius de deo Socr. 5 Donatus ad Ter. Andr. I 5, 46 adelph. III 2, 54 302 Diomedes I 314 K. Arusianus VII 491 K. 303—307 Macrobius Sat. V 9, 5 304 'mira ... Lycaon' Servius Aen. X 499 308—310 Macrobius Sat. V 9, 7 311 Servius Aen. III 342 312 'multa ... portanda' Nonius 348, 27 312 sq. 'sed ... discerpunt' Servius Aen. IV 705 X 652 'aurae ... donant' comm. Bern. Lucani V 491 U. 314—323 Macrobius Sat. V 9, 8 314 'egressi s. fossas' Caper VII 96 K. 315 sq. 'multis ... exitio' Arusianus VII 474 K.

---

VARIA LECTIO. 294 *cf.* X 824: *frustra laborant in sententia perspicua* 295 effatuſ γl affatur *m* 296 Spondeo *cm* 299 factum (ac *m.* 2, *fort. ex* a) *γ* SEQVETVR *Pb* 300 ante ſolebat *m.* 2 *add. b* 303 inlacrumans '*veteres*' *Pierii* 314 umbras '*omnes antiqui*' *Pieriani, χ* 315 *sq.* multis ... passim *eicit Peerlkampus, interpretatur Servius: cf. prol.* 81 castra petunt passim *e. q. s. proposuit Dietschius in Fleckeiseni ann.* LXIX 560

exitio. passim somno vinoque per herbam
corpora fusa vident, arrectos litore currus,
inter lora rotasque viros, simul arma iacere,
vina simul. prior Hyrtacides sic ore locutus:
'Euryale, audendum dextra; nunc ipsa vocat res.
hac iter est. tu, ne qua manus se attollere nobis
a tergo possit, custodi et consule longe;
haec ego vasta dabo et lato te limite ducam.'
sic memorat vocemque premit; simul ense superbum
Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis
extructus toto proflabat pectore somnum,
rex idem et regi Turno gratissimus augur,
sed non augurio potuit depellere pestem.
tris iuxta famulos temere inter tela iacentis
armigerumque Remi premit aurigamque sub ipsis
nanctus equis ferroque secat pendentia colla;
tum caput ipsi aufert domino truncumque relinquit

TESTIMONIA. 321 sq. explan. iu Don. IV 599 K. 323 Nonius 417, 15 Servius Aen. IX 354 X 513 324—326 'simul . . . extructus' Nonius 391, 31 324 'sic . . . premit' Nonius 365, 11 325 sq. 'qui . . . somnum' Nonius 542, 16 explan. in Don. IV 542 K. 'qui . . . extructus' Servius Aen. VII 277 de schem. lex. p. 56 H. schol. Hor. carm. II 3, 19 325 'qui f. t. a.' Charisius I 61 K. Beda de orthogr. VII 293 K. 'tapetibus a.' Probi inst. IV 129 K. 326 'toto . . . somnum' Sergius de syllaba IV 478 K. 328 Macrobius Sat. V 9, 10 329 'temere iacentis' Servius Aen IX 373 330 'armigerumque R. p.' Nonius 365, 27 Servius Dan. Aen. II 530

VARIA LECTIO. 316 VMBRAM *Rm, ut* 314 318 lora (1 *m.* 2 *ut vid.*) *γ* tela '*nonnulli*' *Pieriani: cf.* 329 323 hEc *c* uaſtadabo *γ*1 uasta . . bo *γ*2 uaſtabo *c* recto *Macrobii exempl.* lato *confirmat Servius Aen.* X 513 limine *γ*1 limite *confirmat Servius l. l.* 324 SIMVL E NSE (E *et* N *in ras.*) *R* 327 dux *Io. Schraderus* regni *m* 328 auguriis poterat *Macrobii ω, sed* augurio *Par.* 1 *et* potuit *Salisb.* 329 TRES *R* tela] LORA *R, Servius Dan. ad* 373*: cf.* 318 IACENTES *P*2*γc* 330 Remum *Dorvill. m.* 2, *Schraderus: fortasse* viri (re *Servii Dan.* II 530 *P*) armigerum regis *Brandes ann. philol.* 1889 *p.* 512 331 NANCTUS *Rγ*1, *Mentel. pr.* NA[N]CTVS *P* Na[n]ctuſ (a *in ras., fortasse duarum litt.*) *b* NACTUS *Mc* 332 reliquit *b* reliquit *m*

sanguine singultantem; atro tepefacta cruore
terra torique madent. nec non Lamyrumque Lamumque
et iuvenem Serranum, illa qui plurima nocte
luserat, insignis facie, multoque iacebat
membra deo victus: felix, si protinus illum
aequasset nocti ludum in lucemque tulisset.
inpastus ceu plena leo per ovilia turbans
(suadet enim vaesana fames) manditque trahitque
molle pecus mutumque metu, fremit ore cruento:
nec minor Euryali caedes; incensus et ipse
perfurit ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumque Herbesumque subit Rhoetumque Abarimque,
ignaros, Rhoetum vigilantem et cuncta videntem,
sed magnum metuens se post cratera tegebat;
pectore in adverso totum cui comminus ensem
condidit adsurgenti et multa morte recepit.

TESTIMONIA 335 sq. 'illa . . . luserat' Arusianus VII 489 K. 337 sq. 'felix . . . tulisset' Diomedes I 412 K. 'felix . . . ludum' Nonius 244, 15 340 sq. 'mandit . . . pecus' schol. Hor. epod. V 83 344 'Fadumque H. s.' Nonius 403, 33 347 sq. 'pectore . . . condidit' Servius Aen. IX 441 'totum . . . recepit' Nonius 383, 30 347 'totum c. c. e.' ult. syll. IV 246 K.

VARIA LECTIO. 333 'atro *potest et superioribus adplicari, ut sit intellectus:* sanguine singultantem atro, *potest et sequentibus iungi, sed melius sequentibus' Servius Dan. Post* singultantem *interp. M* 334 lamũque (lam *in ras.*) *b* Numamque *coni.* 454 *Io. Schraderus* 336 IACEBANT (N *corr. ex* T, *ut altera* T *videatur esse m.* 2, *sed ant.*) *P* iacebant *γ*1 338 noctis *Nonii* 244 *exempl.* 341 MULTUM *MP* MVLTVM *R* motus *coni.* 793 *Bentleius* 'mutumque metu: *scilicet pecus, nam male quidam accipiunt* mutum fremit *de leone' Servius* 344 Cadum *Nonii exempl.* Fandum, Phadanum, Phadum, Thadum *χ* HERBESSVM *R* HEBESVM *Pγc* hebe . fum *b* Herbaesum *Nonii exempl.* Herbosum, Hebusum, Heresum *χ* ROETHVM *Pγc* RHOETEVM *R* Rhoecum *χ* ARABIM *R* habarim *c* abratim, haberim, aberim, hilarim, haburim, abaren, fabrum *χ* 345 RHOTUM (E *superscr.*) *M* roethum *c* r&hum *γ* Rhoecum *Schraderus* Erytum *Peerlkampus* 348 '*Cornutus* nocte *legit, et adnotavit: utrum* nocte *pro* morte? *an cum multa nox esset?' Servius Dan.*

purpuream vomit ille animam et cum sanguine mixta
vina refert moriens; hic furto fervidus instat.
iamque ad Messapi socios tendebat; ibi ignem
deficere extremum et religatos rite videbat
carpere gramen equos: breviter cum talia Nisus
(sensit enim nimia caede atque cupidine ferri)
'absistamus' ait, 'nam lux inimica propinquat.
poenarum exhaustum satis est, via facta per hostis.'
multa virum solido argento perfecta relincunt
armaque craterasque simul pulchrosque tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis et aurea bullis
cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim
quae mittit dona hospitio cum iungeret absens
Caedicus (ille suo moriens dat habere nepoti),
[post mortem bello Rutuli pugnaque potiti]

---

TESTIMONIA. 349 'purpuream v. i. a.' Servius Aen. I 98 II 532 VI 221 schol. Lucani VII 622 schol. Hor. carm. I 24, 15 358 'pulchrosque t.' Charisius I 62 K. Probi inst. IV 130 K. de nom. exc. IV 209 K. explan. in Don. IV 541 K. Nonius 229, 7 Servius Aen. VII 277 Beda de orthogr. VII 293 K. 359–363 Asper 118, 8 K. 359 sq. 'Euryalus . . . cingula' Nonius 554, 17 'aurea b. c.' Servius Aen. IX 648 360 cf. schol. Veron. 100, 13 K. 'Tiburti . . . olim' Servius Aen. XI 700 363 cf. schol. Veron. 100, 20 K.

---

VARIA LECTIO. 349 PVRPVREAM *P* 'et multa morte recepit purpureum: *multi hic distinguunt . . . alii* multa morte recepit, *ut sit:* eduxit gladium cum multo cruore, *et sic inferunt:* purpuream vomit ille animam' *Servius. Post* recepit *interp. M* ETCVM *P2* V . . ON *ut vid. P1* 351 ubi *c* 352 RIGATOS *R* 354—366 *Veron. fol.* 235 *a* 356 HOSTES *MP2γc* 357 RELINQVNT *Rγ, item, sed ut* nt *in ras. sit, b* relinquit (un *supra*) *c* 358 pictos *Charisius, Beda: cf.* VII 277 tapetos *Rottend. pr., test. Beda* tapetas *testantur ceteri cum Servio* 360 TIBVRTIS *P* 361 coniunger& *γc* APSENS *M* 363 PUGNAM *M* PRAEDA *R: cf.* 450 '*sane sciendum locum hunc esse unum de* XII (XIII *Par.*) *Vergilii sive per naturam obscuris sive insolubilibus sive emendandis sive sic relictis, ut a nobis per historiae antiquae ignorantiam liquide non intellegantur*' *Servius. Legit Asper hunc versum (cf. schol. Veron.), spurium esse iudicavit Wagnerus, infelicissime idem vindicare conatus in lectt. Verg.* 354. *Ab eo adscriptum esse puto, qui* nequiquam *v.* 364 *interpretari vellet. cf. prol.* 110. 130

haec rapit atque umeris nequiquam fortibus aptat.
tum galeam Messapi habilem cristisque decoram
induit. excedunt castris et tuta capessunt.

Interea praemissi equites ex urbe Latina,
cetera dum legio campis instructa moratur,
ibant et Turno regi responsa ferebant,
tercentum, scutati omnes, Volcente magistro.
iamque propinquabant castris murosque subibant,
cum procul hos laevo flectentis limite cernunt,
et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
prodidit immemorem radiisque adversa refulsit.
haut temere est visum. conclamat ab agmine Volcens:
'state, viri. quae causa viae? quive estis in armis?
quove tenetis iter?' nihil illi tendere contra,
sed celerare fugam in silvas et fidere nocti.
obiciunt equites sese ad divortia nota

---

TESTIMONIA. 367 Nonius 295, 16 369 cf. schol. Veron. 101, 3 K. 370 Servius Aen. VII 274 XI 608 371 Priscianus 1178 P. 'muroque s.' Servius Aen. IV 598 373 'sublustri' schol. Veron. 101, 6 K. 375 Charisius I 222 K. 'haud t. e. v.' Donatus ad Ter. eun. II 2, 60 376 sq. 'state . . . iter' Donatus ad Ter. eun. IV 7, 34 Servius Aen. VIII 113 378 'et f. n.' Servius Aen. I 452 VII 290 379 sq. 'obiciunt . . . nota huc illuc' Nonius 458, 20 379 Nonius 290, 24 'divortia' schol. Veron. 101, 12 K.

---

VARIA LECTIO. 364 APTANT *V* 366 et cedunt *m* 367—379 *Veron. fol.* 235 *b* 369 '*in omnibus bonis* regis *dicitur inventum*' *Servius Paris. cf. prol.* 143. 173 *sq.* '[*nullo*] *alio loco ostendit illos a Turno missos. hoc loco adnotant Probus et Sulpicius contrarium illi esse:* VII 600' *schol. Veron. Sane parum haec accurate narrata sunt: cf. prol.* 81. 173 *sq.* 370 UOL$^{s}$CENTE *M* uul$^{f}$cente *c* 371 portif (port *in ras.*) *b* portis *χ*, *Priscianus, ut* XI 621 MVROS *Pyb*1*c*1, *confirmare videtur Servius Dan.* MVRO *ut* VII 161 *MRb*2*c*2, *Servius in lemm.*, (*testatur idem ad* IV 598), *Priscianus* 372 flectentef *c* 375 haut . . . visum *Volcenti tribuenda putat Peerlkampus* TEMEREREES$^{T}$ *P* TEMERESEST *M* ag$^{mi}$..ne *γ*2 AGGERE *Pγ*1, *non male. cf.* 769 u$^{v}$olcenf *γ* VVLCENS *Vc* UIL$^{s}$CENS *M* 378 SILVIS *Pγ*

hinc atque hinc omnemque abitum custode coronant.
silva fuit late dumis atque ilice nigra
horrida, quam densi complerant undique sentes;
rara per occultos ducebat semita calles.
Euryalum tenebrae ramorum onerosaque praeda
impediunt fallitque timor regione viarum;
Nisus abit. iamque imprudens evaserat hostis
atque locos, qui post Albae de nomine dicti
Albani (tum rex stabula alta Latinus habebat).
ut stetit et frustra absentem respexit amicum,
'Euryale infelix, qua te regione reliqui?
quave sequar, rusus perplexum iter omne revolvens

---

TESTIMONIA. 380 'omnem . . . coronant' schol. Veron. 101, 14 K. 384 schol. Veron. 101, 19 K. 386 cf. schol. Veron. 101, 17 K. 'iamque... hostes' Arusianus VII 469 K. 387 'qui ... dicti' schol. Veron. 101, 22 K. 390 Servius Aen. XI 243 'infelix' schol. Veron. 102, 1 K.

---

VARIA LECTIO. 380—405 *Veron. fol.* 240 380 huc illuc *Nonius* abitum *cψ* ABI[D]TUM *M* adi[b]tum *b* ADITVM *RVγ*1 ADITV[M] *P* '*melior est lectio* abitum *quam* aditum' *Servius.* '*sic* abitum, *non* aditum' *schol. Veron.* 382 COMPLEBANT *M cf.* V 107 383 ducebat *b*1*m* LVCEBAT *Pγb*2*c* LUC[D]EBAT *M* LVCEBANT *R luce*BAT *V* 'ducebat . . . *legitur et* lucebat' *Servius* 386 I AM (I *m.* 2 *sed ant. in ras., fuit fortasse* N) *P* EUASER[A]IT *M* HOSTES *P*2*c* hoſte[i]ſ *γ* 387 ATQVELOCOS *MPγbψ*, *defendit Wagnerus lectt. Verg.* 410 ADQVELOCOS *R* atque lucoſ *cχ* ac lucos *m*, *si Hassleri silentio fides est; Ladevicus.* at locos *Goth. sec.* atque lacus *Baptista Egnatius?* adque lacus..ut stetit *secluso v.* 388 *coniungit Hoffmannus spicileg.* 17, *qui saltem v.* 389 substetit *corrigere debebat.* atque locis . . . ut stetit *cum Gertzio Madvicus. ego in loco obscuro et suspecto nil mutare ausus sum* quo *schol. Veron.* 389 Ut (U *in ras. m. rec.*) *b* 390 INFELIX· *M* '*se* infelicem *dicit, qui dolet*; *non illum, propter quem dolet*' *Servius.* '*melior haec distinctio, ut* infelicem *dicat, quam ut ad se referat*' *schol. Veron.* 391 RU[S]RUS *M* RVRSVS *PRγbc rur*SVS *V* RESOL[U]UE[N]S *M*: *cf.* VI 29 'iter omne revolvens f. s.: *Urbanus hucusque verba Nisi vult esse: alii poetae dant* rursus perplexum i. o. r. f. s.' *Servius*

fallacis silvae?' simul et vestigia retro
observata legit dumisque silentibus errat.
audit equos, audit strepitus et signa sequentum.
nec longum in medio tempus, cum clamor ad auris
pervenit ac videt Euryalum, quem iam manus omnis
fraude loci et noctis, subito turbante tumultu,
oppressum rapit et conantem plurima frustra.
quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis
eripere? an sese medios moriturus in enses
inferat et pulchram properet per volnera mortem?
ocius adducto torquens hastile lacerto,
suspiciens altam et Lunam sic voce precatur:

TESTIMONIA. 393 'legit' fragm. Bob. VII 542 K. 397 schol. Veron. 102, 3 K. 398 'ac conantem p. frustra' Priscianus 1183 P. 399 Servius Aen. IV 283 401 'et . . . mortem' Arusianus VII 502 K. 'pulchram . . . mortem' Asper 115, 18 K. 402 Nonius 246, 29 cf. schol. Veron. 102, 10 K. 403 Priscianus 1034 P.

VARIA LECTIO. 392 *m. rec. in mg. add. c* silvas *Hoffmannus spicileg.* 18, *verbis* rusus . . . errat *poetae tributis* 394 ſequentem (v *supra*) γ 395 tum (o *supra*) γ 397 LOCI· *M: nulla interp. in P* '*Haterianus:* fraude loci *potest per se legi, deinde subiungi* et noctis subito t. t. . . . *sed et alio modo haut absurda distinctio,* fraude loci et noctis, *deinde* subito turbante tumultu' *schol. Veron.* 'fraude loci et noctis . . . *quidam* noctis subito turbante tumultu *legunt*' *Servius Dan.* 398 'oppressum rapit: *hoc est* quem iam manus omnis rapit; *nam male quidam* videt rapi *accipiunt. quod si admiseris, vacat* quem iam manus omnis' *Servius* rapiunt *Peerlkampus* et] ac *Prisciani exempl.* 399 quid faciat] heu quid agat? *Servius Aen.* IV 283 QUI(D *supra*) *M* facia(t *supra*) (a *post. in ras.*) *b* 400 medioſ (o *in ras.*) *b* HOSTIS *MRb: cf.* II 511 HO*stis V* '*quidam* in enses *legunt et melius hoc putant quam* in hostes' *Servius Dan.* 401 *cf. ge.* IV 218 *Aen.* XI 647 uolnera (v *supra*) γ VVLNERA *MPRb*1 *Vulnera V* uulnere *c*1 403 altam et Lunam *scripsi* ALTAM LVNAM·ET *MPγbcmψ* ALTAMADLVNAMET *RV* altam lunam et *cum interpunctione post* et *voculam Priscianus, eodemque artificio* '*adfectatam structuram*' *explicare Asper studuit.* altam Lunam *delcto* et (*cf.* VI 186) *ante Pierium.* altum, Lunam *Bergkius opusc.* I 242, *alii alia. Tuetur* et *copulam comparato Hom.*

'tu, dea, tu praesens nostro succurre labori,
astrorum decus et nemorum Latonia custos.
siqua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris
dona tulit, siqua ipse meis venatibus auxi
suspendive tholo aut sacra ad fastigia fixi:
hunc sine me turbare globum et rege tela per auras.'
dixerat, et toto conixus corpore ferrum
conicit: hasta volans noctis diverberat umbras
et venit abversi in tergum Sulmonis ibique
frangitur ac fisso transit praecordia ligno.
volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
frigidus et longis singultibus ilia pulsat.
diversi circumspiciunt. hoc acrior idem
ecce aliud summa telum librabat ab aure.
dum trepidant, it hasta Tago per tempus utrumque

---

TESTIMONIA. 404 C.I.L. IV 2310 Servius Aen. X 421 cf. schol. Veron. 102, 16 K. 405 'astrorum . . . nemorum' Arusianus VII 463 K. 406 sq. 'siqua . . . tulit' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 57 comm. Bern. Lucani V 111 U. 408 'sacra . . . fixi' Servius Aen. III 287 XII 768 412 'et . . . Sulmonis' Nonius 414, 9 Servius Aen. X 717 412 sq. 'ibique f.' Porphyrio Hor. serm. II 1, 14 413 Priscianus 1272 P. 414 sq. 'volvitur . . . frigidus' Nonius 311, 8 de schem. lex. p. 51 H. 416 Macrobius Sat. VI 1, 36 417 Servius Aen. II 231 418 Nonius 408, 6 'it . . . utrumque' Servius Aen. IV 56 Priscianus 1101. 1184. 1185 P. 'tempus' Charisius I 34 K.

---

VARIA LECTIO.

*Il.* XXII 247 *Naekius in Catonis Dir. p.* 299 UOCE, *in mg.* FORTE (*ut* VI 186) *M* ore *γ*2 (uoce *γ*1) *m*: *cf.* I 614 II 524 XI 123 404 praesens] ORE *inscr. Pomp.* 409 Nunc *b*1 410 CONISVS *R* 412 ADUERSI *MPRybcψ*, *Nonius*, *Servius*. aversi *Rottend. sec.* 'tergum *pro* tergus *dixit . . . ut intellegamus hastam in scutum venisse et illic esse conlisam, ut* frangitur *sit* conliditur, *fissoque scuti ligno etiam praecordia penetrasse: aliter non procedit . . . alii re vera in tergum volunt esse percussum, quod falsum est. nam quomodo ante fissum lignum esset et sic praecordia penetrata? sciendum tamen, locum hunc unum esse de his quos insolubiles diximus supra*' (363) *Servius* 413 hac *c* et *Prisciani Guelf.* 414 Soluitur *ut vid. b*1: *cf.* 433 415 PVLSANT *R* 416 ACRIOR (US *above*) *MP*1 ACRIVS *P*2*γ*1 (acrior *γ*2, *ut Servius*) 417 TELVMSVMMA *Pybc* AVRAE *P* aurae *γ*2 418 IT

stridens traiectoque haesit tepefacta cerebro.
saevit atrox Volcens nec teli conspicit usquam
auctorem nec quo se ardens immittere possit.
'tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
persolves amborum' inquit; simul ense recluso
ibat in Euryalum. tum vero exterritus, amens
conclamat Nisus, nec se celare tenebris
amplius aut tantum potuit perferre dolorem.
'me me (adsum qui feci), in me convertite ferrum,
o Rutuli! mea fraus omnis; nihil iste nec ausus
nec potuit (caelum hoc et conscia sidera testor),
tantum infelicem nimium dilexit amicum,'
talia dicta dabat; sed viribus ensis adactus
transabiit costas et candida pectora rumpit.
volvitur Euryalus leto, pulchrosque per artus

TESTIMONIA. 422 sq. 'tu . . . persolves' Macrobius Sat. VI 1, 15 423 sq. 'simul . . . Euryalum' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 16 424 'ibat in Euryalum' schol. Bern. ge. I 67 427 sq. 'me me . . . omnis' Charisius I 281 K. Diomedes I 446 K. Beda de trop. 377 Cap. 'me me... Rutuli' Sacerdos VI 458 K. 427 Donati ars IV 398 K. 'me me . . . feci' Priscianus 1086 P. ult. syll. IV 232 K. Pompeius V 303 K. Servius Aen. VIII 144 de schem. lex. p. 50 H. schol. Persii I 11 'me me a.' Servius Aen. I 135 430 'nimium d. a.' Servius de fin. IV 451 K. inc. de fin. VI 242 K. Beda VII 236 K. 431 sq. 'sed . . . costas' Nonius 243, 30 433 sq. 'volvitur . . . cruor' Macrobius Sat. IV 6, 14

VARIA LECTIO.

*MRybc, Nonii exempl., probaverunt Bentleius et Lachmannus Lucr.* 209 IIT *Py* volat *Montalb., Priscianus: cf.* 411. 698 XII 923

419 hae$^{s}$.ſit (*i. e.* haeſſit) *γ* 420 UOLCENS *M* uulſenſ *c* U$^{s}$MQUA~ *M* uſquã *in ras. b* 421 NE$^{o}$ *M* 423 recluſo (lu *in ras.*) *b* relicto *Donati exempl.* reducto *Burmannus: cf.* XI 605

424 Euryalum propere *Donatus* 426 laborem *m* 428 NEQVE *R* 429 HAEC *P1* 430 nimium (um *in ras.*) *b*

431 adactuſ enſiſ *c* 432 TRANSABIIT *R, Statius Theb.* II 9 tranſadiit *bc* TRANSADIGIT *Py, Nonius: cf.* XII 276. 508 TRANSADI$^{G}$BIT *M* PECTORACANDIDA *Rm* ru . pit *b* RVPIT *Rc* 433 Soluitur *ut vid. b1, Schraderus, non male: cf.* 414 IV 530 *et* X 590 XI 640 volvitur *Servius in lemm.* leto *om. Macrobii exempl.*

it cruor, inque umeros cervix conlapsa recumbit:
purpureus veluti cum flos succisus aratro
languescit moriens lassove papavera collo
demisere caput, pluvia cum forte gravantur.
at Nisus ruit in medios solumque per omnis
Volcentem petit, in solo Volcente moratur.
quem circum glomerati hostes hinc comminus atque hinc
proturbant. instat non setius ac rotat ensem
fulmineum, donec Rutuli clamantis in ore
condidit advorso et moriens animam abstulit hosti.
tum super exanimum sese proiecit amicum
confossus placidaque ibi demum morte quievit.

Fortunati ambo! siquid mea carmina possunt,
nulla dies umquam memori vos eximet aevo,
dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum
accolet imperiumque pater Romanus habebit.

Victores praeda Rutuli spoliisque potiti
Volcentem exanimum flentes in castra ferebant.
nec minor in castris luctus Rhamnete reperto
exsangui et primis una tot caede peremptis,

TESTIMONIA. 435—437 Macrobius Sat. V 10, 13 435 'purpureus ...flos' Probi de nom. exc. IV 213 K. Asper 115, 11 K. 435 sq. 'purpureus . . . moriens' Nonius 338, 27 436 sq. 'lassove . . . caput' Nonius 341, 7 440 'quem . . . hostes' Servius Aen. IV 155 442 sq. 'donec . . . advorso' Nonius 459, 5 443 'moriens a. a. h.' comm. Bern. Lucani IV 547 U. 444 diff. vocum 3 p. 226 Endl. 446—449 Seneca epist. 21, 5 447 Priscianus 748 P. comm. Bern. Lucani IV 812 U. schol. Hor. carm. I 32, 3 448 sq. 'dum . . . accolet' Donatus ad Ter. Andr. I 4, 3 Porphyrio ad Hor. carm. III 30, 8 448 'Capitoli i. s.' Lactantius div. inst. I 20

VARIA LECTIO. 436 laxo *Macrobii Salisb.* 439 UULCEN$^{S}$TEM *M* Vulſcentem *c* uulſcente *c* 443 advorso *Nonius* ADVERSO *libri* HOSTI$^{S}$ *P* 444 EXANIMUM *Mcψ* exanimũ (u *in ras.*) *b* exanim$^{v}$em *γ* EXANIMEM *PR*, *diff. vocum* 449 ACÐCOLET *P* patrum *Kvičala* patens *Gentius:* potens *magis placeret* 451 uol$^{ſ}$centem (ſ *m. rec.*) *b* UULC$^{S}$ENTEM *M* Vulſcentem *c* EXANIMEM *PRγc* 453 EXANGUI *M* EXSANGVEM *R* ET *m.* 2 *add. P*

Serranoque Numaque. ingens concursus ad ipsa
corpora seminecisque viros tepidaque recentem
caede locum et plenos spumanti sanguine rivos.
adgnoscunt spolia inter se galeamque nitentem
Messapi et multo phaleras sudore receptas.

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
iam sole infuso, iam rebus luce retectis
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
suscitat, aeratasque acies in proelia cogit
quisque suos, variisque acuunt rumoribus iras.
quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis

---

TESTIMONIA. 455 sq. 'tepida . . . locum' Macrobius Sat. VI 6, 3 459 sq. Macrobius Sat. V 9, 11 459 Macrobius Sat. VI 1, 25 Nonius 405, 8 460 Macrobius Sat. VI 1, 31 Pompeius V 308 K. 465 sq. 'quin . . . capita' Servius Aen. II 558

---

VARIA LECTIO. 454 SA$^{E}$RRANO *M* NVMA (MA *in ras.*) *P* numaq$^{no}$: (*sup. m.* 2) *b* Lamo *Schraderus conl.* 334 Remo *suspicari aliquem posse monet Heynius conl.* 330. '*decima antapodosis, quae fit quotiens commemorantur ea quae non sunt ante praedicta. neque* Numam *induxit occisum' Servius. Quoniam* Numa *ad* '*multam' illam* '*sine nomine plebem*' (343) *referri omnino non potest, vix dubito quin poeta aut hic* Lamo *aut v.* 334 Numam *scripturus fuisset, si absolvisset poema. Et alterutrum fuisse qui corrigendo inferrent docent librorum b ad v.* 334 *et P ad h. l. liturae. cf. prol.* 81 455 ſeminecef *bc* tepida (te *m.* 2 *in ras.*) *b* tepida. *γ*2 TEPIDAM (U *sup.*) *M* TEPIDVM *PRγ*1 RECENTI *Pγ*1: *cf.* VIII 195 'tepidaque recentem caede locum *hypallage est, tepidum locum recenti caede. unde multi legunt* tepidumque recenti caede locum' *Servius.* tepidaque recentem *testatur Servius apud Macrobium* 456 PLENOS *Ryc* PLENOS *P* pleno$^{r}$ *b* PLENO *Mψ* ſpumanti *γ* ſpumanti . *b* SPVMANTIS *MPRψ*, *Servius* 457 Agnoſcunt *bc* 459 *sq.* = IV 584 *sq.*, *secludi vult Brosinus: nonum librum laudat Nonius* 460 LIQUENS *M* 461 effuso *Kvičala* 464 SUAS *M* 'quisque suos, *scil. comites. nam plenum est* aeratasque acies' *Servius.* suos *ut recte se haberet, v.* 463 cogunt *scribendum fuisse censet Wagnerus quaest. Verg.* XVI 2 465 *om. P, m. rec. in mg. add., habet Servius* Quin *b*2 Tum, *ut vid.*, *b*1 MI$^{SE}$RABILE (*corr. m. rec.*) *M* mirabile *Servii Aen.* II 558 *exempl.*

praefigunt capita et multo clamore secuntur
Euryali et Nisi.
Aeneadae duri murorum in parte sinistra
opposuere aciem (nam dextera cingitur amni)
ingentisque tenent fossas et turribus altis
stant maesti; simul ora virum praefixa movebant,
nota nimis miseris atroque fluentia tabo.

Interea pavidam volitans pinnata per urbem
nuntia Fama ruit matrisque adlabitur auris
Euryali. at subitus miserae calor ossa reliquit,
excussi manibus radii revolutaque pensa.
evolat infelix et femineo ululatu,
scissa comam, muros amens atque agmina cursu
prima petit, non illa virum, non illa pericli
telorumque memor; caelum dehinc questibus implet:
'hunc ego te, Euryale, aspicio? tune ille senectae
sera meae requies, potuisti linquere solam,
crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,
adfari extremum miserae data copia matri?

TESTIMONIA. 468 sq. 'murorum . . . amni' Priscianus 766 P. Servius Aen. VII 31 IX 236 473 'pennata' schol. Lucani I 471 474 sq. 'nuntia . . . Euryali' de schem. lex. p. 56 H. 474 'matrisque a. a.' Diomedes I 434 K. 476 sq. 'excussi . . . infelix' Macrobius Sat. IV 1, 5 476 Quintilianus VI 2, 39 Nonius 298, 30 Servius Aen. IX 486 477—479 'evolat . . . petit' Priscianus 1105 P. 478 'scissa c.' Servius Aen. VI 281 de schem. lex. p. 55 H. schol. Hor. serm. I 1, 5 cf. Terentianus Maurus 1108 481 'hunc . . . aspicio' Charisius I 268 K. Donatus ad Ter. adelph. III 2, 14 Servius Aen. I 253 II 554 IV 237. 674 VIII 427 X 670 XI 16 482 sq. 'potuisti . . . crudelis' Servius Aen. IX 287

VARIA LECTIO. 466 ſequntur *b* 468 in *om. R*
E
469 DEXTRA *My* DEXTRA *Rb, Prisciani ω* AMNI·S *P ablativum* amni *testantur Priscianus et Servius* 471 MAESTI *suprascr. m. rec. P* VIDEBANT *Pγ* uidebant, *in mg. m. rec.* Al mouebant, *c* 473 pennata *cψ*, *schol. Lucani* 475 AD
A
*M*1*Pγ*1*b*1 AC *R* ſubiti *b*1 MISERE *M* miſere *γ*1 476 expulsi *Macrobii exempl. exc. Med.* 2 excussi *Servius* 481 ILLA *R*
VM
484 EXTREMIS *P* EXTREMIS *M, Servii φ* extrema *χ*

heu, terra ignota canibus data praeda Latinis
alitibusque iaces, nec te tua funera mater
produxi pressive oculos aut volnera lavi,
veste tegens, tibi quam noctes festina diesque
urgebam et tela curas solabar anilis.
quo sequar? aut quae nunc artus avolsaque membra
et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?
figite me, siqua est pietas, in me omnia tela
conicite, o Rutuli, me primam absumite ferro;
aut tu, magne pater divom, miserere tuoque
invisum hoc detrude caput sub Tartara telo,
quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.'
hoc fletu concussi animi, maestusque per omnis

---

TESTIMONIA. 485 'canibus . . . marinis' Seneca epist. 92, 34 486 sq. 'nec . . . lavi' Macrobius Sat. VI 2, 21 'nec . . . oculos' Donatus ad Ter. adelph. IV 2, 52 schol. Lucani V 280 (om. 'te' et 'mater') 'nec . . . produxi' Nonius 372, 30 schol. Lucani II 298 487 sq. 'produxi . . . tegens' Nonius 435, 5 'pressive . . . tegens' Nonius 364, 29 'nec vulnera . . . tegens' Servius Aen. IV 683 488 sq. 'tibi . . . urguebam' Nonius 418, 19 493 'figite . . . pietas' Servius Aen. X 676 494 'me . . . ferro' Servius Aen. XI 895 495—497 Servius Aen. II 644 sq. 495 'aut . . . miserere' Diomedes I 418 K. Dositheus VII 423 K. 497 explanat. in Don. IV 559 K.

---

VARIA LECTIO. 485 date χ, *Bentleius* marinis *Seneca* 486 TETVA FVNERA *MPRybc, Servius, schol. Luc., Nonii Donati Macrobii exempl.* enim tua funera *Moret. sec.* ego tua funera *Parrhas.* te et tua funera *Heumannus* tristia funera *Burmannus* fletu funera *Peerlkampus, ingeniose.* te tua funere *Petrus Bembus* taeda funera *Hoffmannus. Librorum scripturam cum Catroeo sic olim interpretabar:* nec te, immo tua funera, produxi; *nunc* funera *cum Servio* '*funerea*' *interpretari malo: cf. Fleckeisenus annal. philol.* 1891 *p.* 677. tua funera . . . tegens *coniunxit Ladevicus positis* 488 *sq. ante* 487 487 aut] nec *Servius Aen.* IV 683 VOLNERA (O *corr. in* V) *P* VVLNERA *MRybcm* 488 QVOD *R* 489 anile$^{i}$s *γ* ANILES *M2P2c* 490 AVOLSA (O *corr. in* V) *P* AVVLSA *Ry1bc* 492 hoc sum . . . secuta] solum . . . secutae *Kvičala* 494 PRIMUM *P1* 495 summe *Servius Aen.* II 645 DIVOM (O *corr. in V*) *P* diuum *ybc* magne deum, *om.* pater, *Dosithei Sangall.* 498 meſt' *m. rec. in ras. c* maestos *Mentel. pr. m.* 1

it gemitus: torpent infractae ad proelia vires.
illam incendentem luctus Idaeus et Actor
Ilionei monitu et multum lacrimantis Iuli
corripiunt interque manus sub tecta reponunt.

At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
increpuit; sequitur clamor caelumque remugit.
adcelerant acta pariter testudine Volsci
et fossas implere parant ac vellere vallum.
quaerunt pars aditum et scalis ascendere muros,
qua rara est acies interlucetque corona
non tam spissa viris. telorum effundere contra
omne genus Teucri ac duris detrudere contis,
adsueti longo muros defendere bello.
saxa quoque infesto volvebant pondere, siqua

---

TESTIMONIA. 503 sq. 'at...increpuit' Nonius 329, 23 Diomedes I 499 K. Servius Aen. XI 474 503 Marius Victorinus VI 75. 117. 122. 125 K. Atilius Fortunatianus VI 284 K. Sacerdos VI 501. 502. 504 K. (cf. 533) Mallius Theodorus VI 596 K. fragm. Sangall. VI 638 K. Terentianus Maurus 1855. 1912. Isidorus orig. III 19, 2 XVIII 4, 4. cf. Victorinus de metr. et de hex. VI 213 K. Beda VII 253 L. Audacis exc. VII 340 K. 'at tuba t.' Sacerdos VI 444 K. 'at... procul' Marius Victorinus VI 116 K. 'at . . . aere' Sacerdos VI 511 K. 'tuba' e. q. s. Augustinus de mus. IV 26 'sonitum dedit a. canoro' cf. Caesius Bassus VI 258 K. 505 Nonius 243, 29 508 Nonius 379, 23 508. 509 'unde spissa corona' Terentianus Maurus 1103. Sergius de syllaba IV 479 K. cf. de fin. VI 242 K. Cledonius V 29 K. 510 'ac . . . contis' Nonius 556, 2 511 Arusianus VII 452 K.

---

VARIA LECTIO. 500 *sq. ordine inverso γbc* 500 AVCTOR *R* 501 *om., sed ima pag. m. ant. add. P, interpretatur Servius* 502 reportant *b*, *ut* VII 574: *cf.* IV 391 reponunt *Servius in lemm.* 503 procul] dedit *libri quidam Isidori* XVIII 4, 4 *Terentianus Maurus v.* 1912, *Caesius Bassus, Marius Victorinus p.* 117. 125 *ut saepissime, velut* XI 799 aere recurvo *praeceptorum suorum causa Terentianus Maurus, item Victorinus p.* 122. 125, *Augustinus: cf.* VII 513 505 ATCELERANT (P *supra* T) *M* Accelerant *bc* 506 UELLERE *M* PELLERE *R: cf.* 519 UALLUM (O *supra* U) *M* vellere vallum *legit Servius* 507 ADITVS *Pγ* (S) CALIS *P* 508 RARASEST *P: voluitne* rarast? 509—528. 530—535 *F fol. LXXIII*

possent tectam aciem perrumpere: num tamen omnis
ferre iuvat supter densa testudine casus?
nec iam sufficiunt. nam qua globus imminet ingens,
immanem Teucri molem volvontque ruuntque,
quae stravit Rutulos late armorumque resolvit
tegmina. nec curant caeco contendere Marte
amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
missilibus certant.
parte alia horrendus visu quassabat Etruscam
pinum et fumiferos infert Mezentius ignis;
at Messapus ecum domitor, Neptunia proles,
rescindit vallum et scalas in moenia poscit.

Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,

TESTIMONIA. 513 sq. 'cum tamen . . . casus' Augustini regul. V 523 K. 514 Priscianus 1101 P. Donati ars IV 391 K. Arusianus VII 508 K. 'ferre . . . testudine' Pompeius V 277 K. 'subter d. t.' anecd. Helv. p. 217 Alcuini gramm. 2141 P. 'subter . . . casus' anecd. Helv. p. 265 523 schol. Bern. ge. I 13 524 Servius ge. I 264 525 Priscianus 731. 821 P. explan. in Don. IV 563 K. Marius Victorinus VI 123 K. Donatus ad Ter. hec. IV 4, 42 Servius Aen. XI 664 de schem. lex. p. 56 H. schol. Hor. carm. III 4, 3 'vos . . . precor' Sacerdos VI 450 K. Servius Aen. X 189 'vos o Calliope' Servius Aen. IX 255

VARIA LECTIO. 513 num *conieci: cf. prol.* 280. 366 CVM *libri, Augustinus* quam *Io. Schraderus* OMNES *P2* omſ c
514 iuuat *Mentel. alt.*, χ, *Prisciani Donati Pompeii* ω, *Arusianus*
I v
IUUAT (IUU *m. rec. in ras.*, U *alt. fort. corr. ex* A) *F* iubat *c*
A
iubat γ, *Donati Leid., Prisciani et Pompeii* φ IVBET *P* iubet
I E
*Donati et Prisciani* φ LUBAT *M* LIBET *Rbm*, *Augustinus*
515 nam qua] nam *eras.*, ſed qua *suprascr.* γ 516 VOLVVNT
v
*FMRbc* uolunt γ VOLVNT *P* 517 Volscos *Peerlkampus*
i
armorum] MVRORVM *F* 522 igneſ γ IGNES *FP2Rbc*
523 at *suprascr.* γ At (A *m. 2 in ras.*) *b* EQVvM *P* EQVVM
A
*FRγbc* 524 scalas in] SCALISASAD (SCAL *m. 2, item reliqua, quorum loco m.* 1 *scriptum fuisse videtur* IMAS, S *ante* AD
in
*eras.*) *P* ſcalaſ ad γ ſcalaſ in (in *m. 2 in ras.*) *b* ſcalaſ ad *c, Servius ge.* I 264. *Fortasse poeta* scalas iam ad *scripserat* 525 Calliopa *Sacerdotis cod.*

quas ibi tum ferro strages, quae funera Turnus
ediderit, quem quisque virum demiserit Orco;
et mecum ingentis oras evolvite belli.

Turris erat vasto suspectu et pontibus altis,
opportuna loco, summis quam viribus omnes
expugnare Itali summaque evertere opum vi
certabant. Troes contra defendere saxis
perque cavas densi tela intorquere fenestras.
princeps ardentem coniecit lampada Turnus
et flammam adfixit lateri, quae plurima vento
corripuit tabulas et postibus haesit adesis.
turbati trepidare intus frustraque malorum
velle fugam. dum se glomerant retroque residunt
in partem, quae peste caret, tum pondere turris
procubuit subito et caelum tonat omne fragore.
semineces ad terram, immani mole secuta,
confixique suis telis et pectora duro
transfossi ligno veniunt. vix unus Helenor
et Lycus elapsi. quorum primaevos Helenor,
Maeonio regi quem serva Licymnia furtim
sustulerat vetitisque ad Troiam miserat armis,

---

et meministis enim, divae, et memorare potestis. 529

---

TESTIMONIA. 528 Macrobius Sat. VI 1, 18 535 Isidorus orig. IX 3, 21 537 'et . . . adesis' Priscianus 892. 893 P. Arusianus VII 477 K. 'postibus h. a.' Servius Aen. IX 759 539 sq. 'dum... caret' Arusianus VII 506 K. 544 'Helenor' Probi cath. IV 16 K. 546 sq. Macrobius Sat. V 12, 9

---

VARIA LECTIO. 526 SIBI *R* TVM *FRb* TVNC *MPγc* 528 ingenteſ *c*1 529 = VII 645: *om. FMPγbcmψ*, *non legit Servius* 531 omniſ *γ*1*c* 533 TROESACRICONTRA *R* 537 pontibus *Io. Schraderus* ADESIS *Pγb*, *testantur Servius et Priscianus* (adessis *Prisciani φ*) ADHESSIS *R* ADESIS (HA *supra*) *M* ad.eſiſ *c* adhaesis *Arusiani Parrh.* 540 tum] T *in ras. P* 545 *om., m. rec. in mg. add. γ, legit Servius* LUCUS (I *supra*) *M* licuſ (l *in ras.*) *b* PRIMAEVOS *P* PRIMAEVVS *MRc* pri.-m..uſ *b*1

ense levis nudo parmaque inglorius alba;
isque ubi se Turni media inter milia vidit,
hinc acies atque hinc acies adstare Latinas:
ut fera, quae densa venantum saepta corona
contra tela furit seseque haut nescia morti
inicit et saltu supra venabula fertur,
haut aliter iuvenis medios moriturus in hostis
inruit et, qua tela videt densissima, tendit.
at pedibus longe melior Lycus inter et hostis
inter et arma fuga muros tenet altaque certat
prendere tecta manu sociumque attingere dextras.
quem Turnus, pariter cursu teloque secutus,
increpat his victor: 'nostrasne evadere, demens,
sperasti te posse manus?' simul arripit ipsum
pendentem et magna muri cum parte revellit:
qualis ubi aut leporem aut candenti corpore cycnum
sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis
quaesitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a stabulis rapuit lupus. undique clamor
tollitur: invadunt et fossas aggere complent;
ardentis taedas alii ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo atque ingenti fragmine montis
Lucetium portae subeuntem ignisque ferentem,

---

TESTIMONIA. 548 Nonius 554, 24 'parmaque i. a.' Servius Aen. VII 796 550 expl. in Don. IV 564 K. adn. 551—553 Macrobius Sat. V 13, 25 552 'contra t. f.' Acro ad Hor. carm. III 2, 9 553 'supra v. f.' Nonius 555, 29 557 sq. 'altaque . . . dextras' Priscianus p. 743 P. 559 sq. 'quem . . . victor' Nonius 329, 17 560 sq. 'nostrasne . . . manus' Nonius 294, 5 563—567 Macrobius Sat. V 12, 12 566 'Martius . . . lupus' schol. Hor. carm. I 17, 9 569 'atque . . . montis' Charisius I 131 K.

---

VARIA LECTIO. 552 f$^{r}$uit $\gamma$2 R V IT (V *in ras.*) *P* ruit $\gamma$1 NECIAMORTI *R* MORTIANESCIA *P* 554 HOSTES *R* 555 QUAĖ *M* 557 *Post* arma *interp.* *MP* 558 saxa *Moret. pr.* DEXTRA *R* 565 matri$^{f}$ $\gamma$ MATRIS *Rc* 567 fossas] FOSSASADQ· *R* 568 ARDENTES *R* 570 SVBEVNTEMIGNES *R$\gamma$*1 ſubeuntem ignẽ *b* SVBEVN-

Emathiona Liger, Corynaeum sternit Asilas,
hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta,
Ortygium Caeneus, victorem Caenea Turnus,
Turnus Ityn Cloniumque, Dioxippum Promolumque
et Sagarim et summis stantem pro turribus Idan,
Privernum Capys. hunc primo levis hasta Themillae
strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
ad volnus tulit; ergo alis adlapsa sagitta,
et laevo adfixa est lateri manus, abditaque intus
spiramenta animae letali volnere rupit.
stabat in egregiis Arcentis filius armis,
pictus acu chlamydem et ferrugine clarus Hibera,
insignis facie, genitor quem miserat, Arcens,
eductum Martis luco Symaethia circum

---

TESTIMONIA. 571 'Corinaeum s. Asilas' Macrobius Sat. V 15, 10 572 cf. Servius Aen. V 68 576 sq. 'hunc... strinxerat' Nonius 403, 12 'leuis . . . strinxerat' schol. Med. ecl. IX 61 'letali v.' Augustini regul. V 500 K. 581—585 Macrobius Sat. V 19, 15 581 (om. 'in') Arusianus VII 510 K. 582 'pictus a. chlamydem' schol. Persii I 18 schol. Hor. serm. I 1, 5 'et f. c.' Servius ge. I 467 'et . . . Hibera' Servius Aen. XI 772 Acro ad Hor. epod. V 21 'ferrugine c. H.' Isidorus orig. XIX 28, 6 583 schol. Veron. 82, 8 K.

---

VARIA LECTIO.

TE · ~~GMINIS~~ (M *supra*) (E *ante* G *corr. ut vid. in* `I, *in mg. m. rec.* ignef) *P* 571 Asilas *demum* X 175 *cum Aenea Tuscis ab oris advenire narratur* 574 Itym *χ* DIOXIPPUMQ· *R* promulum *yb1c* 575 IDAM *Pybc* 577 STRIXERAT *R* 578 uolnuſ (v *supra*) *y* VVLNVS *Rbc* ſagitta ẽ (ẽ *in ras.*) *b* ſagitta eſt *c* 579 ADFIXAEST *Py*, *Servius in lemm.*, *ut Ovidii metam.* XII 387 INFIXAEST *MRbc: cf.* I 45 manus] eminus *Gemoll* ~~ATQ~~·ADDITA (Q· *supra*) (D *pr. corr. in* B) *M* a.ditaque *b* 580 uolnere (v *supra*) *y* VVLNERE *Rbc* rumpit *bmχ* 581 *sqq. cf.* VII 762 *sqq.* XI 769 *sqq.* 583 '*ordo est* stabat Arcentis filius Arcens in armis egregiis: *nam non congruit ut huius filii intermisso nomine bis fiat patris commemoratio*' *Servius* 584 MARTIS *MPRbψ*, *testatur Servius Dan.* matiſ (r *supra*) *c* matriſ *y*, *Macrobii ω* SYMETHIA *M* sumoetia *Mentel. pr.* ſimoethia *b2* SHYMETHIA *P* ſimethya *c* SIMOENTAQVE *R* ſ . . . thia *b1* Symaethia *Servius*

flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici:
stridentem fundam positis Mezentius hastis
ipse ter adducta circum caput egit habena
et media adversi liquefacto tempora plumbo
diffidit ac multa porrectum extendit harena.

Tum primum bello celerem intendisse sagittam
dicitur ante feras solitus terrere fugaces
Ascanius fortemque manu fudisse Numanum,
cui Remulo cognomen erat, Turnique minorem
germanam nuper thalamo sociatus habebat.
is primam ante aciem digna atque indigna relatu
vociferans tumidusque novo praecordia regno
ibat et ingentem sese clamore ferebat:
'non pudet obsidione iterum valloque teneri,
bis capti Phryges, et morti praetendere muros?
en qui nostra sibi bello conubia poscunt!
quis deus Italiam, quae vos dementia adegit?
non hic Atridae nec fandi fictor Ulixes:

TESTIMONIA. 587 Nonius 243, 11. 246, 28 588 sq. Priscianus 890 P. 588 'liquefacto t. p.' Servius Aen. I 44 593 'cui ... erat' Cledonius V 35 K. Pompeius V 140 K. Arusianus VII 494 K. Servius Aen. I 267 ge. III 148 (item schol. Bern.) de schem. lex p. 55 H. 595 ult. syll. IV 253 K. 596 'tumidusque ... regno' de schem. lex. p. 55 H. 598 'non ... iterum' ult. syll. IV 245 K. 599 'bis c. P.' Servius Aen. XI 306 Macrobius Sat. IV 3, 7 de schem. dian. p. 61 H. 600 Servius Aen. IV 213 'en qui n.' Sacerdos VI 443 K. 602 Priscianus 1196 P.

VARIA LECTIO. 585 *cf.* VII 764 PALICI *MPγbcψ*, *confirmant singularem numerum Servius Dan. et Macrobius* PAICI *R* Palicis *Peerlkampus* Palicum *Cerda* Palici *ut nominativum pluralis commate post* ara *posito olim Wagnerus, qui lectt. Verg.* 413 *genetivum singularis defendit Ovidii epist. ex Ponto* II 10, 25. *Eundem locum et Firmici astron.* I *praef. laudaverat Otto Iahnius in philologi* I 648 586 (H)ASTIS *M* haſtiſ, at armiſ *γ* ARMIS *Rcm, ut* X 52 587 habenas *Nonii* 243 *exempl.* 599 MORTE *M*1 Marti *γ*, '*aliquot antiqui*' *Pieriani, non male.* morti *Servius legit* PR(AE)OTENDERE *M* 600 poſ(c)ant *b*

durum a stirpe genus natos ad flumina primum
deferimus saevoque gelu duramus et undis,
venatu invigilant pueri silvasque fatigant,
flectere ludus equos et spicula tendere cornu.
at patiens operum parvoque adsueta iuventus
aut rastris terram domat aut quatit oppida bello.
omne aevom ferro teritur, versaque iuvencum
terga fatigamus hasta; nec tarda senectus
debilitat vires animi mutatque vigorem:
canitiem galea premimus, semperque recentis
comportare iuvat praedas et vivere rapto.
vobis picta croco et fulgenti murice vestis,
desidiae cordi, iuvat indulgere choreis,
et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.
o vere Phrygiae (neque enim Phryges), ite per alta
Dindyma, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.

---

TESTIMONIA. 603—607 'natos . . . deferimus usque at p. operum' Servius Aen. V 730 605 'venatu i. p.' Arusianus VII 484 K. Philargyrius ge. IV 158 'silvasque f.' Servius Aen. VIII 94 607 'parvo... iuventus' comm. Bern. Lucani IV 374 U. Servius ge. II 168 608 Nonius 272, 17 609 'omne . . . teritur' Priscianus 1177. 1197 P. 609 sq. 'versaque...hasta' Charisius I 271 K. Diomedes I 377. 451 K. Donati ars IV 395 K. Cledonius V 29 K. Pompeius V 295 K. Sacerdos VI 454 K. Albini orthogr. VII 311 K. Nonius 304, 3 Isidorus orig. I 33, 12 610 Charisius I 14 K. Dositheus VII 388 K. 'terga f. h.' Diomedes I 430 K. Servius in Don. IV 424 K. Sergius de syllaba IV 479 K. Pompeius V 110. 117 K. Consentius V 399 K. Marius Victorinus VI 28 K. inc. de fin. VI 230 K. Beda VII 231 K. fragm. Bob. de littera VII 539 K. Martianus Capella III 278 612 'canitiem g. p.' Seneca de otio I 4 Nonius 365, 12 614 Nonius 3, 16 615 'iuvat i. c.' Servius Aen. VI 644 616 Gellius VI 12, 6 Nonius 350, 22. 536, 22 617 'o v. P.' schol. Iuv. II 65 'o . . . Phryges' Nonius 3, 18 Servius Aen. I 468 IV 215 Macrobius Sat. V 9, 13 schol. Lucani V 358 617 sq. 'ite . . . Dindyma' Acro ad Hor. carm. I 16, 5 'ite . . . cantum' schol. Hor. carm. IV 1, 22

---

VARIA LECTIO. 603 ab *Sprotianus* 604 duro, at feuo *c* DVRO *Py* 607 *cf. ge.* II 472 At (A *in ras.*) *b* et *π* 609 aeuom (v supra u) *γ* AEVVM *MRbc* 610 sera *Leid. pro varia lectione.* 'sera senectus: *in aliis* tarda senectus' *Servius* 612 RECENTES *Rc* 613 *cf.* VII 749 et *in ras. b* 616 *ante* 615 *poni malit Heynius*

tympana vos buxusque vocat Berecyntia Matris
Idaeae: sinite arma viris et cedite ferro.'

Talia iactantem dictis ac dira canentem
non tulit Ascanius, nervoque obversus equino
intendit telum diversaque bracchia ducens
constitit, ante Iovem supplex per vota precatus:
'Iuppiter omnipotens, audacibus adnue coeptis.
ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona
et statuam ante aras aurata fronte iuvencum
candentem pariterque caput cum matre ferentem,
iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.'
audiit et caeli genitor de parte serena
intonuit laevom, sonat una fatifer arcus:
ecfugit horrendum stridens adducta sagitta
perque caput Remuli venit et cava tempora ferro
transigit. 'i, verbis virtutem inlude superbis!
bis capti Phryges haec Rutulis responsa remittunt.'

---

TESTIMONIA. 619 sq. 'tympana . . . Idaeae' schol. Hor. carm. III 19, 18 'buxusque . . . Idaeae' Servius Aen. XII 766 619 Cledonius V 40 K. 624 Cledonius V 29 K. 625 Servius ecl. IV 49 627 Servius Aen. V 366 ge. II 395 (item schol. Bern.) Macrobius Sat. III 5, 8 'et . . . aras' schol. Lucani I 611 627—629 'statuam . . . harenam' (om. 628) Servius Aen. III 21 627 sq. 'iuvencum c.' de dub. nom. V 573 K. 631 'intonuit l.' Diomedes I 348 K. 634 'i . . . superbis' Arusianus VII 479 K. 'verbis...superbis' Servius Aen. II 64 635 cf. v. 599

---

VARIA LECTIO. 619 uocant *bcχ* 620 ce.dite *c* caedite *γb* 'cedite . . . *aut* caedite' *Servius* 622 obuerſuſ equino *m. rec. in ras. c* conversus equino *Dorvill. m.* 2 623 *m. rec. in mg. add. c* INTENDIT *Pγc ut* 590. 665 CONTENDIT *MRb ut* V 513 XII 815 627 FRONDE (T *suprascr.*) *P* 629 = *ecl.* III 87: *om. Goth. tert.* 630 AUDIT *R* 631 LAEVVM *P2Rγb* leuum *c* LETIFER *Pγcm, ut* X 169 632 Ecfugit *b*1 ETFVGIT *PRγ2c, Pieriani* EFFUGIT *Mγ*1 'et fugit, *melius* effugit (etfugit *φ*) *legitur' Servius* ADLAPSA *Pγ, ut* 578 *et* XII 319 elapſa *cm* 633 CAPVTTREMVLI *MP* 634 TRANSIGIT *P* TRANSADIGIT *R: cf.* XII 276 Tranſiit *ut vid. γ*1: *cf.* 413 XII 926 TRAICIT *M ut* X 400 XI 685 Traicit *b* Traiecit (e *suprascr.*) *γ2cm* ·I· *suprascr. M, eras. b, om. Rm* ii *eras. γ cf. prol.* 310

hoc tantum Ascanius. Teucri clamore secuntur
laetitiaque fremunt animosque ad sidera tollunt.
aetheria tum forte plaga crinitus Apollo
desuper Ausonias acies urbemque videbat,
nube sedens, atque his victorem adfatur Iulum:
'macte nova virtute, puer: sic itur ad astra,
dis genite et geniture deos. iure omnia bella
gente sub Assaraci fato ventura resident,
nec te Troia capit.' simul haec effatus ab alto
aethere se misit, spirantis dimovet auras
Ascaniumque petit. forma tum vertitur oris
antiquom in Buten (hic Dardanio Anchisae
armiger ante fuit fidusque ad limina custos,
tum comitem Ascanio pater addidit). ibat Apollo
omnia longaevo similis, vocemque coloremque
et crinis albos et saeva sonoribus arma,
atque his ardentem dictis adfatur Iulum:
'sit satis, Aenide, telis impune Numanum

TESTIMONIA. 637 'animosque . . . tollunt' Servius Aen. IX 649 641 'macte ... puer' Nonius 341, 29 Pompeius V 173. 188 K. Placidus CGL V 115 G. Servius Aen. XI 855 schol. Hor. serm. I 2, 31 'sic ... astra' Seneca epist. 48, 11. 73, 15 642 'dis . . . deos' Servius Aen. I 6 V 45 X 228 schol. Hor. carm. IV 5, 1 644 'nec . . . capit' Servius Aen. I 5 VII 158 VIII 363 647 sq. 'hic ... custos' Priscianus 1177 P. 'qui Dardanio . . . custos' Servius Aen. I 726 651 'et ... arma' Servius Aen. IX 657 653 sq. 'sit ... tuis' Priscianus 583. 730. 1244 P. 653 'sit s. Aenide' ult. syll. IV 248 K.

VARIA LECTIO. 641 sic] hac *Seneca epist.* 73 643 reſi-dent (e *post. corr. ex* u, *ut vid.*) γ residunt χ 645 SEMISIT
mi
*P*γ1 ſenſit *c* SEMITTIT *M*γ2*b* SEMITTITET *R* SPIRANTES *M*2 DEMOVET *R* 646 FORMA *PRbc* formā γ FORMAM *M*, *Bentleius: cf.* XII 224 647 ANTIQVOM *P*1 ANTIQVVM
A
*P*2*Rybc* ANTIQU·OM *M* butem *c* qui *Servius Aen.* I 726 649 Tunc *b* Hunc *c* 650 *sq.: cf.* IV 558 *sq.* 651 CRINES *R* FLAVOS *R*, *m. rec. in ras. c: ex* IV 559 653 aeNIdę (NI *in ras. trium litt.*) *b* AENEADAE *R* aeneidae χ Aenide *testantur Servius et Priscianus* *Post* telis *interp. P* NVMANVM (N *alt. in ras. m.* 1 *fort.* LI) *P* numanum (a *in ras.*) *b*

oppetiisse tuis; primam hanc tibi magnus Apollo
concedit laudem et paribus non invidet armis:
cetera parce, puer, bello.' sic orsus Apollo
mortalis medio aspectus sermone reliquit
et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
adgnovere deum proceres divinaque tela
Dardanidae pharetramque fuga sensere sonantem.
ergo avidum pugnae dictis ac numine Phoebi
Ascanium prohibent, ipsi in certamina rursus
succedunt animasque in aperta pericula mittunt.
it clamor totis per propugnacula muris,
intendunt acris arcus ammentaque torquent.
sternitur omne solum telis, tum scuta cavaeque
dant sonitum flictu galeae, pugna aspera surgit:
quantus ab occasu veniens pluvialibus haedis
verberat imber humum, quam multa grandine nimbi
in vada praecipitant, cum Iuppiter horridus austris
torquet aquosam hiemem et caelo cava nubila rumpit.

Pandarus et Bitias, Idaeo Alcanore creti,
quos Iovis eduxit luco silvestris Iaera
abietibus iuvenes patriis et montibus aequos,

TESTIMONIA. 656 'cetera . . . bello' Servius Aen. X 133 656 sq. 'sic . . . mortalis visus' Diomedes I 377 K. 660 'pharetramque . . . sonantem' Servius Aen. IV 149 661 sq. 'ergo . . . prohibent' Priscianus 1123 P. 661 'ergo . . . dictis' Arusianus VII 450 K. 666 'sternitur . . . telis' Nonius 389, 16 668 sq. 'quantus . . . humum' Porphyrio ad Hor. carm. III 7, 6 668 'quantus ab o.' ult. syll. IV 235 K. 'pluvialibus h.' Servius ge. I 204 schol. Hor. carm. III 1, 24 Acro ad Hor. carm. III 7, 6 671 'torquet a. hiemem' Servius Aen. I 108 VIII 429 674 'abietibus i.' Cledonius V 30 K.

VARIA LECTIO. 654 OPPETIıSSE *P* Opp&iſſe *γ* OPPETISSE *MR, Prisciani φ* 657 Mortaleſ *c* ASPECTV *MPR* aſpectu, *in mg.* at uiſuſ *γ*: *cf.* IV 277 visus *Diomedes* 658 = IV 278 661 AC *fort. in ras. R* ET *M* 664 ID *Pγ* CLAMOR TOTIS· *P* totiſ clamor *c* 665 acreſ *c* 667 fluctu *γ1* ADFLICTV *R* ATFLICTU *M* ad flictum *Paldamus* 'flictu *pro* adflictu' *Servius* 668 HERBIS *R* 671 LUMINA (NUBIL *sup.*) *M* 674 PATRIISIVVENES *Pγc* AEQVAS (AS *eras.*, A *corr. in* I) *P* aequiſ *γ1*

portam, quae ducis imperio commissa, recludunt,
freti animis, ultroque invitant moenibus hostem.
ipsi intus dextra ac laeva pro turribus adstant,
armati ferro et cristis capita alta corusci:
quales aëriae liquentia flumina circum,
sive Padi ripis Athesim seu propter amoenum,
consurgunt geminae quercus intonsaque caelo
attollunt capita et sublimi vertice nutant.
inrumpunt aditus Rutuli ut videre patentis
continuo Quercens et pulcher Aquiculus armis
et praeceps animi Tmarus et Mavortius Haemon
agminibus totis: at versi terga dedere

---

TESTIMONIA. 675—682 Macrobius Sat. V 11, 26 675 Nonius 249, 12 Servius Aen. III 428 676 'freti armis' Arusianus VII 474 K. 677 Servius Aen. VIII 653 'pro t. a.' Charisius I 234 K. 679 sq. 'quales . . . Padi ripas' Diomedes I 464 K. 680 Priscianus 981 P. 684 'pulcher quoque Aquiculus' Macrobius Sat. V 15, 8 685 Priscianus 1122 P. 'Mavortius Haemon' Macrobius Sat. V 15, 8

---

VARIA LECTIO. 675 est commissa *Macrobii Salisb. cf. prol.* 181 676 animis *Bentleius, Peerlkampus: cf.* 703 ARMIS *libri cf. prol.* 367 umeris *conl.* 725 *Kvičala* 678 CORUSCANT *M* coruscis *Macrobii exempl.* 679 QUALIS *M* LIQUENTIA *MPR, Diomedis exempl.* lique.tia (*erasa* n) *γb* liquetia *c, Oblongus Pierii, χ* 'Liquetia *legendum est, non* liquentia' *Servius: cf. Plinius n. h.* III 18, 126, *qui* Liquentiam *appellat. Inde a Vergilio adiectivum* Liquentia *factum esse sibi persuasit Paldamus* 680 ripas *Diomedis exempl.* athesin *b* 683—687 *sic distinxi.* patentis. Continuo . . . Haemon agminibus totis aut versi *Servius et reliqui. Non assentiendum censeam si quis propter v.* 693 *verba v.* 683 aditus . . . patentis *interpolata vel adeo reliqua sic in artum contrahenda suspicetur:* inrumpunt Quercens *e. q. s.* 683 PATENT.S *R* patentes, at patentis *γ* PA[T]ENTES *P2c* 684 Q·RECENS (E *pr. m. rec. in ras.*) *M* quer[c]ens *γ* Querquens '*antiqui aliquot' Pieriani* QVERCVS *R* AQVICOLVS (O *corr. in* V) *R* 685 TMAROS *R* MARUS *M, Prisciani Bong.* (*ut apud Silium* VI 74. 98. 136), *defensum a Wagnero lectt. Verg.* 338 ma.rus *b: cf. Fleckeiseni annal.* LXXVII 196 *prol.* 447 686 at versi *scripsi* [VT] AVERSI *P* AVTVERSI (AVT *in ras. duarum litt.*) *R* AVTVERSI (I *corr. ex* E) *M* autuersi *bc* aut.uersi *γ*2 ut.auersi *γ*1 adversi *Parrhas.*

aut ipso portae posuere in limine vitam.
tum magis increscunt animis discordibus irae;
et iam collecti Troes glomerantur eodem
et conferre manum et procurrere longius audent.

Ductori Turno diversa in parte furenti
turbantique viros perfertur nuntius, hostem
fervere caede nova et portas praebere patentis.
deserit inceptum atque immani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam fratresque superbos.
et primum Antiphaten (is enim se primus agebat),
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
coniecto sternit iaculo; volat Itala cornus
aëra per tenerum stomachoque infixa sub altum
pectus abit: reddit specus atri volneris undam
spumantem, et fixo ferrum in pulmone tepescit.
tum Meropem atque Erymanta manu, tum sternit Aphidnum,
tum Bitian ardentem oculis animisque frementem
non iaculo (neque enim iaculo vitam ille dedisset),
sed magnum stridens contorta falarica venit,
fulminis acta modo, quam nec duo taurea terga
nec duplici squama lorica fidelis et auro
sustinuit: conlapsa ruunt immania membra.
dat tellus gemitum, et clipeum super intonat ingens.

---

TESTIMONIA. 690 Nonius 268, 17 697 'nothum S. a.' Servius Aen. X 471 699 'aera p. t.' de dub. nom. V 571 K. 699 sq. 'sub ... abit' Augustini regul. V 523 K. 701 'et ... tepescit' Servius Aen. IX 417 705 sq. 'sed ... modo' Nonius 555, 14 709 'et ... ingens' Nonius 196, 23 'clipeum ... ingens' Cledonius V 40 K. Servius Aen. III 286

---

VARIA LECTIO. 687 IPSI *R* 689 Et (t *in ras.*) *c* eodem] INVNVM *R* *ut* 801 690 manum] gradum *Nonius: cf. ge.* III 169 *Aen.* VI 488 procedere *Moret. sec., Nonius* ardent *Leid.* 692 n$^{v}$ontiuſ *c* 693 patenteſ *c* 695 DARDANI$^{A}$VM *P* FRATRIS *M* 700 VOLNERIS *P1* VVLNERIS *MP2Rybc* 702 MEROPEN *R* ERYMANTHA *PRy* APHED$^{NI}$NUM· (E *corr. m. rec. in* I) *M* aphydnū *b* afidnim *γ* AFIDVM *P* ACHIDNVM *R* 705 falarica *Servius et Nonius* PHALARICA *libri*

talis in Euboico Baiarum litore quondam
saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
constructam ponto iaciunt; sic illa ruinam
prona trahit penitusque vadis inlisa recumbit:
miscent se maria, et nigrae attolluntur harenae;
tum sonitu Prochyta alta tremit durumque cubile
Inarime Iovis imperiis imposta Typhoeo.

Hic Mars armipotens animum viresque Latinis
addidit et stimulos acris sub pectore vertit
immisitque Fugam Teucris atrumque Timorem.
undique conveniunt, quoniam data copia pugnae
bellatorque animo deus incidit.
Pandarus ut fuso germanum corpore cernit
et quo sit fortuna loco, qui casus agat res,
portam vi magna converso cardine torquet,
obnixus latis umeris, multosque suorum
moenibus exclusos duro in certamine linquit:

---

TESTIMONIA 716 Priscianus 736 P. Servius Aen. III 578 schol. Lucani V 101 717 sq. 'hic ... addidit' Servius Aen. X 21 720 'quoniam ... pugnae' comm. Bern. Lucani III 693 U. 723 'qui ... res' Charisius I 91 K. 725 'obnixus l. u.' Diomedes I 375 K.

---

VARIA LECTIO. 710 QVALIS *Pybcm, ut* I 430. 498 II 223. 471 IV 143 V 213. 273 VI 784 VIII 589 IX 563 X 565 XI 492 *ge.* III 196 IV 511 714 *cf.* III 557 tolluntur (at *sup.*; *corr. m. rec.*) *b* 715 Tum (T *m.* 2) *b* PROCVTHA (O *sub* C) *R* 716 INPOSTAQVE *R* TYPHEO *P* TYPHAEO *M* 717 UIRES (E *corr. ex* I) *M* 718 *cf.* VI 101 719 FVROREM (F *corr. in* T, IM *sup.*) *P* 721 ANIMOS *M* animo. *c* animis *Goth. tert.* animos *probavit post Heinsium Naekius ad Catonis Dir.* 63 *p.* 98, *Vergilii esse negat Lachmannus Lucr.* 242 722 cernit, *add. m.* 2 ·A· uidit *b* VIDIT *Pyc* 723—794 *admodum corrosis foliis duobus R* 723 QVIS *PRy*1*b*2: *cf. prol.* 291 qui *testatur Charisius* 724 *in mg. add.* A *M* MAGNA *M, ut ge.* I 169 IV 174 MVLTA *PRybc: cf. ge.* III 220 *Aen.* I 271 *al.* multa vi *m* 725 *sq. hic om., sed sequuntur in textu post v.* 732, *praeterea add. ima pag. litteris minoribus in ras. et adpositis notis* B C *M*

ast alios secum includit recipitque ruentis,
demens, qui Rutulum in medio non agmine regem
viderit inrumpentem ultroque incluserit urbi,
immanem veluti pecora inter inertia tigrim.
continuo nova lux oculis effulsit, et arma
horrendum sonuere; tremunt in vertice cristae
sanguineae, clipeoque micantia fulmina mittit:
adgnoscunt faciem invisam atque immania membra
turbati subito Aeneadae. tum Pandarus ingens
emicat et mortis fraternae fervidus ira
effatur: 'non haec dotalis regia Amatae,
nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
castra inimica vides; nulla hinc exire potestas.'
olli subridens sedato pectore Turnus
'incipe, siqua animo virtus, et consere dextram:
hic etiam inventum Priamo narrabis Achillem.'
dixerat. ille rudem nodis et cortice crudo
intorquet summis adnixus viribus hastam:
excepere aurae; volnus Saturnia Iuno
detorsit veniens, portaeque infigitur hasta.

---

TESTIMONIA. 728 'Rutulum . . . regem' Servius Aen. IX 780 730 Priscianus 757 P. 731 'continuo . . . effulsit' Servius Aen. IX 109 732 sq. 'tremunt . . . mittunt' Macrobius Sat. V 13, 35 737 'non . . . Amatae' Servius Aen. XI 369 742 'hic . . . Priamo n.' ult. syll. IV 247 K. 'hic e. i.' ult. syll. IV 251 K. 744 'adnixus v. h.' Diomedes I 375 K.

---

VARIA LECTIO. 727 *in mg. nota* D *M* RUENTES *M2c* 730 TIGRIN *Pγ* tigrim *testatur Priscianus* 731 OFFVLSIT *R*, *Bentleius ut* 110 effulsit *confirmat Servius Aen.* IX 110 732 *in mg.* A *M* tremunt *m. rec. suprascr. c* sub vertice *Macrobii exempl.* criſtę *m. rec. add. c* *Hic sequuntur* 725 *et* 726, *sed nota* ϴ *utrimque in mg. adposita in M* 733 *in mg.* B *M* CLIPEI *P* clipe.[al o] *γ* MITTET (E *corr. in* I) *M* mittunt[al tit] *γ* MITTVNT *PR*, *Macrobii exempl.* nutant *χ* 736 FORTIS (F corr. M) *M* fraterna *γ* IRA·E *M* 737 affatur *m* 738 PATRIS *R* 741 ANIMI *R* 743 rudĕ *m.* 2 *suprascr. b* 745 VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *MRγbc*

'at non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
effugies; neque enim is teli nec volneris auctor',
sic ait et sublatum alte consurgit in ensem
et mediam ferro gemina inter tempora frontem
dividit inpubesque immani volnere malas.
fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus;
conlapsos artus atque arma cruenta cerebro
sternit humi moriens, atque illi partibus aequis
huc caput atque illuc umero ex utroque pependit.
diffugiunt versi trepida formidine Troes:
et si continuo victorem ea cura subisset,
rumpere claustra manu sociosque immittere portis,
ultimus ille dies bello gentique fuisset;
sed furor ardentem caedisque insana cupido
egit in aversos.
principio Phalerim et succiso poplite Gygen
excipit; hinc raptas fugientibus ingerit hastas
in tergus (Iuno vires animumque ministrat);

---

TESTIMONIA. 747 Isidorus orig. XVIII 7, 10   747. 749 'at ... versat, dixit et sublatum consurgit in e.' Servius Aen. II 468   755 Macrobius Sat. IV 3, 8   759 Nonius 417, 22   762 Priscianus 757 P.   763 sq. 'hinc ... tergus' Charisius I 71. 146 K. Nonius 414, 8 'ingerit h. in t.' Servius Aen. I 211   'et in tergum fugientibus i. h.' schol. Hor. carm. III 2, 16   764 'Iuno ... ministrat' Servius Aen. I 8 schol. Hor. a. p. 191

---

VARIA LECTIO. 747 vi] tibi *m*   LIBRAT *Pyc: cf.* X 421. 773 'versat, *librat iactat, et est Ennianum* (*inc. libr.* III)' *Servius Dan.*   748 ES *Pγ, m. rec. in ras. b*   teli *m. rec. in ras. b*   es leti *Schroeter*   VOLNERIS (O *corr. in* V) *P* VVLNERIS *MRγbc*   749 *Accuratius edocendus erat lector, Turnum loqui*   751 uolnere *γ* VVLNERE *MRbc*   752 ſonituſ *c*1   753 conlapſoſ (o *post. m.* 2) *γ* CONLAPSUS *MP*1*c*   757 ſi *m.* 2 *suprascr. c*   760 inſana, at inmſa *γ*: *cf.* VI 823 inſanda *m*   761 aversos *Bentleius* ADUERSOS *libri*   762 falarim *c, Prisciani ω* PHALARIN *Pγ* ararim *Prisciani φ*. *Terminationem in* im *testatur Priscianus*   763 *cf.* XII 330   hinc] IN *R*   764 TERGVS *R, testantur Charisius et Servius Aen.* I 211 TER-

addit Halyn comitem et confixa Phegea parma,
ignaros deinde in muris Martemque cientis
Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanimque.
Lyncea tendentem contra sociosque vocantem
vibranti gladio conixus ab aggere dexter
occupat (huic uno desectum comminus ictu
cum galea longe iacuit caput), inde ferarum
vastatorem Amycum, quo non felicior alter
ungere tela manu ferrumque armare veneno,
et Clytium Aeoliden et amicum Crethea Musis,
Crethea Musarum comitem, cui carmina semper
et citharae cordi numerosque intendere nervis.
[semper equos atque arma virum pugnasque canebat.]

---

TESTIMONIA. 766 Servius Aen. X 23 767 Priscianus 1026 P. Macrobius Sat. V 17, 17 (om. 'Haliumque') Diomedes I 448 K. 769 'conixus . . . dexter' Diomedes I 375 K. 773 Velius Longus VII 59 K. Cassiodorius VII 165 K. 'ungere t. m.' Probi inst. IV 184 K. Albini orthogr. VII 311 K. 'ferrum . . . veneno' Quintilianus VIII 6, 12 Macrobius Sat. VI 6, 17 schol. Veron. 81, 7 K. 774 sq. 'et amicum . . . comitem' Priscianus 737 P. 774 'et a. C. Musis' Arusianus VII 450 K. 775 'Crethea M. comitem' Servius Aen. XII 538 'Musarum c.' cf. Sacerdos VI 504 K. 777 'semper . . . virum' ult. syll. IV 250 K.

---

VARIA LECTIO.

M
GVS *P* TERGUM *Mybc*, *Nonii exempl.* (*sed lemm.* tergora) huic Iuno *schol. Hor.* 765 HALYN *Pγ* HALYM *MRbc* CON-
VM UM. a
FIXA *P* CONFIXA *M* confixum *γ* 766 CIENTES *P2Ryc* CLENTIS (L *m.* 1 *ut vid. corr. in* I, I *in* E) *M* 767 HALYUM *M* NOEMVNA *P* PHRYTANIM *M* PRYTANIN *P*, *Macro-*
M
*bii exempl.* pritanin *γ*, *Diomedis φ* 768 TENDENTES *M*
E
769 DEXTRA *M* dextra *c* 770 defectum *γ*1, *ut* VIII 438 DEIECTUM *MPγ2bc: cf.* X 319. 753 XI 642. 665. 833 DeieCTVM *R* 773 *cf.* X 140 UNGERE *M*, *testantur Servius, Velius Longus*, *Cassiodorius* ung.ere *γ*2 VNGVERE *Rγ1b*, *Probi Bob. m. pr.* VNGVERE (V *pr. in ras.*, *vid. fuisse* A[V]) *P* tingere *Bentleius ad Lucani* III 266 774 CLITIUM *Mb*1 777 *secundis curis poetam vix relicturum fuisse arbitratur Heynius*

Tandem ductores audita caede suorum
conveniunt Teucri, Mnestheus acerque Serestus,
palantisque vident socios hostemque receptum.
et Mnestheus 'quo deinde fugam, quo tenditis?' inquit.
'quos alios muros, quae iam ultra moenia habetis?
unus homo et vestris, o cives, undique saeptus
aggeribus tantas strages impune per urbem
ediderit? iuvenum primos tot miserit Orco?
non infelicis patriae veterumque deorum
et magni Aeneae, segnes, miseretque pudetque?'
talibus accensi firmantur et agmine denso
consistunt. Turnus paulatim excedere pugna
et fluvium petere ac partem, quae cingitur unda;
acrius hoc Teucri clamore incumbere magno
et glomerare manum. ceu saevom turba leonem
cum telis premit infensis, at territus ille,
asper, acerba tuens, retro redit, et neque terga
ira dare aut virtus patitur, nec tendere contra
ille quidem hoc cupiens potis est per tela virosque:
haut aliter retro dubius vestigia Turnus

---

TESTIMONIA. 782—787 Macrobius Sat. V 9, 14 783 'unus h.' Servius Aen. IX 760 783 sq. 'vestris . . . aggeribus' Servius Aen. XI 898 785 'primos iuvenum t. m. O.' Priscianus 602 P. 794 'asper . . . redit' Macrobius Sat. VI 1, 30 796 'potis e. p. t. per ignes' Arusianus VII 501 K.

---

VARIA LECTIO. 778 TANDEMIAM (IA *erasa ut vid.*) *R* 780 PALLANTIS *R* Palenteſ *c* 781 At *b* FVGA (M *supra*) *P* 782 *om. m* QVAEVEVLTRA *Pc* quaeue (at ia *supra*) ultra *γ* quae ultra iam *exc. Burmanniana* quaeue altera *Moret. sec.* aut quae iam *Macrobii ω* 785 primos iuvenum *Priscianus* 786 NON (NE *supra*) *M* deorum, at malorum *γ*: *cf.* XI 280 parentũ *m. ant. in ras. b*: *cf.* II 448 V 39. 576 789 PVGNAE *PR*: *cf.* X 441, *fortasse ut homoeoteleuton vitaretur* 790 unda] amni *bmχ*, *ut* 469 792 SAEVOM (O *corr. in* V) *P* SAEVVM *MRγbc* 793 AC *MR* 795 NEQVE *R* 796 occupienſ *γ* virosque] per ignes *Arusianus*, *ut* II 664. per hostes *Venet.*, *ut* II 358. 527 XII 682

inproperata refert, et mens exaestuat ira.
quin etiam bis tum medios invaserat hostis,
bis confusa fuga per muros agmina vertit;
sed manus e castris propere coit omnis in unum,
nec contra vires audet Saturnia Iuno
sufficere, aëriam caelo nam Iuppiter Irim
demisit germanae hau mollia iussa ferentem,
ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis.
ergo nec clipeo iuvenis subsistere tantum
nec dextra valet: iniectis sic undique telis
obruitur. strepit adsiduo cava tempora circum
tinnitu galea, et saxis solida aera fatiscunt,
discussaeque iubae capiti, nec sufficit umbo
ictibus: ingeminant hastis et Troes et ipse
fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor
liquitur et piceum (nec respirare potestas)
flumen agit; fessos quatit aeger anhelitus artus.
tum demum praeceps saltu sese omnibus armis
in fluvium dedit: ille suo cum gurgite flavo

---

TESTIMONIA. 803 sq. 'aëriam ... ferentem' Servius Aen. V 606 IX 2 806—814 Macrobius Sat. VI 3, 4 809 'tinnitu galeae' Pompeius V 308 K. 810 sq. 'nec . . . ictibus' Nonius 386, 8 810 'nec s. u.' schol. Lucani VII 608 814 'flumen a.' ult. syll. IV 224 K. 815 sq. 'tum . . . dedit' Nonius 387, 5 Priscianus 1208 P. 'saltu . . . dedit' Arusianus VII 466 K.

---

VARIA LECTIO. 798 EXTUAT *M* 799 hoſt$\overset{i}{e}$ſ *γ* HOSTES *P2c* 804 dimittit *Servius Aen.* V 606 hau$^{d}$ *c* haud *γb* HAVT *MPR* IUSSA *suprascr. M* 806 iuuenis clypeo *Mentel. pr.* CLIPEOS (S *fere abrasa*) *M* clypeus *Macrobii Salisb.* 807 obiectis *Macrobii exempl.* 808 STREPITU *M1γ1*
809 GALEAE *M*, *Pompeius* ET *sup. M* 812 tum] *an* cum *propter v.* 815? 814 '*Probus ait: commodius hic est* aeger *quam in quinto* (432), *quamvis consuetudo sit Vergilio ista mutandi. quidam* acer *legunt, et volunt in quinto* aeger *aptius dictum de sene, hic de iuvene* acer *melius convenire*' *Servius Dan.* acer *Bentleius praetulit* 815 ſaltu precepſ *in ras. γ2* 816 uaſto, at flauo *γ* VASTO *Pc, ut* I 118 III 197 VI 741 flavo *Servius in lemm.*

accepit venientem ac mollibus extulit undis
et laetum sociis abluta caede remisit.

VARIA LECTIO. 817 fugientem *m*, '*antiqui plerique*' *Pieriani*, *χ*

VERGILI· MARONIS· AENEIDOS ‖ LIBER· VIIII· EXPLIC· ‖ INCIPIT· LIBER· X· (*Sequentis folii pag. prior vacua relicta, in altera versus undecim, quos vide in Prolegom.*) *R* FINIT AENEIDOS LIB NONVS ‖ INCIPIT DECIMVS *γ* EXPLCT INCIPIT LIBER X *b*

# P. VERGILI MARONIS

# A E N E I D O S

## LIBER DECIMVS

Panditur interea domus omnipotentis Olympi,
conciliumque vocat divom pater atque hominum rex
sideream in sedem, terras unde arduus omnis
castraque Dardanidum aspectat populosque Latinos.
considunt tectis bipatentibus, incipit ipse:
'caelicolae magni, quianam sententia vobis
versa retro tantumque animis certatis iniquis?
abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
quae contra vetitum discordia? quis metus aut hos
aut hos arma sequi ferrumque lacessere suasit?
adveniet iustum pugnae (ne arcessite) tempus,

---

TESTIMONIA. Aeneidos X. 1 Quintilianus I 4, 28 IX 4, 49 Diomedes I 495. 496. 498 K. Priscianus 1271 P. Marius Victorinus VI 72. 119 K. Audacis exc. VII 383 K. schol. Hor. carm. II 12, 9 cf. schol. Veron. 102, 21 K. 2 Marius Victorinus VI 73 K. Macrobius Sat. VI 1, 10 'divum ... rex' Servius Aen. X 18 4 cf. schol. Veron. 102, 26 K. 5 'considunt t. b.' Servius Aen. I 374 'considunt t.' ult. syll. IV 253 K. 6 sq. 'caelicolae . . . retro' Servius Aen. V 13 'quianam . . . retro' explan. in Don. IV 559 K. 6 'quianam' schol. Veron. 102, 29 K. 8 Arusianus VII 450 K. Servius Aen. I 261 'abnueram' schol. Veron. 102, 31 K. 9 'aut hos' schol. Veron. 103, 1 K.

---

VARIA LECTIO. AENEIDOS X 1—26 *Veron. fol.* 260
1 *cf.* XII 791 2 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIVVM *MVγbc* 3 INSEDEM *suprascr. M, in ras. b* OMNES *MP2γb* 4 ADSPECTAT *M* ADSPECTAT *P* ſpectat *γ*, *Servius in lemm.* 6 qu$\overset{a}{\text{e}}$nã (enã *in ras.*) *b* quianam *testantur Servius et schol. Veron.* 7 certatur *Menag. alt.* 11 Adueniat *γ*

cum fera Karthago Romanis arcibus olim
exitium magnum atque Alpes immittet apertas:
tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.
nunc sinite et placitum laeti componite foedus.'

Iuppiter haec paucis; at non Venus aurea contra
pauca refert:
'o pater, o hominum rerumque aeterna potestas!
(namque aliud quid sit, quod iam implorare queamus?)
cernis ut insultent Rutuli Turnusque [feratur
per medios insignis equis tumidusque] secundo
Marte ruat? non clausa tegunt iam moenia Teucros:
quin intra portas atque ipsis proelia miscent
aggeribus moerorum et inundant sanguine fossas.
Aeneas ignarus abest. numquamne levari
obsidione sines? muris iterum imminet hostis
nascentis Troiae [nec non exercitus alter;]
atque iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides. equidem credo, mea volnera restant,

---

TESTIMONIA. 13 'Alpes i. a.' Isidorus orig. XIV 8, 18 schol. Luc. I 183 16 'Iuppiter h. p.' Servius Aen. X 621 'at... contra' Servius ge. I 431 18 ult. syll. IV 222 K. schol. Hor. carm. III 1, 5 'o pater' ult. syll. IV 222 K. 'potestas' schol. Veron. 103, 2 K. 20 'cernis . . . Rutuli' Grillius p. 605 H. 'tumidusque feratur' schol. Iuv. VIII 40 29 'equidem . . . restant' Servius Aen. VIII 385

---

VARIA LECTIO. 12 CARTHAGO *libri* 13 super Alpes mittet *Novák* 15 LAETIPLACIDUM *M* placidum *γ*2 placitum *Servius confirmat* 16 nun. *b*1 18 OHOMINVM *P* OMNIVM *R* diuumque *in ras., in mg.* † regũq; (g *corr. in* r) *b* diuũq: *cm, schol. Hor.: cf.* XII 829 20 SECU~~NDO~~ FERATVR *M* tumidusque feratur *schol. Iuvenalis* 21 *intra lineas insertus in M, interpretari conatur Servius: cf.* XII 478 *Non eques, sed pedes pugnaverat Turnus: cf. prol.* 83 22 CLAUS~~T~~RA *M: cf.* IX 758, *quo servato* non claustra tegunt, non moenia *Wakefieldus, non male* 24 *cf.* XI 382 MOERORVM (OE *corr. in* V) *P* moerorum (moe *in ras.*) *b* merorum *c*2 MURORUM *MRVγc*1 moerorum *Servius testatur* FOSSAS *Pγb, Servius fos*SAS *V* FOSSAE *MRc* 27 nec ... alter *hemistichium frigere sensit Heynius, non interpretatur Servius* 28 SURGET *Mγb* 29 VOLNERA (O *corr. in* V) *P* VVLNERA *Rγbc*

et tua progenies mortalia demoror arma.
si sine pace tua atque invito numine Troes
Italiam petiere, luant peccata neque illos
iuveris auxilio; sin tot responsa secuti,
quae superi manesque dabant: cur nunc tua quisquam
vertere iussa potest aut cur nova condere fata?
quid repetam exustas Erycino in litore classes,
quid tempestatum regem ventosque furentis
Aeolia excitos aut actam nubibus Irim?
nunc etiam manis (haec intemptata manebat
sors rerum) movet et superis inmissa repente
Allecto, medias Italum bacchata per urbes.
nil super imperio moveor: speravimus ista,
dum fortuna fuit; vincant quos vincere mavis.
si nulla est regio, Teucris quam det tua coniunx
dura, per eversae, genitor, fumantia Troiae
excidia obtestor, liceat dimittere ab armis
incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.
Aeneas sane ignotis iactetur in undis

---

TESTIMONIA. 31 Priscianus 999 P. 'si . . . tua' Alcuini gramm. 2140 P. 'si . . . numine' Servius Aen. IV 56 33 sq. 'si . . . dabant' schol. Hor. carm. saec. 37 34 'quae . . . dabant' Servius Aen. X 65 36 schem. dian. p. 74 H. Servius Aen. I 39 38 'aut . . . Irim' Servius Aen. X 78 39 sq. 'nunc . . . rerum' Grillius p. 606 H. 42 'nil . . . moveor' Diomedes I 413 K. Dositheus VII 416 K. Beda de orthogr. VII 288 K. 44 sq. 'si...dura' Servius Aen. X 72 de schem. dian. p. 61 H. 'quem . . . dura' Servius Aen. II 7 45 sq. 'per . . . obtestor' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 56 III 3, 9 hec. III 3, 27 47 'liceat s. n.' Sacerdos VI 455 K. Servius Aen. I 267

---

VARIA LECTIO. 31 Teucri *Prisciani* ω *exc. Sangall.* 33 si *schol. Hor.* 34 nu(nc) *b* 35 flectere *mχ* IVRA *R* POTES *R* 36 referam *m* memorem *Servius Aen.* I 39 *ut* VI 123. 601 VIII 483 37 FURENTES *Mc* 39 MANIS (I *corr. in* E) *P* MANES *Mybc* 40 MOUET (I *supra*) *M* 44 *Post* Teucris *interp. P* quam (a *in ras.*) *b* QVEM (A *supra*) *P* 45 'coniunx dura: *hic distinguendum' Servius* SPVMANTIA (F *supra*) *P* 48 PROCVL *R* pcul (cul *in ras.*) *c* sane *Servius Dan. testatur* iactetur ignotiſ (iactetur *in ras.*) *b* INVNDIS (VNDIS *eras.*, *m.* 2 ORIS) *P*: *cf. ge.* III 225 inoriſ, at inundiſ *γ*

et quacumque viam dederit Fortuna sequatur:
hunc tegere et dirae valeam subducere pugnae.
est Amathus, est celsa mihi Paphus atque Cythera
Idaliaeque domus: positis inglorius armis
exigat hic aevom. magna dicione iubeto
Karthago premat Ausoniam: nihil urbibus inde
obstabit Tyriis. quid pestem evadere belli
iuvit et Argolicos medium fugisse per ignis
totque maris vastaeque exhausta pericula terrae,
dum Latium Teucri recidivaque Pergama quaerunt?
non satius cineres patriae insedisse supremos
atque solum, quo Troia fuit? Xanthum et Simoenta
redde, oro, miseris iterumque revolvere casus
da, pater, Iliacos Teucris.' tum regia Iuno
acta furore gravi 'quid me alta silentia cogis
rumpere et obductum verbis volgare dolorem?
Aenean hominum quisquam divomque subegit
bella sequi aut hostem regi se inferre Latino?

---

TESTIMONIA. 50 Servius Aen. I 678 59 Arusianus VII 480 K. 63 sq. 'quid . . . vulgare' Nonius 182, 29 'quid . . . rumpere' Nonius 237, 26. 382, 27 Servius Aen. II 129 III 246 Macrobius Sat. IV 2, 2 63 'quid me a. s.' schol. Veron. 103, 5 K. 65 'Aenean h. q.' Diomedes I 430 K. ult. syll. IV 229 K.

---

VARIA LECTIO. 49 *cf.* XI 128 QVACVMQVE *P ut* XII 626, *Bentleius* QUAMCUMQUE *ceteri* 50 DVRAE *R* 51 amathoſ/// (hoſ *in ras.*) *b* est *om. m* CELSAMIHIPAPHUS *MPbc, et nisi quod* PAPHOS *Rm* celſa. mihi paphuſ *γ* CYTHERA, *add. in mg.* alta *P* ALTACYTHERA *R: cf.* 86 al..a cythera *γ*, *unde* celsa P. atque alta C. *Wagnerus* 53—77 *Veron. fol.* 241 53 EXIGET *Vb2c1* AEVOM (O *corr. in* V) *P* AEVVM *MRVγ1bc*

54 CARTHAGO *libri* NIL *Pγb* 56 IVVET *P* Iuu[it], at iuu& *γ* medioſ (oſ *in ras.*) *b* *ig*NIS *V* IGNES *MPRγbc* 58 REDIVIVA *R* 'recidiva . . *renascentia*' *Servius* 59 CINERES PATRIOS *R* PATRIAECINERES *Pγ* cineres Troiae *Arusianus* 62 TVM (T *in ras.*) *R* 64 OBDVITVM *V* VOLGARE (O *corr. in* V) *P* VVLGARE *MRVγ1bc* uigilare *m* 65 Aeneam *γc*, *Diomedis Par.* Aenean *testatur de ult. syll. anon.* DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIVVM *MVγbc*

Italiam petiit fatis auctoribus (esto)
Cassandrae impulsus furiis: num linquere castra
hortati sumus aut vitam committere ventis,
num puero summam belli, num credere muros,
Tyrrhenamque fidem aut gentis agitare quietas?
quis deus in fraudem, quae dura potentia nostri
egit? ubi hic Iuno demissave nubibus Iris?
indignum est Italos Troiam circumdare flammis
nascentem et patria Turnum consistere terra,
cui Pilumnus avos, cui diva Venilia mater:
quid face Troianos atra vim ferre Latinis,
arva aliena iugo premere atque avertere praedas?
quid soceros legere et gremiis abducere pactas,
pacem orare manu, praefigere puppibus arma?
tu potes Aenean manibus subducere Graium

---

TESTIMONIA. 67 Priscianus 747 P. 'fatis' schol. Veron. 103, 8 K. 68 'Cassandrae i. f.' Servius Aen. X 110 schol. Veron. 103, 9 K. schem. dian. p. 74 H. 'linquere c.' Diomedes I 441 K. 71 'Tyrrhenamque f.' Donatus ad Ter. Andr. IV 3, 1 72 sq. 'quis . . . Iuno' de schem. dian. p. 61 H. 'quae . . . egit' Servius Aen. X 44 74—77 (om. 76) de schem. dian. p. 61 H. 76 cf. schol. Veron. 103, 11 K. 'cui P. a.' Servius Aen. VI 619 'cui . . . mater' Arusianus VII 493 K. 'cui d. Venilia' Servius Aen. VI 90 78 'arva . . . premere' Nonius 192, 28 79 'et . . . pactas' Nonius 439, 12 Donatus ad Ter. hec. V 1, 21 Arusianus VII 453 K. 80 Servius Aen. I 183 'praefigere p. a.' Servius ge. I 255 81 de fin. syll. VI 626 K. 81. 84 (om. 82. 83) Isidorus orig. II 30, 13

---

VARIA LECTIO. 67 pètiit fatis *bc, Prisciani exempl.* PETIIT FATIS *M* PETITFATIS *PRV* peti.it fatiſ *γ* fatis petiit '*nonnulli admodum vetusti*' *Pieriani, quod probare videtur etiam Lachmannus Lucr.* 208 69 uentiſ, at teucriſ *γ ut* XII 60 ventis *Servius legit* 70 Non puero *γ* NONPVERO *P* 71 VE RVc, *in ras. b* aut] ET *R* genteſ *c* 72 NOSTRI *M: cf.* IV 237 VIII 514 NOSTRA *PRVγbc, Servii exempl., schem. dian.* 73 iuno/// *c* 74 succendere *schem. dian.* circumdare *Servius in lemm.: cf.* IX 153 76 AVOS (O *corr. in* V) *P* AVVS *MRγbc* AvoS *V* VENELIA *Pγ*1 VEN.LIA *V* 77 ATRAM *Pγ*1 atra *Servius* //ferre *b* 78 *sq. inverso ordine m* 78 p̄dā *c* 79 socios *Hoffmannus spicileg. crit.* 20 gremiis] generis *O. Mueller Herm.* XII 303 80 MANVET *R* 81 aeneam *ç*

proque viro nebulam et ventos optendere inanis,
tu potes in totidem classem convertere nymphas:
nos aliquid Rutulos contra iuvisse nefandum est?
"Aeneas ignarus abest": ignarus et absit.
est Paphus Idaliumque tibi, sunt alta Cythera:
quid gravidam bellis urbem et corda aspera temptas?
nosne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo
conamur? nos, an miseros qui Troas Achivis
obiecit? quae causa fuit, consurgere in arma
Europamque Asiamque et foedera solvere furto?
me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter,
aut ego tela dedi fovive Cupidine bella?
tum decuit metuisse tuis: nunc sera querellis
haut iustis adsurgis et inrita iurgia iactas.'

---

TESTIMONIA. 83 Servius Aen. IV 228 XII 320 85 Macrobius Sat. IV 6, 24 86 'Idaliumque nemus' (huc si pertinet) Servius Aen. I 681 'sunt a. Cythera' Servius Aen. I 657. 680 88 sq. 'aversa cum obelo (<—) ad ea ponitur quae ad aliquid respiciunt, ut nosne tibi Phrygiae . . . Achivis subegit' Isidorus de notis sententiarum I 20, 17 'aversa obelismene † in ore' (fort. 'initio eorum') 'ponitur, quae ad aliquid respiciunt ut nosne. t. f. frygiae' fragm. Paris. de notis VII 536 K. cf. prol. 150 89 sq. 'an . . . obiecit' Donatus in Ter. eun. V 7, 13 92 sq. Diomedes I 438 K. schol. Hor. carm. I 15, 13 92 Quintilianus IX 2, 49 Charisius I 276 K. Diomedes I 462 K. Servius Aen. I 526. 650 V 788 'me d. Dardanius' ult. syll. IV 232 K. 'me d.' Sacerdos VI 447 K. 94 'tum . . . tuis' Cledonius V 67 K. Arusianus VII 493 K. de schem. lex. p. 55 H. 95 'atque inrita i. i.' Servius Aen. I 102

---

VARIA LECTIO. 82 INANES *P2γ1c* 83 *om. Francianus: cf. Isidorus* tu *Marklandus ad Statii silv.* III 2, 81 ET *libri, Servii exempl.* CLASSES *Mc ut* 36, *Servii Aen.* IV 228 XII 320 *exempl., sed* classem *ad h. l.* 84 nos autem *Isidori Gud.* 2 contra Rutulos *Isidorus* 85 *Non persuasit Wagnerus, rectius distingui* absit: Est . . . Cythera. Quid *e. q. s.* 86 PAPHYS *R* 89 *Nulla post* nos *interp. P* 90 obiecit] subegit (*i. e.* subiecit) *Isidori Paris. teste Th. Mommseno in Bergkii et Caesaris diariis a.* 1845 *p.* 87 92 *sq. adfirmari per ironiam, non interrogari volunt Quintilianus Charisius Diomedes* 92 *subdistinctionem, hoc est punctum sub versu ponendum praecipit Diomedes* 93 fovique *schol. Hor.* 94 TVNC *PRγc, Arusiani ex., schem. lex.* QUERELLIS·SERA *M*

Talibus orabat Iuno, cunctique fremebant
caelicolae adsensu vario, ceu flamina prima
cum deprensa fremunt silvis et caeca volutant
murmura, venturos nautis prodentia ventos.
tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas,
infit (eo dicente deum domus alta silescit
et treme facta solo tellus, silet arduos aether,
tum zephyri posuere, premit placida aequora pontus):
'accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.
quandoquidem Ausonios coniungi foedere Teucris
hau licitum, nec vestra capit discordia finem:
quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,
Tros Rutulusne fuat nullo discrimine habebo.
[seu fatis Italum castra obsidione tenentur

---

TESTIMONIA. 96 'talibus o. Iuno' Servius Aen. IV 219. 437 'cunctique f.' ult. syll. IV 231 K. 100—103 Macrobius Sat. VI 2, 26 100 sq. 'tum . . . infit' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 50 101—103 Macrobius Sat. V 13, 38 101 'infit . . . alta' Cledonius V 59 K. 107 Nonius 404, 9 'quam . . . spem' schol. Med. ecl. X 49 108 expl. in Don. IV 557 K. 'Tros . . . fuat' Diomedes I 380 K. 'Tros Rutulusne' Consentius V 365 K.

---

VARIA LECTIO. 96 Iuno] DICTIS (T *superne eras.*) *P ut* VI 124 dictiſ, at iuno *γ* 98 depressa *Parrhas., Marklandus ad Statii silv.* I 2, 45, *refutatus ab Handio* deprensa *Servius Dan.* gemunt *Marklandus l. l.* 100 PRIMA *R* $\overset{\text{SUM}}{\text{PRIMA}}$ *M* SVMMA *Pbcm, Macrobii et Donati exempl.* ſumma, at prima *γ* 102 TREMIFACTA *R* solo] silet *Peerlkampus* $\text{ardu}\overset{\text{v}}{\text{o}}\text{ſ}$ *c* $\text{ard}\overset{\text{v}}{\text{u}}\text{ſ}$ *γ* ARDVVS *MPRb* 103 venti *Macrobii* VI 2, 26 *exempl.* placid[a] *c* 104 = III 250 105 $\text{AVSONI}\overset{\text{I}}{\text{O}}\text{S}$ *P* $\text{auſoni}\overset{\text{o}}{\text{i}}\text{ſ}$ *γ* auſoniam *ut vid. c*1 TEVCROS *Pγ*1 106 Hau[d] *c* HAVT *MPRγ*1 Haud *b* LICITVMEST *Rc, Servius* vestra] ullū (llū *in ras.*) *c* 107 *om., in mg. superiore litt. min. add. P* 108 rutuloſ *γb, Consentius, cod. Lavant. explan. in Don.* NE *MPR, Diomedis Par. A et Monac., cod. Lavant. explan. in Don.* $\overset{\text{v}}{\text{n}}\text{e}$ (*corr. m. rec.*) *b* ue *γcm, Diomedis Par. B, Consentius* $\text{F}\overset{\text{U}}{\text{I}}\text{AT}$ *M* luat (l *in ras.*) *c* 109—112 *rescidit Peerlkampus: cf. prol.* 84 109 '*distingue* Italum, *et infer* castra obsidione tenentur, *scilicet* Troianorum' *Servius*

sive errore malo Troiae monitisque sinistris.]
nec populos solvo: sua cuique exorsa laborem
fortunamque ferent. rex Iuppiter omnibus idem.
fata viam invenient.' Stygii per flumina fratris,
per pice torrentis atraque voragine ripas
adnuit et totum nutu treme fecit Olympum.
hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
surgit, caelicolae medium quem ad limina ducunt.

Interea Rutuli portis circum omnibus instant
sternere caede viros et moenia cingere flammis.
at legio Aeneadum vallis obsessa tenetur,
nec spes ulla fugae. miseri stant turribus altis
nequiquam et rara muros cinxere corona
Asius Imbrasides Hicetaoniusque Thymoetes
Assaracique duo et senior cum Castore Thymbris,
prima acies; hos germani Sarpedonis ambo
et Clarus et Thaemon Lycia comitantur ab alta.

---

TESTIMONIA. 111 'nec p. s.' Nonius 390, 40 112 'rex ... idem' Servius Aen. II 326. 617 IV 581 X 689 114 'apud poetas etiam ipse rex Iuppiter per torrentes ripas et atram voraginem iurat' Minucius Felix Octav. 35, 2 115 Acro ad Hor. carm. III 1, 8 116 Porphyrio ad Hor. serm. I 8, 43 'hic f. f.' Charisii exc. I 555 K. Probi de nom. exc. IV 210 K. expl. in Don. IV 539 K. Cledonius V 40 K. 'solio ... aureo' Acro ad Hor. serm. I 8, 43 118 Servius Aen. X 20 124 Micon apud Keilium in ind. univ. Halensis 1872 'Assaracique d.' Servius Aen. X 541

---

VARIA LECTIO. 110 que] VE *Pγ1b1* q(u)e *b2* 111 populos *Nonii exempl.* (*prol.* 211) RVTVLOS *libri, Servius perverse interpretatus* solvo *ea mente accipio, qua Propertius* IV 4, 59. 8, 88 ꝗUISQ· (c) *M, quod aut pro* quibusque *haberi aut ex* quoique *ortum videri potest* 113 inueniant *γ1c1m* 114 TORRENTES *M2c* 115 Adnuat *c1* 117 quẽ (˜ *fort. m.* 2) *b: cf. Wagnerus lectt. Verg.* 387 120 ast *Servii Dan. exempl.* 121 MISERIS *Rbc2* 122 *Alii post* corona *fortiter interpungunt* 123 A. ſiuſ *γ1* İASIUS *M* Iaſiuſ *c* IA. ſiuſ *γ2* HIGETAONIVS *P* (hic)&taoniuſ *γ* 124 thy. briſ *b* THYBRIS *MPγc* 'senior cum Castore Thybris: *possumus et solum* Thybrim *senem accipere, possumus et* Castorem, *si legamus* et senior cum Castore. *nam amphibolia est' Servius* 126 HAEMON *MR* emon *c* Theron *vel* Chaeron *Koestlinus Philol.* 1881 *p.* 179 IDA *Pγ1*: *cf.* V 254 XII 412 alta *Servius*

fert ingens toto conixus corpore saxum,
haut partem exiguam montis, Lyrnesius Acmon,
nec Clytio genitore minor nec fratre Menestheo.
hi iaculis, illi certant defendere saxis
molirique ignem nervoque aptare sagittas.
ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius caput ecce puer detectus honestum,
qualis gemma micat, fulvom quae dividit aurum,
aut collo decus aut capiti; vel quale per artem
inclusum buxo aut Oricia terebintho
lucet ebur; fusos cervix cui lactea crinis
accipit et molli subnectens circulus auro.
te quoque magnanimae viderunt, Ismare, gentes
volnera derigere et calamos armare veneno,
Maeonia generose domo, ubi pinguia culta
exercentque viri Pactolusque inrigat auro.
adfuit et Mnestheus, quem pulsi pristina Turni

---

TESTIMONIA. 128 'haud p. e. m.' Seneca suas. I 12 M. Servius Aen. XII 687 129 Priscianus 736 P. 'nec f. Mnestheo' Macrobius Sat. V 17, 19 132 'Veneris i. c.' Servius Aen. I 678 III 476 VI 691 133 Servius Aen. I 289 134 Servius Aen. I 593 136 sq. 'aut . . . ebur' Acro ad Hor. carm. III 7, 6 137 sq. 'fusos...accipit' Priscianus 1121 P. 'crinis c. l. cervix accipit' Acro ad Hor. carm. IV 10, 3 137 'fusos . . . crinis' schol. Persii I 29 142 'Pactolusque i. a.' Isidorus XIII 21, 21 143 'adfuit et M.' Donatus ad Ter. eun. IV 6, 1

---

VARIA LECTIO. 128 AGMON *Pyb2c* 129 NECLYGIO (C T *suprascr.*) *P* MNESTHEO *MPṘy*, *Prisc. libri ceteri*, *Macrobii exempl.* '*non* Mnestheo, *de quo paulo post dicturus est, legendum est, ne versus non stet, sed* Menestheo' *Servius* 130 ſaxoſ (o *corr. in* i) *c* 132 medioſ, *in mg.* primoſ *y* 134 FVLVOM (O *corr. in* V) *P* FVLVVM *MRybc* 136 AVT (T *m.* 1, *ut vid.*, *corr. in* C) *P* a.ı (t *suprascr.*) *y* ORYCIA *Pc* orytia (t *corr. in* c) *b* ORYCI *R* ORYCIA (C *suprascr.*) *M* corycia *y* Oricia *Servius* TEREBENTO *M* 137 CERVIX FVSOS *Pyc* CRINES *Rc* crinis c. l. ceruix *Acro* 138 molliſ ſubnectenſ *b*1 MOLLISUBNECTIT *M* 139 MAGNANIME (A *suprascr.*) *M* magnanime *y* 'magnanimae gentes . . *hic est ordo, aliter non stat versus*' *Servius* 140 uolnera (v *suprascr.*) *y* VVLNERA *MRbc* 141 ubi] cui *m* 142 PACTOLOS *R*

aggere moerorum sublimen gloria tollit,
et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi.

Illi inter sese duri certamina belli
contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.
namque ut ab Euandro castris ingressus Etruscis
regem adit et regi memorat nomenque genusque,
quidve petat quidve ipse ferat, Mezentius arma
quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni
edocet, humanis quae sit fiducia rebus
admonet immiscetque preces: haut fit mora, Tarchon
iungit opes foedusque ferit; tum libera fati
classem conscendit iussis gens Lydia divom,

---

TESTIMONIA. 144 'aggere m.' Diomedes I 440 K. 145 comm. Bern. Luc. II 393 U. 147 'media . . . secabat' Servius Aen. X 215 schol. Med. ecl. X 49 148 sq. Servius Aen. VIII 607 148 'castris i. E.' Arusianus VII 483 K. 149—154 'regem . . . ferit' Charisius I 280 sq. K. Diomedes I 444 K. 149 Priscianus 1202 P. Donati ars IV 397 K. Pompeius V 301 K. Nonius 237, 26 Isidorus orig. I 35, 4 'regem . . . memorat' Sacerdos VI 456 K. 152 'humanis . . . rebus' Servius Aen. VIII 150 153 sq. 'haut . . . ferit' Nonius 311, 17 154 sq. 'tum . . . divum' Arusianus VII 490 K.

---

VARIA LECTIO. 144 m[e]ororum *b1* ME[V]ORVM (E *corr. in* R) *P* MVRORVM *Ry1b1cm* ſublimen *γ1*: *cf. prol.* 446 SVBLIMEM *MPRγ2c* ſublimē *b* 145 hinc nom̄ *in ras. b* CAMPAN[A]E *P* CAMPA[E]ENA *M* URBE (E *corr. in* I) *M*: *fortasse fuit qui* huic n. Campana e ducitur urbe *scriberet* dicitur *comm. Lucani* 149 ADIIT *P, Donati et Pompei φ* et *om. Pompei Sangerm.* MEMORANT *R* decusque *Diomedes, ut* II 89 150 '*multi autem* quidque petat quidque ipse ferat *dicunt oportuisse dici, sed mutatam coniunctionem*' *Servius* quidque ferat quidue ipse petat *Charisii cod.* quidve ipse] AVTQVIDVE (AV *et* VI *et* VE *in ras.*) *P* aut quidue[ipſe] *γ* *Videntur fuisse qui* quidve (*vel* quidque) petat aut ipse ferat *scriberent* 152 etdocet (*i. e.* ecdocet) *Charisii cod.* 153 admiscet *Charisii cod.* *Alii hic apodosin, cuius protasin v.* 148 *statuunt, concludunt.* t. archon *γ* tarcon *c* TARCHŌ *R* '*hoc nomen ubique Graece ponit excepto uno in loco* (VIII 603)' *Servius* 154 ferit] [EF]FE[I]RT *P* . . ferit *γ* fatis *Servii exempl.* *Genetivum testatur Arusianus* 155 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIVO *R* DIUUM *Mγbc*

externo commissa duci. Aeneia puppis
prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones,
imminet Ida super, profugis gratissima Teucris.
hic magnus sedet Aeneas secumque volutat
eventus belli varios, Pallasque sinistro
adfixus lateri iam quaerit sidera, opacae
noctis iter, iam quae passus terraque marique.

Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,
quae manus interea Tuscis comitetur ab oris
Aenean armetque rates pelagoque vehatur.

Massicus aerata princeps secat aequora tigri:
sub quo mille manus iuvenum, qui moenia Clusi
quique urbem liquere Cosas, quis tela sagittae
gorytique leves umeris et letifer arcus.
una torvos Abas: huic totum insignibus armis
agmen et aurato fulgebat Apolline puppis.
sescentos illi dederat Populonia mater
expertos belli iuvenes, ast Ilva trecentos

---

TESTIMONIA. 156 sq. 'Aeneia . . . tenet' Charisius I 155 K. Dositheus VII 395 K. 156 'Aeneia p.' Diomedes I 323 K. Charisii exc. I 535 K. 164 Diomedes I 454 K. 166 Priscianus 761 P. schol. Hor. carm. III 30, 13 167 sq. 'sub Massico duce mille manus iuvenum venisse dixit, qui moenia Clusi quique Cosas liquere' Macrobius Sat. V 15, 7 168 'quique . . . Cosas' Arusianus VII 514 K. 169 Nonius 556, 27 170 'una t. Abas' Pompeius V 244 K. 172 sq. Priscianus 1198 P. 173 'expertos b. iuvenes' Arusianus VII 469 K.

---

VARIA LECTIO. 156 DVCE (E *corr. in* I) *P* PUPPES *M* 162 I[T]DE[R·]M *M* 163 = VII 641 ~~B~~ELICONA *P: cf. prol.* 447 MONETE *Pγ*1: *cf.* VII 641 167 CLAVSI *P* 168 COSAS *Mbc, legit Arusianus, ut Strabo* V *p.* 225 COSSAS *R* co . ſa[r] *γ* COSA[S]M *P* 'Cosas, *civitas Tusciae, quae numero dicitur singulari secundum Sallustium* (*hist.* I 51 *D.*)' *Servius* 169 Gorythi *γ* CORYTI *PR, Servius* Cory . thi *b* Choriti *c* corici *Nonii exempl.* 170 TORVOS (O *post. corr. in* V) *P* TORUUS *Mγbc* 173 TRECENTOS INSULA· *M* '*Probus* trecentos *subdistingui vult, ut* insula *sequentibus iungatur*' *Servius Dan.: cf. prol.* 139

insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.
tertius ille hominum divomque interpres Asilas,
cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent
et linguae volucrum et praesagi fulminis ignes,
mille rapit densos acie atque horrentibus hastis.
hos parere iubent Alpheae origine Pisae,
urbs Etrusca solo. sequitur pulcherrimus Astur,
Astur equo fidens et versicoloribus armis.
tercentum adiciunt (mens omnibus una sequendi)
qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis,
et Pyrgi veteres intempestaeque Graviscae.

Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,
transierim, Cunare, et paucis comitate Cupavo,

---

**TESTIMONIA.** **175—177 Servius Aen. VIII 429 176 sq. Servius Aen. III 359 176 Nonius 375, 29 179 'Alphea . . . Pisae' Priscianus 587 P. 180 sq. 'sequitur . . . armis' Charisius I 281 K. 'sequitur . . . fidens' Diomedes I 445 K. Donati ars IV 398 K. Sacerdos VI 458 K. Servius Aen. IX 771 'sequitur p. A. A. fidens' Pompeius V 302 K. 183 Priscianus 633 P. Servius Aen. VIII 597 cf. schol. Veron. 103, 17 K. 184 Diomedes I 412 K. Dositheus VII 415 K. cf. schol. Veron. 103, 27 K. 185 sq. 'non . . . Cinyre' (om. 'ductor f. b.') schol. Hor. cod. Paris. carm. IV 9, 30**

---

VARIA LECTIO. 175 DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIUUM *Mγbc* 178 ARMIS *Pc: cf.* 181 armiſ, at aſtiſ *γ* 179 Alpheae origine *Lachmannus Lucr.* 160: *cf. Wagnerus lectt. Verg.* 356 ALPHEAEABORIGINE *P, Servius* ALPHAEAEABORIGINE *Rc* alpheę (a *supra*) ab origine *γ* ALPHEAABORIGINE *Mb, Priscianus, Servii φ* 180 ASTVR *PRbc, Macrobius Beda Sacerdos Pompeius* aſtor (v *supra* o) *γ* aſtor *Charisii et Donati cod.* ASTYR *M, Diomedes* 181 ASTVR *Pc, Servius Pompeius Sacerdos* Astor *Donati cod.* Aſtur (y *supra* u) *γ* ASTYR *MRb* 183—196 *Veron.* 234 *a* 183 CHERETE *M: cf. Varronis originationem apud schol. Veron. et Servium* car&e (a *corr. in* ae, r *m.* 2) *γ* 184 GABISCAE *R* 186 Cunare *an* Cunere *scriberem dubitabam* CVMARRE *R* CINIRE *Vb1c2* (Cinirus *in Macrobii* V 15, 5 *exempl. dicitur*) cinere (i *supra* e) *γ* cinere *c1*, '*plerique*' *Pieriani* cinyre *b2*, *Mentel. pr.* CINYRAE *M* cinira *Voss. alt.* (Cinyra et *vitiosam synaloepham esse monuit Lachmannus Lucr.* 272) CINERA (I *in ras.*) *P* cigna *m* 'Cunare *quidam duci nomen datum tradunt a Cunaro monte, qui in Piceno*

cuius olorinae surgunt de vertice pinnae,
crimen, Amor, vestrum formaeque insigne paternae.
namque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati,
populeas inter frondes umbramque sororum
dum canit et maestum musa solatur amorem,
canentem molli pluma duxisse senectam,
linquentem terras et sidera voce sequentem.
filius, aequalis comitatus classe catervas,
ingentem remis Centaurum promovet: ille
instat aquae saxumque undis immane minatur
arduus et longa sulcat maria alta carina.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
fatidicae Mantus et Tusci filius amnis,
qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen
(Mantua, dives avis; set non genus omnibus unum:

TESTIMONIA. 188 'crimen a. v.' Servius Aen. II 65 VII 339 Macrobius Sat. IV 6, 18 schol. Lucani IX 425 'crimen' schol. Veron. 103, 29 K. 189 Macrobius Sat. V 14, 16 cf. 16, 4 190 Servius Aen. VI 659 193 'sidera v. s.' Servius Aen. X 65 195 sq. 'ille i. a.' Arusianus VII 483 K. 196 'saxumque . . . minatur' Nonius 502, 27 199 Priscianus 684 P. Servius ecl. IX 60 'fatidicae . . . Tusci' Probi cath. IV 9 K. 'fatidicae Mantus' Charisius I 64. 137 K. Charisii exc. I 543 K. expl. in Don. IV 526 K. Sacerdos VI 475 K. 200 cf. schol. Veron. 103, 30 K. 201 sq. schol. Veron. 104, 6 K.

VARIA LECTIO.
*est' Servius Dan.: de promunturio* Cunero *Plinius n. h.* III 13, 111. *Incredibilia multa, alii alia proposuerunt: infelicior nemo Madvico adv. crit.* II 42. *De structura cf. e. c. georg.* II 101 *sq.* CV$^{R}$PAO. (*post* O *vid. erasa vel* I *vel* E$_{v}$ *vel* F *vel* L *vel* P; AO *perfossae ut vid.*) *P Cupa*VO *V* cupabo *γ* Cupavo *Servius* 188 *reiciendum censet Heynius: hemistichium* crimen amor vestrum *posterius adiectum videtur Ladevico* crimen, Amor, vestrum *Sprengelius: cf.* I 140 IX 525. *Eadem erat sententia eorum, qui teste Servio* vestrum *pro* tuum *acceperunt conlato ipso* IX 525: *quamquam in Servianis perverse ad Cygnum adlocutio refertur. cf. prol.* 130 194 AEQUALI (S *sup.*) *M* ęqualeſ *c* 196—208 *Veron. fol.* 234 *b* 198 OGNUS *MPγb* 199 mantoſ *γc, Prisciani Sangall. Lugd.* mantoſ (o *in ras.*) *b* Mantus *testantur Servius et grammatici* 201 auiſ *om. P, suprascr. γ*

gens illi triplex, populi sub gente quaterni,
ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires).
hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,
quos patre Benaco velatus harundine glauca
Mincius infesta ducebat in aequora pinu.
it gravis Aulestes centenaque arbore fluctum
verberat adsurgens, spumant vada marmore verso.
hunc vehit immanis Triton et caerula concha
exterrens freta, cui laterum tenus hispida nanti
frons hominem praefert, in pristim desinit alvos:
spumea semifero sub pectore murmurat unda.

Tot lecti proceres ter denis navibus ibant
subsidio Troiae et campos salis aere secabant.

Iamque dies caelo concesserat almaque curru
noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum:
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
ipse sedens clavomque regit velisque ministrat.
atque illi medio in spatio chorus ecce suarum
occurrit comitum: nymphae, quas alma Cybebe

TESTIMONIA. 202 Servius Aen. II 278 VIII 475 XI 9 205 sq. 'velatus . . . Mincius' Servius Aen. VIII 33 207 sq. Priscianus 591 P. 'it . . . adsurgens' Priscianus 1353 P. 207 cf. schol. Veron. 104, 13 K. 209 'hunc . . . Triton' ult. syll. IV 224 K. Servius Aen. X 166 210. 212 'cui . . . unda' (om. 211) Arusianus VII 512 K. 210 sq. 'cui . . . praefert' Priscianus 1203 P. 'laterum . . . praefert' Nonius 377, 27 210 'laterum . . . nanti' Diomedes I 409 K. 211 Nonius 535, 28 213 Priscianus 1355 P. 215 'iamque . . . concesserat' Servius Aen. X 1 215 sq. 'alma . . . Phoebe' Macrobius Sat. VI 5, 12 218 Arusianus VII 492 K. Servius Aen. V 868 220 – 222 'quas . . . iusserat' Servius Aen. IX 116

VARIA LECTIO. 202 ILLIS *V* POPVLI TRIPLEX *R* 203 POPVLI *R* 205 VENACO *PRγ*1 : *cf. prol.* 391 206 PINV (V *in ras., ut vid.*) *Pb* pinu . *c* PIN . *V* 207 FLVCTVS *Rb* 208 MARMORAE *M* 211 PRISTIN *Pγ* (*vel* pristin *vel* pristim *Nonii exempl.*) pistrim *Dorvill.*, '*multi*' *Heinsiani* ALVOS (O *corr. in* V) *P* ALUUS *Mybc* 212 caeruleo *Arusianus* 213 lecti . *c* iuuenes *χ*, *Prisciani Par. P, ut* VIII 179 X 837 bis *Priscianus* DENIS (S *in ras. ut vid.*) *P* 214 *cf.* I 35 218 *cf.* VI 302 CLAVOM (O *corr. in* V) *P* CLAVVM *MRybc* gerit *Arusiani Gu.*

numen habere maris nymphasque e navibus esse
iusserat, innabant pariter fluctusque secabant,
quot prius aeratae steterant ad litora prorae.
adgnoscunt longe regem lustrantque choreis.
quarum quae fandi doctissima Cymodocea
pone sequens dextra puppim tenet ipsaque dorso
eminet ac laeva tacitis subremigat undis,
tum sic ignarum adloquitur: 'vigilasne, deum gens,
Aenea? vigila et velis immitte rudentis.
nos sumus, Idaeae sacro de vertice pinus,
nunc pelagi nymphae, classis tua. perfidus ut nos
praecipitis ferro Rutulus flammaque premebat,
rupimus invitae tua vincula, teque per aequor
quaerimus. hanc genetrix faciem miserata refecit
et dedit esse deas aevomque agitare sub undis.
at puer Ascanius muro fossisque tenetur
tela inter media atque ardentis Marte Latinos.

TESTIMONIA. 222 'adnabant p.' Probi inst. IV 185 K. 223 Velius Longus VII 70 K. 225 ult. syll. IV 233 K. Arusianus VII 464 K. 226 'dextra p. t.' Priscianus 761 P. 228 sq. 'vigilasne . . . vigila' Priscianus 730. 1068. 1118 P. Donatus ad Ter. hec. III 5, 8 228 'vigilasne d. g.' Servius Aen. II 148 233 'rumpimus . . . vincula' Nonius 382, 17

VARIA LECTIO. 221 NOMEN *P* N$\overset{v}{o}$men *γ* 222 adnabant *testatur Probus inst.* 223 = IX 121 QV$\overset{AE}{\text{OT}}$ *P* QVOD *R*, *quam scripturam reprehendit Velius Longus* QUO$^{D}$ *M* PUPPIS', *adscr. m.* 2 *litt. min.* PRORAE *M*, *ut* III 135. 277 VI 901 VIII 497 naves *Oblongus, Velius Longus* 225 nandi *Marklandus ad Statii silv.* II 2, 19 227 Iminet *b*1 Imminet *b*2 $\overset{c}{\text{AT}}$ *M* 228 IGNAVVM *R* ignarum *Servius* 229 RUDENTES *M*2*P*2 231 fervidus *Schraderus conl.* IX 72 perfidus *Servius legit* 232 PRAECIPITES *Rc* PRECIPITES *M* 233 rumpimus '*aliquot*' *Pieriani, Servii Dan. et Nonii exempl., fort. recte* 235 AEVOM *P*1 AEVVM *MP*2*Rybc* 236—261 *Veron. fol.* 265 236 E*t V* m$\overset{v}{o}$ro (moero?) *c* 237 *Nihil agnosci potuit in V* ARDENTIS *Pγ*1, *ut Schraderus coniecerat* $\overset{o}{a}$rrentiſ *γ*2 orrentiſ *b* HORRENTIS *MR cf. prol.* 310 horronteſ *c*

iam loca iussa tenent forti permixtus Etrusco
Arcas eques: medias illis opponere turmas,
ne castris iungant, certast sententia Turno.
surge age et Aurora socios veniente vocari
primus in arma iube et clupeum cape, quem dedit ipse
invictum Ignipotens atque oras ambiit auro.
crastina lux, mea si non inrita dicta putaris,
ingentis Rutulae spectabit caedis acervos.'
dixerat, et dextra discedens impulit altam
haut ignara modi puppim: fugit illa per undas
ocior et iaculo et ventos aequante sagitta.
inde aliae celerant cursus. stupet inscius ipse
Tros Anchisiades; animos tamen omine tollit.
tum breviter super aspectans convexa precatur:
'alma parens Idaea deum, cui Dindyma cordi
turrigeraeque urbis biiugique ad frena leones,

TESTIMONIA. 238 sq. 'iam . . . eques' Servius Aen. VIII 547 239 'Arcas e.' ult. syll. IV 225 K. 241 cf. schol. Veron. 104, 20 K. 242 cf. schol. Veron. 104, 16 K. 243 'atque . . . auro' Nonius 242, 9 244 sq. Donatus ad Ter. hec. III 1, 6 248 'et ventos a. s.' Arusianus VII 454 K. 252 'alma p.' schol. Bern. ecl. VIII 17

VARIA LECTIO. 238 '*hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον accipiendum est. nam intellegimus eum equites misisse per terram' Servius. cf.* VIII 547 *et prol.* 84 TENENT *M et ut vid. V* TENET *PRγbc* PERMIS*tus V* 240 NE$^{C}$ *P* Nec *γ* CERTAST *V* CERTAEST *MPRγbc*2 certaeſ *c*1 242 CLVPEVM *V* CLIPEVM *MPRb*1*c* clypeum *γb*2 ipse] IGNI *V, quod interpretatur Haterianus apud schol. Veron.* (*cf. prol:* 177. 276 *sq.*) ingens *cm*, '*aliquot antiqui' Pieriani, Mentel. alt. cum aliis* 245 Ingenteſ *c* SPECTABIT *Rbc, probavit Bentleius ad Ter. hec.* III 1, 6 ſpectabit (t *post. m.* 2) *γ* SPECTABIS *MP, testatur Donatus* ['crastina lux: *deest* veniat . . . *si ad Aeneam referas* spectabis *et* . . putaris . . *subaudiendum* cum venerit. *si autem ad lucem* spectabit *legas,* crastina lux *suspendendum.*] . . spectabit *est vera lectio . . . nam male quidam* spectabis *legunt* . . . [*alii more antiquo* lux *pro* luce *accipiunt* . . . *Longus ait: deest* venerit, *unde et ipse* spectabis *legit*]' *Servius* caedis] gentis *γ* 246 DISCENDENS *R* altã (ã *in ras.*) *b* alt$^{a}$m *c* 251 SVPER ASPECTANS *PV* SUPER$^{A}$ASPECTANS *Mγ* SUPERAASPECTANS *Rbc* 253 URBES *M*

tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques
augurium Phrygibusque adsis pede, diva, secundo'
tantum effatus et interea revoluta rubebat
matura iam luce dies noctemque fugarat:
principio sociis edicit, signa sequantur
atque animos aptent armis pugnaeque parent se.
iamque in conspectu Teucros habet et sua castra,
stans celsa in puppi. clipeum cum deinde sinistra
extulit ardentem, clamorem ad sidera tollunt
Dardanidae e muris, spes addita suscitat iras,
tela manu iaciunt: quales sub nubibus atris
Strymoniae dant signa grues atque aethera tranant
cum sonitu fugiuntque notos clamore secundo.
at Rutulo regi ducibusque ea mira videri
Ausoniis, donec versas ad litora puppes
respiciunt totumque adlabi classibus aequor.
ardet apex capiti cristisque a vertice flamma

---

TESTIMONIA. 254 sq. Priscianus 657 P. 'tu . . . augurium' Priscianus 799 P. 261 'stans . . . puppi' Donati ars IV 365. 390 K. cf. Aen. III 527 VIII 680 263 'Dardanidae e m.' ult. syll. IV 264 K. 264—266 Macrobius Sat. V 10, 1 265 'Strymoniae . . . grues' Priscianus 716 P. 265 sq. 'atque . . . sonitu' Servius Aen. X 356 267 sq. 'at . . . Ausoniis' Diomedes I 454 K. 270—275 Macrobius Sat. V 10, 2 270 sq. Macrobius Sat. V 13, 35 'ardet . . . funditur' Nonius 240, 21 'cristisque . . . funditur' Nonius 313, 8 270 'ardet apex c.' schol. Bern. ge. IV 451

---

VARIA LECTIO. 254 princeps pugnae *Prisciani* φ 256 RVEBAT *P: cf.* 241 ru.ebat γ RVEBAT *Rbc* RUEBAN̄ (B *superscr.*) (*del.* N *m.* 1) *M* ruebat *explicare conatur Servius* 261 *Alii levi distinctione coniungunt* clipeum . . . ardentem *cum antecedentibus et post* ardentem *fortiter interpungunt* 263 e *om. R, suprascr. bc* spes . . . iaciunt *damnat Peerlkampus, sed ipsa tela cum clamore iacta gruum per aethera cum clangore volitantium imaginem poetae in mentem vocaverunt* 266 arctos *Peerlkampus* notos *Servius: cf. Statius Theb.* V 11 *sqq.* 267 DUCIB·Q *M* ea] EȦṀA (A *subscr.*) *M* 268 LITORE *M* littore *cl* 270—275 *fortasse post illa* stans celsa in puppi *v.* 261 *aliquo modo inserere statuerat: cf. prol.* 84 270 CAPITIS *R, Macrobii* V 10, 2 *Par.* 1 a] AC. *PRyc, Macrobii exempl.*

funditur et vastos umbo vomit aureus ignis:
non secus ac liquida siquando nocte cometae
sanguinei lugubre rubent aut Sirius ardor,
ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris,
nascitur et laevo contristat lumine caelum.

Haut tamen audaci Turno fiducia cessit
litora praecipere et venientis pellere terra. 277
'quod votis optastis, adest, perfringere dextra: 279
in manibus Mars ipse viris. nunc coniugis esto
quisque suae tectique memor, nunc magna referte
facta, patrum laudes. ultro occurramus ad undam,
dum trepidi egressisque labant vestigia prima.

---

ultro animos tollit dictis atque increpat ultro 278

---

TESTIMONIA. 273 'sanguinei l. r.' Servius Aen. XII 338 'sanguineae lugubre r.' Pompeius V 246 K. 'lugubre' Servius in Don. IV 489 K. 274 sq. 'ille . . . nascitur' Servius ge. I 218 275 'et . . . caelum' Servius Aen. IV 294 276 Servius Aen. X 270 'haut t. a.' ult. syll. IV 251 K. 280 'in . . . viris' Servius Aen. X 773 280 sq. 'nunc . . . memor' comm. Bern. Lucani VII 346 U. 282 'ultro o. ad undas' comm. Bern. Lucani II 483 U.

VARIA LECTIO. 271 et] ac *b* AEREUS *Mχ*, *Macrobii* V 13, 35 *exempl.: cf.* 884 IGNES *P2γ1b* 273 Sanguinei (i *post. in ras.*) *c* sanguineae *χ*, *Pompeius* sanguinei *Servius* ardor; Ille *Wagnerus* 276 *cf.* IX 126 at non audaci *Servius Aen.* X 270 *ut* IX 126 277 UENIENTES *M2c* 278 = IX 127 *om. MPγm, non interpretatur Servius* 279 OPTATIS *P* 280 VIRI *R, Servii Dan. ad v.* 773 *praeter Bern. GT ex.* viris *nimirum, si viri estis* in m. Mars. ipse, viri, nunc *Madvicus male direptis quae coniuncta Servius legit, nec meliora alii.* virist *Sabbadini* ſit eſto *c* 281 REFERTE *Pγ1* REFERTO *MRγ2bc* 'referto *autem pro* referat' *Servius* 281 *sq.* 'referto f. p. *alii hic distinguunt, ut sit* referat modo unusquisque facta patrum et laudes . . . *alii distinguunt* nunc magna referto facta' *Servius* FACTA·PATRUMLAUDES' *M, post* facta *et* laudes *interp. P*
f. patrum. audentes ultro *Gentius* undas *schol. Lucani*
283 Tum *b1* EGRESSIS *MP* EGRESSI *Rγbc* gressus '*quidam*' *Pieriani* '*si* egressi, *figurate dictum est*' *Servius*

audentis Fortuna iuvat'
haec ait et secum versat, quos ducere contra
vel quibus obsessos possit concredere muros.

Interea Aeneas socios de puppibus altis
pontibus exponit. multi servare recursus
languentis pelagi et brevibus se credere saltu,
per remos alii. speculatus litora Tarchon,
qua vada non sperat nec fracta remurmurat unda,
sed mare inoffensum crescenti adlabitur aestu,
advertit subito proram sociosque precatur:
'nunc, o lecta manus, validis incumbite remis;
tollite, ferte rates; inimicam findite rostris
hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina.
frangere nec tali puppim statione recuso
arrepta tellure semel.' quae talia postquam
effatus Tarchon, socii consurgere tonsis
spumantisque rates arvis inferre Latinis,
donec rostra tenent siccum et sedere carinae
omnes innocuae, sed non puppis tua, Tarchon.
namque inflicta vadi dorso dum pendet iniquo,

TESTIMONIA. 284 Seneca epist. 94, 28: cf. Buecheler mus. Rhen. XXXIV 623 sq. Nonius 431, 9. 442, 23 Servius Aen. X 458 Macrobius Sat. VI 1, 62 comm. Bern. Lucani. IV 702 U. 287 sq. 'socios ... exponit' Nonius 299, 6 291 Servius ge. I 327 296 'sulcumque ... carina' Nonius 364, 27 301 sq. 'et ... innocuae' Nonius 444, 27 303 'inflicta vadis' de dub. nom. V 573 K. 'dorso ... iniquo' Servius Aen. I 110

VARIA LECTIO. 284 AVDENTES *M2P2γbc* a. f. i. piger ipse sibi obstat: *sic expletus v. apud Senecam* 289 Languenteſ *γ1* 291 SPERAT *PRγb2c: cf.* 303 SPIRANT *M, Servius ge.* I 327 ſpira/// *b1* 'spirant ... *legitur et* sperat, *quod et melius est*' *Servius* 293 PRORAS$^{M}$·SOCIOS *M* PRORASOCIOS *R* PRORAS SOCIOS *Pγbcm* 294 incumbe$^{te}$ (e *corr. in* i) *γ* 295 INIMICA$^{M}$ *M* 297 puppiſ (ſ *in ras.*) *c* puppiſ *γ2* PVPPES *PR* 299 SOCIIS *M* 300 SPUMANTES *Mc* ratiſ *b1* 302 INNOC$^{A}$UE *M* innocue *γ* innocuae *Nonius et Servius legerunt* non (on *in ras.*) *b* 303 VADI$^{S}$ *P* VADIS *MRγbc,*

anceps sustentata diu, fluctusque fatigat,
solvitur atque viros mediis exponit in undis;
fragmina remorum quos et fluitantia transtra
impediunt, retrahitque pedem simul unda relabens.

Nec Turnum segnis retinet mora, sed rapit acer
totam aciem in Teucros et contra in litore sistit.
signa canunt. primus turmas invasit agrestis
Aeneas, omen pugnae, stravitque Latinos
occiso Therone, virum qui maximus ultro
Aenean petit: huic gladio perque aerea suta,
per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.
inde Lichan ferit, exsectum iam matre perempta
et tibi, Phoebe, sacrum: casus evadere ferri
quo licuit parvo? nec longe Cissea durum
immanemque Gyan, sternentis agmina clava,

---

TESTIMONIA. 306 sq. 'fragmina ... impediunt' Arusianus VII 486 K. 308 ult. syll. IV 237 K. 308 sq. 'et rapit . . . Teucros' Servius Aen. X 285. 377 310 'signa c.' Priscianus 1263 P. 314 Gellius II 6, 4 Nonius 319, 25. 404, 14 'per . . . auro' Nonius 452, 27 Servius Aen. II 277 Macrobius Sat. VI 7, 6 'latus h. a.' Servius Aen. I 738 II 600 V 137 ge. III 105 Isidorus orig. I 29, 2 XVIII 33 schol. Lucani X 387 schol. Hor. epod. V 31 317 'nec . . . durum' explan. in Don. IV 526 K.

---

VARIA LECTIO.
*dub. nom.* '*Probus* vadi dorso *pro* vado *dictum putat*' *Servius Dan.* 306 fluuitantia *c: cf. prol.* 448 TRASTRA *M* 307 pedem *Menag. pr.*, *χ* PEDES$^{M}$ *M* pedēſ *b2* PEDES *PRyb1cm*, *cf. prol.* 357 309 litora *γ* 310 agreſteſ *γ1* 311 PUGNA$^{E\cdot}$ *M* pugn. *c* 312 thaerone *c* 313 Aenea$^{m}$n *γ* Aeneam *c* $^{c}$ſuta *γ* 315 licham *c* EXECTUM *M* exep$^{c}$tum (*legebaturne* exceptum?) *c* &ſectum, *i. e.* ecſectum *Oblongus* 316 $^{E}$AT *P* 317 quo, *i. e.* quorsum *Marklandus ad Statii silv.* I 2, 88: *cf. Servii Dan. verba* '*et respexit ad illud, quod ferrum nunc iuvenis vitare non potuit, quod parvus evasit*' Quo$^{d}$ *γ* QVOĐ *P* QUOD *Mb* Quod, *in mg. m.* 2 t Cui *c* CVI *R* 'quod (quo?) licuit parvo: *legitur et* cui licuit' *Servius* 318 ſternenteſ *c*

deiecit Leto: nihil illos Herculis arma
nec validae iuvere manus genitorque Melampus,
Alcidae comes usque gravis dum terra labores
praebuit. ecce Pharo, voces dum iactat inertis,
intorquens iaculum clamanti sistit in ore.
tu quoque, flaventem prima lanugine malas
dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum,
qui iuvenum tibi semper erant, miserande iaceres,
ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci
progenies, septem numero: septenaque tela
coniciunt, partim galea clipeoque resultant
inrita, deflexit partim stringentia corpus
alma Venus. fidum Aeneas adfatur Achaten:
'suggere tela mihi: non ullum dextera frustra
torserit in Rutulos, steterunt quae in corpore Graium

TESTIMONIA. 322 'ecce . . . inertis' Nonius 328, 6 'voces d. i. i.' Servius Aen. I 102 324 ult. syll. IV 260 K. Servius Aen. X 390 326 'Dardania s. d.' Asper 112, 5 K. 326 sq. 'securus . . . erant' Servius Aen. I 350 329 'septenaque t.' Servius ge. I 232 330 sq. de schem. lex. p. 52 H. 331 sq. 'deflexit . . . Venus' schol. Med. ecl. IX 61 333—335 Isidorus orig. II 30, 7 333 'suggere t. m.' Probi inst. IV 183 K. Servius Aen. IX 760

VARIA LECTIO. 319 telo *Schraderus conl.* XI 665 321 ~~C~~VM (D) *M* 322 PHARO (N) *My* PHARON *P* Paro *Nonii exempl.* 'Pharon . . . *legitur et* Pharo . . . *ut sit dativus ab eo quod est hic* Pharus' *Servius* INERTES *My*2 inanes *Servii ψ Aen.* I 102, *sed* inertes *hic* 323 CLAMANTIS *MPyc*1: *cf.* 347 clamanti *testatur Servius* 324 QVE (QVO) *R* 325 Clytius IX 774 *inter Troianos trucidatos refertur* 327 miſerandeſ (v) *c* (*cf. Serv.*) 328 PHORCHI *PR* 329 numero septem *π*, *prob. Kvičala* 330 consiliunt *schem. lex.* PARTEM *M*1*R* 331 DEFIXIT (E) (I *pr. corr. in* L) *P* STRIDENTIA (NG) *M* stringentia *Servius legit* 332 adfatuſ *y*1 333 suffice *schol. Barthii ad Stat. Theb.* VII 593 suggere *Servius, testatur Probus* 334 sparserit *schol. Barthii l. l.* STETERINT (V) *M* ſteterant (v) *c* ſteterant *y*2*m, Isidori Gud. a* QUAE *M* QVE *Rym* q: *b* '*ordo est:* suggere tela mihi,

Iliacis campis.' tum magnam corripit hastam
et iacit: illa volans clipei transverberat aera
Maeonis et thoraca simul cum pectore rumpit.
huic frater subit Alcanor fratremque ruentem
sustentat dextra: at reiecto missa lacerto
protinus hasta fugit servatque cruenta tenorem,
dexteraque ex umero nervis moribunda pependit.
tum Numitor iaculo fratris de corpore rapto
Aenean petiit; sed non et figere contra
est licitum, magnique femur perstrinxit Achatae.
hic Curibus fidens primaevo corpore Clausus
advenit et rigida Dryopem ferit eminus hasta
sub mentum graviter pressa pariterque loquentis
vocem animamque rapit traiecto gutture; at ille
fronte ferit terram et crassum vomit ore cruorem.
tres quoque Threicios Boreae de gente suprema
et tris, quos Idas pater et patria Ismara mittit,

TESTIMONIA 335 sq. 'tum...iacit' Servius Aen. IX 760 338—340 Nonius 377, 1 338 sq. 'fratremque...dextra' Servius Aen. X 304 340 comm. Bern. Lucani III 468 U. 350 sq. Gellius XIII 21, 11

VARIA LECTIO.
quae in campis Iliacis in Graecorum stetere corporibus . . . *qui vero* steteruntque . . *per coniunctionem, non per pronomen legunt, hi †neque sed aut* (*non* que, *sed* autem?) *debuisse dici putant et mutatam a poeta coniunctionem. alii* que *coniunctionem pro* enim *ponunt' Servius* gra . iũ *b* 337 RVPIT *R* 339 TRA *M* (DEX *supra*) at reiecto *conieci* TRAIECTO *MPRγbc* 'traiecto m. l. *quae fuerat missa* retro acto lacerto' *Servius, qui fieri posse ut legerit* reiecto *monet Peerlkampus conl.* X 552. XI 605, adducto nova *ipse coniciens* LACERTO·Ṡ *M* 343 Aeneã *c* PETIT *MPRγ* petit (t *post. in ras.*) *b* EFFIGERE *R*1*c* (f *pr. in ras.*) *b* 345 LAURUS *M* (C *et* S *supra*) LAVSVS *PRγb* (u *pr. in ras.*) *c*: *cf.* VII 707 'hic C. *hoc est* tunc. *et est ordo:* tunc fidens primaevo corpore advenit Clausus (lausus *φ*) Curibus . . . *aut* fidens Curibus' *Servius* 349 PREMIT *Pγ*1 350 TRES *Pγ*1*b, Gellius scriptum invenit* TRIS *MRc* THREICIVS *P*1 351 tris *testatur Gellius* IZMARA *M* (S *supra*)

per varios sternit casus. accurrit Halaesus
Auruncaeque manus, subit et Neptunia proles,
insignis Messapus equis. expellere tendunt
nunc hi, nunc illi; certatur limine in ipso
Ausoniae. magno discordes aethere venti
proelia ceu tollunt animis et viribus aequis
(non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit;
anceps pugna diu, stant obnixa omnia contra):
haut aliter Troianae acies aciesque Latinae
concurrunt; haeret pede pes densusque viro vir.
  At parte ex alia, qua saxa rotantia late
impulerat torrens arbustaque diruta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestris·
ut vidit Pallas Latio dare terga sequaci
(aspera quis natura loci dimittere quando
suasit equos), unum quod rebus restat egenis,
nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:
'quo fugitis, socii? per vos et fortia facta,

TESTIMONIA. 355 'certatur . . . ipso' Diomedes I 399 K. 359 'anceps p. d.' ult. syll. IV 249 K Nonius 245, 9 'stant o. o. c.' Arusianus VII 496 K. 360 sq. Macrobius Sat. V 13, 27 361 'haeret . . . vir' Servius Aen. VI 727 schol. Veron. 81, 12 K. Macrobius Sat. VI 3, 5 schol. Hor. carm. II 13, 32 'haeret p. p.' Sacerdos VI 447 K. Servius Aen. I 120 X 653. 845 ge. II 327 362 sq. 'at . . . torrens' Audacis exc. VII 351 K. 365 'Latio . . . sequaci' Servius Aen. II 193 366 sq. 'aspera . . . equos' Priscianus 1018. 1058 P. 368 Servius Aen. IX 784 'virtutem a. a.' Probi app. IV 195 K. 369 'quo f. s.' Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 39

VARIA LECTIO. 352 occurrit *bc*2 356 Aufonio *γ* DISCORDIS *Pγ*1 aequore *Burmannus* aethere *Servius legit* 358 CED$\overset{I}{U}$NT *M* 359 STA$\overset{N}{T}$ *M* obnixi *Arusianus* 'obnixa . . . *legitur et* obnixi' *Servius* 362 quo *Hauptius* 363 INTVLERAT *Rbc, Audacis exc.* Intullerat (l *pr. eras.*) *γ* 364 PEDESTRES *M e corr., c* 366 QVOS *Pγ*1 aquis *Madvicus* equos *Kloucek* quis . . . quando *legit Priscianus* (*cf. Nemesianus* III 19), *sed Servius* quando '*si quidem*', *non ut Priscianus* '*aliquando*' *interpretatur* DEMITTERE *R, Prisciani* 1058 *Bongars. Lugd.* 367 suaserat . . . restabat *Klouček. Si recte v.* 366 equos *restituitur, Vergilio in v.* 367 *fortasse unum* suasit *vel* suaserat *relinquendum* 369 Quoſ *γ*l et] ego *Peerlkampus: cf. Wagnerus ad ecl.* IV 6

per ducis Euandri nomen devictaque bella
spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudi,
fidite ne pedibus. ferro rumpenda per hostis
est via. qua globus ille virum densissimus urget,
hac vos et Pallanta ducem patria alta reposcit.
numina nulla premunt, mortali urgemur ab hoste
mortales, totidem nobis animaeque manusque.
ecce, maris magna claudit nos obice pontus,
dest iam terra fugae: pelagus Troiamne petemus?'
haec ait et medius densos prorumpit in hostis.
obvius huic primum, fatis adductus iniquis,
fit Lagus. hunc, magno vellit dum pondere saxum,
intorto figit telo, discrimina costis
per medium qua spina dabat, hastamque receptat
ossibus haerentem. quem non super occupat Hisbo,
ille quidem hoc sperans: nam Pallas ante ruentem,
dum furit incautum crudeli morte sodalis,
excipit atque ensem tumido in pulmone recondit.

TESTIMONIA. 370 'ducis Euandri' Isidorus orig. IX 3, 22 371 Nonius 239, 7 375 sq. 'numina . . . mortales' Nonius 365, 30 Diomedes I 437 K. 377 Nonius 265, 15 Servius Aen. VIII 227 383 sq. 'hastamque . . . haerentem' Macrobii exc. V 626. 651 K. Servius Aen. IX 346

VARIA LECTIO. 373 QVO *R* 374 PALL$\overset{A}{E}$NT$\overset{A}{E}$M (E *et* EM *eras.*) *M* DUC$\overset{E}{U}$M (U *eras.*) *M* 375 URGEMUR (U *sup.*) *M* urg . emur *b* VRGVEMVR *PRyc* 377 magni *χ* '*modo usus habet, ut* hic obex *dicamus: unde quidam* magno obice *legunt. antiqui etiam* haec obex *dicebant, secundum quod est* magna obice. *hinc est quod nonnulli vitant generis dubietatem et legunt* magni, *scilicet maris' Servius* clausit *π* 378 DE^E^ST *P* DEEST *MRybc* TROIANE *Py* Lernamne *vel* pelago *omisso* Pallanteumne *Schraderus* 'Troiam, *i. e. castra Troianorum' Servius Dan.* PET$\overset{A}{E}$MUS *M* PETAMVS *Ry*1 379 hoſteſ *b* 381 VELLIT MAGNO *Rybcm* VELLITMAGN$\overset{O}{V}$ *P* 383 DABAT *MPy*1*b*1 DEDIT *Ry*2 *et in mg., b*2*cm* 384 OCCUBAT *M* HISBO *M* iſbo *c*1 HISBON *PRyb* iſbon *c*2 386 Cum *b*1 furit incautum *coniungit Heinsius* f. incautus *Bentleius. vulgo post* furit *distinguunt*

hinc Sthenium petit et Rhoeti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare novercae.
vos etiam, gemini, Rutulis cecidistis in agris,
Daucia, Laride Thymberque, simillima proles,
indiscreta suis gratusque parentibus error;
at nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis;
te decisa suum, Laride, dextera quaerit
semianimesque micant digiti ferrumque retractant.
Arcadas accensos monitu et praeclara tuentis
facta viri mixtus dolor et pudor armat in hostis.
tum Pallas biiugis fugientem Rhoetea praeter
traicit. hoc spatium tantumque morae fuit Ilo;
Ilo namque procul validam derexerat hastam,
quam medius Rhoeteus intercipit, optime Teuthra,
te fugiens fratremque Tyren, curruque volutus

---

TESTIMONIA. 389 sq. cf. Iuvenalis VII 234 'Anchemolus' Probi cath. IV 10 K. 390 'vos e. g.' Servius Aen. XI 373 391 Asper 113, 2 K. Priscianus 738 P. 'Laride . . . proles' comm. Bern. Lucani III 603 U. 392 'gratusque p. error' Nonius 204, 10 394 Charisius I 279 K. Diomedes I 442 K. Priscianus 738 P. ult. syll. IV 264 K. Servius in Don. IV 424 K. Pompeius V 299 K. de finalibus VI 230. 242 K. anecd. Helv. p. 268 H. Asper 113, 2 K. Servius Aen. III 464 (cf. Donati art. IV 369 gloss.) 'nam . . . caput' ult. syll. IV 232 K. Pompeius V 118 K. 'nam . . . Euandrius' Marcianus Capella III 278 'Thymbre' Donati ars IV 397 K. Isidorus orig. I 34, 6 'Euandrius-ensis' Diomedes I 323 K. Donati ars IV 374 K. expl. in Don. IV 537 K. Consentius V 341 K. anecd. Helv. p. 72 H. 395 Macrobius Sat. IV 3, 8 396 Nonius 348, 2 'semianimesque m. d.' schol. Lucani III 599 397 'Arcadas a. m.' ult. syll. IV 231 K. Servius ecl. VIII 56 401 'Ilo n. p.' Servius Aen. X 520

---

VARIA LECTIO. 388 STHENIUM *MP, Servius Dan.* STHEN^h^LVM *R* . ſtenium *γ* ſtenium (niu *m.* 2 *in ras. duarum litt.*) *c* ſtelenum *b* sthenelum *χ*: *cf.* XII 341 roeti *c* RHOECI *Pγ*1 389 ANCHESAEMOLUM (*eras.* SAE) *M* archemori *Iuvenalis libri* anchemolus *exemplo utitur Probus* 390 AGRIS *P* agriſ, aṫ aruiſ *γ*: *cf.* 404 ARVIS *MRbc* 392 SVI^s^ *P* suis *Servius confirmat* 398 FVROR *R* pudor *Servius legit* HOSTES . *M*2*P*2*γ*1 401 DIREXERAT *M corr. m.* 1, *Pγbc* 402 TEUTRA *Mc*2 (eutra *in ras.*) *b* teucru . *c*1 403 TYRIN *Rb*2 tyrem *c*

caedit semianimis Rutulorum calcibus arva.
ac velut optato ventis aestate coortis
dispersa immittit silvis incendia pastor
(correptis subito mediis extenditur una
horrida per latos acies Volcania campos;
ille sedens victor flammas despectat ovantis):
non aliter socium virtus coit omnis in unum
teque iuvat, Palla. set bellis acer Halaesus
tendit in adversos seque in sua colligit arma.
hic mactat Ladona Pheretaque Demodocumque,
Strymonio dextram fulgenti deripit ense
elatam in iugulum, saxo ferit ora Thoantis
ossaque dispersit cerebro permixta cruento.
fata cavens silvis genitor celarat Halaesum:
ut senior leto canentia lumina solvit,
iniecere manum Parcae telisque sacrarunt
Euandri. quem sic Pallas petit ante precatus:
'da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro,

---

TESTIMONIA. 405 'ac...ventis' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 1 407 'correptis s. m.' ult. syll. IV 232 K. 411 Priscianus 758 P. 415 'saxo f. o. T.' expl. in Don. IV 541 K. 417 'silvis . . . Alesum' Arusianus VII 460 K. 418 'senior . . . solvit' Macrobius Sat. VI 6, 5 419 sq. 'iniecere . . . Euandri' Macrobius Sat. III 7, 3 419 'iniecere m. p.' Servius Aen. XII 517 421 Priscianus 758 Rufinianus p. 45 H. 'da . . . pater' ult. syll. IV 236 K.

VARIA LECTIO. 404 'semianimis: *potest et* semianimis *ab eo quod est* semianimus *legi* ('*intellegi*' *coni. Thilo*) *Servius Dan.* 405 co . ortiſ *c2* ///coortiſ (co *in ras.*) *b* COHORTIS *MPRγ* 408 UULCANIA *MP2γc* 409 OUANTES *M* 411 PALLA·S *P* palla . *c1* pallaſ *bc2* Palla *testatur Priscianus* acer] fortis acer *Prisciani φ* HALAESVS *Rγ* haleſuſ *c* HALAESVS *P* [H]ALAESUS *M* alesus *Prisciani ω* 413 FERETA *Rb* PHERE[R]TA *M* 417 cavens *Hamb. pr.*, '*nonnulli*' *Pieriani* CANENS *MRbc* CANEN[S]T *P* canenſ (ſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* 'canens . . *alii* cavens *legunt*' *Servius* CELAR[A]ET *M* CELERAT *P* caelerat *γ1* haleſum *γc* Alesum *Arusiani φ* 418 CANENT[A]I *R* 421 THYBRE *R*, *item P*, *ut vid.* (*sed corr.* E *in* I) tibri *b* Tymbre *de ult. syll.* Thybri *testantur Priscianus et Servius*

fortunam atque viam duri per pectus Halaesi.
haec arma exuviasque viri tua quercus habebit.'
audiit illa deus: dum texit Imaona Halaesus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.
at non caede viri tanta perterrita Lausus,
pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem
oppositum interemit, pugnae nodumque moramque.
sternitur Arcadiae proles, sternuntur Etrusci
et vos, o Grais inperdita corpora, Teucri.
agmina concurrunt ducibusque et viribus aequis.
extremi addensent acies nec turba moveri
tela manusque sinit. hinc Pallas instat et urget,
hinc contra Lausus, nec multum discrepat aetas:
egregii forma, set quis Fortuna negarat
in patriam reditus. ipsos concurrere passus
haut tamen inter se magni regnator Olympi:
mox illos sua fata manent maiore sub hoste.

Interea soror alma monet succedere Lauso
Turnum, qui volucri curru medium secat agmen.

TESTIMONIA. 422 'fortunam' fragm. Bob. VII 541 K. 432 'extremi a. a.' Priscianus 837. 866 P. comm. Bern. Lucani IV 780 U. 432 sq. 'nec . . . sinit' comm. Bern. Lucani IV 781. VII 495 U. 436 sq. 'ipsos . . . Olympi' Arusianus VII 459 K. 438 'manent' cf. Arusianus VII 491 K. 439 sq. 'interea . . . Turnum' Nonius 403, 15

VARIA LECTIO. 422 DVRE *R* diri *Mentel. pr.* 'duri: *aut fortis aut asperi et crudelis in hostes*' *Servius Dan.* 423 HABEBAT (I) *M* 424 AVDIT *R* HIMAEONIA *R* HYMEONA *M* 425 ARCANO (DI) (*erasa* N) *M* TELVM *R* 427 pronuſ c1 primus *Servius confirmat* ABANTV͞ *R* 428 '*quidam dubium volunt, utrum* pugnae oppositum *an* nodum pugnae, *quod est melius*' *Servius Dan.* 430 GRAIIS *PRc*1 432 postremi *Priscianus* 837 addensent *Menag. pr., Mentel. alt., testantur Priscianus et Servius* ADDENSENT (A) *P* ADDENSANT *MRybc, comm. Lucani* 433 pallaſ (n) *γ* 435 formę (a) *γ* 437 magni] summi *Arusianus ut* VII 558 438 *sq. ultimi paginae versus rescissi in P* 439 ſuccure (r re) *c* succurrere *χ* succedere *Servius Dan. in lemm., testatur Nonius*

ut vidit socios, 'tempus desistere pugnae:
solus ego in Pallanta feror, soli mihi Pallas
debetur; cuperem ipse parens spectator adesset'
haec ait, et socii cesserunt aequore iusso.
at Rutulum abscessu iuvenis tum iussa superba
miratus stupet in Turno corpusque per ingens
lumina volvit obitque truci procul omnia visu,
talibus et dictis it contra dicta tyranni:
'aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis
aut leto insigni: sorti pater aecus utriquest.
tolle minas.' fatus medium procedit in aequor.
frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis.
desiluit Turnus biiugis, pedes apparat ire
comminus; utque leo, specula cum vidit ab alta
stare procul campis meditantem in proelia taurum,
advolat: haut alia est Turni venientis imago.
hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae,
ire prior Pallas, siqua fors adiuvet ausum
viribus imparibus, magnumque ita ad aethera fatur:
'per patris hospitium et mensas, quas advena adisti,
te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis.

TESTIMONIA. 444 Macrobius Sat. VI 6, 3  445 sq. 'at...miratur' Servius Aen. XI 15  445 Priscianus 743 P.  449 sq. 'aut...insigni' Macrobius Sat. VI 1, 56  450 'sorti p. a.' schol. Bern. ge. IV 64  452 comm. Bern. Lucani VIII 68 U. 'coit . . . sanguis' schol. Lucani VII 339  453 'desiluit T. b.' Diomedes I 374 K. Arusianus VII 464 K. 'desiluit T.' Consentius V 383 K.  454 sq. 'utque . . . taurum' Nonius 434, 18  457 Arusianus VII 462 K. 'hunc . . . fore' de dub. nom. V 573 K.

VARIA LECTIO. 441 PVGNA *Rc: cf.* IX 789  444 iussu *et* iussi *fuerunt qui scriberent:* iusso *testantur Servius et Macrobius.* 'iusso *pro* ipsi iussi . . . *ergo satis licenter dictum est, adeo ut huic loco Probus alogum adposuerit' Servius: cf. prol.* 151  445 tam *χ*  446 MIRATVR *Ryl c, Servii Aen.* XI 15 *exempl.*  450 AEQVVS *MPRyc* equus *b*  VTRISQVE EST *R*  453 Disſiluit *cm*  455 in *om. Pybc, Nonii Wolf., legit Silius* XVII 438

E

457 fore *om. Arusiani cod.*  458 ADIUUAT *M*  ire . . . ausus *Madvicus contra Servii auctoritatem*  461 *sq. infimae pag. rescissi, reliqua usque ad v.* 509 *desunt in P*

cernat semineci sibi me rapere arma cruenta
victoremque ferant morientia lumina Turni.'
audiit Alcides iuvenem magnumque sub imo
corde premit gemitum lacrimasque effundit inanis.
tum genitor natum dictis adfatur amicis:
'stat sua cuique dies, breve et inreparabile tempus
omnibus est vitae: set famam extendere factis,
hoc virtutis opus. Troiae sub moenibus altis
tot gnati cecidere deum; quin occidit una
Sarpedon, mea progenies. etiam sua Turnum
fata vocant, metasque dati pervenit ad aevi.'
sic ait atque oculos Rutulorum reicit arvis.
at Pallas magnis emittit viribus hastam
vaginaque cava fulgentem deripit ensem.
illa volans umeri surgunt qua tegmina summa
incidit atque viam clipei molita per oras
tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
hic Turnus ferro praefixum robur acuto
in Pallanta diu librans iacit atque ita fatur:
'aspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.'

---

TESTIMONIA. 464 'audiit A. i.' Servius Aen. X 424 467 'stat... dies' Nonius 391, 32 Servius Aen. IV 696. 697 Macrobius Sat. I 16, 43. V 16, 7 schol. Hor. carm. I 13, 17 467 sq. 'stat . . . vitae' Macrobius Sat. V 10, 4 'breve . . . vitae' schol. Iuv. IX 126 470 sq. 'quin . . . progenies' Priscianus 1031 P. Sacerdos VI 465 K. Servius Aen. I 100 'quin . . . Sarpedon' Sacerdos VI 469 K. 472 'metasque . . . aevi' Servius Aen. X 625 473 'atque . . . arvis' Servius Aen. I 226 II 690 478 Servius Aen. IX 573 schol. Med. ecl. IX 61 (om. 'etiam magno') 'magno . . . Turni' Servius Aen. VIII 63 481 Charisius I 278 K. Diomedes I 441 K. apocopes usi exemplo. 'aspice n. m.' ult. syll. IV 263 K.

---

VARIA LECTIO. 462 CERANT (A *supra*) *M* cernant *χ* 464 AVDIT (C *supra*) *R* 465 effudit *γc* inaneſ *γc* 468 FATIS *M* 470 nati *γb* 471 'etiam . . . *multi* et iam (en iam *coni. Heynius*) *legunt, ut sit* ecce' *Servius* 475 *cf.* 896 IV 579 *Otiosum hunc versum esse iudicat Peerlkampus: 'ne iacto telo inermis esset' Servius adnotavit. cf. prol.* 84 DIRIPIT *Mγ2bcm* 476 PRIMA *R* prima, *in mg. m.* 2 ·A··ſũma *b* summi *m* 477 CLIPEIEST (*cum ras. supra* ST) *M* mollita *b1c1* molita *Servius* 480 LIBRAS (N *supra*) *M* 481 ASPICE·SUT (N M *supra*) *M* mage (e *m.* 2) *γ* MAGI *R, Charisius*

dixerat; at clipeum, tot ferri terga, tot aeris,
[quom pellis totiens obeat circumdata tauri,]
vibranti cuspis medium transverberat ictu
loricaeque moras et pectus perforat ingens.
ille rapit calidum frustra de corpore telum:
una eademque via sanguis animusque secuntur.
corruit in volnus (sonitum super arma dedere)
et terram hostilem moriens petit ore cruento.
quem Turnus super adsistens
'Arcades, haec' inquit 'memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.
quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,
largior. haut illi stabunt Aeneia parvo
hospitia.' et laevo pressit pede talia fatus
exanimem, rapiens immania pondera baltei

---

TESTIMONIA. 487 Servius Aen. X 908 488 Macrobius Sat. VI 1, 24 489 comm. Bern. Lucani VIII 616 U. 491 'Arcades h. i.' ult. syll. IV 231 K. 492 'qualem . . . remitto' Nonius 344, 10 493 'quisquis h. t.' Servius in Don. IV 424 K. Sergius de syll. IV 479 K. Cledonius V 29 K. Pompeius V 110. 117 K. de fin. VI 230. 242 K. Marcianus Capella III 278 Servius Aen. VI 333 495—497 'laevo ... nefas' Asper 113, 4 K.

---

VARIA LECTIO.

*et Diomedes* (*cf. Consentius* V 388 *K.*) mage *de ult. syll.*, *Servius* num magi nostrum *Charisii cod.* nunc mage nostrum sit *Diomedis libri* 'nunc (num *Par.*) mage sit: *legitur et* magis est' *Servius* 483 *abesse malim* quom '*nonnulli*' *Pieriani* CVM *Rbc, Servius Dan. in lemm.* QUEM (*erasa ut vid.* C *supra* Q) *M* quem *γ, probavit Marklandus ad Statii silv.* I 1, 40 '*quidam* pellis *humiliter dictum accipiunt*' *Servius Dan.* 484 CUSPISMEDIUM *Mcm* MEDIVM CVSPIS *Ryb* 485 PERFORAT·INGENS *M* 'cuspis ingens *ita accipiendum est* . . . perforat: *hic subdistinguendum, ut* ingens . . *ad superiora possit referri*' *Servius, quem refellit Marklandus l. l.* 486 de corpore, aᵗ de uolnere *γ: cf.* 744 DEUULNERE *Mc* DEPECTORE *R* de pectore, *in mg. m.* 2 ·A·T de uulnere *b* 488 UULNUS *MRybc* dederunt *Macrobii ω* dedere *Servius Dan. in lemm.* 490 ADSISTENSSICOREPROFATVR *R* 491 *sq.* REFERTE ‖ EUANDRO· *M* 'referte Euandro: *potest et hic distingui, potest et supra* referte, *ut sit* Euandro remitto qualem meruit filium' *Servius* 493 Quiſquiſ (Quiſ *pr. m.* 2), aᵗ quiſquiſ (*m.* 1 1 *fort.* Siquiſ) *γ*

inpressumque nefas: una sub nocte iugali
caesa manus iuvenum foeda thalamique cruenti,
quae Clonus Eurytides multo caelaverat auro;
quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus.
nescia mens hominum fati sortisque futurae
et servare modum, rebus sublata secundis!
Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum
intactum Pallanta et cum spolia ista diemque
oderit. at socii multo gemitu lacrimisque
impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
o dolor atque decus magnum rediture parenti!
haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert,
cum tamen ingentis Rutulorum linquis acervos.

Nec iam fama mali tanti, set certior auctor
advolat Aeneae, tenui discrimine leti
esse suos, versis tempus succurrere Teucris.
proxima quaeque metit gladio latumque per agmen
ardens limitem agit ferro, te, Turne, superbum
caede nova quaerens. Pallas, Euander, in ipsis
omnia sunt oculis, mensae, quas advena primas

---

TESTIMONIA. 497 sq. 'una...iuvenum' schol. Hor. carm. II 14, 19 500 Asper 113, 18 K. 501 Nonius 223, 8 Arusianus VII 495 K. 502 Nonius 389, 23 comm. Bern. Lucani II 381 U. 503 sq. 'Turno... Pallanta' Servius Aen. II 104 506 Servius Aen. X 841 507 Priscianus 1024 P. Sacerdos VI 447 K. 508 Servius Aen. XI 141 513—515 'proxima . . . quaerens' Nonius 240, 23 513 Porphyrio ad Hor. carm. IV 14, 31 514 sq. 'te . . . quaerens' Nonius 391, 4 Donatus ad Ter. adelph. III 2, 15 515 sq. 'Pallas . . . oculis' Priscianus 692. 738 P. Asper 113, 1 K. 515 'Pallas . . . ipsis' Probi de nom. exc. IV 214 K. Servius Aen. VIII 185 XI 55

---

VARIA LECTIO. 504 I$\overset{T}{\text{P}}$SA *M* 505 *in mg. add.* *y* 506 clipeo *Servii Aen.* X 841 *φ* 507 *sqq.* '*hos duos*' (*immo tres*) '*versus plerique a poeta dictos volunt. alii a sociis, qui reportant cadaver*' *Servius* 507 PARENTIS *R* 512 TEMPUS UERSIS *MRbc* SVCCEDERE *R ut* 439 513 ferit *m* 515 palla$\overset{n}{\text{ſ}}$ *γ* Euandrus, *ut semper alias*, *Bentleius* Euander *de hoc loco testantur Servius Dan.* VIII 185 XI 55 *et Probus* 516 prim$\overset{a}{\text{ı}}$ſ *c* primuſ *blm* PRIMV~ *R*

tunc adiit, dextraeque datae. Sulmone creatos
quattuor hic iuvenes, totidem, quos educat Ufens,
viventis rapit, inferias quos immolet umbris
captivoque rogi perfundat sanguine flammas.
inde Mago procul infensam contenderat hastam.
ille astu subit, ac tremibunda supervolat hasta,
et genua amplectens effatur talia supplex:
'per patrios manis et spes surgentis Iuli
te precor, hanc animam serves gnatoque patrique.
est domus alta, iacent penitus defossa talenta
caelati argenti, sunt auri pondera facti
infectique mihi. non hic victoria Teucrum
vertitur aut anima una dabit discrimina tanta.'
dixerat. Aeneas contra cui talia reddit:
'argenti atque auri memoras quae multa talenta,
gnatis parce tuis. belli commercia Turnus

---

TESTIMONIA. 517—520 'Sulmone ... flammas' Lactantius div. inst. V 10 517—519 'Sulmone ... umbris' Macrobius Sat. V 2, 15 518 Eutychis ars V 469. 486 K. 520 Servius Aen. XI 82 521 Macrobius Sat. V 2, 16 523 'genua a.' cf. Arusianus VII 514 K. 524—536 Macrobius Sat. V 10, 5 524 sq. Donatus ad Ter. adelph. II 1, 28 'per ... precor' explan. in Don. IV 535 K. 524 'et ... Iuli' Lactantius div. inst. V 10 532 'gnatis p. t.' Servius ecl. III 94 532 sq. 'belli ... perempto' MacrobiusSat. V 2, 16

---

VARIA LECTIO. 519 Viuenteſ *b* 520 PERFUNDANT *M* 521 INFENSAM *M, ut* IX 793 infenſã (nſã *m. rec. in ras.*) *b* infeſtam, aĭ infenſam *γ* INFESTAM (FES *e corr.*) *P* INFESTAM *R, Macrobii exempl.: cf.* 877 CONTENDERAT *Pb, Macrobius et Servius Dan.* CONTENDERET (A *supra* E) *M* contender& .. (v *supra* o; & *m.* 2) *γ* cotenderet (n *supra* o) *c*2 cũtenderit *c*1 CONTORSERAT *R: cf.* V 520 522 ALTU (S *supra* L) *M* ac *b* at (c *supra* t) *γ* EN (ACT *supra*; E *corr. ex* I) *M* AT *PRc* tremebunda *c* 523 EN (T *supra* N; E *corr. ex* I) *M* 524 MANES *Mb* & (p *supra*) *γ* per *χ, Macrobii et Donati exempl., explan. in Don. ut* VI 364 et *Servius in lemm.* ſurgenteſ *b*1 heredis, aĭ ſurgentiſ *γ, Servius in lemm.* HEREDIS (HERED *in ras.*) *P, ut* IV 274 526 deposta *Klouček* defossa *testatur Servius* 529 haud *c* 531 magna *χ, Macrobii ω: cf.* IX 265

sustulit ista prior iam tum Pallante perempto.
hoc patris Anchisae manes, hoc sentit Iulus.'
sic fatus galeam laeva tenet atque reflexa
cervice oranti capulo tenus applicat ensem.
nec procul Haemonides, Phoebi Triviaeque sacerdos,
infula cui sacra redimibat tempora vitta,
totus conlucens veste atque insignibus albis,
quem congressus agit campo lapsumque superstans
immolat ingentique umbra tegit; arma Serestus
lecta refert umeris, tibi, rex Gradive, tropaeum.
instaurant acies Volcani stirpe creatus
Caeculus et veniens Marsorum montibus Umbro:
Dardanides contra furit. Anxuris ense sinistram
et totum clipei ferro deiecerat orbem
(dixerat ille aliquid magnum vimque adfore verbo
crediderat caeloque animum fortasse ferebat
canitiemque sibi et longos promiserat annos):
Tarquitus exultans contra fulgentibus armis,

TESTIMONIA. 534 Priscianus 1166 P. 536 'capulo t.' anecd. Helv. p. 265 H. 540 sq. 'lapsumque . . . tegit' Eutychis ars V 477 K. 541 sq. 'arma...umeris' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 3 544 Priscianus 933 P. 545 'Dardanides' cf. Pompeius V 146 K. 'Dardanides c. f.' Servius Aen. X 574 'Anxyris e. s.' Probi cath. IV 17 K. 548 'caeloque . . . ferebat' Priscianus 1016 P.

VARIA LECTIO. 533 ILLA *M* 536 oranti *b* ORANTI *P* (s supra) ORANTIS *MRyc* APPLICAT *MRb2c* ADPLICAT *P* atplicat *y* a.plicat *b1* abdidit *Macrobii ω*, *ut* II 553 537 HEMONIDES *P2y* H..MONIDES *P1* 538 SACRO *R* ſacr. *b* redimibant *m* UITTA·M *M* 539 A ... S (ALBIS?) *P1* ARMIS *MP2Rybc* 'insignibus armis: *Asper sic legit . . . Probus vero* insignibus albis *dicit legendum' Servius, cf. prol.* 140 540 LAPSVSM *P* (s) VPERSTANT *P* SUPERSTAN (s, N) (*del.* T) *M* 541 *adversari* IX 169 *sqq. monet Servius* 543 INSTAURAT *M* instaurant *Servius* UULCANI *Mc* 544 marſorum ex montibuſ *c* 545 anxiriſ (u supra) *b* anxiriſ *c* anxyris *Mentel. pr.* *Servius Dan. in lemm., testatur Probus Cath.* ecce *Axt* 546 tortum *Wagnerus* terrae *Iasper et Klouček: cf.* 555 547 ILLI *R* BELLO *R* 549—574 *Veron. fol.* 230 *b*

silvicolae Fauno Dryope quem nympha crearat,
obvius ardenti sese optulit. ille reducta
loricam clipeique ingens onus impedit hasta;
tum caput orantis nequiquam et multa parantis
dicere deturbat terrae truncumque tepentem
provolvens super haec inimico pectore fatur:
'isti nunc metuende, iace. non te optima mater
condet humi patrioque onerabit membra sepulchro:
alitibus linquere feris aut gurgite mersum
unda feret piscesque inpasti volnera lambent.'
protinus Antaeum et Lucam, prima agmina Turni,
persequitur fortemque Numam fulvomque Camertem,
magnamino Volcente satum, ditissimus agri
qui fuit Ausonidum et tacitis regnavit Amyclis.
Aegaeon qualis, centum quoi bracchia dicunt

TESTIMONIA. 551 cf. schol. Veron. 105, 7 K. 'silvicolae Fauni' Macrobius Sat. VI 5, 9 554 sq. Macrobius Sat. V 13, 2 557 'istic . . . iace, et reliqua' Macrobius Sat. V 2, 17 'istic' schol. Veron. 105, 12 K. 559 cf. schol. Veron. 105, 16 K. 561 sq. 'protinus . . . persequitur' Nonius 376, 21 562 'persequitur f. N.' Macrobius Sat. V 15, 11 564 'tacitis r. Amyclis' schol. Veron. 106, 1 K. 565 cf. Macrobius Sat. V 16, 9 'Aegeon' schol. Veron. 106, 5 K. 565 sq. 'qualis . . . manus' schol. Hor. carm. II 17, 13

VARIA LECTIO. 554 tunc *Goth. tert.*, *Macrobiani codd.* 555 DETUR$^{P}$BAT *M* PETENTEM *R* reliquit *Macrobii exempl.*, *quod tamen ortum videtur ex* reliqua (*cf. supra ad* 557) 557 Iſti$^{c}$ *c* Iſtic (c *in ras.*) *b* ISTIC *MPRVγ Servii exempl.*, *schol. Veron.* metuende (e *tert. in ras.*) *b* non] NVNC *R* 558 H$^{O\cdot}$UMI *M*: *cf.* IX 214 X 904 PATRIOVE *PRγbm* patrio$^{ue}$ *c* humo patria atque *Gentius, non male* hones$^{b}$auit *γ* honerabit (ho *m.* 2 *in ras.*) *c* honorabit *Dorvill.* 559 LIQVERE *P* li$^{n}$quere *γ* 560 ferenſ *c* u$^{v}$olnera *γ* UULNERA *MRbc* 561 ANTHAEVM *Rb* ANTHAEVM (EVM *in ras.*) *P* ANTHEU$^{M}$S *M* LVCAN *PV* lucan (u *corr. in* i) *γ* lican *c* 562—574 *Veron. fol.* 230*a* 562 Prosequitur *m* NVMA. *P1* NUMAN· *MP2*: *ceterum cf.* IX 454 FVLVOM (O *corr. in* V) *P* FVLUUM *MRVγbc* 563 UULCENTE *MRc1* VVLCENTEM *V* uol$^{f}$cente *b* uolſ$^{c}$cente *c2* 565 QVI *V* CUI *MPRγbc*

centenasque manus, quinquaginta oribus ignem
pectoribusque arsisse, Iovis cum fulmina contra
tot paribus streperet clupeis, tot stringeret enses:
sic toto Aeneas desaevit in aequore victor,
ut semel intepuit mucro. quin ecce Niphaei
quadriiugis in equos adversaque pectora tendit.
atque illi longe gradientem et dira frementem
ut videre, metu versi retroque ruentes
effunduntque ducem rapiuntque ad litora currus.
interea biiugis infert se Lucagus albis
in medios fraterque Liger; sed frater habenis
flectit equos, strictum rotat acer Lucagus ensem.
haut tulit Aeneas tanto fervore furentis:
inruit adversaque ingens apparuit hasta.
cui Liger
'non Diomedis equos nec currum cernis Achillis
aut Phrygiae campos: nunc belli finis et aevi
his dabitur terris.' vaesano talia late
dicta volant Ligeri. set non et Troïus heros
dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostem.

TESTIMONIA. 566—568 'quinquaginta . . . clipeis' schol. Veron. 106, 8 K. 574 'effunditque d.' Servius Dan. Aen. III 470 577 'strictum... ensem' Nonius 402, 32 581 Donatus ad Ter. Andr. IV 4, 48 Isidorus orig. II 30, 8 583 sq. 'talia dicta v.' Sergius de syll. IV 479 K.

VARIA LECTIO. 567 ARSISSE· *M* '*ambigua hic distinctio. potest enim sic legi,* quinquaginta . . . arsisse Iouis, *id est* ignem Iouis . . . *potest et sic distingui:* quinquaginta . . . arsisse, *ut hic sit mora, deinde inferatur* Iouis cum fulmina' *e. q. s. schol. Veron. cf. prol.* 132 568 CLVPEIS *V* CLIPEIS *MPRb* clypeiſ *c* clipeoſ *γ*1 STRINGIT *V* 570 NIPAEI *R* 571 EQU$^{o}$IS *M* 572 AG (ET *sup.*) *M* 573 RVENTIS *V ut vid.* 574 in *m* littore *γ*1 CVRRVM$_{iu}$ *Rc* currũ (*fort. erasa una extrema littera post* u) *b* 575 bigiſ *γ* BIGIS *P* biiugis *Servius testatur* LVCAGVS (C *fortasse in ras.*) *R* LUGAGUS *M* 576 medio$^{ſ}$ *γ* 581 nec curruſ *c* non currus *Donatus* achilli *Menag. pr., χ* 583 VAESANO *P* VESANO *Rc* 585 'dicta parat: *potest legi et* dicta parat contra' (*sic M corr. P*) *Servius* contra ...hostem *suspecta Wagnero* HOSTES *P*2*γc*, *Bentleius* HOSTIS *P*1*R*

Lucagus ut pronus pendens in verbera telo
admonuit biiugos, proiecto dum pede laevo
aptat se pugnae, subit oras hasta per imas
fulgentis clipei, tum laevom perforat inguen:
excussus curru moribundus volvitur arvis.
quem pius Aeneas dictis adfatur amaris:
'Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
prodidit aut vanae vertere ex hostibus umbrae:
ipse rotis saliens iuga deseris.' haec ita fatus
arripuit biiugos; frater tendebat inertis
infelix palmas, curru delapsus eodem:
'per te, per qui te talem genuere parentes,
vir Troiane, sine hanc animam et miserere precantis.'
pluribus oranti Aeneas 'haut talia dudum
dicta dabas. morere et fratrem ne desere frater.'
tum latebras animae pectus mucrone recludit.
talia per campos edebat funera ductor
Dardanius, torrentis aquae vel turbinis atri
more furens. tandem erumpunt et castra relincunt
Ascanius puer et nequiquam obsessa iuventus.

---

TESTIMONIA. 586 sq. 'Lucagus...biiugos' Nonius 242, 4 Priscianus 1190 P. Arusianus VII 482 K. 587 sq. 'proiecto . . . pugnae' Nonius 234, 29 Diomedes I 414 K. Macrobius Sat. VI 4, 14 587 'proiecto . . . laevo' Servius Aen. III 699 588 'subit...imas' schol. Veron. 81, 22 K. 592 de schem. dian. p. 62 H. 597 Priscianus 987. 1020 P. Macrobius Sat. IV 2, 11 Acro ad Hor. carm. I 1, 1 599 sq. 'haud . . . frater' Macrobius Sat. V 1, 17 600 'et . . . frater' Donatus ad Ter. Andr. II 3, 3 IV 5, 34 Servius Aen. IV 83 'ne d. f.' de litt. VII 539 K.

---

VARIA LECTIO. 586 prono *Arusiani ex.* pronus *Servius confirmat* 587 ammonuit *Prisciani* φ ammouit *Arusiani ex.* biiugis *Arusiani ex.* TRAIECTO *M* proiecto *Servius testatur* 588 APTET *P* Apte (t over e) (e *corr. in* a) *γ* 589 LAEVOM (O *corr. in* V) *P* LAEUUM *MRγc* 594 DESERIT (s over T) *P* 595 inertes *c* INERMIS *P1* inertis, at inermis *γ*: *cf.* XI 414. 672 597 *cf.* I 606 599 hau *Marium Victorinum* VI 15 K. *praecipere arbitratur Ritschelius opusc.* V 354 (*cf.* XII 76) 601 penitus *Iacobus ad Lucilii Aetn.* 139 pectus *Servius* 602 doctor (v over o), at uictor *γ* uictor *cm* 604 FREMENS *R* RELINQVNT *Rb* relinquunt *γc*

Iunonem interea compellat Iuppiter ultro:
'o germana mihi atque eadem gratissima coniunx,
ut rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes, non vivida bello
dextra viris animusque ferox patiensque pericli.'
cui Iuno summissa 'quid, o pulcherrime coniunx,
sollicitas aegram et tua tristia iussa timentem?
si mihi, quae quondam fuerat quamque esse decebat,
vis in amore foret, non hoc mihi namque negares,
omnipotens, quin et pugnae subducere Turnum
et Dauno possem incolumem servare parenti.
nunc pereat Teucrisque pio det sanguine poenas.
ille tamen nostra deducit origine nomen
(Pilumnusque illi quartus pater) et tua larga
saepe manu multisque oneravit limina donis.'
cui rex aetherii breviter sic fatur Olympi:
'si mora praesentis leti tempusque caduco
oratur iuveni meque hoc ita ponere sentis,
tolle fuga Turnum atque instantibus eripe fatis:
hactenus indulsisse vacat. sin altior istis
sub precibus venia ulla latet totumque moveri
mutarive putas bellum, spes pascis inanis.'
et Iuno adlacrimans 'quid si, quae voce gravaris,
mente dares atque haec Turno rata vita maneret?
nunc manet insontem gravis exitus, aut ego veri

---

TESTIMONIA. 611 'cui Iuno s.' Marius Victorinus VI 28 K. 617 Servius Aen. II 366 619 'Pilumnusque . . . pater' Servius Aen. VIII 54 X 76 624 sq. 'tolle . . . vacat' Nonius 326, 3 624 'atque . . . fatis' Victorinus ad Cic. p. 224 H. comm. Bern. Lucani V 733 U. 625 'hactenus i. v.' comm. Bern. Lucani III 103 U. 625 sq. 'sin . . . latet' Nonius 237, 23 627 'mutarive p. b.' ult. syll. IV 244 K. 628 sq. 'quid ... dares' Priscianus 1169 P. schol. Lucani V 258 630—632 Augustinus de divin. daem. 11 630 ult. syll. IV 251 K.

---

VARIA LECTIO. 610 uiroſ *c*1 612 IUSSA *M ut* IX 804 DICTA *PRγbcm ut* 104 II 115 617 suo *χ* pio *testatur Servius* 618 DEDVCET *Pγ*1 620 ornavit *Schraderus* 621 FATVR *Pc* fatur (ſ supra) *γ* FATUR (s supra) *M* FATVS *Rb* 628 et] cui *χ* inlacrimanſ *c* quae] quod *c* qui *b*1 629 DATA *R* rata *Servius*

vana feror. quod ut o potius formidine falsa
ludar et in melius tua, qui potes, orsa reflectas!'
haec ubi dicta dedit, caelo se protinus alto
misit, agens hiemem nimbo succincta per auras,
Iliacamque aciem et Laurentia castra petivit.
tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram
in faciem Aeneae (visu mirabile monstrum)
Dardaniis ornat telis clipeumque iubasque
divini adsimulat capitis, dat inania verba,
dat sine mente sonum gressusque effingit euntis,
morte obita qualis fama est volitare figuras
aut quae sopitos deludunt somnia sensus.
at primas laeta ante acies exultat imago
inritatque virum telis et voce lacessit.
instat cui Turnus stridentemque eminus hastam
conicit: illa dato vertit vestigia tergo.
tum vero Aenean aversum ut cedere Turnus
credidit atque animo spem turbidus hausit inanem,
'quo fugis, Aenea? thalamos ne desere pactos;
hac dabitur dextra tellus quaesita per undas,'
talia vociferans sequitur strictumque coruscat
mucronem nec ferre videt sua gaudia ventos.
forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi
expositis stabat scalis et ponte parato,
qua rex Clusinis advectus Osinius oris.

TESTIMONIA. 631 sq. 'quod . . . ludar' schol. Lucani I 636 'o . . . ludar' schol. Hor. serm. II 1, 43 636 Nonius 466, 17 638 sq. 'iubasque . . . capitis' Priscianus 799 P. 641 Priscianus 801. 899. 908. 1221 P. Donatus ad Ter. Andr. I 3, 18 Macrobius Sat. VI 1, 48 644 Nonius 31, 25 exempla poet. cod. Vat. 34 Keil. 'inritatque v. t.' Arusianus VII 486 K. schol. Hor. carm. III 29, 41 649 'quo f. Aenea' Charisius I 66 K. ult. syll. IV 229. 246. 261 K. Audacis exc. VII 340 K. Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 39 651 sq. 'strictumque c.' Arusianus VII 459 K. 653 Asper 112, 23 K. 655 Servius Aen. X 166 Macrobius Sat. V 15, 7

VARIA LECTIO. 639 VERBA *in ras.* *P* uerba, at̄ mēbra *γ* verba *legit Servius* 640 GRESSUM *M* euntes *c* 641 QVALES *P* 644 aut uoce *m* atque ultro *ex. poet.* 646 CO(I)ICIT *R*: *cf. Lachmannus Lucr.* 136 655 CLUSINIS *M* OSIRIVS *R*: *cf.* 166

huc sese trepida Aeneae fugientis imago
conicit in latebras; nec Turnus segnior instat
exsuperatque moras et pontis transilit altos.
vix proram attigerat: rumpit Saturnia funem
avolsamque rapit revoluta per aequora navem.
tum levis haut ultra latebras iam quaerit imago, 663
sed sublime volans nubi se immiscuit atrae. 664
illum autem Aeneas absentem in proelia poscit; 661
obvia multa virum demittit corpora Morti: 662
cum Turnum medio interea fert aequore turbo.
respicit ignarus rerum ingratusque salutis
et duplicis cum voce manus ad sidera tendit.
'omnipotens genitor, tanton me crimine dignum
duxisti et talis voluisti expendere poenas?
quo feror? unde abii? quae me fuga quemve reducit?

---

TESTIMONIA. 664 Priscianus 1008 P. 'sublime v.' cf. Priscianus 1006. 1014. 1069. 1104. 1131 P. schol. Hor. carm. II 12, 14 Vide quae ad ge. I 320 adnotavi 662 Servius Aen. X 674 666 Asper 112, 7 K. 'ingratusque s.' Arusianus VII 484 K. 668 sq. 'tanton . . . duxisti' Nonius 283, 19 Donati ars IV 372 K. Consentius V 400 K. Victorini ars VI 194 K. de acc. VI 275 K. Audacis exc. VII 331 K. anecd. Helv. p. 304 H. 668 'tanton . . . dignum' Diomedes I 435 K. Priscianus 1032. 1224 P. Pompeius V 132 K. Dositheus VII 380 K. 670 'quo . . . abii' ult. syll. IV 237. 238. 242 K. Acro ad Hor. carm. III 27, 34

---

VARIA LECTIO. 656 AENEAETREPIDA *M* 658 PONTES *Mc* 659 ATTIGERIT (I *post. in ras., corr. ex* A *ut vid.*) *P* attigerit *γ*1 rum̈pit *γ* RVPIT *R* 660 *in mg. m. ant. add. c* AUULSAM *MP*2*γ*2*bc* 663. 664. 661. 662 *hoc ordine Parisini duo, quem restituerat Brunckius: sed* 661. 662. 663. 664 *se excipiunt in MPRγbcmψ. Nota quaedam litterae* b *similis ad v.* 663 *in M* *Parum probabiliter Heynius v.* 661. 662 *a poeta in margine adscriptos esse suspicabatur* 661 ILLE *PRγ* AENEAN[S] (S *sup. m. rec.*) *P* AENEAN *R* 'illum autem Aeneas: *sic melius quam sicut nonnulli volunt — Urbanus namque sic legit* — ille autem Aenean . . . *ut* obvia . . morti *de nautis in navi inventis intellegamus, quod non procedit' Servius: cf. prol.* 168 665 INTEREA MEDIO *Rb* 667 DVPLICES *Pγc* tollit *mχ*, *'plerique' Picriani* 668 TANTO *Pγ* tanton *testantur Servius ceterique grammatici* 669 TALES *Pγc* 670 ABEO (E *corr. in* I) *P* abi *γ* QUOREDUCIT[UE], *in mg. litt. min.* QUEMUE *M* reducet *c*

Laurentisne iterum muros aut castra videbo?
quid manus illa virum, qui me meaque arma secuti?
quosne (nefas) omnis infanda in morte reliqui
et nunc palantis video gemitumque cadentum
accipio! quid ago? aut quae iam satis ima dehiscat
terra mihi? vos o potius miserescite, venti:
in rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro)
ferte ratem saevisque vadis immittite syrtis,
quo neque me Rutuli nec conscia fama sequatur.'
haec memorans animo nunc huc, nunc fluctuat illuc,
an sese mucrone ob tantum dedecus amens
induat et crudum per costas exigat ensem,
fluctibus an iaciat mediis et litora nando
curva petat Teucrumque iterum se reddat in arma.
ter conatus utramque viam, ter maxima Iuno
continuit iuvenemque animi miserata repressit.
labitur alta secans fluctuque aestuque secundo
et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.

At Iovis interea monitis Mezentius ardens
succedit pugnae Teucrosque invadit ovantis.

---

TESTIMONIA. 671 ult. syll. IV 261 K. 676 sq. 'vos . . . adoro' comm. Bern. Lucani V 451 U. 676 'vos . . . venti' Servius Aen. II 641 sq. 677 Priscianus 775 P. 681 sq. 'an . . . induat' Priscianus 1199. 1205 P. 686 Arusianus VII 491 K. 687 'labitur a. s.' schol. Med. ecl. X 49

---

VARIA LECTIO. 672 QVOD [I] *P* mea [q] *γ* 673 quoſne *b, Leid.* QVOSVE *Pγc* QVOSQVE *R* QUOSQ· [UE] *M* 'quosve: *Asper* quosne *legit, et adnotavit:* ne *pro* ve' *Servius Dan.* OMNES *R* in *om.* *Menag., χ* RELIQVI [N] *P* 674 PALLANTIS *Rb*1 PALLEN[A]TIS (I *corr. in* E) *M* pa . lanteſ (*erasa* l) *c* 675 ETQUAE [AV] *M* ecquae *coni. Heinsius* DEHISCET *R* 677 in syrtis *Menag. alt., Priscianus: ex* 678 678 SYRTES *P2γ* 680 animu . *c*1 huc] HUNC· *M* ILLŪ [C·] *M* 681 MUCRONE *MP2γbc, testantur Priscianus et Servius* MVCRONI *P*1*R* 682 *cf.* XII 508 INBVAT *P* DVRVM *R* crudum *Servius legit* 683 IACTET *R* 684 p&& *c* 686 que] atque *Arusianus* animo *χ* animi *testantur Arusianus et Servius* 690 OUANTES *MP2γc*

concurrunt Tyrrhenae acies atque omnibus uni,
uni odiisque viro telisque frequentibus instant.
ille velut rupes, vastum quae prodit in aequor,
obvia ventorum furiis expostaque ponto,
vim cunctam atque minas perfert caelique marisque,
ipsa immota manens, prolem Dolichaonis Hebrum
sternit humi, cum quo Latagum Palmumque fugacem,
sed Latagum saxo atque ingenti fragmine montis
occupat os faciemque adversam, poplite Palmum
succiso volvi segnem sinit, armaque Lauso
donat habere umeris et vertice figere cristas.
nec non Euanthen Phrygium Paridisque Mimanta
aequalem comitemque, una quem nocte Theano
in lucem genitori Amyco dedit et face praegnas
Cisseis regina Parin: Paris urbe paterna
occubat, ignarum Laurens habet ora Mimanta.
ac velut ille canum morsu de montibus altis
actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos

---

TESTIMONIA. 691 'concurrunt T. a.' de schem. lex. p. 50 H. 692 Servius Aen. XI 9 701 'donat h.' Servius ecl. II 43 702 sq. 'nec . . . aequalem' Nonius 235, 26 704 sq. 'et . . . regina' Arusianus VII 501 K. 705 'Cisseis r. P. creat' Servius Aen. V 535 explan. in Don. IV 537 K. 'urbe p. Parin creat' Servius Aen. V 370 'Parin creat' Sacerdos VI 498 K. 'Parim' Charisius I 89 K. 706 'ignarum . . . Mimanta' Gellius IX 12, 22 Nonius 129, 19 Macrobius Sat. IV 3, 11 707 'ac . . . morsu' Servius Aen. XII 5 ult. syll. IV 246 K. 'ac v. i. c.' Servius Aen. I 3

---

VARIA LECTIO. 696 MANENT *M* DOLOCHAONIS *Pγ*1 702 EVANTEN *R*, *Nonii Gen.* euatem *b* euantem *c*, *Nonii φ* frugium *Nonii Leid.* minanta *c*1 704 genitore *Bentleius ad Hor. epod.* 5, 28 ut *proposuit Heinsius* ac *Wakefieldus* et *Arusianus* pregnaſ *b* PRAEGNANS *R*, *Arusiani cod.* PREGNANS *M* pregnanſ *c* 705 PARIN *MPRγc, Charisii cod., Servius Aen.* V 370 *legit* parim *χ, in ras. b, Sacerdos* Paris *Bentleius ad Hor. epod.* 5, 28 CREAT *PRγc, in ras. b, Sacerdos, expl. in Don., Servius* CREPAT *M* regina creat: Paris *Ellis transactions of the Oxford philol. soc.* 1880/1 *p.* 15 706 OCCUPAT *M*1*R* hic cubat, *servato v.* 705 creat, *Wakefieldus* 707 at *dc ult. syll.*

defendit multosve palus Laurentia, silva
pastus harundinea, posquam inter retia ventumst,
substitit infremuitque ferox et inhorruit armos,
nec cuiquam irasci propiusque accedere virtus,
sed iaculis tutisque procul clamoribus instant;
ille autem inpavidus partis cunctatur in omnis, 717
dentibus infrendens, et tergo decutit hastas: 718
haut aliter, iustae quibus est Mezentius irae, 714
non ulli est animus stricto concurrere ferro; 715
missilibus longe et vasto clamore lacessunt. 716
venerat antiquis Corythi de finibus Acron, 719
Graius homo, infectos linquens profugus hymenaeos.
hunc ubi miscentem longe media agmina vidit,
purpureum pinnis et pactae coniugis ostro:
inpastus stabula alta leo ceu saepe peragrans

---

TESTIMONIA. 709 sq. 'silva p. h.' Servius Aen. II 471 Acro ad Hor. serm. II 4, 42 711 'infremuitque . . . armos' schol. Hor. epod. V 27 'et i. a.' Arusianus VII 484 K. 'inhorruit a.' schol. Hor. carm. I 23, 5 718 Nonius 414, 10 714 Macrobius Sat. VI 6, 9 'iustae . . . irae' Arusianus VII 486 K. 719 sq. 'venerat . . . homo' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 62 719 'venerat a.' ult. syll. IV 262 K. 723—729 Macrobius Sat. V 10, 7

---

VARIA LECTIO. 709 VE *P* QUE *MRγbc* 'multosque *pro* multosve' *Servius* 710 Pascit *vel* pavit, *sc.* palus Laurentia, *Bentleius l. l.* pastus *Servius testatur* p'quam, *i. e.* posquam *c* POSTQUAM *MPRγb* VENTVMST (E) *P* VEÑŨEST *M* (EST *m.* 2), *Rγbc* 711 ferox] furens *schol. Hor.* HORRUIT *M* 712 QVE *Pγ*, *quod probat Wagnerus quaest. Verg.* XXXVI 7 VE *MRc*, *in ras. b* ACCENDERE *P* 713 tōtiſ (v) *γ* TOTIS *P* 717. 718. 714—716: *hunc ordinem restituit Scaliger in praef. ad Manilium et in adnot. ad poem. p.* 222 *ed.* 2, *prob. Bentleius.* 714—716. 717. 718 *se excipiunt in MPRγbcψ, quem ordinem olim parum feliciter defendere instituerat Ladevicus philologi* VII 483: *cf. emend. Verg.* 3 *adnot.* 715—718. 714 *Hauniensis* V *apud Dorphium.* 714—716. 718. 717 *Lips. alter* 717 PARTES *M*2 cunctuſ (ta) (ſ *corr. in* r) *γ* OMNIS (I *corr. in* E) *M* 718 *cf.* III 664. VIII 230 719 antiquiſ (uiſ *in ras.*) *b* antiqui *Menag. pr.* CORITI *M*, *Donati exempl.* choriti (ch *in ras.*) *b* 720 profugus linquens *Menag. pr.*, *χ* PROFVGIS (V) *P* 723 specula *m*

(suadet enim vaesana fames), si forte fugacem
conspexit capream aut surgentem in cornua cervom,
gaudet, hians immane, comasque arrexit et haeret
visceribus super incumbens, lavit improba taeter
ora cruor:
sic ruit in densos alacer Mezentius hostis.
sternitur infelix Acron et calcibus atram
tundit humum expirans infractaque tela cruentat.
atque idem fugientem haut est dignatus Oroden
sternere nec iacta caecum dare cuspide volnus:
obvius adversoque occurrit seque viro vir
contulit, haut furto melior, set fortibus armis.
tum super abiectum posito pede nixus et hasta
'pars belli hau temnenda, viri, iacet altus Orodes'.
conclamant socii laetum paeana secuti.

---

TESTIMONIA. 725 'surgentem in c. c.' Servius Aen. I 365 IV 274 schol. Bern. ecl. VI 39 727 sq. Priscianus 803 P. 'lavit . . . cruor' Nonius 327, 8. 466, 24. 503, 25 Priscianus 861 P. Eutychis ars V 484 K. schol. Hor. carm. III 12, 2. Acro ad Hor. epist. I 10, 40 730 'sternitur i. A.' Nonius 389, 10 732 sq. 'atque . . . sternere' Nonius 286, 26 735 'non furto . . . armis' schol. Hor. carm. IV 6, 17 736 'posito . . . hasta' Arusianus VII 495 K. 737 Servius Aen. X 732 'iacet a. O.' Servius Aen. VI 9 738 cf. schol. Veron. 106, 15 K.

---

VARIA LECTIO. 724 VESANA *Rbc* 725 CERVOM (O *corr. in* V) *P* CERUUM *MRγbc* 727 INCUMBENS *M, Prisciani exempl., ut* V 858 accubenſ, *suprascr.* aꝉ incūbenſ *γ* accumbenſ (ac *in ras.*) *b* ACCVMBENS *PRcm, Macrobii exempl.* LAVAT *R* lavit *testatur Servius cum ceteris grammaticis* IMPROBA[US]T AETHER *M* 729 SICDENSOSINRVIT *Pγ* hoſteſ *c* 730 A[C]TRON *M* ACRON (CRON *in ras.*) *R* E[T]G *M* 732—758 *Veron. fol.* 229 *b* 732 HORODEN (N *m. rec. in ras.*) *R* Orodem *Mentel. pr., χ* 733 V[H]VLNVS *MPRVγ*1*bc* 735 non *schol. Hor.* 736 HASTAET *V* 737 HAV[D] *V* HAVT *PRγ*1 [H]AUT *M* haud *γ*2*bc* uiriſ *b*2*cm*, *Menagiani, χ* 'viri: *Asper* viris *legit*' *Servius: cf. prol.* 130 ACTUS *M* altus *Servius testatur* HORODES *R* 738 laetum paeane *Heinsius: cf.* IX 54. 466. 636. X 799 laeto paeane *Peerlkampus*

ille autem expirans 'non me, quicumque es, inulto,
victor, nec longum laetabere: te quoque fata
prospectant paria atque eadem mox arva tenebis.'
ad quae subridens mixta Mezentius ira
'nunc morere. as de me divom pater atque hominum rex
viderit.' hoc dicens eduxit corpore telum:
olli dura quies oculos et ferreus urget
somnus, in aeternam clauduntur lumina noctem.

Caedicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen
Partheniumque Rapo et praedurum viribus Orsen,
Messapus Croniumque Lucaoniumque Erichaeten,
illum infrenis equi lapsu tellure iacentem,
hunc peditem. pedes et Lycius processerat Agis,

---

TESTIMONIA. 739—743 Macrobius Sat. V 12, 10 740 sq. 'nec... paria' Servius Aen. II 775 740 'ne longum l.' de schem. lex. p. 58 H. 743 'ast . . . divum' Sacerdos VI 444 K. 744 'hoc . . . telum' Nonius 298, 16 745 'olli d. q. o.' comm. Bern. Lucani V 195 U. 745 sq. Macrobius Sat. V 11, 30 'olli . . . somnus' Sacerdos VI 463 K. Servius Aen. I 254 'et ferreus u. s.' Acro ad Hor. carm. I 24, 5 746 'in . . . noctem' Servius Aen. X 541 schol. Lucani VII 616 Acro ad Hor. carm. I 28, 14 748 'praedurum v. hostem' Charisius I 235 K.

---

VARIO LECTIO. 740 NE *V*, *schem. lex.* TELI *M* 741 PATRIA (T *eras.*) *M* ARMA *M* teneb.iſ *γ* tenebaſ *c*1 742 ad quae *Menag. pr.*, *χ Macrobii Salisb.* ATQVAE *Vγ* ATQVAEC *P* ATQ· (*suprascr.* M) *M* Adq̃: *b* Atquē *c* ADQVEM *R*, *Macrobii ω* 743 *in ras. b*2 AST *P: de qua scriptura dixi in novis annalibus philol.* LXXVII 188 (*cf. prol.* 389 *et H. Iordani inutiliter carpentis Symb.* 302) a ſt (ſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* AST *MRVbc* DIVVM *MRVγb* diuum (iuum *m. rec. in ras.*) *c* 747 CEDICUS *M* HYDASPE *M* hydaſpem *c* 748 orsem, orsam *χ* hostem *Charisii cod.* 749 *om. V* CRONIVM *Pγ*1 c[l].onium *γ*2 c[r].oni˜ (*erasa* l) *c* CLONIUM *MRb* Clonius *iam occisus* IX 574 LVCAONIVM *P* lucaonium (u *pr. corr. in* i, ium *m.* 2 *in ras.*) *γ* licaonium *c* LYCAONIVM *MR*, *item, sed* y *in ras. b* erichaeten (*Ἐριχαίτην*) *b*1 ericha . ten *b*2 erichaten *c* ERYCHAETEN *R* [E]RYCHAETEN *P* erycheten (h *corr. ex* e, ten *m.* 2 *in ras.*) *γ* ERICETEN *M* 750 LAPSU·M *M* LAPSVM *R* 751 peditem: pedes et *Peerlkampus: cf.* VII 691 IX 27. 124. 523 X 354 XI 464. 518. 603 XII 128. 289. 550 PEDITEMPEDES·ET *M*,

quem tamen haut expers Valerus virtutis avitae
deicit; at Thronium Salius Saliumque Nealces
insidiis, iaculo et longe fallente sagitta.

Iam gravis aequabat luctus et mutua Mavors
funera: caedebant pariter pariterque ruebant
victores victique, neque his fuga nota neque illis.
di Iovis in tectis iram miserantur inanem
amborum et tantos mortalibus esse labores:
hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Iuno,
pallida Tisiphone media inter milia saevit.
at vero ingentem quatiens Mezentius hastam
turbidus ingreditur campo. quam magnus Orion,
cum pedes incedit medii per maxima Nerei
stagna viam scindens, umero supereminet undas
aut summis referens annosam montibus ornum

TESTIMONIA. 752 sq. 'quem . . . deiecit' Priscianus 1173 P. 754 Servius Aen. V 68 756 'caedebant . . . victique' comm. Bern. Lucani V 1 U. 758 sq. Macrobius Sat. V 16, 14 761 'pallida T.' Sacerdos VI 463 K. 762 Nonius 272, 21 Asper iun. V 548 K. 764 'Nerei pro Nereï' Donati ars IV 396 K. 765 'umero s. u.' Lactantius div. inst. IV 15 766 'aut altis r.' ult. syll. IV 262 K.

VARIA LECTIO.

*vulgo* AGIS *P*1 *Vγ*2*b* AGES *P*2*γ*1 ARGIS *M* argiſ (h *sup.*; r *erasa*) *c* HARGIS *R* 753 DEICIT *MPVγb* DEIECIT *Rc*1, *Prisciani ω* ATTHRONIUM *M* ACTHRONIVM *R* ATTHRONIVM (v *sup.*) *P* authronium *γ* anthronium *Moret. tertius* aucronium *Voss. pr.* . . . . . NIVM *V* at thonium *b* at cronium '*quidam*' *Pieriani, Leid.* SALIVS *m. rec. sup. P* NEALCEN (s *sup.*) *V* 754 *cf.* IX 572 INSIDIIS *PRVb: cf.* VII 478 XI 783 inſidiiſ (ſ *post. m.* 2 *in ras.*) *γ* INSIGNIS (DI *sup.*) *M* longum *ut vid. c*1 756 CEDEBANT *PRγ* 'caedebant: *legitur et* cedebant' *Servius* 758 casum *Macrobii exempl. cf.* V 350 iram *legit Servius* 760 CONTRAS *P* SPECTANT *M* 762 Medientius (*ut* VII 654 *P*) *Nonius: cf. mus. Rhen.* XII 419 *sqq. prol.* 453 *sq. Corssenus de pronuntiatione e. q. s.* $I^2$ 216 mezentiuſ (z *in ras.*) *b* • 763 CAMPUM *M* ORIO¯· *M* 764 incendit *γ*1 765 SCINDENS *suprascr. M* SCINDENS *P* 766 summis] altis *de ult. syll.* anno . ſã (ſ *m.* 2) *b: scriptum erat aut* annonsam *aut* annossam

ingrediturque solo et caput inter nubila condit:
talis se vastis infert Mezentius armis.
huic contra Aeneas speculatus in agmine longe
obvius ire parat. manet inperterritus ille,
hostem magnanimum opperiens, et mole sua stat;
atque oculis spatium emensus, quantum satis hastae,
'dextra mihi deus et telum, quod missile libro,
nunc adsint! voveo praedonis corpore raptis
indutum spoliis ipsum te, Lause, tropaeum
Aeneae.' dixit stridentemque eminus hastam
iecit; at illa volans clipeost excussa proculque
egregium Antoren latus inter et ilia figit,
Herculis Antoren comitem, qui missus ab Argis
haeserat Euandro atque Itala consederat urbe.
sternitur infelix alieno volnere caelumque
aspicit et dulcis moriens reminiscitur Argos.

TESTIMONIA. 770 sq. 'manet...opperiens' Nonius 349, 20  773 Apuleius de deo Socr. 6  774 sq. 'praedonis . . . spoliis' Servius Aen. II 275  777 sq. 'clipeo . . . Antorem' (interpolato 'sagitta' post 'excussa') Agroecius VII 120 K. Beda de orthogr. VII 285 K.  778 'egregium Antorem' Consentius V 402 K.  779 'Herculis A. c.' Probi cath. IV 12 K.  781 'sternitur . . . vulnere' Macrobius Sat. IV 4, 4 schol. Hor. carm. I 3, 17 Ennodius epist. V 25  782 'et . . . Argos' Quintilianus VI 2, 33 Donatus ad Ter. Andr. 1 5, 49 Arusianus VII 506 K. 'dulces . . . Argos' Macrobius Sat. IV 3, 11

VARIA LECTIO. 767 = IV 177  769 HV[N]C *P* HUNC *M* longe *m, probavit Madvicus* LONGO *MPR2γbc* LONG. *R1*  770 ipse *Nonius*  777 IECIT AT *Pc* IECIT AD *Rb* IECIT·[AT] *M* Inicit, *om.* at, *γ* CLIPEOS[ET] *P* CLIPEOEST *MRγbc*  778 antoren *b, duo Rottend.* ANTOREM *MPRγc, Consentii et Agrocii exempl.* '*erit nominativus* hic Antores, *quomodo* Diores, *nam si* Antor *fuerit nominativus, metri ratio non procedit. omnia enim Graeca nomina* or *terminata in obliquis casibus corripiuntur*' *Servius, ut* Antoren, *non* Antorem *probet*  Antorem egregium *Beda*  fixit *Goth. sec.*  779 ANTOREN (N *post. in ras.*) *P* ANTOREM *MRγbc* '*quidam putant Vergilium contra rationem propriorum produxisse* H. A. c., *sed errant, nam* hic Antores *declinavit, non* Antor, *sicut* hic Diores' *Probus cath.*  780 CONSIDERAT *Mγ*1  781 sternitur] decidit *Ennodius*  VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UULNERE *MRγ1bc*  782 dulceſ *c*

tum pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem
aere cavom triplici, per linea terga tribusque
transit intextum tauris opus imaque sedit
inguine, sed viris haut pertulit. ocius ensem
Aeneas, viso Tyrrheni sanguine laetus,
eripit a femine et trepidanti fervidus instat.
ingemuit cari graviter genitoris amore,
ut vidit, Lausus, lacrimaeque per ora volutae.
hic mortis durae casum tuaque optima facta,
siqua fidem tantost operi latura vetustas,
non equidem nec te, iuvenis memorande, silebo.
ille pedem referens et inutilis inque ligatus
cedebat clipeoque inimicum hastile trahebat:
prorupit iuvenis seseque inmiscuit armis
iamque adsurgentis dextra plagamque ferentis
Aeneae subiit mucronem ipsumque morando
sustinuit. socii magno clamore secuntur,
dum genitor nati parma protectus abiret,

---

TESTIMONIA. 786—788 'ocius . . . femore' Priscianus 701 787 sq. 'laetus . . . femine' Servius Aen. X 344 788 'eripit a f.' Charisius I 87 K. 792 schol. Lucani VII 209 794 sq. 'ille . . . cedebat' Nonius 381, 27 comm. Bern. Lucani IV 780 U. 'inutilis . . . cedebat' Servius Aen. IX 286 798 sq. 'Aeneae . . . sustinuit' Nonius 403, 29 Priscianus 1178 P. Servius Aen. VII 161 798 'Aeneae s. m.' Servius Aen. VIII 125

---

VARIA LECTIO. 784 CAVOM (O *corr. in* V) *P* CAVO *R* cauum *γbc* TER *R* 785 transit *Lachmannus Lucr.* 209 TRANSIET (E *corr. in* I) *M* TRANSIIT *PRγbc*. *An* transilit? *cf.* 817 *prol.* 367 IMA (O) *M* 786 VIRES *M2P2Rγbc* 788 FEMINE *MPRγbc, testantur Charisius et Servius* femore *mχ, Priscianus* 791 OPTIMAE *M* obtime (a) *b* OPTIME (E) *R* 'optima; *alii* optime *legunt' Servius* 792 TANTOST *P* TANTOEST *MRγbc* 796 PRORVPIT *PR: cf.* 379 PRORIPUIT *Mγbc: cf.* V 741 *ecl.* III 19 797 DEXTRA (E) *P* dextre *c* dextrae *χ*, *Servius* DEXTRAM *R* 798 SVBIT *R* SUBIGIT *M* morantem *Servii Aen.* VII 161 *exempl., sed* morando *h. l. interpretatur* 799 SEQUUNTUR *M* ſequuntur *b*

telaque coniciunt proturbantque eminus hostem
missilibus. furit Aeneas tectusque tenet se.
ac velut effusa siquando grandine nimbi
praecipitant, omnis campis diffugit arator
omnis et agricola et tuta latet arce viator,
aut amnis ripis aut alti fornice saxi,
dum pluvit in terris, ut possint sole reducto
exercere diem: sic obrutus undique telis
Aeneas nubem belli, dum detonet omnis,
sustinet et Lausum increpitat Lausoque minatur:
'quo moriture ruis maioraque viribus audes?
fallit te incautum pietas tua.' nec minus ille
exultat demens; saevae iamque altius irae
Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso
Parcae fila legunt: validum namque exigit ensem
per medium Aeneas iuvenem totumque recondit.
transilit et parmam mucro, levia arma minacis,

---

TESTIMONIA. 811 Nonius 380, 5 812 'fallit... tua' Servius Aen. IV 70 Macrobius Sat. IV 4, 8 814 sq. 'extremaque... legunt' Nonius 313, 10. 332, 7 Porphyrio ad Hor. epod. XIII 15 schol. Hor. carm. II 3, 16

---

VARIA LECTIO. 801 COIICIVNT *P: cf.* 646 PERTU(R)M-BANT *M* 803 *cf.* IX 669 804 *sq. in emendandis a poeta relicta videntur Wagnero, qui offenditur homoeoteleuto. Contraxi utrumque v. scribendo* omnis tuta l. a. v. *prol.* 84 805 *om. Mentel. sec. m.* 1 arce *Moret. pr.*, *χ* arce *an* arte *discerni nequit in b* ARTE *MPRγc, Servius, 'quod scilicet* perite *se a tempestate defendunt' adnotans* 807 Dum (D *m.* 2 *in ras.*) *b* PLVVIT *PR* PLUUIT· *M* pluit *γbc* 'dum pluit: *hic distinguendum. nam si iunxeris* dum pluit in terris, *erit archaismos, debuit enim dicere* in terras' *Servius* POSSI(N)T *R* POSSIT *M* 809 detonet (o *in ras.*) *b* DET(I)ONET *P* DETINET *Mγ* 811 Quo. *γ*: *an* quor *voluit?* 812 FALLET TE *P*, *fortasse recte.* Fall(it)&e *γ* FALLITE *R* 813 Exult(a)et (*corr. m. ant.*) *c* EX(NS)ULTAT *M* iamque] que iam *γ* ATRAE (T *corr. in* I) *P* 815 FILA *MR, Nonius, schol. Hor.* fil. a (*erasa* i) *c* fila (fil *in ras.*) *b* fila (al lina *in mg.*) *γ* LINA *P: cf. prol.* 295 817 tranſilit *cm, Mentel. uterque, 'aliquot' Pieriani, χ: cf. ge.* II 81

et tunicam, molli mater quam neverat auro,
implevitque sinum sanguis; tum vita per auras
concessit maesta ad manis corpusque reliquit.
at vero ut voltum vidit morientis et ora,
ora modis Anchisiades pallentia miris,
ingemuit miserans graviter dextramque tetendit,
et mentem patriae subiit pietatis imago.
'quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis,
quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
arma, quibus laetatus, habe tua, teque parentum
manibus et cineri, siqua est ea cura, remitto.
hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Aeneae magni dextra cadis.' increpat ultro
cunctantis socios et terra sublevat ipsum,
sanguine turpantem comptos de more capillos.

Interea genitor Tiberini ad fluminis undam
volnera siccabat lymphis corpusque levabat

TESTIMONIA. 819 'inplevit . . . sanguis' Macrobius Sat. IV 6, 14 schol. Iuv. IV 41 826 'tanta . . . dignum' comm. Bern. Lucani V 17 U. 827 'arma . . . tua' Arusianus VII 490 K. Servius Aen. X 862 828 Nonius 383, 18 830 'Aeneae . . . cadis' Servius Aen. XI 688 830 sq. 'increpat . . . socios' Servius Aen. XII 332 832 'sanguine t.' Acro ad Hor. carm. IV 13, 12 'comptos de m. c.' Charisius I 104 K. de dub. nom. V 574 K. 834 'vulnera s. l.' Servius Aen. IV 687

VARIA LECTIO.

TRANSIIT *MPyb* TRANSIT *R*, *Lachmannus Lucr.* 209 MEDIA *R* MINACI *R* '*ordo est* mucro minacis, *Aeneae scilicet. aut si ad Lausum referas* minacis, *num* audacis et fortis?' *Servius* 819 SINVM *PR*, *Servius: cf.* IV 30 ſi.nũ *c* ſinu[ſ] *b* ſinum[ſ] *y* SINUS[M] *M* sinus *Macrobii Salisb.*, *schol. Iuvenalis: cf.* I 320 821 VOLTVM (O *corr. in* V) *P* UULTVM *MRy*1*bc* 823 GRAUITERMISERANS *M: cf.* 789 TETENDIT (TE *post. in ras.*) *R* reprendit *Peerlkampus* 824 SVBIT *R* ſubit[i] *c* STRINXIT *M ut* IX 294 825 NVN[C] *M*, (N *post. in ras.*, *fuit fort.* M) *P* 827 LAETATUS *MPRyb* laetatuſ eſ *c: cf. prol.* 154 parenti (Manibus . . . cura) remitto *Schraderus conl.* IV 34 832 ex more *dub. nom.* 834 VVLNERA *MPRybc* leuabat *y* (*si recte notavi*) *bc*, *testatur Servius* LAVABAT *MPR*

arboris adclinis trunco. procul aerea ramis
dependet galea et prato gravia arma quiescunt.
stant lecti circum iuvenes: ipse aeger anhelans
colla fovet, fusus propexam in pectore barbam;
multa super Lauso rogitat multumque remittit
qui revocent maestique ferant mandata parentis.
at Lausum socii exanimem super arma ferebant
flentes, ingentem atque ingenti volnere victum.
adgnovit longe gemitum praesaga mali mens:
canitiem multo deformat pulvere et ambas
ad caelum tendit palmas et corpore inhaeret.
'tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,
ut pro me hostili paterer succedere dextrae
quem genui? tuane haec genitor per volnera servor,
morte tua vivens? heu, nunc misero mihi demum
exitium infelix, nunc alte volnus adactum!
idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen,
pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis.
debueram patriae poenas odiisque meorum:
omnis per mortis animam sontem ipse dedissem!

---

TESTIMONIA. 835 schol. Veron. ecl. VI 14—19 teste Buechelero 835 sq. 'procul . . . galea' Servius Aen. X 869 ecl. VI 16 838 'propexam . . . barbam' schol. Persii I 15 841 Servius Aen. III 288 IV 495 'Lausum . . . ferebant' Servius Aen. XI 93 'socii . . . ferebant' Audacis exc. VII 355 K. 843 'praesaga m. m.' Arusianus VII 502 K. Servius Aen. VI 332 schol. Lucani VIII 43 844 'canitiem . . . pulvere' Macrobius Sat. IV 3, 5 845 'et c. i.' Asper 112, 24 K. 846 sq. Priscianus 1032 P. 850 'nunc . . . adactum' Macrobius Sat. IV 4, 23 854 Macrobius Sat. IV 6, 15

---

VARIA LECTIO. 835 adclinuſ *Mentel. alt.*, χ adclivus *Bigot.*, 'adclinis *quis ante hunc?*' *Servius Dan.* RAMO *R*, *Servii ad ecl.* VI 16 *exempl.*, *fort. recte* 838 PROPLEXAM *P* PROSPEXAM *R* CORPORE *Pγ*: *cf.* 845 pectora *Madvicus* pectore *testatur Servius* 839 ROGITANS *P ut* I 750 MVLTVM *MP2Rγ1c1ψ*, *Servius Dan.* MVLTOM *P1* multoſ *γ2bc2χ* 842 VOLNERE (IN ND) (O *corr. in* V) *P* VVLNERE *MRγbc* 844 MULTO *M*: *cf.* XII 611 847 succumbere dextra *Erf.*, *Priscianus* 848 VVLNERA *PRγbc* 850 Exitium, *in mg*, *m. ant.* Exilium *c* Exilium *γ1*, *Servius* VOLNVS (O *corr.* (M) *in* V) *P* VVLNVS *MRγbc* 854 MORTES *PRγbc* SONTES *M*

nunc vivo neque adhuc homines lucemque relinquo.
sed linquam.' simul hoc dicens attollit in aegrum
se femur et, quamvis *dolor* alto volnere tardet,
haut deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,
hoc solamen erat: bellis hoc victor abibat
omnibus. adloquitur maerentem et talibus infit:
'Rhaebe, diu, res siqua diu mortalibus ulla est,
viximus. aut hodie victor spolia illa cruenti
et caput Aeneae referes Lausique dolorum
ultor eris mecum aut, aperit si nulla viam vis,
occumbes pariter; neque enim, fortissime, credo,
iussa aliena pati et dominos dignabere Teucros.'
dixit et exceptus tergo consueta locavit
membra manusque ambas iaculis oneravit acutis,
aere caput fulgens cristaque hirsutus equina.

---

TESTIMONIA. 856 sq. 'attollit . . . femur' Macrobius Sat. IV 3, 8 861 sq. 'Rhaebe . . . viximus' Servius Aen. X 467 ge. I 24 Macrobius Sat. IV 6, 10 861 Servius Aen. I 181 IV 659 862 'hodie v. s. i. superba' ult. syll. IV 246 K. 869 'cristaque h. e.' Servius Aen. II 391. 412 X 638

---

VARIA LECTIO. 857 quamvis dolor *Peerlkampus* QVAMQVAMVIS *P* QUAMQUAMUIS *MRybc, Servius, qui* 'alti vulneris violentiam' *interpretatur.* quamquam sese '*vetusti quidam*' *Pieriani* quamvis ex *Sabbadini* UULNERE *MRy1bc* tardet *y1b* trd& *c* TARDAT *P* ARDAT *M* (a E T E *superscr.*) tardat *Servius in lemm., ut 'verbum neutrum' tuetur Naekius ad Catonis ecl.* 18 quamquam vis alti vulneris ardet *Hofmannus cf. prol.* 367 858 EQVvM *P* EQVVM *Rybc* AEQUUM *M* 859 erit *y, unde* eri *coni. Heinsius* 860 AC *R* talibuſ me ſit *ut vid. y1* TALIA FATVR *R ut* I 131. 256 III 485 V 16. 79. 464. 532 VII 330 VIII 559 IX 280 XI 501 XII 228 861 Rhoebe *b1* Rhoebe *vel* Roebe *Macrobii exempl.* VTRAEST (*voluit* ultra est) *R* 862 HAUT *M* (*del.* H), *PR* CRVENTAI *P* CRUENTA *MRybc* 'cruenta . . . *si autem* cruenti, *intellexeris scilicet crudelis: sic enim convenit personae loquentis*' *Servius* sup⟨erba⟩ *de ult. syll.* 863 Ut (e *superscr.*) *y* DOLORVM (V *in ras.*) *R* dolorem *y* DOLOREM *P prisco loquendi usu.* dolorum *Servius Dan.* 865 Occumbenſ *y1* Occũbaſ *c1* Accũbeſ *b*

sic cursum in medios rapidus dedit: aestuat ingens
uno in corde pudor mixtoque insania luctu.
atque hic Aenean magna ter voce vocavit.
Aeneas adgnovit enim laetusque precatur:
'sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo!
incipias conferre manum.'
tantum effatus et infesta subit obvius hasta.
ille autem 'quid me erepto, saevissime, nato
terres? haec via sola fuit, qua perdere posses.
nec mortem horremus nec divom parcimus ulli.
desine: nam venio moriturus et haec tibi porto
dona prius.' dixit telumque intorsit in hostem;
inde aliud super atque aliud figitque, volatque
ingenti gyro, set sustinet aureus umbo.
ter circum astantem laevos equitavit in orbes
tela manu iaciens, ter secum Troïus heros

---

et furiis agitatus amor et conscia virtus.

---

TESTIMONIA. 870 sq. 'aestuat . . . luctu' Servius Aen. X 398 875 Charisius I 192 K. Servius Aen. VI 9 X 737 schol. Veron. 82, 5 'sic . . . faciat' Servius Aen. III 558 879 'haec . . . posses' Macrobius Sat. IV 4, 24 Nonius 420, 14 880 'nec d. p. u.' comm. Bern. Lucani IV 123 K. 881 sq. 'et . . . prius' Servius Aen. XI 856 ecl. VIII 60 885 'laevos . . . orbes' Arusianus VII 484 K.

---

VARIA LECTIO. 870 curſū. γ2 CVRSV *R* curſuſ γ1 REDIT *R* 870 *sq.* aestuat . . . luctu = XII 666 *sq.* 871 Una γ2 uno *Servius testatur* dolor *'vetustiores' Heinsii, Mediceus Pierii.* pudor *Servius legit* 872 = XII 668 *exstat in c, m. rec. in mg. γ, post* 875 *Menag., om. MPRγb, non interpretatur Servius* 873 AENEAE (N *supra*) *M* aeneam γ aeneā *b* 874 *cf.* VI 317 875 altum *c*1 sanctus *Charisii Neap.* magnus *eiusdem excerpta Paris.* altus *testantur Servius et schol. Veron.* 879 TERREAS *R* possis *Nonii exempl.* posses *Servius in lemm.* 880 DIVVM *MPRγbc* parcimus *legit comm. Lucani: vide an* pascimur *contemptore divum dignum sit* 881 iam γχ 883 FIVGIT *P* FUGIT (U *corr. in* I) *Mc* aliud: fugitque *prop. Heynius* uo . . lat (1 *m.* 2 *in ras.*) γ2 uolutat γ1 884 AVREVS *R* aureuſ *in ras. b* au . reuſ (*erasa* e, *ni f.*) γ AEREVS *MPm: cf.* 271 *et* 887 885 ſtantem *b* orbiſ *c*1

immanem aerato circumfert tegmine silvam.
inde ubi tot traxisse moras, tot spicula taedet
vellere et urgetur pugna congressus iniqua,
multa movens animo iam tandem erumpit et inter
bellatoris equi cava tempora conicit hastam.
tollit se arrectum quadrupes et calcibus auras
verberat effusumque equitem super ipse secutus
implicat eiectoque incumbit cernuus armo.
clamore incendunt caelum Troesque Latinique.
advolat Aeneas vaginaque eripit ensem
et super haec: 'ubi nunc Mezentius acer et illa
effera vis animi?' contra Tyrrhenus, ut auras
suspiciens hausit caelum mentemque recepit:
'hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?
nullum in caede nefas, nec sic ad proelia veni,
nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lausus.
unum hoc per siqua est victis venia hostibus oro:
corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum

---

TESTIMONIA. 887 Macrobius Sat. VI 6, 6 889 'et . . . iniqua' Servius Aen. XII 465 892 sq. 'tollit . . . verberat' Priscianus 703 P. Nonius 29, 17 893 'effusumque . . . secutus' Nonius 295, 18 894 'eiectoque . . . armo' Nonius 21, 3. 300, 22 895 Servius Aen. XI 147 897 'ubi est Mezentius' Victorini ars VI 196 K. 899 'hausit . . . recepit' Servius Aen. I 788 X 781 900 Nonius 329, 15. 465, 22 'hostis . . . increpitas' Servius Aen. IV 203 'hostis a.' Servius ge. I 120 903 'si . . . oro' Servius Aen. X 626 904 sq. 'scio . . . odia' Servius Aen. XI 9

---

VARIA LECTIO. 887 immanem] ter circum *Macrobii exempl.* (*cf.* 885) tegmine, at agmine γ TEGMINE (T *in ras.*) *R* 890 erupit γ 892 QVADRIPES (V *s. s.*) *P* QVADRIPES *R* 894 ELECTO (L *corr. in* I) *M* electo (d *s. s.*) γ CERNVLVS *P* CERNVLVS *Rγ*1 cernuus *Servius et Nonius* AMBO (R *s. s.*) *M* 896 'advolat Aeneas: *multi haec nolunt distingui, quasi simul fiant' Servius Dan. Post* Aeneas *dist. M* 897 nunc] est *Victorinus* Mezzentius *legit Victorinus* ad illa *c* 898 VT (V *in ras.*) *R* ET (E *s. s.*) *M* VET *P* &, at ut γ ut *Servius legit* 904 ARMA (OE B *s. s.*) *M*

circumstare odia: hunc, oro, defende furorem
et me consortem nati concede sepulchro.'
haec loquitur iuguloque haut inscius accipit ensem
undantique animam diffundit in arma cruore.

---

TESTIMONIA. 905 'hunc . . . furorem' Arusianus VII 468 K. Servius ecl. VII 47 schol. Med. ecl. VII 47 906 Macrobius Sat. VI 6, 4

---

VARIA LECTIO. 908 ANIMA[M] *P* DEFVNDIT *Rγ*1 arua *Menag. pr., non male, ni fallor: cf.* 741 animam *et* arma *Servius*
CRUOREM *M,* (M *eras.*) *P* cruore *Servius confirmat*

P· UERGILI MARONIS AENEIDOS· ‖ LIB· X· EXPL· INC· LIB· XI ‖ FELICITER· *M* VERGILI· MARONIS· AENEIDOS ‖ LIBER· X· EXPLICIT· INCIPIT· ‖ LIBER· XI· FELICITER *In seq. pagina undecim versus, quos vide in prolegom. R* EXPLICIT LIBER AENEIDOS· X· ‖ INCIPIT· XI· *γ* EXPLICIT LIB· X· VIRGILI MARONIS AENEIDOS *b*

# P. VERGILI MARONIS

# A E N E I D O S

## LIBER VNDECIMVS

Oceanum interea surgens Aurora reliquit:
Aeneas, quamquam et sociis dare tempus humandis
praecipitant curae turbataque funere mens est,
vota deum primo victor solvebat Eoo.
ingentem quercum decisis undique ramis
constituit tumulo fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias, tibi, magne, tropaeum,
bellipotens: aptat rorantis sanguine cristas
telaque trunca viri et bis sex thoraca petitum
perfossumque locis clipeumque ex aere sinistrae
subligat atque ensem collo suspendit eburnum.
tum socios (namque omnis eum stipata tegebat

---

TESTIMONIA. Aeneidos XI 1 Priscianus 1275 P. Diomedes I 496 K. Marius Victorinus VI 73 K. Donatus ad Ter. eun. III 5, 46 4 Macrobius Sat. VI 6, 4 7 'Mezenti d.' Charisius I 12 K. 'Mezenti d. e.' Charisius I 11 K. ult. syll. IV 257 K. Servius in Don. IV 423. 425 K. Sergius de syllaba IV 479 K. Cledonius V 28. 30 K. Pompeius V 111. 119 K. Marius Victorinus VI 30 K. de finalibus VI 230. 242 K. anecd. Helv. p. 305 H. Martianus Capella III 278 8 'rorantes s. cristas' schol. Med. ecl. VIII 15 9 sq. 'et... locis' Servius Aen. II 278 XII 98 12 sq. Charisius I 275 K. Diomedes I 461 K. 'tunc socios...ducum' Pompeius V 309 K.

---

VARIA LECTIO. Aeneidos XI 1 = IV 129 relinquit *Diomedis ex.* 2 et *om. Parrhas.* 7 MEZZENTI *R* MEŻZENTI *M: 'ergo illi errare noscuntur, qui hanc (z) dupliciter scribunt' de ult. syll.* MAGNAE *MR* 8 RORANTES *M* RORANTI *R* 11 EBURNOUM *M* 12 cum *Charisii exc. Leid.* tunc *Pompeius* tenebat *Diomedis Parisini et Monac.*

turba ducum) sic incipiens hortatur ovantis:
'maxima res effecta, viri; timor omnis abesto,
quod superest: haec sunt spolia et de rege superbo
primitiae, manibusque meis Mezentius hic est.
nunc iter ad regem nobis murosque Latinos.
arma parate animis et spe praesumite bellum,
nequa mora ignaros, ubi primum vellere signa
adnuerint superi pubemque educere castris,
impediat segnisve metu sententia tardet.
interea socios inhumataque corpora terrae
mandemus, qui solus honos Acheronte sub imost.
ite' ait, 'egregias animas, quae sanguine nobis
hanc patriam peperere suo, decorate supremis
muneribus, maestamque Euandri primus ad urbem
mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
abstulit atra dies et funere mersit acerbo.'
Sic ait inlacrimans recipitque ad limina gressum,
corpus ubi exanimi positum Pallantis Acoetes

TESTIMONIA. 14 'maxima r.' Emporius de eth. p. 563 H. 'timor o. a.' schol. Hor. carm. III 8, 15 15 sq. 'haec . . . primitiae' Macrobius Sat. III 5, 11 16 'manibusque . . . est' Marius Victorinus VI 22 K. Servius Aen. IV 237 XI 54. 84. 'Mezentius h. e.' schol. Veron. 89, 26 K. 18 Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 20 Servius Aen. IX 156 19 sq. 'cum primum . . . superi' schol. Bern. ge. IV 108 22 sq. 'interea... mandemus' Servius Aen. XI 3 24—26 'ite . . . muneribus' Nonius 466, 31 24 sq. 'ite . . . suo' Nonius 464, 25 'ite . . . peperere' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 90 'qui . . . suo' Macrobius Sat. IV 4, 9 27 sq. 'quem . . . acerbo' explan. in Don. IV 563 K. 30 sq. 'corpus . . . senior' Donatus ad Ter. hec. III 3, 4 30 Donatus ad Ter. Andr. I 4, 7

VARIA LECTIO. 13 OVANTIS (I *corr. in* E) *P* 16 MEZZENTIVS *R* MEŻZENTIUS *M* hicc *praecipit Victorinus* 18 ANIMIS· *M* 'arma parate animis . . . *aut certe est mutanda distinctio, ut sit:* animis et spe praesumite bellum' *Servius* 20 ADNVERENT *R* 21 SEGNISUE (Q *supra* U) *M* SIGNISQVE *Pc* ſegniſq: *b* ſegneſque *γ* 23 *sq. om., add. m. rec. in mg. γ* 23 IMOST (E *supra*) *M* imo eſt *bc* IMO (*om.* EST) *PR* 24 '*vitiose in media oratione* ait *positum critici notant*' *Servius Dan.* agite *Peerlkampus* QVAE *P* qui *Macrobii exempl., fortasse melius* 27 non] non adeo *explan in Don.* 28 = VI 429 30 EXANIME *M* EXANIMIS *R,* (ſ *in ras.*) *c* exanimum '*ve-*

servabat senior, qui Parrhasio Euandro
armiger ante fuit, sed non felicibus aeque
tum comes auspiciis caro datus ibat alumno.
circum omnis famulumque manus Troianaque turba
et maestum Iliades crinem de more solutae.
ut vero Aeneas foribus sese intulit altis,
ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
pectoribus, maestoque inmugit regia luctu.
ipse caput nivei fultum Pallantis et ora
ut vidit levique patens in pectore volnus
cuspidis Ausoniae, lacrimis ita fatur obortis.
'ten' inquit, 'miserande puer, cum laeta veniret,
invidit Fortuna mihi, ne regna videres
nostra neque ad sedes victor veherere paternas?
non haec Euandro de te promissa parenti
discedens dederam, cum me complexus euntem
mitteret in magnum imperium metuensque moneret
acris esse viros, cum dura proelia gente.
et nunc ille quidem spe multum captus inani
fors et vota facit cumulatque altaria donis:

TESTIMONIA. 33 'caro . . . alumno' Nonius 243, 7 35 Servius Aen. IX 215 39 sq. Macrobius Sat. IV 6, 13 40 'levi . . . vulnus' Quintilianus VI 2, 33 41—43 'lacrimis . . . mihi' Priscianus 1037 P. 42 sq. 'tene . . . mihi' Servius ecl. VII 58 42 'ten . . . puer' Marius Victorinus VI 22 K. 45 sq. 'non . . . dederam' de schem. lex. p. 54 H. 47 sq. 'metuensque . . . viros' Priscianus 775 P. 49 sq. 'et . . . facit' Macrobius Sat. IV 6, 7 de schem. lex. p. 54 H. 50 Priscianus 1006. 1015. 1016. 1021 P. 'fors . . . facit' Servius Aen. I 203 XI 158

VARIA LECTIO.
*teres quidam' Pieriani, Donati ad Andr. ex., sed* exanimi *idem ad hecyr.* Acestes *Donati ad Andr. exempl.* 33 Tunc *c* (I *sup.*) 35 *cf.* III 65 38 misto *Peerlkampus, fortasse recte* INMUGIT *M* IMMVGIIT *P* inmugiit *γ*1 40 VVLNVS *MRγbc* 41 fatuſ (ſ *corr. ex* r, *ut vid.*) *c* fatu. *γ* fatur *testantur Priscianus et Servius* obortiſ (o *pr. in ras.*) *c* abortiſ (o *sup.*) *γ* abortiſ *Prisciani φ* 42 ten *Victorinus* TENE *MPRγbc* 46 com (v *sup.*) *c* 47 IM *Pγ*1 48 Acreſ *c* PROELIA (IN *sup.*) *M* 49 spe mulcet pectus *Peerlkampus* 50 forsit *'aliquot' Pieriani* 'fors et . . *forte . . . potest et unum esse* forset, *i. e. forsitan' Servius* fors *testatur Priscianus*

nos iuvenem exanimum et nil iam caelestibus ullis
debentem vano maesti comitamur honore.
infelix, nati funus crudele videbis!
hi nostri reditus expectatique triumphi,
haec mea magna fides. at non, Euandre, pudendis
volneribus pulsum aspicies nec sospite dirum
optabis nato funus pater. ei mihi, quantum
praesidium Ausonia et quantum tu perdis, Iule!'

Haec ubi deflevit, tolli miserabile corpus
imperat et toto lectos ex agmine mittit
mille viros, qui supremum comitentur honorem
intersintque patris lacrumis, solacia luctus
exigua ingentis, misero set debita patri.
haut segnes alii crates et molle feretrum
arbuteis texunt virgis et vimine querno
extructosque toros obtentu frondis inumbrant.
hic iuvenem agresti sublimen stramine ponunt,
qualem virgineo demessum pollice florem
seu mollis violae seu languentis hyacinthi,

---

TESTIMONIA. 51 sq. 'nos . . . debentem' Servius Aen. II 641 'et . . . debentem' Servius Aen. I 387 VI 83 'nil . . . debentem' schol. Hor. carm. I 24, 11 52 'vano . . . honore' Servius Aen. X 828 schol. Hor. carm. II 20, 24 53—56 'infelix . . . aspicies' de schem. lex. p. 54 H. 53 'infelix n. f. c.' ult. syll. IV 228 K. 54 sq. 'hi . . . fides' Servius Aen. VIII 537 54 'nostri . . . triumphi' Nonius 222, 12 55 sq. 'at . . . aspicies' comm. Bern. Lucani V 488 U. 'pudendis . . . aspicies' Acro ad Hor. carm. II 4, 20 55 'Euandre' Donati ars IV 392. 397 K. 57 sq. 'ei . . . Iule' Donatus ad Ter. Phorm. I 3, 26 60 sq. 'et . . . viros' Servius Aen. XI 92 61 'qui...honorem' Nonius 388, 5 64 'molle f.' Servius Aen. VIII 666 68 sq. Nonius 338, 30 68 Macrobius Sat. IV 5, 7 'messum . . . florem' Philargyrius ge. II 274

---

VARIA LECTIO. 51 EXANIMEM *Rc* 53 funus nati *schem. lex., non male* 54 EXOPTATI *R* *Vulgo interrogantem faciunt Aeneam* 56 VVLNERIBVS *PRγbc* durum *Menag. pr., χ* 57 OBSTABIS *PR* heu *c* 58 IVLI *R* 59 ubi] VBIDICTA (*voluit* ubi dicta dedit) *R* 60 ORDINE *PR: cf.* VII 152 agmine *Servius* 62 lacrumiſ *c*1 LACRIMIS *MPRγbc*2 63 PATRI'S *M* 64 PHERETRVM *PRγ* 67 ſublimen *γc, Servii Par.* SUBLIMEM *MPR* ſublimẽ *b* 68 DEMISSVM *Pγ*1 demenſſum *c*1

cui neque fulgor adhuc nec dum sua forma recessit:
non iam mater alit tellus viresque ministrat.
tum geminas vestes auroque ostroque rigentis
extulit Aeneas, quas illi laeta laborum
ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
fecerat et tenui telas discreverat auro.
harum unam iuveni supremum maestus honorem
induit arsurasque comas obnubit amictu,
multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
aggerat et longo praedam iubet ordine duci.
[addit equos et tela, quibus spoliaverat hostem.]
vinxerat et pos terga manus, quos mitteret umbris
inferias, caeso sparsurus sanguine flammas,
indutosque iubet truncos hostilibus armis
ipsos ferre duces inimicaque nomina figi.
ducitur infelix aevo confectus Acoetes:
pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora

---

TESTIMONIA. 73 'quas ... laborum' Arusianus VII 490 K. de schem. lex. p. 55 H. 'laeta l.' Servius Aen. XI 416 75 Nonius 268, 28. 282, 35 76 sq. 'harum . . . induit' Priscianus 1185. 1199 P. 77 'arsuras . . . amictu' Donatus ad Ter. hec. IV 4, 34 79 Eutychis ars V 481 K. 80 Servius Aen. VIII 202 81 sq. Lactantius div. inst. V 10 'vinxerat . . . inferias' Servius Aen. X 518 82 'caeso . . . flammas' Macrobius Sat. VI 6, 3 83 sq. 'indutosque . . . duces' Servius Aen. XI 173 83 Arusianus VII 479 K. Servius Aen. XI 6, 76 85 Nonius 286, 28. 283, 10 Macrobius Sat. IV 3, 5 ult. syll. IV 237 K. 'ducitur . . . confectus' ult. syll. IV 242 K.

---

VARIA LECTIO. 71 UIRIS *M1P1* 72 ueſtiſ *b* ostroque auroque *Moret. sec.* RIGENTIS (I *post. corr. in* E) *M* RIGENTES (I *corr. ex* E) *P* RIGENTES *Rc* regentiſ *b1* 73 bonorum *schem. lex.* 75 = IV 264 76 IVVENIS *R* 78 *post v.* 84 *adscripto & m* 80 *legit Servius, sed deleturus fuisse videtur poeta, ut cuius vice v.* 78 *sq. et* 83 *sq. fecerit: an spurius est? cf. prol.* 86 81 poſterga *γc* POSTTERGA *MPRb* 82 ſparſuroſ *bc* FLAMMAS *MPbcm, Macrobii exempl.* I. FLAMMAM *Rγ* 84 FINGI *R* FIGOT (figit?) *M* 85 acoetaſ *b1* acoetis *Nonii* 268 *exempl.* acestes *Hamb. alt.* aletes *Macrobii ex.* 86 *post* 87 *posuit Guethlingius* *Post* ora *vulgo interpungunt*

sternitur et toto proiectus corpore terrae. . . .
ducunt et Rutulo perfusos sanguine currus.
post bellator ecus positis insignibus Aethon
it lacrimans guttisque umectat grandibus ora.
hastam alii galeamque ferunt, nam cetera Turnus
victor habet. tum maesta phalanx Teucrique secuntur
Tyrrhenique omnes et versis Arcades armis.
postquam omnis longe comitum praecesserat ordo,
substitit Aeneas gemituque haec addidit alto:
'nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli
fata vocant: salve aeternum mihi, maxime Palla,
aeternumque vale.' nec plura effatus ad altos
tendebat muros gressumque in castra ferebat.

Iamque oratores aderant ex urbe Latina,
velati ramis oleae veniamque rogantes:
corpora, per campos ferro quae fusa iacebant,
redderet ac tumulo sineret succedere terrae;
nullum cum victis certamen et aethere cassis;
parceret hospitibus quondam socerisque vocatis.

---

TESTIMONIA. 87 'et . . . corpore Turnus' Arusianus VII 500 K. 89 'positis i.' Quintilianus VI 2, 33 92 sq. 'Teucri . . . armis' schol. Lucani VIII 735 93 'Tyrrhenique o.' ult. syll. IV 231 K. 'et . . . armis' Servius Aen. VIII 588 XII 281 97 sq. 'salve . . . vale' Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 13 schol. Veron. 94, 18 K. 'salve maxime...vale' Servius Aen. II 789 97 'salve . . . Palla' Priscianus 702 P. 101 'veniamque precantes' Servius Aen. X 31 103 'tumulo...terrae' Servius Aen. XI 146 104 excidit apud Priscianum 1127 P. 'nullum . . . certamen' Servius Aen. XI 107. 110

---

VARIA LECTIO. 87 *deleri volebat editor Parmensis: lacunam statui: cf. prol.* 85 corpore terrae] tempore Turnus *ex* 459 *Arusiani Gud. Periz.* corpore Turnus *eiusdem Parrh.* 89 EQVvS *P* EQVVS *Ryb* 93 OMNES· *MPyc, ad Arcades refert Peerlkampus* DVCES *ut* 171 *Rbm, schol. Lucani* 94 praecesserat (at ꝑ *superscr.*) *γ* ꝑcesserat *c* 95 ADDIDIT (E *superscr.*) *M* EDIDIT *R: cf.* V 799 VII 194 97 MAXIMA (E *superscr.*) *M* maxima *γ1* PALLAS *R: cf.* X 411 101 PRECANTES *R, Servius Aen.* X 31, *ut* 106: *cf.* III 144 104 aere *m, Mediceus Pierii, Menteliani*

quos bonus Aeneas haut aspernanda precantis
prosequitur venia et verbis haec insuper addit:
'quaenam vos tanto fortuna indigna, Latini,
implicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
pacem me exanimis et Martis sorte peremptis
oratis? equidem et vivis concedere vellem.
nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent,
nec bellum cum gente gero: rex nostra reliquit
hospitia et Turni potius se credidit armis.
aequius huic Turnum fuerat se opponere morti.
si bellum finire manu, si pellere Teucros
apparat, his mecum decuit concurrere telis:
vixet, cui vitam deus aut sua dextra dedisset.
nunc ite et miseris supponite civibus ignem.'
dixerat Aeneas. illi obstipuere silentes
conversique oculos inter se atque ora tenebant.
tum senior semperque odiis et crimine Drances
infensus iuveni Turno sic ore vicissim
orsa refert: 'o fama ingens, ingentior armis
vir Troiane, quibus caelo te laudibus aequem?

TESTIMONIA. 106 'bonus ... precantis' Lactantius div. inst. V 10 111 'equidem ... vellem' Lactantius div. inst. V 10 112 Charisius I 267 K. Diomedes I 454 K. ult. syll. IV 257 K. Servius Aen. XI 180 118 'vixet ... deus' ult. syll. IV 263 K. 'vixet' Sacerdos VI 452 K. 121 Priscianus 991 P. 122 sq. 'semper ... Turno' Donatus ad Ter. hec. V 2, 13 124 'o f. i.' Emporius de eth. p. 563 H. 'o ... armis' Arusianus VII 480 K. 124 sq. 'o ... Troiane' Servius Aen. XI 508 Macrobius Sat. VI 2, 33 125 'quibus ... aequem' Servius Aen. X 548 XI 508

VARIA LECTIO. 106 PRAECANTES *M corr. m.*1 PRECANTES *Ry*2*c* 108 TANTOS *R* 110 ME *MPRyb*1*ψ* ne *b*2, *suprascr. c*
nsi
112 uenisse *Charisii cod., ut* veni nise *scriptum fuisse appareat.* ueni ni *c, de ult. syll.* 117 decuit mecũ *cm* 118 sua]
S T
CVI *P* 119 MISERI *P* 122 HUNC *M* huic *susp. Wagnerus*
US
que *om. c* 123 INFENSI *M* Infeſſuſ *γ* infestus *Menag. alt.* orsa vicissim Ore refert *m* 124: *cf. prol.* 184
125 caelo] EGO *R*

iustitiaene prius mirer belline laborum?
nos vero haec patriam grati referemus ad urbem
et te, siqua viam dederit fortuna, Latino
iungemus regi: quaerat sibi foedera Turnus.
quin et fatalis murorum attollere moles
saxaque subvectare umeris Troiana iuvabit.'
dixerat haec, unoque omnes eadem ore fremebant.
bis senos pepigere dies et pace sequestra
per silvas Teucri mixtique impune Latini
erravere iugis. ferro sonat alta bipenni
fraxinus, evertunt actas ad sidera pinus,
robora nec cuneis et olentem scindere caedrum
nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.

Et iam Fama volans, tanti praenuntia luctus,
Euandrum Euandrique domos et moenia replet,
quae modo victorem Latio Pallanta ferebat.

---

TESTIMONIA. 126 Priscianus 1031. 1081. 1184. 1186. 1189 P. anecd. Helv. p. 173 H. 129 Donatus ad Ter. hec. V 1, 19 Phorm. II 1, 67 131 Servius Aen. XII 192 'saxaque s. u.' Donatus ad Ter. hec. II 1, 17 132 'ore f.' Diomedes I 429 K. 133 'et p. s.' Priscianus 692 P. 135—138 'ferro . . . gementibus' Asper 114, 5 K. 135 sq. 'ferro . . . pinus' Priscianus 717 P. 'ferro . . . fraxinus' Priscianus 652. 763 P. 140 'Euandrum . . . domos' ult. syll. IV 221 K.

---

VARIA LECTIO. 126 IVSTITIAE *Pybcm* IUSTITIA *MR* 'iustitiane . . . *sed invenitur etiam* iustitiaene . . . *quod est aptius*' *Priscianus* 1081 'iustitiaene . . . laborum *figura Graeca* . . . [*genetivum pro ablativo posuit. si autem* iustitiae *legeris, subaudiendum* iustitiae laudibus, *si* iustitia, *subaudiendum* praeditum]' *Servius* LABORVM (V *fort. corr. ex* E) *P* LABOREM *Rγ*2 130 mo$^{v}$rorũ (moerorum?) *c* 131 ſubuectari *c*1 SVBIECTARE(I *corr. in* V *m. rec.*) *P, ut Lucretius* VI 700 TROIAN$^{E}$A *M* iuuabat *γ*1 134 SILUAM *M* 135 acta '*aliquot*' *Pieriani* icta '*antiquissimus*' *Pierii, χ ut* VI 180 *inter* bipenni *et* bipinni *fluctuant Prisc. libri* 136 altas *χ*, *Prisciani exempl.* PINVS *PRγbc, Priscianus* PINOS *M* 137 findere *γ*2 *teste Heinsio* C$^{A}$EDRU͂ *M* CEDRVM *ceteri* 140 domuſ *γ*1*b, de ult. syll. cod.* $^{CON}$REPLET *M cf.* IX 39 141 Quo *c*1

Arcades ad portas ruere et de more vetusto
funereas rapuere faces; lucet via longo
ordine flammarum et late discriminat agros.
contra turba Phrygum veniens plangentia iungit
agmina. quae postquam matres succedere tectis
viderunt, maestam incendunt clamoribus urbem.
at non Euandrum potis est vis ulla tenere,
sed venit in medios. feretro Pallanta reposto
procubuit super atque haeret lacrimansque gemensque,
et via vix tandem voci laxata dolorest.
'non haec, o Palla, dederas promissa parenti,
cautius ut saevo velles te credere Marti:
haut ignarus eram, quantum nova gloria in armis
et praedulce decus primo certamine posset.
primitiae iuvenis miserae bellique propinqui

TESTIMONIA. 142 'Arcades . . . ruere' Quintilianus VIII 6, 21 142 sq. 'et . . . faces' schol. Persii III 103  143 sq. 'lucet . . . agros' Servius Aen. V 4  148 Diomedes I 386 K. Priscianus 708 P. schol. Persii IV 13  151 (om. 'voci') Servius Aen. XII 47  152 Servius Aen. VIII 537 ecl. III 75  154 sq. 'haud . . . decus' Macrobius Sat. IV 6, 8

VARIA LECTIO. 142 'Arcades ad portas ruere . . . *multa tamen exemplaria* Arcades at portis ruere *habuerunt' Servius Dan.* 145 iung& *c*1 IUNGUN̄ *Mb*  149 PHERETRO *R*  PAL-LANTE$^{\text{A}}$ *M: cf.* VI 504 PALLANTE *PRγbcmψ, Servius in lemm.* 150 PROCVMBIT *R*  heret (t *in ras.*) *b* herent *γ*1 HAERENS *P*  151 Ut *bχ*  VOCIS *Pγ* UOCES (E *corr. in* I) *M*  DOLOR$^{\text{E}}$EST *Mγ* DOLOREEST *Rbc* dolori est *Servii Aen.* XII 47 *φ*  vocis laxata dolori est *coni. Heinsius*  152 '*duplex expositio est. aut enim hoc dicit:* non mihi talia promittebas, *ut crederem cautius te dimicaturum . . . aut certe* non *pro* nempe *accipiamus' Servius*  PALLAS *Pγ*1 Palla *testatur Servius ecl.* III 74  DEDERAT$^{\text{S}}$ *P*  PARENTI *libri 'alii non* parenti, *sed* petenti *legunt' Servius Dan., quod restitui iussit Madvicus adv. crit.* II 30 precanti *Peerlkampus. Alii post* parenti *fortiter interpungunt, ego sic intellego: 'quae mihi promiseras ut cautus fores non congruunt cum his quae nunc video.'*  153 ut *in ras. b* AVT *R* ut *idem quod* utinam *hic esse putabat Faber*  154 gaudia *Macrobii Par.* 1, *haud male: cf.* X 325

dura rudimenta et nulli exaudita deorum
vota precesque meae! tuque, o sanctissima coniunx,
felix morte tua neque in hunc servata dolorem!
contra ego vivendo vici mea fata, superstes
restarem ut genitor. Troum socia arma secutum
obruerent Rutuli telis! animam ipse dedissem
atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret!
nec vos arguerim, Teucri, nec foedera nec quas
iunximus hospitio dextras: sors ista senectae
debita erat nostrae. quod si immatura manebat
mors gnatum, caesis Volscorum milibus ante
ducentem in Latium Teucros cecidisse iuvabit.
quin ego non alio digner te funere, Palla,
quam pius Aeneas et quam magni Phryges et quam
Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis.
magna tropaea ferunt quos dat tua dextera Leto:
tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,
esset par aetas et idem si robur ab annis,

---

TESTIMONIA. 158 sq. 'tuque . . . tua' Macrobius Sat. III 8, 6 169 Priscianus 702. 758 P. ult. syll. IV 252 K. 173 sq. Priscianus 1031 P. 174 Priscianus 1144 P. anecd. Helv. p. 205. 248 H.

---

VARIA LECTIO. 158 PROCES *P* 159 NEC *Pγ1b* 160 UICI· MEAFATA· *M* 'vici mea fata ... *multi sic distinguunt:* contra ego vivendo vici, *vitam scilicet filii* ... *ut* mea fata *per exclamationem dictum sit' Servius* SVPERSTENS (NS *item suprascr., sed eras.*) *P* ſuperſteſ. (ſ *ult. m.* 2 *in ras.*) *γ* 161 TROVVM *P*

164 ARGVEREM *Rγ1* arguerim *Servius* 165 dextra ſ *γ2* dextre *γ1* 166 SIIAMMATVRA *P* ſi iam matura *γ* 168 IVVABIT *Pγ2*, *Servius in lemm.* iuuabit (bit *in ras.*) *b* iuuabit ret (*corr. m. ant.*) *c* iuuabat *γ1* iuuabat r& *γ3* IUUARET *M* IVVARE *R* 169 'digner . . . *alii* dignem *legunt iuxta veteres' Servius Dan.*

170 *sq.* et quam...omnis *pro insititiis habet Heynius, non tangit Servius: et merito displicent. cf. prol.* 85 171 tyrrenuſ *c1* turnumque *Ven.* Tuscumque *Bothius* equitumque *Bentleius* 172—175 *delet Peerlkampus* 172 '*versum hunc non habet codex vetustus' ed. Ven.* 1544 FERANT *R* ferant *yb* 173 inermis *Prisciani φ* in arvis *cum Heinsio Bentleius*

Turne. sed infelix Teucros quid demoror armis?
vadite et haec memores regi mandata referte:
quod vitam moror invisam Pallante perempto,
dextera causa tuast, Turnum gnatoque patrique
quam debere vides. [meritis vacat hic tibi solus
fortunaeque locus. non vitae gaudia quaero
(nec fas), sed gnato manis perferre sub imos]'

Aurora interea miseris mortalibus almam
extulerat lucem, referens opera atque labores:
iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon
constituere pyras. huc corpora quisque suorum
more tulere patrum, subiectisque ignibus atris
conditur in tenebras altum caligine caelum.
ter circum accensos cincti fulgentibus armis
decurrere rogos, ter maestum funeris ignem
lustravere in equis ululatusque ore dedere;
spargitur et tellus lacrimis, sparguntur et arma:
it caelo clamorque virum clangorque tubarum.
hic alii spolia occisis derepta Latinis
coniciunt igni, galeas ensesque decoros
frenaque ferventisque rotas; pars munera nota,

---

TESTIMONIA. 178 'Turnum . . . patrique' Charisius I 278 K. Diomedes I 441 K. 183 'extulerat' Pompeius V 308 K. 186. 188 sq. 'subiectisque i. a. ter c. a. decurrere r.' Servius Aen. XI 185 187 Arusianus VII 485 K. 189 'maestum f. i.' Servius Aen. XI 186 191 Servius ecl. V 40 Macrobius Sat. V 10, 10 192 schol. Persii III 103 'clangorque t.' Diomedes I 460 K. 193 sq. 'hic . . . igni' Macrobius Sat. VI 6, 5 195 'frenaque f. r.' Servius ge. III 107

---

VARIA LECTIO. 175 demoror ultra *Heinsius bene, quamquam* armis *legit Servius* 176 AVDITE *R* 178 TVA$^{E}$ST *P* TUAEST *MRybc* 179 QVEM (E *in ras.*) *P* Quem *γ*1 179—181 meritis . . . imos *spuria esse suspicor:* non . . . imos *inepta esse iudicavit Peerlkampus, ac ne finita quidem est sententia. itaque unum versum excidisse suspicati sunt Brunckius et Heynius*

182 alma. *γ* 184 curuo (cur *in ras.*) *b* in] ET, *corr.* $^{I}$N *M* 187 alta *m* 188 CVNCTI *R* 192 *cf.* II 313
193 HIC *MPRybcψ*, *Macrobii exempl.*, *Servius in lemm.*: *cf.* 185 hinc *olim vulgo* 195 FERUENTES *e corr. m.* 2 *M*

ipsorum clipeos et non felicia tela.
multa boum circa mactantur corpora Morti,
saetigerosque sues raptasque ex omnibus agris
in flammam iugulant pecudes. tum litore toto
ardentis spectant socios semustaque servant
busta neque avelli possunt, nox umida donec
invertit caelum stellis ardentibus aptum.

Nec minus et miseri diversa in parte Latini
innumeras struxere pyras, et corpora partim
multa virum terrae infodiunt avectaque partim
finitimos tollunt in agros urbique remittunt,
cetera confusaeque ingentem caedis acervom
nec numero nec honore cremant: tunc undique vasti
certatim crebris conlucent ignibus agri.
tertia lux gelidam caelo dimoverat umbram:
maerentes altum cinerem et confusa ruebant
ossa focis tepidoque onerabant aggere terrae.
iam vero in tectis, praedivitis urbe Latini,
praecipuus fragor et longi pars maxima luctus.
hic matres miseraeque nurus, hic cara sororum
pectora maerentum puerique parentibus orbi

TESTIMONIA. 196 schol. Hor. carm. I 35, 38 197 'mactantur c. m.' Arusianus VII 493 K. 200 sq. 'semustaque s. b.' Servius Aen. XI 185 204 'innumeras s. p.' Servius Aen. XI 211 211 sq. 'et... focis' Nonius 380, 8 213 'praedivitis u. L.' Donatus ad Ter. adelph. II 1, 13 Servius Aen. XII 22 216 'puerique p. o.' Arusianus VII 496 K.

VARIA LECTIO. 199 flammas *m* 200 SEMIVSTA (T *in ras.*) *R* 201 NEC *R* euelli *c*1 202 *cf.* IV 482 VI 797 FVLGENTIBVS *R*, *propter v.* 200 205 *om. Menag. pr. et Goth. tert., post* 206 *in Leid. et Zulich., uncis inclusit Klouček* I[N]FODIVNT (I *pr. fort. corr. ex* T *vel* F) *P* [in]fodiunt γ *an* terra infodiunt? 207 STRAGIS *R ut* 384 *et* VI[r] 504 ACERUUM *Mybc* ACERBVM *P* 208 NEQVE *Pc* [nec]que (c *add. m. rec.*) γ tum γ1 ('tunc *pro tum*' *Servius Dan.*) 209 conculcent γ1 conlucef *c*1 213 *imo mg. m.* 2 *add. b* 214 longe *bc* 'longe ... *et hoc est melius quam quod legatur* et longi' *Servius* 215 Hinc *b*1

dirum execrantur bellum Turnique hymenaeos:
ipsum armis ipsumque iubent decernere ferro,
qui regnum Italiae et primos sibi poscat honores.
ingravat haec saevos Drances solumque vocari
testatur, solum posci in certamina Turnum.
multa simul contra variis sententia dictis
pro Turno, et magnum reginae nomen obumbrat,
multa virum meritis sustentat fama tropaeis.

Hos inter motus, medio in flagrante tumultu,
ecce super maesti magna Diomedis ab urbe
legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
tantorum impensis operum, nil dona neque aurum
nec magnas valuisse preces, alia arma Latinis
quaerenda aut pacem Troiano ab rege petendum.
deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
fatalem Aenean manifesto numine ferri
admonet ira deum tumulique ante ora recentes.

---

TESTIMONIA. 218 Nonius 285, 27   226 sq. 'ecce . . . ferunt' Priscianus 1001 P. Diomedes I 413 K. Dositheus VII 416 K.   227 'legati r. f.' Nonius 303, 11   229 sq. 'alia . . . quaerenda' Servius Aen. II 99   230 'aut . . . petendum' Servius Aen. X 628 de schem. lex. p. 57 H. Macrobii exc. Bob. V 649 K. Donatus ad Ter. Andr. I 5, 19 eun. I 2, 17 adelph. IV 7, 11 (om. 'aut') Philargyrius in Servii ge. IV 484   232 sq. 'fatalem . . . deum' Arusianus VII 455 K.   233 'admonet i. d.' ult. syll. IV 237 K.

---

VARIA LECTIO. 217 Durũ *b*   218 ipsum *initio versus*]
U                                                A
IPSAM *M*   220 haec] ET *Pγ*1 ec *γ*2   SAEVVS *Pγb* SEUUS *M* ſeuuſ *c* saeuis *m*, *Bigot.*   SOLVM (OLV *in ras., ut vid.*) *P* primus *m*   221 *in mg.* A *M*   CERTAMINE *R*   222 *sq. hic om., erasi ima pag., sed restituti m. ant. adscriptis in mg.* B *et* C, *M*
U R M
224 *in mg.* D *M*   SIMUL *M: cf.* 222   226 maeſti (*erasa super* i *littera*, ſ, *ni f.*) *γ*   'magna Diomedis ab urbe: *legitur et* magni' *Servius: cf.* VIII 9 magni *Oblongus Pierii, Diomedis codd.*   magnam D. ad urbem *Prisciani Sang.*   228 NEC *Rb, Servius in lemm.*   230 aut *om. Don. adelph.* et *Donatus Andr. et eun., Philargyrius*   A *R, Macrobius*   petendum *bc, Menag. pr., χ: testantur schem. lex., Macrobius, Servius* PETEN-
U
DAM *M* PETENDAM *PRγ*   232 aeneã *c*

ergo concilium magnum primosque suorum
imperio accitos alta intra limina cogit.
olli convenere fluuntque ad regia plenis
tecta viis. sedet in mediis et maximus aevo
et primus sceptris haut laeta fronte Latinus.
atque hic legatos Aetola ex urbe remissos,
quae referant, fari iubet et responsa reposcit
ordine cuncta suo. tum facta silentia linguis,
et Venulus dicto parens ita farier infit:

'Vidimus, o cives, Diomede Argivaque castra
atque iter emensi casus superavimus omnis
contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus.
ille urbem Argyripam patriae cognomine gentis
victor Gargani condebat Iapygis agris.

---

TESTIMONIA. 234 'concilium sacrum' de dub. nom. V 577 K. 238 Arusianus VII 502 K. 243 'vidimus . . . Diomede' Macrobius Sat. V 17, 19 Servius Aen. XI 245 Emporius p. 562 H. 247 schol. Lucani V 380

---

VARIA LECTIO. 234 sacrum *de dub. nom.* 235 MOENIA *R* limina *Servius confirmat* 236 C$\overset{N}{\text{O}}$VENERE *P* FLVVNT *Ryc, Servii φ* FLVVNT *P* fluunt (fl *in ras.*) *b* RUUNT *M, Servii φ*: *cf.* XII 443 238 PRIMVM *P* 241 tu$\overset{m}{\text{n}}$c *γ* TVNC *Pc* 242 At *b1* 243 diomede *c, Mentel. pr., Rott. sec.,* '*antiqui plerique*' *Pieriani, defendit Wagnerus lectt. Verg.* 337 *contra praeceptum Lachmannianum Lucr. p.* 272 *sq.* diomedae *Rottend. tert., Sprot.* diomede. *b* DIOMEDEN *MPRγ, et vereor ne sic reliquerit poeta, cum nondum absolverit versum.* diomedem *Parrhas., Dorvill., Servii Dan. et Emporii exempl.: probavit Lachmannus ad Lucr.* I 739 'Diomede, *ut talium nominum accusativus Graecus est in* e *desinens. nam si quis eum putat Latine dixisse* Diomeden, *sanitas metri in versu desiderabitur*' *Macrobius.* '*aut* Diomedem *legendum . . . aut si Graecum accusativum facere voluerimus,* Diomede *legamus . . . si autem* Diomeden *dixerimus, nec Latinum est nec Graecum nec versus ratio consistit . . . melius est ut* Diomede *legamus*' *e. q. s. Servius* 244 EMENSE *P1* EMENSSI *M* OMNES *Pγ1* 246 ARGIRIPAM *Pγc* ARGYRIPPAM *M: cf. Servius* 247 gargan$\overset{i}{\text{i}}$ *γ* GARGANII *Mb1* Gargani *Servius* aruis *Mentel. pr., χ,* '*aliquot*' *Pieriani, in ras. b, Servius in lemm.*

postquam introgressi et coram data copia fandi,
munera praeferimus, nomen patriamque docemus,
qui bellum intulerint, quae causa attraxerit Arpos.
auditis ille haec placido sic reddidit ore:
"o fortunatae gentes, Saturnia regna,
antiqui Ausonii, quae vos fortuna quietos
sollicitat suadetque ignota lacessere bella?
quicumque Iliacos ferro violavimus agros
(mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis,
quos Simois premat ille viros), infanda per orbem
supplicia et scelerum poenas expendimus omnes,
vel Priamo miseranda manus: scit triste Minervae
sidus et Euboicae cautes ultorque Caphereus.
militia ex illa diversum ad litus abacti
Atrides Protei Menelaus ad usque columnas

TESTIMONIA. 248 'et . . . fandi' comm. Bern. Lucani III 693 U. 256 Nonius 348, 20 257 'quos . . . viros' Nonius 365, 13 259 'vel . . . manus' Donatus ad Ter. Andr. III 2, 9 hec. I 2, 53 Servius ecl. VIII 69 schol. Lucani IX 50 259 sq. 'scit . . . sidus' Servius Aen. XII 451 ge. I 204 262 'Atrides Proti' Asper iun. V 548 K. 'Atrides P. M.' comm. Bern. Lucani X 510 U. 'Protei . . . columnas' Consentius V 389 K. 'ad usque c.' Pompeius V 273 K. 262 sq. 'Atrides . . . exulat' Arusianus VII 469 K. schol. Lucani IX 654 'Protei . . . exulat' schol. Lucani X 509 'ad usque c. e.' Servius in Don. IV 419. 442 K. explan. in Don. IV 510. 517 K. 'usque c. e.' Cledonius V 76 K.

VARIA LECTIO. 248 CONGRESSI *R* 250 Quid $\gamma$1 ATTRAXERAT *M* 251 haec *om. m* REDIDIT (*adrasa* .R) *M* edidit $\chi$ 255 VIOLAVIMVS (A *suprascr. eras.*) *P* (*cf. prol.* 357) POPVLAVIMVS *R* uastauimus *Menag. pr.* 256—258 *in mg. add. c* 256 EA·QUAE *M: cf. Lachmannus Kl. Schr.* 98, *a Vergilio alienum esse* ea *arbitrabatur G. Hermannus opusc.* VIII 408, *tuetur Servius Dan.* EXHAVSI . . VSALTIS *P* exauſimuſ altiſ $\gamma$1 258 omniſ $\gamma$2 'scelerum poenas expendimus omnes, *i. e. luimus omnes poenas, quae sunt statutae sceleribus. alii* sceleris omnis *legunt, nam* omnes *non potest ad Graecos referri' Servius* 259 MANUS *MR$\gamma$2bc* DAMVS (DAM *in ras.*) *P* .amuſ $\gamma$1 domus $\chi$, *schol. Lucani* 261 ad *om. m* ADACTI (D *corr. ex* B) *M* 262 Proti *Aspri ars*

ecsolat, Aetnaeos vidit Cyclopas Ulixes.
ipse Mycenaeus magnorum ductor Achivom 266
coniugis infandae prima inter limina dextra
oppetiit: devictam Asiam subsedit adulter. 268
regna Neoptolemi referam versosque penates 264
Idomenei? Libycone habitantis litore Locros? 265
invidisse deos, patriis ut redditus aris 269
coniugium optatum et pulchram Calydona viderem? 270
nunc etiam horribili visu portenta secuntur,
et socii amissi petierunt aethera pinnis

---

TESTIMONIA. 263 'Aetnaeos . . . Ulixes' Servius Aen. II 5 Philargyrius in Servii ge. II 502 schol. Bern. ge. II 68 266—268 '*a patria:* ipse M., *a fortuna:* magnorum d. A., *a necessitudine:* coniugis, *a loco:* prima i. l., *a causa:* possedit adulter' Macrobius Sat. IV 4, 22 266 cod. Cassellanus Servii Aen. I 284 267 sq. 'prima . . . oppetiit' Macrobius Sat. IV 3, 12 268 'devictam . . . adulter' Arusianus VII 511 K. comm. Bern. Lucani V 226 U. Servius Aen. V 498 264 sq. 'versosque p. I.' Consentius V 389 K. 265 'Libycone . . . Locros' Servius Aen. III 399 269 sq. Donatus ad Ter. Phorm. III 1, 2 269 Donatus ad Ter. Andr. III 5, 4 272 'et . . . petierunt' ult. syll. IV 238 K.

---

VARIA LECTIO. 263 E(X)T(V)SOLAT *M* EXOLAT *P2* ex(v)olat *γ* EXVLAT *P1R* exul . at *c2* exultat *c1* exſulat *b* (v)olixeſ *γ2* olixuſ *γ1* 266—268. 264 *sq. sic ordinavi in emend. Verg. p.* 6: *offenderat vulgatus ordo Wagnerum, qui aut post pertextum carmen poetam v.* 266—268 *in margine allevisse aut v.* 266 magnorum ut ductor *scribendum esse putaverat* 266 ACHIVVM *P2γbc* 267 INTER *Pγ1c,* '*sex septemve*' *Heinsiani, Macrobii exempl.: cf.* 882 INTRA *MRb, Servius in lemm.* (*sed* inter *Mon.*) 268 DEVICTAMASIAM *MPRγ1b1, legit Arusianus, comm. Lucani* deuicta . aſia . *γ2b2* deuicta aſia *c* 'devicta Asia subsedit . . . *legitur et* devictam Asiam, *quod si est, ita intellegimus, ut* subsedit *sit* dolo possedit . . . *melius tamen est ut* devicta Asia *legamus*' *Servius* SUBSEDIT (POS) *M* ſubſedit, aĺ poſſedit *γ* POSSEDIT *R, Macrobii ω* (*exc. Med.* 2) 264 PENATIS *R* 265 libycoue *χ* HABITANTES *MP2γ1c* 269 ARIS *MPRγbψ* a(g)riſ (g *m. rec.*) *c: cf. Ovidius met.* XIV 476 Argis '*nonnulli*' *Pieriani: cf.* II 95 oris *mχ, Oblongus Pierii: cf.* 281 271 SEQVvNTVR *P* ſequuntur *γ* 272 AMISSIS *P* admissis '*aliquot antiqui*' *Pieriani, Leid. pro div. lect., prob. Bentleius* admissi *Goth. pr.* admisi *Ven.* '*legunt nonnulli et* admissis pinnis, *sed melius est* amissi' *Servius* penniſ *bc*

fluminibusque vagantur aves (heu dira meorum
supplicia!) et scopulos lacrimosis vocibus implent.
haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
tempore, cum ferro caelestia corpora demens
adpetii et Veneris violavi volnere dextram.
ne vero, ne me ad talis impellite pugnas:
nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama, nec veterum memini laetorve malorum.
munera, quae patriis ad me portatis ab oris,
vertite ad Aenean. stetimus tela aspera contra
contulimusque manus: experto credite, quantus
in clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam.
si duo praeterea talis Idaea tulisset
terra viros, ultro Inachias venisset ad urbes
Dardanus, et versis lugeret Graecia fatis.
quidquid apud durae cessatum est moenia Troiae,
Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium

---

TESTIMONIA. 277 ult. syll. IV 238 K. 279 sq. 'nec . . . Pergama' Priscianus 798. 882 P. 280 'nec . . . malorum' Arusianus VII 490 K. Servius ecl. VII 69 281 comm. Bern. Lucani V 111 U. 283 sq. 'experto . . . adsurgat' Priscianus 802 P. Nonius 296, 12 285 schol. Hor. serm. I 7, 15 'si d. p.' Macrobii exc. Paris. V 617 K. Servius Aen. VI 104 285 sq. 'si . . . viros' Priscianus 745 P. Macrobii exc. Bob. V 638 K. Philargyrius in Servii ge. IV 285 286 sq. 'ultro . . . Dardanus' Servius Aen. II 20 288—290 Seneca suas. II 20 288 Arusianus VII 451 K.

---

VARIA LECTIO. 275 adeo] EADEM *Pγ*1, *Zulich.* ex illo *om. R* SVPERANDA *R: cf.* V 710 'speranda *pro* timenda' *Servius* 277 adpetii *b*, *testatur gramm. de ult. syll.* apetii *c* ADPETI[I·] *M* ATPETII *P* atp&i[i] *γ* APPETI *R* UULNERE *M* 278 TALES *e corr. m.* 2 *M, c* 279 DIRVTA *R* eruta *in lemm., mox 'huc enim spectat quod dicit, nullum se cum Troianis habere bellum post dirutam Troiam' Servius* BELLVMEST *Rbc* 281 PATRIıS *P* portaſtiſ *bc*, *Mentel. pr.*, *Menag. pr.*, *χ*, *Servius* 282 ad] A[D] *M* AENEAN *P* aeneam *γ*2 aeneã *bc* 284 insurgat *Nonii exempl.* 285 taleſ *c* 288 Quicquid *bc* apud dirae *Arusianus* ad adversae *Seneca, ut vid.* CESSATUMEST[RT] *M* troiiae *Senecae Brux.: cf. prol.* 426

haesit et in decimum vestigia rettulit annum.
ambo animis, ambo insignes praestantibus armis:
hic pietate prior. coeant in foedera dextrae
qua datur; ast armis concurrant arma cavete."
et responsa simul quae sint, rex optime, regis
audisti et quae sit magno sententia bello.'

Vix ea legati, variusque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantur
cum rapidos amnis, fit clauso gurgite murmur
vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.
ut primum placati animi et trepida ora quierunt,
praefatus divos solio rex infit ab alto:
'ante equidem summa de re statuisse, Latini,
et vellem et fuerat melius, non tempore tali
cogere concilium, cum muros adsidet hostis.
bellum inportunum, cives, cum gente deorum
invictisque viris gerimus, quos nulla fatigant
proelia: nec victi possunt absistere ferro.

TESTIMONIA. 291 Servius Aen. VI 170 292 sq. 'coeant ... datur' Priscianus 798 P. Servius Aen. I 83 XII 147 293 'ast ... cavete' Arusianus VII 488 K. 294 sq. Servius Aen. XI 281 296 sq. 'variusque ... fremor' Priscianus 733 P. 299 Servius ge. I 12 301 Servius Aen. VII 259 Pseudoasconius Cic. p. 116 Or. 302 Victorini ars VI 203 K. 305 Servius Aen. XI 351. 842 305 sq. 'bellum ... gerimus' Arusianus VII 458 K. 306 sq. 'quos . . . ferro' Servius Aen. IV 40 Acro Hor. carm. IV 4, 53 'quos . . . proelia' Nonius 304, 11

VARIA LECTIO. 290 haesit: '*Messala aiebat hic Vergilium debuisse desinere: quod sequitur* et ... annum *explementum esse*' *Seneca* decumum '*vetusti quidam*' *Pieriani* 293 AEST *R*
A
CONCURRENT *M* 294 SIMULRESPONSA *M* REGVM *R* 295 sit] de *Madvicus dubitanter* magni s. belli *coni. Silii* VII 223 *prop. Ladewicus* 297 tremor *χ*, *Prisciani Grut. Sang. m.* 2 298 AMNES *e corr. m.* 2 *M*, *c* 300 RABIDA *R ut* VI 102 QVIERANT *R*: *cf. prol.* 175 301 DIVOS (O *corr.*
U
*ex* I) *P* DIUOS *M* 302 quidem *Victorinus* 304 COM (O *corr. in* V) *P* adſidet, *in mg. m.* 2 al obſidet *c* OBSIDET *Mbm* 307 PROELIA' *M Alii post* proelia *non distinguunt* POSSUNT *suprascr. M* ADSISTERE (D *corr. in* B) *M* bello *Acro*

spem siquam ascitis Aetolum habuistis in armis,
ponite: spes sibi quisque. sed haec quam angusta videtis;
cetera qua rerum iaceant perculsa ruina,
ante oculos interque manus sunt omnia vestras.
nec quemquam incuso: potuit quae plurima virtus
esse, fuit; toto certatum est corpore regni.
nunc adeo quae sit dubiae sententia menti
expediam et paucis (animos adhibete) docebo.
est antiqus ager Tusco mihi proximus amni,
longus in occasum, finis super usque Sicanos;
Aurunci Rutulique serunt et vomere duros
exercent colles atque horum asperrima pascunt.
haec omnis regio et celsi plaga pinea montis
cedat amicitiae Teucrorum, et foederis aequas
dicamus leges sociosque in regna vocemus:
considant, si tantus amor, et moenia condant.
sin alios finis aliamque capessere gentem
est animus possuntque solo decedere nostro:

TESTIMONIA. 309 Servius in Don. IV 424 K. 'ponite . . . quisque' Diomedes I 429 K. Priscianus 557 P. et fragm. II 192 H. Servius in Don. IV 422 K. Sergius de syllaba IV 479 K. Cledonius V 29 K. Pompeius V 108. 109. 117 K. Consentius V 399 K. Marius Victorinus VI 72 K. de fin. VI 230. 242 K. fragm. Bob. de littera VII 538 K. Donatus ad Ter. eun. II 2, 9 Martianus Capella III 278 Acro Hor. serm. II 3, 42 311 Servius Aen. XI 343 313 'pugnatum est toto c. r.' schol. Lucani VII 653 317 'fines . . . Sicanos' Servius Aen. I 533 III 500 320 sq. 'haec . . . Teucrorum' Nonius 250, 30 321 'cedat a. T.' Servius Aen. XII 17

D

VARIA LECTIO. 308 ASCISTIS *P* ADSCITIS *MRγbc, Servius* adcitis *Dorvill.* accitis χ 309 PONITE· *M, ut Servius* ponite spes s. q. suas *Acro* 310 QVAE *R* que γ1 311 UESTRS' (S *alt. in ras., m. rec.*) *M* 312 incu . ſo *b* INCVSSO *R* 313 pugnatum est toto *schol. Lucani* 315 ET *P* et *om.* γ PAVCIS, *M* paucíſ (au *m.* 2) γ '*aut* paucis docebo *aut* animos paucis adhibete' *Servius Dan.* 316 ANTIQVS *R* ANTIQVvS *P* ANTIQUUS *Mbc* antiquíſ γ 317 fineſ *c* 319 atque horum] nemorumque *Gentius* tesquorum *Madvicus. Possis etiam* arvorum *conicere* 321 Caedet γ1 324 fineſ *c* VE *Pyb1c* 325 poscunt χ possunt *confirmat Servius* discedere χ

bis denas Italo texamus robore navis
seu pluris complere valent (iacet omnis ad undam
materies), ipsi numerumque modumque carinis
praecipiant, nos aera manus navalia demus.
praeterea qui dicta ferant et foedera firment
centum oratores prima de gente Latinos
ire placet pacisque manu praetendere ramos,
munera portantis aurique eborisque talenta
et sellam regni trabeamque insignia nostri.
consulite in medium et rebus succurrite fessis.'

Tum Drances idem infensus, quem gloria Turni
obliqua invidia stimulisque agitabat amaris,
largus opum et linguae melior, sed frigida bello
dextera, consiliis habitus non futtilis auctor,
seditione potens (genus huic materna superbum
nobilitas dabat, incertum de patre ferebat),
surgit et his onerat dictis atque aggerat iras:
'rem nulli obscuram nostrae nec vocis egentem
consulis, o bone rex: cuncti se scire fatentur,
quid fortuna ferat populi, set dicere mussant.
det libertatem fandi flatusque remittat

---

TESTIMONIA. 326 Servius Aen. II 16  328 sq. 'ipsi . . . demus' de schem. lex. p. 52 H. 'ipsi ... praecipiant' Nonius 372, 2  331 sq. 'centum . . . placet' Nonius 360, 15  335 'consulite in m.' Servius ge. I 127  338 sq. 'largus . . . dextera' Nonius 311, 10  338 'largus o.' Arusianus VII 490 K.  339 'consiliis . . . auctor' Donatus ad Ter. Andr. III 5, 3  343—345 Priscianus 1129 P.  343 sq. 'rem . . . rex' Arusianus VII 459 K.  345 Nonius 427, 17  346 Servius Aen. XI 406

---

VARIA LECTIO. 326 ROBOREA *P*  naueſ *γ* nau$^{e}$oſ *c*  327 PLURES *Mc*  333 PORTANTES *P2Rγbc*  335 fessis] VESTRIS *Pγ*1  336 pridem *Peerlkampus* 'idem: *videlicet qui supra* (123) *apud Aeneam egerat' Servius Dan.*  338 LINGVAE *P* linguae *Servius quoque legit Dan.: cf. prol.* 140 LINGVA *MRγbc*  341 FEREBANT *P* FEREBANT *Rc*1  343 UOCES *M*1  345 $^{F}$PETAT (T *pr. corr. in* R) *M* petat *γ2cm*  populiſ *γ*1, *Prisciani Bong.*  SE$^{T}$ *P*

cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros
(dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)
lumina tot cecidisse ducum totamque videmus
consedisse urbem luctu, dum Troïa temptat
castra fugae fidens et caelum territat armis.
unum etiam donis istis, quae plurima mitti
Dardanidis dicique iubes, unum, optime regum,
adicias, nec te ullius violentia vincat,
quin gnatam egregio genero dignisque hymenaeis
des, pater, et pacem hanc aeterno foedere iungas.
quod si tantus habet mentes et pectora terror,
ipsum optestemur veniamque oremus ab ipso:
cedat, ius proprium regi patriaeque remittat.
quid miseros totiens in aperta pericula cives
proicis, o Latio caput horum et causa malorum?
nulla salus bello: pacem te poscimus omnes,
Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.
primus ego, invisum quem tu tibi fingis (et esse
nil moror), en supplex venio. miserere tuorum,
pone animos et pulsus abi. sat funera fusi

TESTIMONIA. 347 Priscianus 981. 986 P. Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 2 348 Priscianus 1028 P. Servius Aen. XI 343 'licet a. m.' Servius Aen. XI 409 350 sq. 'dum . . . armis' Priscianus 1185. 1191 P. 351 'fugae . . . armis' Arusianus VII 473 K. 354 Marius Victorinus VI 67 K. 355 'quin . . . genero' Servius Aen. XI 343 356 'pacem h. a. foedere firmes' Servius Aen. XI 363 358 de schem. lex. p. 50 H. 358 sq. 'veniamque . . . cedat' Arusianus VII 496 K. 359 'ius . . . remittat' Servius Aen. XI 401 361 'o . . . malorum' Donatus ad Ter. Andr. II 6, 27 Servius Aen. XII 572 'caput . . . malorum' Lactantius div. inst. I 20 362 sq. 'pacem . . . Turne' Donatus ad Ter. adelph. V 3, 14 Servius Aen. I 38 366 'pone . . . abi' Nonius 233, 30 Servius Aen. XI 392

VARIA LECTIO. 351 FVGA *R* fugae *testantur Priscianus Arusianus Servius* 353 diſci *γ*1 di$^{v}$.ci *γ*2 dici *Servius confirmat* 356 IUNGAS (FIRMES *sup.*) *M* FIRMES *R, Servius: cf.* 330 358 obteſtamur *γ*1 359 'cedat: *Asper hic distinguit, i. e.* hanc veniam oremus ut cedat; *aut si coniuncte legeris* cedat ius proprium regi, *nova erit elocutio*' *Servius: cf. prol.* 132. *Post* cedat *et* regi *interp. M* remitt$^{a}$it *c* 361 PROICIIS *P* 366 ABE *M*1 (abei?) FVNERA (A *in ras.*, E *sup.*) *P*

vidimus ingentis et desolavimus agros.
aut si fama movet, si tantum pectore robur
concipis et si adeo dotalis regia cordist,
aude atque adversum fidens fer pectus in hostem.
scilicet ut Turno contingat regia coniunx,
nos animae viles, inhumata infletaque turba,
sternamur campis. etiam tu, siqua tibi vis,
si patrii quid Martis habes, illum aspice contra,
qui vocat.'

Talibus exarsit dictis violentia Turni.
dat gemitum rumpitque has imo pectore voces:

TESTIMONIA. 368 sq. 'aut . . . concipis' Beda de trop. 379 Cap. 'si tantum . . . concipis' Charisius I 272 K. Diomedes I 457 K. Donati ars IV 399 K. Pompeius V 305 K. 'pectore r. c.' Sacerdos VI 467 K. 371—373 cf. Cassius Dio 75, 10 371 Macrobii exc. Bob. V 647 K. 372 'nos a. v.' schol. Iuv. XIII 142 'inhumata i. t.' Servius Aen. VI 325 374 'illum a.' Cledonius V 63 K. 'illum a. contra' Servius Aen. XI 434 374 sq. 'illum . . . vocat' Servius Aen. XI 389

---

VARIA LECTIO.
funere *γ1* FVSI *Rγ2bc, Servius* FUSIS (*eraso ut vid. supra ult. litt. puncto*) *M* FVSO *Pγ1* 367 INGENTES *Mbc* DESOLAVIMVSAGROS *MRγ2c, Servius* deſolauimuſ agroſ *in ras. praeter litt.* d *b* DESIGNAVIMVSAGROS *Pγ1* Sat funera fusos vidimus ingentis et designavimus agros *olim scriptum fuisse conieci in rel. academiae Berolinensis a.* 1854 *p.* 41, *i. e.* satis multos ut funera stratos vidimus eorumque corporibus agros velut tropaeis distinximus et ornavimus: *cf.* 386 VIII 569 *sqq.* 368 ROBVR *Rγ2bc,* (OBVR *in ras.*) *P* RUBOR *Mγ1* robor *Charisii exc. Leid., Diomedis ex., Donati Sang.* 369 et] AUT *M* ADEOEST DOTALIS *P* CORDISEST *P* CORDIEST *MRγbc* cordi, *om.* est, *Ven.* 370 AVERSVM *R* 372 INFLETAINOMATAQ·
VMA FLE
*m.* 2 *corr. sic:* INH//TAINOMATAQ· *M: cf.* VI 325 373 Ster-
e
namur *γ* ſternemur *cχ* et iam *Heinsius* etiam *Servius legit* tu
I
*suprascr. γ* TVM *P* tibi *suprascr. γ* 374 PATRIA *P*
R H
MATRISABIS, *corr. sic:* MATRISABES *M* 374 *sq.* CONTRA, QUI UOCAT *eodem versu M* 375 Quid *γ1*

'larga quidem, Drance, semper tibi copia fandi
tum, cum bella manus poscunt, patribusque vocatis
primus ades. set non replenda est curia verbis,
quae tuto tibi magna volant, dum distinet hostem
agger moerorum nec inundant sanguine fossae.
proinde tona eloquio (solitum tibi) meque timoris
argue tu, Drance, quando tot stragis acervos
Teucrorum tua dextra dedit passimque tropaeis
insignis agros. possit quid vivida virtus,
experiare licet; nec longe scilicet hostes
quaerendi nobis: circumstant undique muros.
imus in adversos: quid cessas? an tibi Mavors
ventosa in lingua pedibusque fugacibus istis

TESTIMONIA. 378 sq. 'larga . . . poscunt' Servius Aen. XI 460 381 'quae . . . volant' Charisius I 222 K. Servius Aen. XI 351 Claudianus Mamertus de statu animae II 3 381 sq. 'dum . . . fossas' Priscianus 798 P. 383 'proinde t. e.' Servius Aen. XI 351 anecd. Helv. p. 188 'proinde . . . tibi' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 25 383—385 'meque . . . dedit' Quintilianus IX 2, 49 383 sq. 'meque . . . acervos' ult. syll. IV 251 K. 'meque . . . Drance' Quintilianus XI 3, 176 Rufinianus p. 39 H. 384 'quando . . . acervos' Charisius I 112 K. 387—391 'nec . . . erit' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 48 389 'quid c.' Acro ad Hor. serm. II 3, 155 390 'ventosa in l.' Servius Aen. XI 351

VARIA LECTIO. 378 Drance semper $\chi$ DRANCE· SSEMPER *M* SEMPERDRANCE *PRybm, Servius* ſemp dranco [eſ] *c* 380 inreplenda eſt (in *cras.*) $\gamma$ implenda *Goth. tert.* 381 DISTINET *Pybc, Prisciani* $\omega$, *testatur Servius* DESTINAT *R* DETINET *M, Prisciani* $\varphi$ hostes *Priscianus* 382 *cf.* X 24 agger *by*2, *Menagiani, Prisciani* $\omega$ AGGERE *ut* X 144 *MPRy*1*c, Prisciani Bong.* MOERORVM (O *pr. corr. in* V) *P* merorum (e *corr. ex* u) *b* MVRORVM *Ryc* [n]ec $\gamma$2 ET *ut* X 24 *Py*1 fossas (*ut* X 24): '*invenitur tamen in quibusdam codicibus*... fossae' *Priscianus: cf. prol.* 149 384 ARGUE.'F A[TU] (*post* T *chartae lacuna*) *M* Arguito [e v] (i *et* o *m.* 2 *in ras.*) *b* caedis *ut* 207 X 245 *Quintilianus* stragis *Servius Dan. in lemm., de ult. syll.* 386 campos $\chi$, *Servii in lemm. ex. praeter Par.* 387 libet *Menag. pr.* 389 *sq. ordine inverso R* 389 *Interrogandi notam post* adversos *alii ponunt cum Heinsio* qui[d] *yc* QVI *P* CESSANTIBI [AS·] *M* CESSANTIBI [AS] *R*

semper erit?
pulsus ego? aut quisquam merito, foedissume, pulsum
arguet, Iliaco tumidum qui crescere Thybrim
sanguine et Euandri totam cum stirpe videbit
procubuisse domum atque exutos Arcadas armis?
haut ita me experti Bitias et Pandarus ingens
et quos mille die victor sub Tartara misi,
inclussus muris hostilique aggere saeptus.
"nulla salus bello." capiti cane talia, demens,
Dardanio rebusque tuis. proinde omnia magno
ne cessa turbare metu atque extollere vires
gentis bis victae, contra premere arma Latini.
nunc et Myrmidonum proceres Phrygia arma tremescunt,
[nunc et Tydides et Larisaeus Achilles,]
amnis et Hadriacas retro fugit Aufidus undas.
vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit,
artificis scelus, et formidine crimen acerbat.

TESTIMONIA. 392 'pulsus e.' Donatus ad Ter. eun. IV 4, 36 396 Arusianus VII 469 K. 405 schol. Hor. carm. III 30, 10 406 sq. 'vel . . . scelus' Nonius 309, 22 406 Quintilianus IX 3, 14 407 'formidine c. a.' Donatus ad Ter. hec. V 2, 13

VARIA LECTIO. 391 SEMPER ERIT· NEQUIQUAMARMIS TERREBIMUS HOSTE⁻ *M* semper erit? numquamne sines fallacia verba? *Leid.* 392 ʰaud *γ*2 haud *c* fędiſſume *b*1 FOEDISSIME *MPRγc* 393 ARGUIT·, I *m.* 1 *corr. in* E, *M* crescere] sanguine *Servius Dan. ad v.* 378 396 me experti (me ex *in ras.*) *b* MEXPERTI *R* mᵉexperti *γ*1 experti, *om.* me, *c* URGUEN *M* (IN *superscr.*) ingens, *in mg.* at . . . . . *erasis litteris γ*, *cf.* IX 735 397 miſſi *γ*1 398 INCLVSSVS *P* INCLUSUS *MRγbc* 399 OENE *ut vid. m.* 1, *corr. in* CENE *M* (A *superscr.*) GEMENS *M* (D *superscr.*) 401 CESSET (N *superscr.*) (cesses?) *P* ceſſe . . (e *post. corr. in* a) *γ* 403 tremiſcunt *γ*2*b*2 404 *ex* II 197 *fictum suspicatur Albrecht Herm.* XVI 425, *praeivit Klouček* LARISSEUS *M* LARISAEVOS *P* LARISAEVVS *R*: *cf.* II 197 405 ADRIACAS *Rc* Appulus *Faber* Aufidus *testatur Servius* 406 iactat *Bigot., Quintiliani exempl.* 407 *cf.* II 125, *quo exemplo apparet struendum esse:* artificis scelus est, cum se . . . fingit et f. c. acerbat. *ceteri Drancen dici* artificis sc. *intellegunt* 407 acerbat (b *eras.*) *γ* aceruat *m* acerbat *testatur Servius Dan.*

numquam animam talem dextra hac (absiste moveri)
amittes: habitet tecum et sit pectore in isto.
nunc ad te et tua magna, pater, consulta revertor.
si nullam nostris ultra spem ponis in armis,
si tam deserti sumus et semel agmine verso
funditus occidimus neque habet Fortuna regressum,
oremus pacem et dextras tendamus inertis.
quamquam o, si solitae quicquam virtutis adesset!
ille mihi ante alios fortunatusque laborum
egregiusque animi, qui, nequid tale videret,
procubuit moriens et humum semel ore memordit.
sin et opes nobis et adhuc intacta iuventus
auxilioque urbes Italae populique supersunt,
sin et Troianis cum multo gloria venit
sanguine (sunt illis sua funera parque per omnis
tempestas): cur indecores in limine primo
deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?

---

TESTIMONIA. 408 comm. Bern. Lucani III 137 U. 412 sq. 'et . . . occidimus' Servius Aen. XI 423 413 'neque h. F. r.' Servius Aen. XI 425 schol. Veron. 82, 25 414 'dextras t. i.' Servius Aen. I 487 415 ult. syll. IV 228 K. Macrobius Sat. IV 6, 21 416—418 'ille . . . moriens' Servius Aen. XII 641 416 sq. 'ille . . . animi' de schem. lex. p. 55 H. 416 'fortunatusque l.' Arusianus VII 473 K. 417 'egregiusque a.' Arusianus VII 470 K. 418 'et . . . momordit' comm. Bern. Lucani VIII 616 U. 423 'limine p.' de dub. nom. V 582 K. 424 'cur . . . artus' Nonius 412, 17 schol. Hor. carm. III 5, 20

---

VARIA LECTIO. 410 MAGNE *Mb, sed cf.* 469 411 SIC *P, quod in interrogatione locum haberet* 412 ſimul, *in mg.* at ſemel *γ*1 SIMVL *P* 413 nec *schol. Veron.* regreſſum *praeter* re *litteras in ras. b* recursum *Leid.* 414 inerteſ *c* inermes *Servius Aen.* I 487, *sed* inertis *Servius Dan. in lemm. huius v.: cf.* X 595 XI 672 415 *Alii post* adesset *comma ponere satis habent* 416 ante oculos felix functusque *schem. lex.* 418 ſemel *γbc* SEMVL *P* SIMVL *R* SIMUL, *corr. in* SEMEL *M* 'semel (simul *Par.*) *cito, confestim, id est qui tota mortis celeritate consumptus est quasi nihil ultra passurus*' *Servius* memordit '*antiqui aliquot*' *Pieriani, Leid.* M$^{O}$EMORDIT *P* MOMORDIT *MRbc* momord& *γ*1 422 SVNTQVE *Rb* 'illis . . . *legitur et* illi, *et aut* Aeneae *intellegimus aut adverbium loci est pro* illic' *Servius*

multa dies variusque labor mutabilis aevi
rettulit in melius, multos alterna revisens
lussit et in solido rursus Fortuna locavit.
non erit auxilio nobis Aetolus et Arpi:
at Messapus erit felixque Tolumnius et quos
tot populi missere duces, nec parva sequetur
gloria delectos Latio et Laurentibus agris.
est et Volscorum egregia de gente Camilla,
agmen agens equitum et florentis aere catervas.
quod si me solum Teucri in certamina poscunt
idque placet tantumque bonis communibus obsto,
non adeo has exossa manus Victoria fugit,
ut tanta quicquam pro spe temptare recusem.
ibo animis contra, vel magnum praestet Achillem
factaque Volcani manibus paria induat arma
ille licet. vobis animam hanc soceroque Latino
Turnus ego, haut ulli veterum virtute secundus,
devovi. "solum Aeneas vocat": et vocet oro,
nec Drances potius, sive est haec ira deorum,
morte luat, sive est virtus et gloria, tollat.'

Illi haec inter se dubiis de rebus agebant

TESTIMONIA. 425—427 Macrobius Sat. VI 2, 16 425 sq. 'multa . . . melius' Nonius 380, 32 426 sq. 'multos . . . locavit' Acro Hor. carm. I 35, 4 435 'tantumque . . . obsto' Arusianus VII 496 K. 438 Priscianus 1201. 1211 P. Servius Aen. XII 2 'ibo a. c.' Cledonius V 57 K. 'vel m. p. A.' Diomedes I 313 K. 440. 442 'vobis . . . Latino devovi' Servius Aen. XII 234 443 sq. comm. Bern. Lucani VII 112 U. schol. Lucani X 103

VARIA LECTIO. 425 uariuſ *cm, Macrobii et Nonii exempl.* uariuſ (uſ *in ras.*) *b* uariuſ, at uarii (vs *supra*) *γ* VARII *MP* VARII *R, Servius Dan.* 426 MULTOS (Q. *supra*) *M* alterna] mutata *Acro* 427 LVSSIT *P* LUSIT *MRγbc* iuvit *Peerlkampus* lusit *testatur Servius* 428 auxilium *π* 429 erat *cl* 430 MISSERE *P* MISERE *MRγbc* tarda *χ*, *Servius: cf. gc.* II 52 432 UULSCORUM *Mc* 433 = VII 804 florenteſ *c* 436 EXOSSA *Pγl* EXOSA *MRbc* 438 contra///ut *c* Achillen *Diomedis libri* 439 VOLKANI *R* VOLCANI (O *corr. in* V) *P* uulcani *bc* induit (a *supra*) *γ* INDVIT *P: cf.* IX 180 XI 6 443 Nec (c *in ras.*) *b*

certantes; castra Aeneas aciemque movebat:
nuntius ingenti per regia tecta tumultu
ecce ruit magnisque urbem terroribus implet,
instructos acie Tiberino a flumine Teucros
Tyrrhenamque manum totis descendere campis.
extemplo turbati animi concussaque volgi
pectora et arrectae stimulis haut mollibus irae.
arma manu trepidi poscunt, fremit arma iuventus,
flent maesti mussantque patres. hic undique clamor
dissensu vario magnus se tollit in auras
haut secus atque alto in luco cum forte catervae
consedere avium piscosove amne Padusae
dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.
'immo' ait 'o cives' arrepto tempore Turnus,
'cogite concilium et pacem laudate sedentes:
illi armis in regna ruunt.' nec plura locutus
corripuit sese et tectis citus extulit altis.
'tu, Voluse, armari Volscorum edice maniplos,
duc' ait 'et Rutulos. equitem Messapus in armis
et cum fratre Coras latis diffundite campis.
pars aditus urbis firmet turrisque capessat,

TESTIMONIA. 453 'fremit a. i.' Priscianus 1176 P. 454 'flent... patres' Nonius 427, 18 458 Servius ecl. VIII 22 459 sq. 'immo... concilium' Augustini ars V 495 K. 463 sq. Rutilius Nam. it. I 169 463 Diomedes I 349 K. Donatus ad Ter. adelph. III 4, 36 'Virgilius ait dice' [Palaemonis] ars V 544 K. 464 Cledonius V 44 K. 466 'pars a. u. f.' Servius Aen. XI 473

VARIA LECTIO. 451 ANI (MI) *M* ANIMO *R* VVLGI *Rbc* 454 hic (at tunc) *γ* hinc *χ* 455 IN *PRγbc: cf.* IV 176 V 257. 520 ge. III 109, *Wagneri quaest. Verg.* X 1 AD *M* 461 ruant *χ, antiqua aliquot exemplaria' Pierii, prob. Bentleius* 463 UULSCORUM *Mc* MANIPLOS *Pγ*1, *quod praefero, ne quatuor deinceps versus in* is *terminent.* MANIPLIS *MRγ*2*bc, Servius, Donati et Diomedis exempl.* 464 EQUITEM *Mb*1, *Servius Asper Cledonius, ut* 517. EQVITEM (S) *P* EQVITES *Rγb*2*c* 465 latis *om. R* 466 FIRMENT *Rbc, Servius ad v.* 473 FIRMENT *M: cf. Wagneri quaest. Verg.* VIII 4 TVRRES *R* tref (z) *c* q: *in ras. c* CAPESSANT *Rb*

cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma.'
ilicet in muros tota discurritur urbe.
concilium ipse pater et magna incepta Latinus
deserit ac tristi turbatus tempore differt
multaque se incusat, qui non acceperit ultro
Dardanium Aenean generumque asciverit urbi.
praefodiunt alii portas aut saxa sudesque
subvectant. bello dat signum rauca cruentum
bucina. tum muros varia cinxere corona
matronae puerique: vocat labor ultimus omnis.
nec non ad templum summasque ad Palladis arces
subvehitur magna matrum regina caterva
dona ferens, iuxtaque comes Lavinia virgo,
causa mali tanti, oculos deiecta decoros.
succedunt matres et templum ture vaporant
et maestas alto fundunt de limine voces:

TESTIMONIA. 467 Seneca epist. 58, 4 468 'ilicet' Charisius I 200 K. 469 Macrobius Sat. V 14, 3 471 'multaque te i.' Arusianus VII 492 K. 473 'praefodiunt a. p.' Servius Aen. XI 485 476 Acro ad Hor. carm. III 4, 59 'vocat . . . omnes' Servius Aen. XI 891 477 ult. syll. IV 228 K. Servius Aen. I 479 comm. Bern. Lucani II 34 U. 'nec . . . templum' Cledonius V 76 K. 480 Servius Aen. XII 66 'oculos d. d.' Porphyrio ad Hor serm. I 1, 5

VARIA LECTIO. 469—472 *fortasse post* 476 *inseri voluit poeta: cf. prol.* 85 469 CONCILIVM *PRbc, Macrobii ω* consilium *Reg., Macrobii φ* CONSILIUM (c *suprascr.*) *M* concilium (ſ *suprascr.*) *γ*. *Defendi utrumque potest* PAT͂ER·IP͂SE *M* ipse pater *testatur Macrobius* MAGNUM (A *suprascr.*) *M* 470 corpore *π* 471 QVO (O *m. ant. in ras., suprascr. ut vid.* D) *P* quod *γχ* ACCEPERIT *MPRγbψ* (ac)ceperit *c* adsciverit *Peerlkampus* 472 aeneam *c*1 aeneã *b* que *suprascr. γ* Aenean generum, atque *Peerlkampus* ADSCIVERIT *libri, Servius in lemm.* acceperit *Peerlkampus cf. prol.* 367 *sq.* urbi (i *in ras.*) *b* 476 OMNES *P*2*γc* 477 arciſ *γ* 480 *cf.* VI 93 MALITANTI *Pγc*2, *Servius in lemm.* (*item ad* XII 66) MALITANTI·Ṡ *M* mali(ſ) tantiſ (ſ *utraque eras.*) *b* MALISTANTIS *Rc*1, *fort. recte* mali tanti atque *Francian.* 482 de pectore *mχ*

'armipotens, praeses belli, Tritonia virgo,
frange manu telum Phrygii praedonis et ipsum
pronum sterne solo portisque effunde sub altis.'
cingitur ipse furens certatim in proelia Turnus.
iamque adeo rutilum thoraca indutus aënis
horrebat squamis surasque· incluserat auro,
tempora nudus adhuc, laterique accinxerat ensem
fulgebatque alta decurrens aureus arce,
exultatque animis et spe iam praecipit hostem:
qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis
tandem liber equus campoque potitus aperto
aut ille in pastus armentaque tendit equarum
aut adsuetus aquae perfundi flumine noto,
emicat arrectisque fremit cervicibus alte
luxurians, luduntque iubae per colla, per armos.
obvia cui Volscorum acie comitante Camilla
occurrit portisque ab equo regina sub ipsis

TESTIMONIA. 483 Diomedes I 446 K. 'armipotens p b.' Arusianus VII 502 K. 486—490 Macrobius Sat. V 10, 11 486 Servius Aen. II 614 487 sq. 'iamque...sqamis' Gellius II 6, 22 Macrobius Sat. VI 7, 18 Servius Aen. X 314 489 'laterique a. e.' Arusianus VII 450 K. 491 Nonius 372, 12 492 Nonius 218, 3 Macrobius Sat. VI 3, 8 ult. syll. IV 261 K. 494 Servius Aen. XI 486 499—501 'portisque . . . equis' Servius Aen. XI 828 499 sq. 'portisque . . . desiluit' Priscianus 906 P. Arusianus VII 464 K.

VARIA LECTIO. 483 PRAESES *R* praeſe.ſ *γ*2*c*2 PRAESES [N] *M* PRAESE[N]S *P* praeſenſ *γ*1*bc*1*m*, *Arusianus, Macrobii et Sacerdotis exempl.* '*qui* praesens *legunt, quasi* praestans (praesens?) *in bellis intellegunt, qui* praeses *sine* n *littera, quasi quae* praesideat *rei* [*bellicae?*]' *Servius Dan.* 485 ipsis *Macrobii exempl., ut* 499 altis *in lemm. Servius, sed* ipsis *in scholio* 486 certatum *Macrobii Cantabr.* im *c* ī *suprascr. γ* 487 RVTILVM *R, Gellii et Macrobii exempl.* rut[v]ilum *b* RUTULUM *MPγ*, *commendat Wagnerus l. V.* 360 rutul[v]em *c* 488 *in mg. inf. add. m. rec. γ* suras i. a.: *cf.* XII 430 491 exultant *γ*1 (exultans?) PRAECEPIT (E *post. corr. in* I) *M* 493 EQVvS *P* EQ[U]US *M* EQVVS *Ryb* aequ[u]iſ *c* 495 aqua *Madvicus* aquae *test. Servius Dan.* 498 U[S]ULSCORUM *M* ACIES *P* 499 sub altis *Arusianus: cf.* 485

desiluit, quam tota cohors imitata relictis
ad terram defluxit equis; tum talia fatur:
'Turne, sui merito siqua est fiducia forti,
audeo et Aeneadum promitto occurrere turmae
solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.
me sine prima manu temptare pericula belli:
tu pedes ad muros subsiste et moenia serva.'
Turnus ad haec, oculos horrenda in virgine fixus:
'o decus Italiae virgo, quas dicere grates
quasve referre parem? sed nunc, est omnia quando
iste animus supera, mecum partire laborem.
Aeneas, ut fama fidem missique reportant
exploratores, equitum levia improbus arma
praemisit, quaterent campos; ipse ardua montis
per deserta iugo superans adventat ad urbem.
furta paro belli convexo in tramite silvae,
ut bivias armato obsidam milite fauces.
tu Tyrrhenum equitem conlatis excipe signis;
tecum acer Messapus erit turmaeque Latinae
Tiburtique manus, ducis et tu concipe curam.'
sic ait, et paribus Messapum in proelia dictis
hortatur sociosque duces et pergit in hostem.

---

TESTIMONIA. 500 sq. 'quam . . . equis' Macrobius Sat. VI 4, 10 502 Victorinus ad Cic. p. 302 H. 507 'oculos... fixos' Agroecius VII 121 K. 508 'o d. Italiae' ult. syll. IV 232 K. 509 sq. 'sed . . . supra' Priscianus 1064 P. 510 'mecum p. l.' Sacerdos VI 460 K. 515 'furta p. b.' Donatus ad Ter. eun. IV 7, 39 Servius Aen. XI 16 515 sq. Nonius 310, 16

---

VARIA LECTIO. 501 FLVXIT *R* DESILVIT *Pγ*1 *ut vid.* defluxit *Servius testatur* 503 ~~ET~~ *P & suprascr. γ* TVRMIS *R* turma *γ*1 turmae *Servius in lemm.* 507 FIXIS (U *suprascr.*) *Mc* fixoſ *γ. Agroecii ex.* fixus *Servius Dan.* oculis . . . fixis *susp. Heinsius* 510 supera *Prisciani Monac. M m. pr.* SUPĖRA·Ṫ *M* superat *Prisciani Vindob. N* SVPRA *PRγbc* 513 ȦṪQ̇·IPSE *M* 514 iugo properans '*aliquot*' *Pieriani, χ* iuga properans *m* 515 convexae duce *π Kvičala* 519 TIBVRTI *ut* VII 671 *Rγc* TIBVRNI (T *suprascr.*) *MPb* Tyburni *m* Tiburni *Servius in lemm.* (Tibur *vel* Tiburnus *idem ad* VII 670)

est curvo anfractu valles, adcommoda fraudi
armorumque dolis, quam densis frondibus atrum
urget utrimque latus, tenuis quo semita ducit
angustaeque ferunt fauces aditusque maligni.
hanc super in speculis summoque in vertice montis
planities ignota iacet tutique receptus,
seu dextra laevaque velis occurrere pugnae,
sive instare iugis et grandia volvere saxa.
huc iuvenis nota fertur regione viarum
arripuitque locum et silvis insedit iniquis.

Velocem interea superis in sedibus Opim,
unam ex virginibus sociis sacraque caterva,
compellabat et has tristis Latonia voces
ore dabat: 'graditur bellum ad crudele Camilla,
o virgo, et nostris nequiquam cingitur armis,
cara mihi ante alias.' *(neque enim novos iste Dianae

TESTIMONIA. 522 sq. 'accommoda ... dolis' Arusianus VII 452 K. 522 'accommoda f.' Nonius 266, 25 525 'aditusque m.' Servius Aen. VI 270 529 Arusianus VII 483 K. 531 schol. Bern. ge. IV 147 'et ... iniquis' Servius Aen. V 203 532—535 'velocem ... dabat' Macrobius Sat. V 22, 2 532 Priscianus 757 P. 537 Victorinus de metr. VI 211 K. cf. Audacis exc. VII 338 K. 'novus i. D.' de fin. syll. VI 626 K. 537 sq. 'neque ... amor' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 7

VARIA LECTIO. 522 uallıſ *c*1 523 *sq.* quam densis ... latus: *cf.* VII 565 *sq., et fortasse hic ne scripserat quidem Vergilius: cf. prol.* 86 524 QVOS *R*c1 'quo ... *legitur et* qua' *Servius* 525 *sq. inverso ordine c* 526 IN *Mbc, om. R* 1 *m.* 2 *in ras.* γ E *P*γ1 *ut* 877 IV 586 VII 511 527 RECEPTVS *Pbc* receptıſ (v suprascr.) γ RECEPTUS (ss suprascr.) *M* RECESSVS *R* 'receptus: *male quidam* recessus *legunt*' *Servius* 530 fertur nota *m* 533 SACRIS SOCIA *R* 534 CONPELLAT *R* ET *suprascr. P*γ triſteſ *c* TRISTI *R, Bentleius* tristes *Servius confirmat* 537 neque enim *usque ad* intemerata colit *v.* 584 *non possum non adsentiri Peerlkampo abhorrere a Dianae sermone* (*vide modo v.* 537. 566. 582). *Atqui cum hemistichia* cara mihi ante alias (537) *et* vellem haut correpta fuisset (584) *in unum versum coeant, putaverim totam illam narrationem a poeta secundis curis in schedas coniectam esse: cf. prol.* 85 NOVVS (v suprascr.) *MR*γ*bc* NOVS *P*

verum age, quandoquidem fatis urgetur acerbis,
labere, nympha, polo finisque invise Latinos,
tristis ubi infausto committitur omine pugna.
haec cape et ultricem pharetra deprome sagittam:
hac quicumque sacrum violarit volnere corpus,
Tros Italusque, mihi pariter det sanguine poenas.
post ego nube cava miserandae corpus et arma
inspoliata feram tumulo patriaeque reponam.'
dixit; at illa levis caeli delapsa per auras
insonuit, nigro circumdata turbine corpus.

At manus interea muris Troiana propinquat
Etruscique duces equitumque exercitus omnis,
compositi numero in turmas. fremit aequore toto
insultans sonipes et pressis pugnat habenis
huc conversus et huc; tum late ferreus hastis
horret ager campique armis sublimibus ardent.
nec non Messapus contra celeresque Latini
et cum fratre Coras et virginis ala Camillae
adversi campo apparent hastasque reductis
protendunt longe dextris et spicula vibrant.

TESTIMONIA. 588 'labere n. p.' Servius Aen. II 14 IV 22 V 151 VI 2 Isidorus orig. X 158 592 'pariter' Charisius I 214 K. 557 ult. syll. IV 226 K. 601 sq. 'tum . . . ager' Macrobius Sat. VI 4, 6 603 sq. 'nec non . . . Camillae' (om. 'Messapus contra') Servius Aen. VII 675 603 'veteresque Latini' Servius Aen. I 6

VARIA LECTIO. 587 QVANDOEQVIDEM *R* acerbiſ, at iniquiſ *γ*: *cf.* II 257 III 17 X 380 acerbis *Servius in lemm.* 591 UIOLARET (E *corr. in* I) *M* uiolarit (rit *in ras.*) *b* VVLNERE *MP2Rγ1bc* 592 QVE *PRγ* Q· *M, in ras. b* ue *cχ, Servius* 595 DEMISSA *PRγc: cf.* X 73 XII 635 dimiſſa *bm* 598 ETRVSCI (SC *in ras.*) *Pb* etrurii *Mentel. pr., Menag. alt.* etruri *χ* 'Etrusci . . . *quidam sane* Etruri *legunt' Servius* 599 Conpoſita *c*1 (composito?) 601 conuerſuſ, *in mg.* at obuerſuſ *γ* OBVERSVS *Rbc* late *om. Macrobii exempl.* 602 haſtiſ, *in mg.* at armiſ *γ* HASTIS *P* armis *Servius in lemm.* ſublimibuſ (buſ *in ras.*) *b* ſublimi . . buſ *γ* 605 HAST$\overset{\text{A}}{\text{I}}$S *P* REDUCT$\overset{\text{I}}{\text{A}}$S *M* 606 PR$\overset{\text{O}}{\text{AE}}$TENDUNT *M*

[adventusque virum fremitusque ardescit equorum].
iamque intra iactum teli progressus uterque
substiterat: subito erumpunt clamore furentisque
exhortantur equos; fundunt simul undique tela
crebra nivis ritu caelumque obtexitur umbra.
continuo adversis Tyrrhenus et acer Aconteus
conixi incurrunt hastis primique ruina
dant sonitum ingenti perfractaque quadrupedantum
pectora pectoribus rumpunt: excussus Aconteus
fulminis in morem aut tormento ponderis acti
praecipitat longe et vitam dispergit in auras.
extemplo turbatae acies, versique Latini
reiciunt parmas et equos ad moenia vertunt.
Troes agunt, princeps turmas inducit Asilas.
iamque propinquabant portis, rursusque Latini
clamorem tollunt et mollia colla reflectunt:
hi fugiunt penitusque datis referuntur habenis.

---

TESTIMONIA. 608 Arusianus VII 502 K. 'iamque i. i.' ult. syll. IV 254 K. 610 'fundunt . . . tela' Cledonius V 67 K. 611 'crebra n. r.' Arusianus VII 506 K. 615 sq. 'excussus . . . morem' Nonius 298, 27 615 'excussus Aconteus' Servius Aen. VI 79 620 Servius Aen. I 468 'Troes a.' Servius Aen. XII 704 622 'mollia c. r.' Servius et schol. Bern. ge. III 204 623 'penitusque . . . habenis' Servius Aen. XI 626

---

VARIA LECTIO. 607 *ad v.* 911 *exemplum interpolatus. cf. prol.* 86 adventuque *prop. Heynius* adventuque v. fremitus crudescit *Hoffmannus* accrescit *Haeberlinus* 609 SVBSTI- [SUB] TERAT *Pγc* Subſtiterant (n *del.*) *b* SVBSTITVERANT *R* CONSTITERANT *M* consiterat *Wagnerus* que *om. c* 612 ADVERSI·S *P* ADVERSI *MRγ* 613 ruina *Moretani sec. et quartus* RVINAM *P* RUINAM *MRγbc* 614 SONITUM *MPγ*1, *Moretani duo* SONITV *Rγ*2*bc* INGENTI *MRγ*2*bc, Moretani duo* IN[RA]GENTEM *Pγ*1 *cf. prol.* 286 PERFECTA [O] *M* perfecta *γ*1 QVADRIPEDANTVM *R* 616 TORMENTI *M* actuſ, *in mg.* al acti *γ*1 ACTVS (*sed ut* V *fort. fuerit* I) *P* 617 diſperſit *γ*1, *fortasse recte.* disparsit *Mentel. alt.* 619 tendunt, *m. rec. in mg.* l uertunt *b: cf.* 871 623 *Alii post* habenis *commate posito continuant sententiam usque ad v.* 628

qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
nunc ruit ad terram scopulosque superiacit unda
spumeus extremamque sinu perfundit harenam,
nunc rapidus retro atque aestu revoluta resorbens
saxa fugit litusque vado labente relinquit:
bis Tusci Rutulos egere ad moenia versos,
bis reiecti armis respectant terga tegentes.
tertia sed postquam congressi in proelia totas
implicuere inter se acies legitque virum vir:
tum vero et gemitus morientum et sanguine in alto
armaque corporaque et permixti caede virorum
semianimes volvontur equi, pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,
hastam intorsit equo ferrumque sub aure reliquit.
quo sonipes ictu furit arduus altaque iactat
volneris inpatiens arrecto pectore crura:
volvitur ille excussus humi. Catillus Iollan
ingentemque animis, ingentem corpore et armis

---

TESTIMONIA. 627 ult. syll. IV 253 K. 627 sq. 'atque . . . litus' comm. Bern. Lucani IV 429 U. 630 Servius Aen. XI 619 632 Nonius 332, 3 633 'sanguine in a.' Servius Aen. XII 690 639 'vulneris i.' Arusianus VII 486 K.

---

VARIA LECTIO. 624 PROCVRRENS, *sed* RR *in ras.*, *P* PROCVMBENS *Rcm*: *cf. ge.* III 240 625 TERRAS *M ut ge.* III 239 SVPERIICIT *P* ſuperlicit *γ*1 SVBERIGIT *R*, *Silii* XV 155 *codd.* undā *γb*2*cm* undam *Servius* 627 reuoluta (re *in ras.*) *b* REVSOLVTA *P* re[v].oluta *γ*2 reſoluta *γ*1 resolvens *ult. syll.* 628—630 *add. m. rec. in mg. γ* 629 TEUCRI[s] *M* 631 totasque *χ* 633 ſanguine largo (*in mg. lemma scholii* in alto) *b*: *cf.* XII 721 in alto *Servius* [at necef] 635 Semianimeſ *γ*: *cf.* XII 329 VOLVNTVR[v] *P* VOLVVNTVR *MRγbc* pugna aſpera ſurgit *in ras. b* 636 Remuli: *cf.* IX 633 638 FERIT (U *supra* E *m.* 1) *M* FERIT *R* 639 VVLNERIS *MPRγbc* 640 CATHILLVS *Rγ* CATTHILLVS *P* CATTHYLLUS *M* cathylluſ *b*: *cf.* VII 672 IOLLANT *P* IOLLAN[M.] (N *an* N̄ *ambiguum*) *M* IOLLAM *Rbc* 641 corpore, at pectore *γ*: *cf.* IV 11

deicit Herminium, nudo cui vertice fulva
caesaries nudique umeri, nec volnera terrent:
tantus in arma patet. latos huic hasta per armos
acta tremit duplicatque virum transfixa dolore.
funditur ater ubique cruor; dant funera ferro
certantes pulchramque petunt per volnera mortem.

At medias inter caedes exultat Amazon,
unum exerta latus pugnae, pharetrata Camilla,
et nunc lenta manu spargens hastilia denset,
nunc validam dextra rapit indefessa bipennem;
aureus ex umero sonat arcus et arma Dianae.
illa etiam in tergum, siquando pulsa recessit,
spicula converso fugientia derigit arcu.
at circum lectae comites, Larinaque virgo
Tullaque et aeratam quatiens Tarpeia securem,
Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla

TESTIMONIA. 644 sq. 'latos . . . tremit' Isidorus orig. XIII 5, 2 646 'funditur a. u. c.' Lactantius div. inst. V 11 648 Priscianus 909 P. ult. syll. IV 222 K. Servius Aen. I 318 VII 580 'milibus in mediis exultat Amazon' schol. Lucani I 476 VI 229 'exultat Amazon' Nonius 300, 31 Consentius V 399 K. Servius Aen. II 67 649 'pharetrata Camilla' Diomedes I 323 K. 656 Priscianus 758 P. 657 Priscianus 587 P. 'dia Camilla' Diomedes I 459 K. Priscianus 857 P. Donati ars IV 400 K. Pompeius V 307 K. schol. Persii I 31 657 sq. 'quas . . . delegit' Servius Aen. XII 83

VARIA LECTIO. 642 Deiecit *c*1 HERM$\overset{I}{O}$NIUM *M* HERMIONVM *P* hermı.num *γ*1 herme$\overset{i}{.}$num *γ*2 ermeniū *b*1 Herminium *Servius* 643 VVLNERA *MPRγ*1*bc* 644 TANTVM *R* 'tantus . . . *id est* tantum patebat in vulnera, *id est* in hostilia tela totus patebat' *Servius, ex qua adnotatione fortasse triplex lectio elicienda est:* tantus in arma, tantum in tela, totus in arma 645—692 *deficit P* 645 fremit *γ*1 premit *b* 647 *cf. ge.* IV 218 VVLNERA *MRγbc* 648 milibus in mediis *schol. Lucani: cf.* I 491 650 denſet *bχ*, *testatur Servius Dan.* DEN$\overset{E}{S}$AT· (*corr. m.* 1) *M* DENSAT *Rγcm* 652 VMERIS *R* 653 ETIAM/ *M* in tergū ſiquando *b* SIQVANDOINTERGVM *MRγcψ* 654 FVLGENTIA *R* fulgientia *c*1 fugientia *Servius confirmat* dirigit *c* degerit *b*1 655 Et *bγ* 656 ſecurem *γ*1, *Mentel. alter, testatur Priscianus* SECVRIM *MRbc* 657 ſibi decuſ *γ* dia *Potterii unus, Diomedis Par. A et Monac., testatur*

delegit pacisque bonas bellique ministras:
quales Thraeiciae cum flumina Thermodontis
pulsant et pictis bellantur Amazones armis
seu circum Hippolyten, seu cum se Martia curru
Penthesilea refert, magnoque ululante tumultu
feminea exultant lunatis agmina peltis.
quem telo primum, quem postremum, aspera virgo,
deicis? aut quot humi morientia corpora fundis?
Euneum Clytio primum patre, cuius apertum
adversi longa transverberat abiete pectus:
sanguinis ille vomens rivos cadit atque cruentam
mandit humum moriensque suo se in volnere versat.
tum Lirim Pagasumque super: quorum alter habenas
suffuso revolutus equo dum colligit, alter
dum subit ac dextram labenti tendit inertem,

TESTIMONIA. 658 'pacisque . . . ministras' Arusianus VII 494 K. 660 'pulsant . . . Amazones' ult. syll. IV 231 K. 'et . . . armis' Nonius 472, 9 Servius Aen. I 104 'pictis . . . armis' Priscianus 798 P. Sacerdos VI 450 K. Servius Aen. I 4 'bellantur A.' Servius Aen. I 317 'bellantur A. a.' Diomedes I 382 K. Priscianus 796.• 1207 P. 662 'magnoque u. t.' Servius Aen. IV 168 669 sq. Macrobius Sat. IV 6, 14 669 'moriensque... uersat' comm. Bern. Lucani VII 605 U.

VARIA LECTIO.
*Servius cum ceteris grammaticis* dia (a *in ras.*) *b* $\text{dia}^{u}$ *γ* diua (u *in ras.*), *in mg.* ł dia *c* DIUA (*corr. m.* 1) *M* DVRA *R* dira *Diomedis Par. B* 658 bonaſ (ſ *m.* 2) *c* BONAE *Rγ2bm*, *confirmat Servius* 659 THERMODOONTIS *Rγb* '*plenum est* Thermodoon, *sed per synaeresin* Thermodon *fecit*' *Servius* 660 pictiſ (iſ *m.* 2) *γ* pectiſ *c*1 (*voluit* peltis, *ut* 663, *ni f.*) amadiones *Nonii Leid. Bamb.*: *cf. prol.* 453 663 EXSULTANT *M* 665 deicit . . . fundit *Bentleius* 666 Euneum *c*, *Servius* EVNAEVM *MRγψ* Lunaeum *b*1 668 undam uomens *π* vomens undam *Kvičala* 669 VVLNERE *Rγbc* sanguine *Macrobii ex.* 670 lirũ *c* habeniſ *γ*1 671 SVFFVSO *Rb2cψ* Subfuſo *γ* $\overset{U}{\text{SUFFOSSO}}$ (*corr. m.* 1) *M* Suffoſſo *b*1 'suffuso, *casuro. nam* suffusi *equi dicuntur quos vulgo* incespitatores *vocant. alii* suffosso *legunt, i. e. praecipiti et iam cadenti*' *Servius*: *cf. Vegetius veterin.* 53 672 inertem *γcm* INERMEM *MRb* 'inertem: *nudam an nihil proficientem?*' *Servius Dan.*, *qui et ipse inter* inermem *et* inertem *fluctuasse videtur* (inermem *Turon.*)

praecipites pariterque ruunt. his addit Amastrum
Hippotaden, sequiturque incumbens eminus hasta
Tereaque Harpalycumque et Demophoonta Chrominque;
quotque emissa manu contorsit spicula virgo,
tot Phrygii cecidere viri. procul Ornytus armis
ignotis et equo venator Iapyge fertur,
cui pellis latos umeros erepta iuvenco
pugnatori operit, caput ingens oris hiatus
et malae texere lupi cum dentibus albis,
agrestisque manus armat sparus; ipse catervis
vertitur in mediis et toto vertice suprast.
hunc illa exceptum (neque enim labor agmine verso)
traicit et super haec inimico pectore fatur:
'silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti?
advenit qui vestra dies muliebribus armis
verba redarguerit. nomen tamen haut leve patrum
manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.'
protinus Orsilochum et Buten, duo maxima Teucrum
corpora, set Buten aversum cuspide fixit
loricam galeamque inter, qua colla sedentis

TESTIMONIA. 673 'pariter' Charisius I 214 K. 678 'ecum quoque Apulum eodem quo ventum vocabulo Iapygem nominavit' Gellius II 22, 24 681 schol. Hor. carm. II 19, 24 'cum d. a.' Quintilianus VIII 2, 10 cf. VIII 6, 40 682 'agrestisque . . . sparus' Nonius 224, 2. 555, 19 684 'hunc i. e.' Terentianus Maurus 1277 686 Donati ars IV 394 K. explan. in Don. IV 564 K. Pompeius V 292 K. Servius Aen. I 2 II 620 688 'verba r.' Priscianus 881 P. 688 sq. 'nomen . . . referes' comm. Bern. Lucani II 263 U. 'nomen . . . Camillae' Servius Aen. X 830 690—693 'protinus . . . sedentis invenit' de schem. lex. p. 53 H. 690 sq. Macrobius Sat. VI 6, 10 'protinus . . . corpora' Nonius 376, 23

VARIA LECTIO. 674 ſequitur quem *c* 675 Therea (T *in ras.*) *b* Therea *c* CHROMIN *MR* cromin *γc* chromĩ *b* cromim, cromum *χ* 677 A[ORNI]UTUS *M* 678 IGNOT[I]US (*corr. m.* 1) *M* Ignotuſ *γ*1 683 SUPRA[E]ST *M* SVPRAEST *Rγbc* 684 HUNC (H *corr. ex* N) *M* 686 te *suprascr. c* ET *R* putaſtiſ *γ*1 688 REDARGVERET *MR*?*γbc*2 redarguerat *c*1 redarguerit *testatur Priscianus* 690 orſilocum *c* (*item v.* 694) 691 a.uerſum *c* aduerſum *b*, *Macrobii Salisb.*

lucent et laevo dependet parma lacerto,
Orsilochum fugiens magnumque agitata per orbem
eludit gyro interior sequiturque sequentem,
tum validam perque arma viro perque ossa securim
altior exurgens oranti et multa precanti
congeminat: volnus calido rigat ora cerebro.
incidit huic subitoque aspectu territus haesit
Appenninicolae bellator filius Auni,
haut Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.
isque ubi se nullo iam cursu evadere pugnae
posse neque instantem reginam avertere cernit,
consilio versare dolos ingressus et astu
incipit haec: 'quid tam egregium, si femina forti
fidis equo? dimitte fugam et te comminus aequo
mecum crede solo pugnaeque accinge pedestri:
iam nosces, ventosa ferat cui gloria fraudem.'
dixit, at illa furens acrique accensa dolore
tradit ecum comiti paribusque resistit in armis,

---

TESTIMONIA. 695 'sequiturque s.' Donatus ad Ter. eun. II 2, 12 IV 4, 54 Porphyrio ad Hor. epist. I 11, 28 701 'dum . . . sinebant' Servius Aen. XI 715 704 'consilio . . . ingressus' Servius ecl. X 68 705 sq. 'quid . . . equo' Nonius 306, 12 Servius Aen. VII 807 706 'dimitte f.' ult. syll. IV 261 K. 710 'tradit e. c.' Arusianus VII 513 K.

---

VARIA LECTIO. 693 lucent] invenit *schem. lex.* 695 ET LVDIT (*i. e.* ecludit) *Pγ*1 696 SECVREM *Pγ*1: *cf.* 656 698 CONGEMINAT· *M* 'congeminat: *hic distinguendum, nam nemo dicit* securim vulnus congeminat, *sed* securis' *Servius. Post* volnus *dist. in P* VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *MRγbc* ORA *P*2 ORE (A *supra*) *P*1 ore *Menag. alt.* arma (ora *supra*) *b* 703 ADUERTERE *M* uetere (a r *supra*) *b* VERTERE *R* avertere *confirmat Servius Dan.* 706 FIDES *Rb*1 707 pugnaque *bm* 708 FRAVDEM *R*, *in ras. b* FRAUDEM (L *supra*) *M* laudem, *in mg. m.* 2 ł fraudem *c* .LAVDEM (L *in ras.*) *P* laudem *γ*, *si recte enotavi, quamquam* poenam *Heinsius se legisse dicit.* poena *χ* '*haec est vera et antiqua lectio ut* fraudem, *non* laudem *legas . . . nam* fraudem *veteres* poenam *vocabant*' *Servius* 710 EQVVM *PRγ* aequū *bc* reſiſtit (re *in ras.*) *b* assistit *m, Oblongus Pierii*

ense pedes nudo puraque interrita parma.
at iuvenis, vicisse dolo ratus, avolat ipse
(haut mora) conversisque fugax aufertur habenis
quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.
'vane Ligus frustraque animis elate superbis,
nequiquam patrias temptasti lubricus artis,
nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno,'
haec fatur virgo et pernicibus ignea plantis
transit ecum cursu frenisque adversa prehensis
congreditur poenasque inimico ex sanguine sumit:
quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto
consequitur pinnis sublimem in nube columbam
comprensamque tenet pedibusque eviscerat uncis;
tum cruor et volsae labuntur ab aethere plumae.

At non haec nullis hominum sator atque deorum
observans oculis summo sedet altus Olympo:
Tyrrhenum genitor Tarchonem in proelia saeva
suscitat et stimulis haut mollibus incutit iras.
ergo inter caedes cedentiaque agmina Tarchon
fertur equo variisque instigat vocibus alas
nomine quemque vocans, reficitque in proelia pulsos.

TESTIMONIA. 714 'ferrata c. f.' Nonius 199, 18 Charisius I 93 K. de dub. nom. V 574 K. comm. Bern. Lucani IV 760 U. 'qua de causa Vergilius calces feminino genere pronuntiarit' Probi inst. art. IV 128 K. 715 'vane . . . animis' ult. syll. IV 247 K. 717 Servius Aen. XI 715 718 'pernicibus i. p.' Servius Aen. I 472 IV 180 Isidorus orig. X 211 721 sq. schol. Hor. carm. I 37, 18 721 Nonius 192, 23 Priscianus 1013, 1014 P. Terentianus Maurus 1267 'accipiter' Charisius I 98 K. Beda de orthogr. VII 264 K. 731 Macrobius Sat. VI 1, 34 'nomine q. v.' ult. syll. IV 223 K.

VARIA LECTIO. 711 *cf.* IX 548 712 ET, *corr.* AT, *M* 714 Quadripedem *γ* QVADRIPEDEM *MPRb* citam *c* 716 ARTES *P2γ* 719 EQVM *R* EQVVM *Pγbc* 720 *cf.* XII 949 a ſanguine *c* 722 pennis *b1c* ſublimen *γc* 723 Conpreſſam *γc* 724 Tunc *c* et] E *R* UULSAE *Mc* uolſe *γ*. 728 incutit *Heinsius cf. prol.* 368 INCITAT *MPγb: cf.* X 263 INICIT *Rc* 729 caedentia *c* 730 HALAS *R* IRAS *Pγ ex* 728 731 in] ad *Macrobii exempl., ut in Furii versu*

'quis metus, o numquam dolituri, o semper inertes
Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?
femina palantis agit atque haec agmina vertit!
quo ferrum quidve haec gerimus tela inrita dextris?
at non in Venerem segnes nocturnaque bella,
aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi,
expectate dapes et plenae pocula mensae
(hic amor, hoc studium), dum sacra secundus haruspex
nuntiet ac lucos vocet hostia pinguis in altos!'
haec effatus ecum in medios, moriturus et ipse,
concitat et Venulo adversum se turbidus infert
dereptumque ab equo dextra complectitur hostem
et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
tollitur in caelum clamor, cunctique Latini
convertere oculos. volat igneus aequore Tarchon
arma virumque ferens; tum summa ipsius ab hasta
defringit ferrum et partis rimatur apertas,
qua volnus letale ferat; contra ille repugnans
sustinet a iugulo dextram et vim viribus exit.

TESTIMONIA. 736 Donatus ad Ter. eun. V 2, 60 'nocturnaque b.' Servius ge. III 98 739 'hic... studium' Sergius de syllaba IV 479 K. Maximus Victorinus de rat. metr. VI 219 K. 740 'lucos . . . altos' schol. Hor. carm. I 37, 4 741 cf. Servius Aen. II 408 742 'Venulo . . . infert' Servius Aen. XI 814 745 Macrobius Sat. VI 1, 21 747 'arma v. f.' ult. syll. IV 256 K. Servius Aen. I 1 748 'et . . . apertas' Nonius 382, 5 750 Nonius 296, 20 'et . . . exit' Priscianus 1171 P. Arusianus VII 470 K. Servius Aen. V 438

VARIA LECTIO. 734 PALANTIS (I *corr. in* E) *M* *Interrogandi signum alii ponunt* 735 geritiſ *c* 737—783 *deficit P* *Post* 737 *interpungit M, item graviter Kloucek* 738 EXPECTATE *Mγbcψ*, *confirmat Servius* EXSPECTATE *R* exspectare *χ*
menſe
*sermone commodiore, sed cf. prol.* 360 PLENA *R* dextrae *γ*: *cf.* VIII 274 *Hic fortiter distinxit Paldamus, qui v.* 738 expectate *scripsit* 739 'hic amor, hoc studium *per parenthesin dictum est, nam ordo est:* pocula mensae, dum' *e. q. s.' Servius* 741 EQVVM *Rγbc* in hoſtiſ *γ ut* II 511 *cf.* IX 400 et ipse *Servius legit* 742 OFFERT *Rγ*: *cf.* VII 420 744 EGREGIVM *R* 748 PARTES *M2Rc* 749 VVLNVS *MRγb*

utque volans alte raptum cum fulva draconem
fert aquila implicuitque pedes atque unguibus haesit,
saucius at serpens sinuosa volumina versat
arrectisque horret squamis et sibilat ore,
arduos insurgens; illa haut minus urget obunco
luctantem rostro, simul aethera verberat alis:
haut aliter praedam Tiburtum ex agmine Tarchon
portat ovans. ducis exemplum eventumque secuti
Maeonidae incurrunt. tum fatis debitus Arruns
velocem iaculo et multa prior arte Camillam
circuit et quae sit fortuna facillima, temptat.
qua se cumque furens medio tulit agmine virgo,
hac Arruns subit et tacitus vestigia lustrat;
qua victrix redit illa pedemque ex hoste reportat,
hac iuvenis furtim celeris detorquet habenas.
hos aditus iamque hos aditus omnemque pererrat
undique circuitum et certam quatit improbus hastam.
forte sacer Cybelo Chloreus olimque sacerdos
insignis longe Phrygiis fulgebat in armis
spumantemque agitabat ecum, quem pellis aënis
in plumam squamis auro conserta tegebat.

---

TESTIMONIA. 751—756 Macrobius Sat. V 13, 28 751 sq. 'fulva d. f. a.' schol. Hor. carm. IV 4, 12 751 'fulvam aquilam dicit' Gellius II 26, 11 757 sq. 'praedam . . . ovans' Servius Aen. VIII 9 764 'qua . . . illa' ult. syll. IV 246 K. 766 Priscianus 908 P. ex quinto (cf. V 441) 767 'et . . . hastam' Velius Longus VII 79 K. (loco corrupto) 768—777 (774—776 om.) Macrobius Sat. V 1, 12 770 sq. 'quem . . . tegebat' Gellius II 6, 21 Diomedes I 411 K. Servius Aen. X 314 Macrobius Sat. VI 7, 18 ('in pl. sq.' om. ω)

---

VARIA LECTIO. 753 aut *c1* et *m* 755 arduos '*aliquot antiqui' Pierii* ARDUUS *MRγbc* adſurgenſ (*in mg.* A· in) *b* ille *γ1* ADVNCO *R* abunco *Macrobii Cantabr. Angl.* obuncto *c1*
H

757—793 *deficit R* 757 TARCON *M* raptam *Servius Aen.* VIII 9 765 celereſ *c* caelereſ *b* 766 *cf.* V 441 iamque] atque *γ* iamque hos abitus *mχ* 768 satus '*aliquot antiqui' Pieriani* CYBELO *Mbcmψ, Servius: cf.* III 111 cybele *γ*, *Macrobii Cantabr.* cybelae *Macrobii ω* chloreuſ *γb* chloreuſ *c* CHOREUS *M, Macrobii ω*, *nisi quod* thoreus *Cantabr.*: *cf.* XII 363

ipse, peregrina ferrugine clarus et ostro,
spicula torquebat Lycio Gortynia cornu;
aureus ex umeris erat arcus et aurea vati
cassida; tum croceam chlamydemque sinusque crepantis
carbaseos fulvo in nodum collegerat auro,
pictus acu tunicas et barbara tegmina crurum.
hunc virgo, sive ut templis praefigeret arma
Troïa, captivo sive ut se ferret in auro
venatrix, unum ex omni certamine pugnae
caeca sequebatur totumque incauta per agmen
femineo praedae et spoliorum ardebat amore,
telum ex insidiis cum tandem tempore capto
concitat et superos Arruns sic voce precatur:
'summe deum, sancti custos Soractis Apollo,
quem primi colimus, quoi pineus ardor acervo
pascitur et medium freti pietate per ignem
cultores multa premimus vestigia pruna,
da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis,
omnipotens. non exuvias pulsaeve tropaeum
virginis aut spolia ulla peto (mihi cetera laudem
facta ferent): haec dira meo dum volnere pestis
pulsa cadat, patrias remeabo inglorius urbes.'

---

TESTIMONIA. 774 sq. 'et . . . cassida' Servius Aen. II 122 'aurea v. c.' Charisius I 103 K. Priscianus 689. 708 P. Beda de orthogr. VII 266 K. 775 'haec cassida' Probi cath. IV 28 K. Sacerdos VI 479 K. 777 'barbara t. c.' Servius Aen. II 504 779 sq. 'captivo . . . venatrix' Nonius 302, 14 782 Arusianus VII 449 K. Servius Aen. IX 475 785 sq. 'summe . . . colimus' Nonius 250, 4 785 schol. Hor. carm. I 9, 2 Servius Aen. I 665 VI 79 ecl. III 62 'sancti . . . Apollo' Priscianus 681 P. 'sancti c. S.' Consentius V 346 K. 789 Servius Aen. XI 592 793 'patrias . . . urbes' Servius Aen. XI 762

---

VARIA LECTIO. 773 CORTYNIA *Mγ* 774 umero *γχ ut* 652 ERAT *Mb* ſonat *γc ut* 652 775 tunc *Nonii exempl.* crepanteſ *c* 779 auro, Venatrix unum *alii* 781 incauta *c* (ł incenſa) incensa *m*: *cf.* IV 300 784 Conicit *c*: *cf.* IX 411 X 646. 891 786 PRIMIS *P* primum *χ* Hirpini *Peerlkampus* QVΘI *P* CVI *Mγ2bc* qui *γ1* 788 victores *Villebrunus conl. Silio* V 180 secura in *Peerlkampus* 792 dura *γ1* VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UULNERE *Mγbc* 793 lapsa *Peerlkampus*

audiit et voti Phoebus succedere partem
mente dedit, partem volucris dispersit in auras:
sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
adnuit oranti; reducem ut patria alta videret,
non dedit, inque notos vocem vertere procellae.
ergo ut missa manu sonitum dedit hasta per auras,
convertere animos acris oculosque tulere
cuncti ad reginam Volsci. nihil ipsa nec aurae
nec sonitus memor aut venientis ab aethere teli,
hasta sub exertam donec perlata papillam
haesit virgineumque alte bibit acta cruorem.
concurrunt trepidae comites dominamque ruentem
succipiunt. fugit ante omnis exterritus Arruns
laetitia mixtoque metu, nec iam amplius hastae
credere nec telis occurrere virginis audet.
ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
continuo in montis sese avius abdidit altos
occiso pastore lupus magnove iuvenco,
conscius audacis facti, caudamque remulcens

---

TESTIMONIA. 794 sq. Macrobius Sat. V 3, 7 'partem . . . auras' Servius Aen. X 652 795 'partem . . . auras' Servius Aen. IX 311 803 ult. syll. IV 255.K. 803 sq. Nonius 453, 14 804 'virgineumque . . . cruorem' Servius Aen. XII 376 Macrobius Sat. VI 6, 17 812 'conscius a. f.' explan. in Don. IV 556 K. Arusianus VII 461 K. 812 sq. 'caudamque . . . petivit' Diomedes I 412 K. (om. 'utero') Dositheus VII 415 K. 'caudamque . . . utero' Nonius 387, 11 Servius Aen. V 505

---

VARIA LECTIO. 794 AVDIIT P uotis phoebus *χ*, *Macrobii ω* phoebus votis *Macrobii Par.* 1 phoebus vati *Salisb.* partẽ ſuccedere phoebuſ *b* partim *c*1: *cf.* V 187 795 partim *χ*, *Servii* IX 3 *φ* patrim *c*1 volucris] uacuas *π* 799 UBI (*corr.* UḂT, V supra B) *M*: *cf.* IV 474 801 VLSCI *P* neq; *cχ* aurae, *in mg. m. ant.* at auraſ *c* auraſ (ſ *fort. ex corr.*) *b* auras *Menag. alter*, *χ* (*cf.* 799) 'auras . . . *haec est antiqua lectio' Servius: cf. prol.* 131 *Büchelerus decl. lat.*² 63 802 AT *M* aud *c* 803 exerta *Nonii exempl.* exartã *b* EXPERTAM *R* 806 Succipiunt (c *pr. in ras.*) *b*: *cf.* I 175 IV 391 VI 249 SUSCIPIUNT *MPRγc* OMNES *Pγ* 807 IA (M supra A) (A (M supra) *in ras.*) *P* iam *suprascr.* *c* 808 TELIsSVCCVRRERE (V *pr. in ras.*) *P* 810 MONTES *M*2*c*

subiecit pavitantem utero silvasque petivit:
haut secus ex oculis se turbidus abstulit Arruns
contentusque fuga mediis se inmiscuit armis.
illa manu moriens telum trahit, ossa sed inter
ferreus ad costas alto stat volnere mucro:
labitur exsanguis, labuntur frigida leto
lumina, purpureus quondam color ora reliquit.
tum sic expirans Accam ex aequalibus unam
adloquitur fidam ante alias, quae sola Camillae,
quicum partiri curas; atque haec ita fatur:
'hactenus, Acca soror, potui: nunc volnus acerbum
conficit, et tenebris nigrescunt omnia circum.
effuge et haec Turno mandata novissuma perfer:
succedat pugnae Troianosque arceat urbe.
iamque vale.' simul his dictis linquebat habenas,
ad terram non sponte fluens. tum frigida toto
paulatim exsolvit se corpore lentaque colla
et captum leto posuit caput, arma relinquont,

TESTIMONIA. 820—822 (om. 821) 'Accam ... fatur' Arusianus VIII 504 K. 'Accam ... curas' (om. 821) Priscianus 960 P. 821 'fida a. a.' Servius Aen. III 321 822 'quicum p. c.' Augustini regul. V 508 K. [Palaemonis] ars V 541 K. Servius Aen. I 87 823 'hactenus ... potui' Nonius 377, 34 823 sq. 'hactenus ... conficit' Nonius 268, 24 'num vulnus a. c.' ult. syll. IV 253 K. 824 'et ... circum' Macrobii exc. Bob. V 650 K.

VARIA LECTIO. 813 SILUA$^{S}$ *M* 817 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* U$^{U}$OLNERE *M* VVLNERE *Rybc* 818 'frigida leto: *alii* telo *legunt' Servius* 819 ora (r *in ras.*) *b* ossa *m* relinquit *cχ* 821 FIDAM *Pγ*1 fid$^{a}$em *b* FIDA$^{M}$ *M* FIDA *Rc, Servii* III 321 *ex.* 822 QUICUM *MRb*2, *testantur grammatici* Cuicum$^{al\ qua}$ *b*1 Qui..cum (*m.* 1 *fort.* Quamcum) *γ* QVACVM (A *in rasura duarum litt.*) *P* Quacum *c* solet, atque ita *χ* '*subaudis* consueverat' *Servius: cf.* IV 422 *prol.* 85 haec *om. Arusiani exempl.* 823 num *de ult. syll.* VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *MRybc* 825 NOVISSIMA *MRbc* 826 VRBI *P*1*R* 827 hiſ dictiſ hoc dicenſ *b: cf.* X 856 828 TOTA *P* 830 relinquont *Probus, ut apparet ex Servii adnotatione hac:* 'arma relinquens: *alii* arma relinquunt *legunt. Probus*

vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
tum vero inmensus surgens ferit aurea clamor
sidera: deiecta crudescit pugna Camilla,
incurrunt densi simul omnis copia Teucrum
Tyrrhenique duces Euandrique Arcades alae.

At Triviae custos iandudum in montibus Opis
alta sedet summis spectatque interrita pugnas.
utque procul medio iuvenum in clamore furentum
prospexit tristi mulcatam morte Camillam,
ingemuitque deditque has imo pectore voces:
'heu nimium, virgo, nimium crudele luisti
supplicium, Teucros conata lacessere bello!
nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam
profuit aut nostras umero gessisse sagittas.

---

TESTIMONIA. 831 comm. Bern. Lucani IX 568 U. 832 sq. 'ferit ... sidera' Priscianus 906 ex quinto haec laudans contaminata cum V 140 833 'deiecta . . . Camilla' Servius ge. III 504 'crudescit p. C.' schol. Bern. ge. III 504 836 sq. 'at . . . sedet' Servius Aen. VIII 269 836 Macrobius Sat. III 6, 15 V 22, 2 841 sq. 'heu ... supplicium' Servius Aen. II 366 'o nimium ... supplicium' Atilius Fortunatianus VI 280K. 841 'heu n. v. n.' Marius Victorinus VI 28K.

---

VARIA LECTIO.
*hypallagen vult esse vel contrarium, ut ipsa relinquat. alii* arma relinquunt *cum laude dictum accipiunt, i. e.* [N] *illa decidebant e manibus Camillae exanimis.' cf. prol.* 140 RELIQVENS (N *et fort.* S *in ras.*) *P* RELINQUIT, *corr.* RELINQUENS *M* relinquenſ *ybc* RELIQVIT *R* 831 = XII 952 [ſub] per *b* 834 CONCVRRVNT *R* 835 *cf.* 171 XII 551 TYRRHENUM *M* arcadeſ (e *m. ant. corr. in* i) *bc* 836 IAMDVDVM *PRybc* 838 medio iuuene [v~] *b* IVENEM [V]· MEDIO *P* iuuenum medio *y*1 iuuenem medio *y*2 furente [v~] *b* FURENTE [M] *M* furentem *y*2 in clamore furentū *in ras. c* 839 Proſpexit (Pro *m. satis ant. in ras.*) *b* MVLCATAM *MPRy*1*b* multatam, *in mg. m.* 2 ł mulcatā *c* 'mulcatam, *affectam.* mulcari *enim proprie verberibus dicimus' Servius Dan.* 840 IMODE *R* 841 o *Fortunatianus* heu *testatur Servius Dan.* 842 *cf.* 585 SVPPLICIVMIT *P* 843 DESERTA.. *P*1 844 VMEROS *P* GRESSISSE *M* ceſſiſſe *y*1 PHARETRAS *PRybm: cf.* I 500 V 558

non tamen indecorem tua te regina reliquit
extrema iam in morte, neque hoc sine nomine letum
per gentis erit aut famam patieris inultae.
nam quicumque tuum violavit volnere corpus,
morte luet merita.' fuit ingens monte sub alto
regis Dercenni terreno ex aggere bustum
antiqui Laurentis opacaque ilice tectum:
hic dea se primum rapido pulcherruma nisu
sistit et Arruntem tumulo speculatur ab alto.
ut vidit laetantem animis ac vana tumentem,
'cur' inquit 'diversus abis? huc derige gressum,
huc periture veni, capias ut digna Camillae
praemia. tune etiam telis moriere Dianae!'
dixit, et aurata volucrem Threissa sagittam
deprompsit pharetra cornuque infensa tetendit
et duxit longe, donec curvata coirent
inter se capita et manibus iam tangeret aequis,
laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.
extemplo teli stridorem aurasque sonantis

---

TESTIMONIA. 845 Priscianus 699 P. 852 sq. 'hic . . . sistit' Arusianus VII 510 K. 855 'cur . . . abis' ult. syll. IV 247 K. Cledonius V 66 K. 856 sq. 'capias . . . praemia' Priscianus 1021 P. 857 'tunc . . . Dianae' Victorinus de rat. metr. VI 220 K. 'telis m.' Consentius V 389 K. 860—862 Macrobius Sat. V 3, 2

---

VARIA LECTIO. 845 relinquit *b2*, *Prisciani Par. R* RELIN-QVET (IA *supra*) *Pyb1c, Prisciani Bong.* 846 EXTREMAMIMMORTE *P* extrema iam morte *χ* NEC *R* 847 genteſ *c* inultae] E (R *supra*) *in ras. P* 848 VVLNERE *MRybc* 850 DECERNI (D *supra*) *M* Percenni *Bergkius opusc.* II 737 852 EA *M* PVLCHERRIMA *MRbc* 854 LAETANTEMANIMIS (FULGE, R *supra*) *M* FVLGENTEMARMIS *PRybc* surgentem animis *Leid.* *Fuisse qui scriberent* laetantem armis *suspicatur Wagnerus* 855 dirige *c* greſſum (f *supra*) *b* 856 CAMILLA *R* Camillae *Servius in lemm.* 858—878. 879—895 *F fol. LXXIV* 858 ET *suprascr. F* 860 ETDVXSIT *P* Eduxit *bχ* adduxit *Macrobii exempl.* 861 tenderet *b1* 862 LAEVAM *P* LAEVAM *F* 863 SONANTES (E *m.* 1 *corr. ex* I) *M*

audiit una Arruns, haesitque in corpore ferrum.
illum expirantem socii atque extrema gementem
obliti ignoto camporum in pulvere lincunt,
Opis ad aetherium pinnis aufertur Olympum.
  Prima fugit domina amissa levis ala Camillae;
turbati fugiunt Rutuli, fugit acer Atinas,
disiectique duces desolatique manipli
tuta petunt et equis aversi ad moenia tendunt.
nec quisquam instantis Teucros letumque ferentis
sustentare valet telis aut sistere contra,
sed laxos referunt umeris languentibus arcus,
quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum.
volvitur ad muros caligine turbidus atra
pulvis, et e speculis percussae pectora matres
femineum clamorem ad caeli sidera tollunt.
qui cursu portas primi inrupere patentis,
hos inimica super mixto premit agmine turba;
nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,

TESTIMONIA. 865 'atque e. g.' Arusianus VII 476 K. 867 Servius ge. III 93 872 sq. 'nec . . . sustentare' de schem. lex. p. 51 H. 874 Acro ad Hor. carm. III 8, 23 875 'quatit u. c.' cf. Priscianus 909 P. (contaminavit cum XII 533 sq.) 878 schol. Hor. epod. X 17

VARIA LECTIO. 864 AVDI[I]T *P* AVDIT *F* ARRUNS· *M* '*multi nolunt in medio distingui propter exprimendam celeritatem*' *Servius Dan.* HAESSIT *P* heſſit *γ*1 866 LINQVVNT *Fc* LINQUNT *Mb* LINQVANT *R* 867 penniſ *c* 869 ATILAS *R*: [ISI] Asilas *in calamo fuerat. cf.* XII 661 870 DEFECTI *M* 871 EQVOS *Pγ* aduerſi *c* 872 *m.* 2 *intra lineas add. c* errantes (*fortasse* aeratas *ex* VII 703) acies letumque *schem. lex.* inſtanteſ *c* FERENTIS (I *m.* 1 *corr. in* E) *M* FERENTES *Fc* 874 humeris referunt *schol. Hor.* 875 *cf.* VIII 596 Quadrupedum *c* QUADR[I]UPEDUM *M* QVADRIPEDVM *Pγb* QVADRIPEDO *R* QVADRIPED[EM]O *F* 877 'pulvis *hic corripuit, alibi produxit* I 478' *Servius Dan.* ET[E]SPECVLIS *FMb* et e muriſ *cχ* PECTORE (E *post. corr. in* A) *F* 878 *cf.* X 262 caeli *om. schol. Hor.* 879 PATENTES *M*2*c* 881 Haec *c*1 . . fugiu . *c*1 fugiunt *m*

moenibus in patriis atque intra tuta domorum
confixi expirant animas. pars claudere portas:
nec sociis aperire viam nec moenibus audent
accipere orantis, oriturque miserrima caedes
defendentum armis aditus inque arma ruentum.
exclusi ante oculos lacrumantumque ora parentum
pars in praecipitis fossas urgente ruina
volvitur, inmissis pars caeca et concita frenis
arietat in portas et duros obice postis.
ipsae de muris summo certamine matres
(monstrat amor verus patriae, ut videre Camillam)
tela manu trepidae iaciunt ac robore duro
stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis
praecipites primaeque mori pro moenibus ardent.

Interea Turnum in silvis saevissimus implet
nuntius, et iuveni ingentem fert Acca tumultum:
deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
ingruere infensos hostis et Marte secundo
omnia corripuisse, metum iam ad moenia ferri.

---

TESTIMONIA. 882 Macrobius Sat. IV 3, 12 883 'confixi e. a.' Servius Aen. I 44 890 Sacerdos VI 546 K. 'arietat in p.' ult. syll. IV 257 K. Servius in Don. IV 425 K. Cledonius V 30 K. Pompeius V 120 K. Servius Aen. V 432 ecl. III 96 Macrobius Sat. V 14, 2 'et . . . postes' Macrobius Sat. V 14, 3 891 'ipsae de muris matres' Servius Aen. IX 477

---

VARIA LECTIO. 882 INTRA *MR: cf.* 235. 267 VI 525 VII 168 INTER *Pybc, Macrobii exempl.* 883 E~~T~~SPIRANT (X suprascr.) *corr. m.* 1 *M* 885 ORANTES *MPRy* 886 *cf.* XII 410 atque *y* 887 LACRIMANTVM *MRb* lacrimatũ (n suprascr.) *c* 888 PRAECIPITES *Rc* VRGVENTE *Ry* 890 in muros *Sacerdos* POSTES *Rc* poſtiſ (ſ *pr. in ras.*) *b* PORTIS (S suprascr.) *P*1 891 moriſ (v suprascr.) (moeris?) *b* 892 VERSVS *R* vires *Thilo* verus *Servius Dan.* patriae, versam *Schaper* *Alii post* patriae *concludunt parenthesin* VT *suprascr. F* CAMILLA *F* 894 .obuſtiſ (o *ex corr.*) *c* 895 ARDENT (U suprascr.) *My* audent *bc, Servius in lemm.* 896 TURNUS (M suprascr.) *M* 898 VOLSCORVM (O *pr. corr. in* V) *P* 899 HOSTES *P*2*yc*

ille furens (et saeva Iovis sic numina pellunt)
deserit obsessos collis, nemora aspera linquit.
vix e conspectu exierat campumque tenebat,
cum pater Aeneas saltus ingressus apertos
exsuperatque iugum silvaque evadit opaca.
sic ambo ad muros rapidi totoque feruntur
agmine nec longis inter se passibus absunt;
ac simul Aeneas fumantis pulvere campos
prospexit longe Laurentiaque agmina vidit,
et saevom Aenean adgnovit Turnus in armis
adventumque pedum flatusque audivit equorum.
continuoque ineant pugnas et proelia temptent,
ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Hibero
tinguat equos noctemque die labente reducat:
considunt castris ante urbem et moenia vallant.

---

TESTIMONIA. 909 'prospexit l.' cf. Priscianus 1175 P. 910 Servius Aen. I 99 914 'tinguat e.' Servius Aen. VII 811

---

VARIA LECTIO. 901 et] nam *χ* PELLVNT *R* POSCVNT *MPγbc ut* IV 614 VIII 512 902 COLLES *MR* linqui//// *b*1 linquenſ *b*2 903 CAMPOS$^{\mathrm{UM}}$ *M* (*cf.* 908) 907 Agmine interrena longiſ inter ſe *γ* 908 TVM PATER *PR ut* 904 tum pater, aṫ ac simul *γ* FUMANTES (E *corr. ex* I) *M* 909 Conſpexit *b* 910 SAEVOM (O *corr. in* V) *P* SAEVVM *MRγc* ſeuum *b* aeneam *b*1*c* AGNOUIT *Mc* CONSPEXIT *Pγ* 911 ADUENTUS *Mπ* uirum *π*, *non male* FLATVM *R* 912 INE$^{\mathrm{A}}$UNT *M* ineunt *b* temptant *γc*

P̃· UERGILI MARONIS AENEIDOS ‖ LĪB· XI· EX̃PL· IÑC· LĪB· XII ‖ FELICITER *M* VERGILI· MARONIS· AENEIDOS· LIB· XI· ‖ EXPLIC· INCIPIT· LIBER· XII· (*sequuntur versus undecim, quos vide in prolegom.*) *R* EXPLICIT LIBER VNDECIMVS ‖· INCIPIT DVODECIMVS *γ* PBL̃II VIRGILII MARONIS AENEIDOS ‖ LIB̃· XI· EXPLICIT INCIP̃ LIB̃ DVODECIMVS (*sequuntur undecim versus*) *b*

# P. VERGILI MARONIS

# A E N E I D O S

## LIBER DVODECIMVS

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos
defecisse videt, sua nunc promissa reposci,
se signari oculis, ultro inplacabilis ardet
attollitque animos. Poenorum qualis in arvis
saucius ille gravi venantum volnere pectus
tum demum movet arma leo gaudetque comantis
excutiens cervice toros fixumque latronis
inpavidus frangit telum et fremit ore cruento:
haut secus accenso gliscit violentia Turno.
tum sic adfatur regem atque ita turbidus infit:

---

TESTIMONIA. Aeneidos XII 1 sq. 'Turnus . . . videt' Donatus ad Ter. eun. II 3, 44 Servius Aen. VII 332 1 Diomedes I 411 K. Priscianus 1279 P. Dositheus VII 414 K. Servius Aen. V 784 IX 497 2 Diomedes I 495. 497 K. 'defecisse v. s.' Atilius Fortunatianus VI 282 K. Clodianus p. 590 H. 3 Diomedes I 497 K. 'se s. o.' Servius Aen. XII 13 'ultro i.' Servius Aen. XII 45 'ultro i. a.' Servius Aen. XII 9 4—6 'attollit . . . leo' Donatus ad Ter. hec. III 5, 57 'Poenorum . . . leo' Victorinus ad Cic. p. 228 H. schol. Hor. carm. III 20, 2 4 Terentianus Maurus 1212 4 sq. 'Poenorum . . . gravi' Servius Aen. X 707 5 'saucius i.' Servius Aen. I 3 'saucius pectus' schem. dian. p. 76 H. 5 sq. 'saucius ille leo' carmen de fig. 180 p. 70 H. 6 Diomedes I 497 K. 6 sq. 'gaudetque . . . toros' Nonius 298, 24 7 Diomedes I 497 K. 8 Nonius 459, 13 9 Nonius 22, 20 10 'atque . . . infit' Servius Aen. XII 18

---

VARIA LECTIO Aeneidos XII 2 iam *Diomedis exempl.* nunc *Servius Dan.* 3 OCVLOS *MP* 5 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* VVLNERE *MRγc* 6 COMANTES *M* 9 GLISCET *M* 10 Tunc *c*

'nulla mora in Turno; nihil est quod dicta retractent
ignavi Aeneadae, nec quae pepigere recusent:
congredior. fer sacra, pater, et concipe foedus.
aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam,
desertorem Asiae (sedeant spectentque Latini),
et solus ferro crimen commune refellam,
aut habeat victos, cedat Lavinia coniunx.'

Olli sedato respondit corde Latinus:
'o praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci
virtute exsuperas, tanto me impensius aecum est
consulere atque omnis metuentem expendere casus.
sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
multa manu, nec non aurumque animusque Latinost;
sunt aliae innuptae Latio et Laurentibus arvis,

---

TESTIMONIA. 11 'nulla m. in T.' Seneca de benef. VI 41 13 de spec. hex. VI 637 K. 15 'sedeant s. L.' Donatus ad Ter. adelph. IV 5, 38 Nonius 402, 14 Servius Aen. XI 434. 460 16 Servius Aen. XII 229 17 Nonius 250, 32 19 'o . . . iuvenis' Nonius 371, 12 Donatus ad Ter. hec. III 5, 32 Arusianus VII 498 K. Servius Aen. II 61 IV 529 X 686 ge. IV 490 Porphyrio ad Hor. carm. I 22, 1 'praestans a.' schol. Bern. ge. IV 491 'praestans a. i.' Servius Aen. V 202 19 sq. 'o . . . exsuperas' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 31 19—21 Macrobius Sat. VI 2, 17 'o . . . consulere' Macrobius Sat. V 1, 16 21 'atque . . . casus' Servius Aen. XII 43 22 sq. 'sunt . . . manu' Servius Aen. XI 224 23 'nec . . . Latinost' Consentius V 390. 402 K.

---

VARIA LECTIO. 11 Turno est *Seneca* 12 *sq.* '*quidam sane a* nulla mora in Turno *usque ad* pepigere recusent *iungunt, ne, si distinctio intercesserit, languescat sententiae color*' *Servius Dan. In Mediceo post* Turno *et* Aeneadae *distinguitur* 16 CRIMEN FERRO *Rc* 17 uicto. (*erasa litt.*), *in mg. m.* 2 al uictor *c* uictor *Mentel. m. pr.*, *χ* habeat victos *legit Servius* laurentia *Franc.*: *cf.* VII 359 18 LATINOS (U *sup.*) *M* latinis *c*1 19 ferocem *m* 20 VIRTVTEM *P* INPENSIVS *MPybc* aequm est *γ* AEQVVMEST *MRbc* 21 casus *in ras. b* causas *Macrobii ω* casus *Servius legit* 22 DAUNIUS *M* 22 *sq.* oppida multa capta *Servius* XI 224 23 LATINOEST *MRbc* latino. *γ* 24 ARUIS *M*, *Servius in lemm.* AGRIS *ut* XI 431 *PRybc*: *cf.* VII 537 X 390 XI 247 XII 516 *ge.* III 249

nec genus indecores. sine me haec haut mollia fatu
sublatis aperire dolis, simul hoc animo hauri.
me natam nulli veterum sociare procorum
fas erat, idque omnes divique hominesque canebant.
victus amore tui, cognato sanguine victus
coniugis et maestae lacrumis, vincla omnia rupi:
promissam eripui genero, arma impia sumpsi.
ex illo qui me casus, quae, Turne, sequantur
bella, vides, quantos primus patiare labores.
bis magna victi pugna vix urbe tuemur
spes Italas; recalent nostro Thybrina fluenta
sanguine adhuc campique ingentes ossibus albent.
quo referor totiens? quae mentem insania mutat?
si Turno extincto socios sum adscire paratus,
cur non incolumi potius certamina tollo?
quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet

---

TESTIMONIA. 25 Priscianus 699 P. 'nec g. i.' Nonius 489, 3. 25 sq. 'sine . . . hauri' Donatus ad Ter. hec. V 1, 18 'sine . . . dolis' Nonius 385, 21 Donatus ad Ter. hec. V 1, 17 'haec . . . hauri' Nonius 319, 28 26 'simul . . . hauri' Servius Aen. IV 359 27 sq. 'me . . . erat' Donatus ad Ter. Andr. II 1, 30 29 Arusianus VII 514 K. 31 'arma i. s. promissam e.' Servius Aen. VI 86 34 sq. 'vix...Italas' Servius Aen. XI 16 35 'recalent . . . fluenta' Charisius I 269 K. 35 sq. 'recalent . . . adhuc' Servius Aen. VI 87 36 'campique . . . albent' Priscianus 799 P. Charisius I 252 K. Diomedes I 344 K. Eutychis ars V 464 K. Martianus Capella p. 473 H.

---

VARIA LECTIO. 25 indecoris *Nonius* HAECHAVT *Ry, Priscianus, Servius* HAECAUT (H *supra*) *M* HAEC HAVD *P*, (d *in ras.*) *b* haut haec (*sed om.* haec *φ*) *Nonii* 319 *exempl.* haud haec *cm, Menteliani* fatu. *c* FATA *ut vid., tum* AU (U ... /// *supra*) *M* 26 haec *Donatus* simul . . . hauri *delebant Peerlkampus et Schaperus* 28 idque] hoc *π* diui. (diuum *m.* 1 *ut vid.*) *c* 29 tui *om. Arusiani cx.* cognati *Arusianus* cognato *Servius* 30 LACRVMIS (V *corr. in* I) *P* LACRIMIS *MRybc* 31 generoque *m* 32 CASVVS *R* 33 PATIERE (A *supra*) *M* PATIERE *R* 34 PUGNA·S *M* 35 THYBRINA *MPR* thybrina (e *supra*) *γ* thyberina *bc, Charisii cod.* FLVVENTA *R: cf. prol.* 448 37 REFERO *R* quae m. i. m. = IV 595, *hic minus apta* 40 DICIT *R*

Italia, ad mortem si te (Fors dicta refutet!)
prodiderim, natam et conubia nostra petentem?
respice res bello varias; miserere parentis
longaevi, quem nunc maestum patria Ardea longe
dividit.' hautquaquam dictis violentia Turni
flectitur: exuperat magis aegrescitque medendo.
ut primum fari potuit, sic institit ore:
'quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me
deponas letumque sinas pro laude pacisci:
et nos tela, pater, ferrumque haut debile dextra
spargimus; et nostro sequitur de volnere sanguis.
longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
feminea tegat et vanis sese occulat umbris.'

At regina, nova pugnae conterrita sorte,
flebat et ardentem generum monitura tenebat:
'Turne, per has ego te lacrimas, per siquis Amatae
tangit honos animum (spes tu nunc una, senectae
tu requies miserae, decus imperiumque Latini
te penes, in te omnis domus inclinata recumbit),
unum oro: desiste manum committere Teucris.

---

TESTIMONIA. 41 'ad . . . fors' Marius Victorinus VI 10 K. 'fors d. r.' Eutychis ars V 483 K. 43 sq. 'miserere p. l.' Macrobius Sat. IV 4, 20 46 'aegrescitque m.' Priscianus 826 P. 47 Donatus ad Ter. hec. V 1, 18 50 sq. 'et nos . . . spargimus' Donatus ad Ter. Andr. V 4, 36 51 'et . . . sanguis' Servius Aen. I 30 XII 323 52 sq. 'longe . . . tegat' Nonius 339, 25 52 'longe . . . erit' Acro ad Hor. carm. IV 6, 6 56 'per . . . lacrimas' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 6
56 sq. 'per siquis . . . animum' Nonius 320, 18 'siquis . . . animum' Servius ecl. VII 40 57—59 'spes...recumbit' Diomedes I 445 K.
58 sq. 'decus . . . penes' Priscianus 982 P. 59 Cledonius V 77 K.
60 Asper 113, 7 K. 'desiste . . . Teucris' Donatus ad Ter. Andr. prol. 8 hec. II 1, 33 Arusianus VII 467 K. Servius Aen II 20

---

VARIA LECTIO. 46 ARDESCITQ·TUENDO, *in mg.:* AEGRESCIT, *M, illud ex* I 713 aegrescitque medendo *testantur Priscianus et Servius* 47—93 *deficit P* 47 INSTITIT *Rybcψ*, '*antiqua omnia exemplaria, quotquot evolvit*' *Pierius* '*tam in Vaticana bibliotheca quam etiam aliunde conquisita.*' inſtitit, at incipit *γ* INCIPIT *ut* 692 *M, Donatus* 49 *cf.* V 230 51 VVLNERE *MRybc*
53 ut vanis *Schraderus, Wyttenbachius* occulet *m* 55 monitura *commendavi prol.* 368 MORITVRA *libri* monebat *Montalbanius*

qui te cumque manent isto certamine casus,
et me, Turne, manent: simul haec invisa relinquam
lumina nec generum Aenean captiva videbo.'
accepit vocem lacrimis Lavinia matris
flagrantis perfusa genas, quoi plurimus ignem
subiecit rubor et calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
siquis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa
alba rosa: talis virgo dabat ore colores.
illum turbat amor, figitque in virgine voltus:
ardet in arma magis paucisque adfatur Amatam.
'ne, quaeso, ne me lacrimis neve omine tanto
prosequere in duri certamina Martis euntem,
o mater; neque enim Turno mora libera mortis.
nuntius haec Idmon Phrygio mea dicta tyranno
hau placitura refer: cum primum crastina caelo
puniceis invecta rotis Aurora rubebit,
non Teucros agat in Rutulos, Teucrum arma quiescant
et Rutuli; nostro dirimamus sanguine bellum,
illo quaeratur coniunx Lavinia campo.'

---

TESTIMONIA. 61 'qui . . . certamine' Diomedes I 314 K. 67—69 Sacerdos VI 464 K. 67 sq. 'Indum . . . ebur' Diomedes I 463 K. Macrobius Sat. V 12, 4 68 sq. 'aut . . . rosa' Sacerdos VI 455 K. 'rubent . . . rosa' cf. schol. Bern. ecl. V 17 71 'ardet . . . magis' Nonius 240, 18 Servius Aen. IX 196 72 sq. 'neve . . . prosequere' Nonius 357, 28 75 Servius Aen. XII 111 'Idmon' Probi cath. IV 9 K. cf. Sacerdos VI 474 K. 76 'hau p. r.' Marius Victorinus VI 15 K. 76 sq. 'cum . . . rubebit' Servius Aen. IV 584 77 'puniceis i. r.' schol. Hor. carm. IV 10, 4 80 comm. Bern. Lucani VII 348 U.

---

VARIA LECTIO. 61 CASVVS *R* 63 aene$^{a}$um *c* 65 Fragrantiſ *c*1 CUI *MRγ*2*bc* qui *γ*1 66 *cf.* VIII 390 68 ebor$^{v}$ *γ* uel *mχ* ube *γ*1 69 taleſ *c* 70 VVLTVS *MRγbc* 71 ita fatur *γ* 72 tantum *γ*1 74 martis *Hamb. pr.* '*sciendum tamen est, locum hunc unum esse de insolubilibus XIII* (XII *Regin.*) *quae habent obscuritatem, licet a multis pro captu resolvantur ingenii' Servius* 76 hau *praecipit Marius Victorinus: cf. Ritschelius opusc.* V 354 HAVT *MR* haud *γbc* refer. *b*1 refert *b*2 referſ *γ*1 79 rutuli$^{v}$ *b* rutulū *c*2, *Menag.*

Haec ubi dicta dedit rapidusque in tecta recessit,
poscit equos gaudetque tuens ante ora frementis,
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia,
qui candore nives anteirent, cursibus auras.
circumstant properi aurigae manibusque lacessunt
pectora plausa cavis et colla comantia pectunt.
ipse dehinc auro squalentem alboque orichalco
circumdat loricam umeris; simul aptat habendo
ensemque clipeumque et rubrae cornua cristae,
ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
fecerat et Stygia candentem tinxerat unda.
exim quae mediis ingenti adnixa columnae
aedibus adstabat, validam vi corripit hastam,
Actoris Aurunci spolium, quassatque trementem
vociferans: 'nunc, o numquam frustrata vocatus
hasta meos, nunc tempus adest: te maximus Actor,
te Turni nunc dextra gerit. da sternere corpus
loricamque manu valida lacerare revolsam

TESTIMONIA. 82 Nonius 374, 10 84 Seneca de benef. VII 23 Rufinianus p. 47 H. Servius et schol. Bern. ge. III 83 schol. Hor. serm. I 7, 8 85 'circumstant p. a.' Servius Aen. IX 486 86 'et ... pectunt' Nonius 200, 13 88—91 'simul ... clipeumque, ensem ... fecerat' Servius Aen. XII 736 88 'circumdat l. u.' Arusianus VII 460 K. 88 sq. 'simul ... clipeumque' Arusianus VII 477 K. 90 sq. Servius Aen. IX 146 'ensem ... fecerat' Servius Aen. XII 736 90 'ensem ... ignipotens' Servius Aen. IV 262 91 'et ... unda' Servius Aen. XII 358 92 'ingenti a. columna' Arusianus VII 455 K. 94 Priscianus 700 P. 'Actoris A. s.' Probi cath. IV 12 K. Asper 113. 17 K. 'Actoris A.' Probi app. IV 197 K. 'spolium' Diomedes I 328 K. 95 sq. 'nunc ... meos' Macrobius Sat. IV 6, 10 97 'te ... gerit' Servius Aen. IV 659 'da s. c.' de schem. lex. p. 58 H. 97—99 (om. 98) 'da ... Phrygis' Arusianus VII 468 K.

VARIA LECTIO. 81 *apodosin post* dedit *incipere putat Wagnerus* 82 frementeſ *γ* 84 NIUES· *M, fort. recte* amnes *schol. Hor.* auras *Homeri exemplo confirmat Servius* 85 PROPERE *Rγ*1 proper. *b*1 properi *Servius testatur* 86 pulſa *γ* 92 EXIN *Rbc* COLVMNAE *MR, Servius in lemm.* colunnae *c* columna *γb*1, *testatur Arusianus* 94 Arunci *Prisciani ω, Iuvenalis* II 100 *codd. interpolati: cf.* VII 206. 727 96 nunc (tempus) ades *Heinsius* nunc tempus, ades *Peerlkampus* 'te maximus Actor: *subaudimus* antea gerere consueverat' *Servius. Malim* non m. A. 98 *om. Arusianus, legit Servius* lacerare] L *in ras. P*

semiviri Phrygis et foedare in pulvere crinis
vibratos calido ferro murraque madentis.'
his agitur furiis; totoque ardentis ab ore
scintillae absistunt, oculis micat acribus ignis:
mugitus veluti cum prima in proelia taurus
terrificos ciet atque irasci in cornua temptat,
arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
ictibus aut sparsa ad pugnam proludit harena.

Nec minus interea maternis saevos in armis
Aeneas acuit Martem et se suscitat ira,
oblato gaudens componi foedere bellum.
tum socios maestique metum solatur Iuli,
fata docens, regique iubet responsa Latino
certa referre viros et pacis dicere leges.

Postera vix summos spargebat lumine montis
orta dies, cum primum alto se gurgite tollunt

---

TESTIMONIA. 99 'foedare . . . crines' schol. Hor. carm. I 15, 20 IV 13, 12  99 sq. 'crines . . . ferro' schol. Hor. serm. I 2, 98  100 Porphyrio ad Hor. serm. I 2, 98 'murraque m.' schol. Lucani IV 380  101 sq. Servius Aen. XII 95 'toto . . . ignis' Macrobius Sat. IV 1, 2  104 sq. 'irasci . . . trunco' schol. Iuv. XII 10 H.  107 Servius Aen. XI 910  'maternis . . . armis' schol. Hor. carm. I 19, 1  107 sq. 'maternis...Aeneas' Servius Aen. I 4  109 Servius Aen. I 374  113—115 Diomedes I 449 K.

---

VARIA LECTIO.

celebrare *Menag. alt., unde fortasse* terebrare, *non* tenebrare *eruere volebat Burmannus: cf.* II 38 III 635  reuolſam (v *supra* o) *γ* REUULSAM *Mbc*  99 CRINES *P2Rγc*  100 MADENTES *Rb* .adentiſ (m *supra*) *γ*2 CADENTIS *Pγ*1  101 ARDENTIS (ARD *in ras.*) *P* loquentis *Moret. tert., Macrobii exempl.*  102 ABISTVNT (AB *in ras.*, S *eras.*) *P* abſiſtunt (b *in ras.*) *b* EXSISTVNT *R* abſiliunt *Hamb. alt.: cf. anthol. lat.* I 7, 7  IGNES *MP2γ*1  103 PRIMAM (V *supra*) *M* PRIMVM *R*  104—106 *cf. ge.* III 232—234  104 AT·Q· *M* AVT *PR* aut (atq: *supra*) *b* aq; (t *supra*) l *γ*2 aul *vel* acl *γ*1  temptat, *add. m.* 2 diſcit (*ut ge.* III 232) *b, schol. Iuven.*  107 SAEVOS (O *corr. in* V) *P* SAEVVS *MRγbc*  108 *cf.* V 454  112 diſcere *Oblongus* dicere *Servius confirmat*  113 SUMMO *Mb, Diomedis*

solis equi lucemque elatis naribus efflant:
campum ad certamen magnae sub moenibus urbis
demensi Rutulique viri Teucrique parabant
in medioque focos et dis communibus aras
gramineas. alii fontemque ignemque ferebant,
velati limo et verbena tempora vincti.
procedit legio Ausonidum, pilataque plenis
agmina se fundunt portis. hinc Troïus omnis
Tyrrhenusque ruit variis exercitus armis,
haut secus instructi ferro, quam si aspera Martis
pugna vocet; nec non mediis in milibus ipsi
ductores auro volitant ostroque superbi,
et genus Assaraci Mnestheus et fortis Asilas
et Messapus equom domitor, Neptunia proles.
utque dato signo spatia in sua quisque recessit,
defigunt tellure hastas et scuta reclinant.
tum studio effusae matres et volgus inermum

TESTIMONIA. 115 'solis e.' ult. syll. IV 224 K. 118 'et . . . aras' Servius Aen. VIII 275 119 Beda de trop. 381 Cap. 'fontemque i. f.' Diomedes I 459 K. Donati ars IV 400 K. Pompeius V 308 K. Servius Aen. XII 417 schol. Lucani VI 766 120 'velati lino' Servius Aen. XII 169 130 Servius Aen. XII 563 'defigunt t. h.' Arusianus VII 467 K.

VARIA LECTIO.

*libri* LVMINA (E *supra* A) *P* lumina *m* MONTIS *P1Rc* MONTES *MP2y* terraſ, *m.* 2 ł monteſ *b* terras *Diomedis codd.: cf.* IV 584 IX 459 117 DIMENSI *PRy2b: cf. ge.* II 284 118 IM *P* 119 pontum *schol. Lucani* fontem *testatur Servius* 120 limo *duo Parisini teste Potterio* LINO *MPRybc, Servius Dan. ad v.* 169 'lino . . . *Caper tamen et Hyginus hoc loco dicunt lectionem esse corruptam, nam Vergilium ita reliquisse confirmant:* velati limo' *Servius: cf. prol.* 118 121 AVSONIVM *R* AUSONIDUMATQ· (ATQ· *eras.*) *M* Ausonidum *test. Servius* PILA (TAQ· *supra*) *M* 122 AGMINE (A *supra* E) *P1 ut vid.* HIC *R* 124 BELLO *M: cf.* VI 553 XI 307 126 superbi] DECORI *PRybcm, ut* V 133 128 *cf.* VII 691 IX 523 EQVVM *PRybc* PROLIS *M* 130 TELLURE *MPyb1, testatur Arusianus* TELLVRI *Rb2c, defendit coni.* I 226 *ge.* II 290 *Wotke stud. Vindob.* VIII 134 *sq.* 131 VOLGVS (O *corr. in* V) *P* VVLGVS *Rybc*

invalidique senes turris ac tecta domorum
obsedere, alii portis sublimibus adstant.

At Iuno e summo, qui nunc Albanus habetur
(tum neque nomen erat nec honos aut gloria monti),
prospiciens tumulo campum aspectabat et ambas
Laurentum Troumque acies urbemque Latini.
extemplo Turni sic est adfata sororem
diva deam, stagnis quae fluminibusque sonoris
praesidet (hunc illi rex aetheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate sacravit):
'nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro,
scis ut te cunctis unam, quaecumque Latinae
magnanimi Iovis ingratum ascendere cubile,
praetulerim caelique lubens in parte locarim:
disce tuum, ne me incuses, Iuturna, dolorem.
qua visa est Fortuna pati Parcaeque sinebant
cedere res Latio, Turnum et tua moenia texi:
nunc iuvenem inparibus video concurrere fatis,
Parcarumque dies et vis inimica propinquat.

TESTIMONIA. 139 sq. 'diva . . . praesidet' Servius Aen. V 45 139 'diva d.' Donatus ad Ter. Phorm. prol. 1 'fluminibusque s.' Servius Aen. I 53 142—145 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 10 144 Terentianus Maurus 1709 'magnanimi Iovis' Terentianus Maurus 1711 147 'quoad visa . . . pati' Arusianus VII 505 K. 149 sq. Macrobius Sat. V 13, 39

VARIA LECTIO. 132 AC *PRγb*1, *ut* II 445 ET *Mb*2*c* 133 ſublimi .. buſ (*i. e.* subliminibus, *ni f.*) *γ* INSTANT *R*, *non male* 134 EX *P* EX *Rbc* 135 nec] NEQVE *PRγbc* monti. *c* 136 aſpectabat (aſ *m.* 2 *in ras.*) *c* AMBAS (A *post. in ras.*, S *fort. add.*) *P* 140 *m. rec. summo mg. add. b* 142 GRATISSIMA *Mc, Servius* gratiſſima (gratiſ *in ras.*) *b* CARISSIMA *PRγ* 143 LATINIS (IS *in ras.*) *P* latiniſ *γ*1 Latinae *Servius Dan.* 144 MAGNAANIMI *P* 145 LIBENS *MPRbc* LOCAREM (E *corr. in* I) *Pb* 146 ne° *c* NEC *R* incuſſet *b*1 147 QVA. *P* quā *Mentel. uterque* quoad *testatur Arusianus* 'qua . . . *et quidam putant Vergilium* quoad visa est fortuna *reliquisse*' *Servius Dan.* UISAAT (ES *supra*) *M* (visast?) 149 fatuſ, at teliſ *γ*1: *cf. ge.* I 489 150 vis] lux *Macrobii exempl.*, *cx* IX 355

non pugnam aspicere hanc oculis, non foedera possum.
tu pro germano siquid praesentius audes,
perge: decet. forsan miseros meliora sequentur.'
vix ea, cum lacrimas oculis Iuturna profudit
terque quaterque manu pectus percussit honestum.
'non lacrumis hoc tempus' ait Saturnia Iuno:
'adcelera et fratrem, siquis modus, eripe morti,
aut tu bella cie conceptumque excute foedus:
auctor ego audendi.' sic exhortata reliquit
incertam et tristi turbatam volnere mentis.

Interea reges, — ingenti mole Latinus
quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen; bigis it Turnus in albis,

---

TESTIMONIA. 152 'si...audes' Victorinus ad Cic. p. 224 156 Donatus ad Ter. adelph. III 2, 37 'non . . . tempus' schol. Hor. epod. XVI 40 159 'auctor e. a.' Charisii exc. I 543 K. Probi cath. IV 12 K. inst. IV 128 K. Augustini regul. V 504 K. Arusianus VII 454 K. Donatus ad Ter. adelph. V 8, 16 Servius Aen. XII 798 161 Donati ars IV 397 K. Isidorus orig. I 35, 2 161 sq. Sacerdos VI 456 K. 'interea . . . curru' Macrobius Sat. VI 6, 10 Beda de trop. 375 Cap. de schem. lex. p. 48 H. Charisius I 280 K. Diomedes I 443 K. 161—169 'interea . . . castris' anecd. Helv. p. 269 164—169 (om. 165 et 167) 'bigis . . . castris' Charisius I 280 K. Diomedes I 443 K. 164 'Solis a. s.' Servius Aen. VII 47 'bigis . . . albis' Servius ecl. III 82 Beda de trop. 375 Cap.

---

VARIA LECTIO. 151 non *post.*] IN [ON] *M* nec *c* FOEDERE [A] *M* in foedere *vereor ut defendi possit* 152 p̃ſtantiuſ (ſta *in ras.*) *b* praestantius *χ*: *cf.* 245 *ge.* II 127 154 PROFUNDIT *M* PROFVGIT *R* '*totum iungendum* cum lacrimas . . . percussit, *ne videatur diverso tempore et lacrimare et pectus percutere, cum utrumque simul fiat' Servius* 156 LACRIMIS *MRbc* 157 QVIS (S *fort. ex corr.*) *P* moduſ eſt *c* MORTE *Pγ* 160 VVLNERE *MRbc* 161 continuo *Donati ars*, *Charisius, Diomedes* interea *ceteri testes cum Servio* REXINGENTI [GES] DEMOLE (*punct. eras.*) *M* rex ingenti de more *Peerlkampus* '*longum hyperbaton. nam ordo est:* interea reges procedunt castris. *cetera enim per parenthesin dicta sunt' Servius. Item* reges *prolepseos nomine ceteri auctores antiqui* [iu] *confirmant. Etiam* mole *testatur Servius* 162 quadrigo *γ*2 QVADRIGO *Pγ*1

bina manu lato crispans hastilia ferro;
hinc pater Aeneas, Romanae stirpis origo,
sidereo flagrans clipeo et caelestibus armis,
et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae, —
procedunt castris, puraque in veste sacerdos
saetigeri fetum suis intonsamque bidentem
attulit admovitque pecus flagrantibus aris.
illi ad surgentem conversi lumina solem
dant fruges manibus salsas et tempora ferro
summa notant pecudum paterisque altaria libant.
tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
'esto nunc Sol testis et haec mihi Terra vocanti,
quam propter tantos potui perferre labores,
et pater omnipotens et tu, Saturnia coniunx
(iam melior, iam, diva, precor), tuque inclute Mavors,
cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques;
fontisque fluviosque voco, quaeque aetheris alti

---

TESTIMONIA. 165 Servius ge. I 232 166 sq. 'hinc . . . armis' (om. 'Romanae s. o.') Servius Aen. XII 736 167 Servius Aen. XII 312 168 sq. 'iuxta . . . castris' Beda de trop. 375 Cap. 168 'magnae . . . Romae' Servius ecl. VI 11 169 'procedunt c.' Isidorus orig. I 35, 2 170 'setigerumque fetum s.' Charisii exc. I 546 K. 171 'admovitque . . . aris' Arusianus VII 458 K. 172 Servius Aen. XII 176 174 'paterisque a. l.' schol. Veron. 94, 25 K. Servius ecl. V 66 176 'esto . . . testis' Macrobii exc. Bob. V 641 K. 179 'iam melior i. d. p.' Donatus ad Ter. adelph. II 1, 21 IV 2, 50 180 Servius Aen. I 108 IV 269 'qui numine t.' Servius Aen. I 156 181 'fontesque f. v.' Martianus Capella III 277

VARIA LECTIO. 166 tum *Charisius, Diomedes: cf.* 175 168 magna *y*, *Charisii cod., Diomedis libri* 'magnae ... *male autem quidam* magna *legunt' Servius* 170 setigerumque *Charisii exc.* saetigerae *videri potest legisse Servius Dan., qui 'nonnulli autem* porcum, *non* porcam *in foederibus adserunt solere mactari, sed poetam periphrasi usum propter nominis humilitatem' adnotaverit* intonſaſ *c1* 176 VOCANTI *PR* uocanti, aľ p̃canti *y* p̃canti *c, in ras. b* PRAECANTI (A *pr. erasa*) *M* precanti *Servius* 178 tu *om. c. An* te? coniunx] IUNO (*supra num qua litt. erasa sit incertum*) *M* iuno *cm: cf. praeter alios locos v.* 156 179 diva] victa *Peerlkampus* nostra *prop. Wagnerus* 181 FONTIS (I *corr. in* E) *P* FONTES *MRybc*

religio et quae caeruleo sunt numina ponto:
cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
convenit Euandri victos discedere ad urbem,
cedet Iulus agris, nec post arma ulla rebelles
Aeneadae referent ferrove haec regna lacessent.
sin nostrum adnuerit nobis Victoria Martem
(ut potius reor et potius di numine firment),
non ego nec Teucris Italos parere iubebo
nec mihi regna peto: paribus se legibus ambae
invictae gentes aeterna in foedera mittant.
sacra deosque dabo; socer arma Latinus habeto,
imperium sollemne socer; mihi moenia Teucri
constituent, urbique dabit Lavinia nomen.'
sic prior Aeneas; sequitur sic deinde Latinus
suspiciens caelum tenditque ad sidera dextram:
'haec eadem, Aenea, terram mare sidera iuro
Latonaeque genus duplex Ianumque bifrontem
vimque deum infernam et duri sacraria Ditis;
audiat haec genitor, qui foedera fulmine sancit.
tango aras, medios ignis et numina testor:
nulla dies pacem hanc Italis nec foedera rumpet,
quo res cumque cadent; nec me vis ulla volentem
avertet, non, si tellurem effundat in undas

TESTIMONIA. 183 sq. Nonius 271, 15 183 Nonius 250, 28 comm. Bern. Lucani II 150 U. 184 Nonius 250, 23 185 sq. 'nec . . . referent' Donatus ad Ter. hec. V 1, 12 187 Servius Aen. XII 176 188 Servius Aen. XII 183 192 Servius Aen. III 104 'socer...habeto' Probi inst. IV 102 K. Consentius V 360 K. Asper 112, 1 K. Servius Aen. I 734 III 156 X 327 XI 464 197 de schem. lex. p. 53 H. 'terram... iuro' Servius Aen. I 67 200 Priscianus 1167. 1174 P. ult. syll. IV 240 K. Servius Aen. I 230 201 Macrobius Sat. III 2, 9 204 'non...undas' Macrobius Sat. IV 6, 16

VARIA LECTIO. 184 DECEDERE (S *suprascr.*) *M* 185 CEDAT *R* 186 ferro.ue *b* ferroque *γ* 187 SI *R*, *Servii ad v.* 176 *ex.* 188 et] UT (U *corr. in* E) *M* PROPIVS *R ex* VIII 78, *fortasse recte* NVMINA (A *in ras.*) *P* NVMINA *Rγ* 201 mediosque *Fabricius* IGNES *P2Ryc* et] ac *Macrobii exempl.* 202 FOEDERE (A *suprascr.*) *M* RVMPIAT *P* rumpat *γ* 203—205 *reprehendi prol.* 86 203 CADET *R* 204 Auertit *γ1* ET (IN *suprascr.*) *M*

diluvio miscens caelumque in Tartara solvat;
ut sceptrum hoc' (dextra sceptrum nam forte gerebat)
'numquam fronde levi fundet virgulta nec umbras,
cum semel in silvis imo de stirpe recisum
matre caret posuitque comas et bracchia ferro,
olim arbos, nunc artificis manus aere decoro
inclusit patribusque dedit gestare Latinis.'
talibus inter se firmabant foedera dictis
conspectu in medio procerum. tum rite sacratas
in flammam iugulant pecudes et viscera vivis
eripiunt cumulantque oneratis lancibus aras.

At vero Rutulīs īnpar ēa pugna videri
iandudum et vario miscēri pectora motu;
tum magis, ut propius cernunt non viribus aequis....
adiuvat incessu tacito progressus et aram
suppliciter venerans demisso lumine Turnus
tabentesque genae et iuvenali in corpore pallor.

---

TESTIMONIA. 206—211 Macrobius Sat. V 3, 14  206 sq. 'ut . . . levi' Macrobius Sat. VI 6, 13  208 'imo . . . recisum' Quintilianus I 6, 2 Charisius I 109 K.  210 'olim a.' ult. syll. IV 246 K.  210 sq. Servius Aen. I 20  216 sq. 'at . . . dudum' Charisius I 266 K. Sacerdos VI 450 K.  219 sq. 'et . . . venerans' Servius Aen. XII 234  221 Macrobius Sat. IV 3, 4

---

VARIA LECTIO. 205 caelumue *b*  SOLU$^{A}$IT *M*  non si... solvat *melius omissurum fuisse poetam concedo Peerlkampo* 207 FVNDIT (I *corr. in* E) *P*  neque *b*, '*multi*' *Heinsiani, Macrobii* ω  umbram *Moret. pr., Macrobii* ω (umbra φ)  209 CADET (R *supra* D) *M*  210 arbor *γc*  211 INCLVSSIT *P* CERTARE *R*  213 PROSPECTU *M*  IN *suprascr. MPb* 214 IM *M*  pecudes] E *post. m. ant. in ras. P*  215 *cf.* VIII 284  217 IAMDVDVM *PRγbc*  218 non viribus aequos *conl.* 230 *Schraderus* 'non viribus aequis *eos congressuros subaudis*' *Servius.* non viribus aequis *interpolata esse statuit Brunckius, Peerlkampus orta putat ex* V 809. *Mihi probabilius videtur sententiam a poeta inperfectam relictam esse: ad sermonem vulgi v.* 222 *sq. respiciunt*  219—230 *om. in textu, in singulari folio m. recentiore add. γ*  219 ingreſſu *γm, Oblongus Pierii*  tardo *Schraderus* tacito *testatur Servius*  ETARMA *P*1 ad aram *b*  221 tabenteſ *cχ*, *Bentleius* PVBENTES *MPRγ2bm, Macrobii exempl.*

quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
sermonem et volgi variare labantia corda,
in medias acies, formam adsimulata Camerti
(quoi genus a proavis ingens clarumque paternae
nomen erat virtutis, et ipse acerrimus armis),
in medias dat sese acies haut nescia rerum,
rumoresque serit varios ac talia fatur:
'non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam
obiectare animam? numerone an viribus aequi
non sumus? en omnes et Troes et Arcades hi sunt
fatalesque manus, infensa Etruria Turno:
vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
ille quidem ad superos, quorum se devovet aris,
succedet fama vivosque per ora feretur:
nos patria amissa dominis parere superbis

TESTIMONIA. 224 'Iuturna formam a. C.' Macrobius Sat. V 15, 11 'formam a. C.' Diomedes I 365 K. Arusianus VII 455 K. Priscianus 797. 799 P. 228 Macrobius Sat. VI 1, 33 explan. in Don. IV 542 K. 233 Servius Aen. III 423 235 'vivus . . . feretur' schol. Hor. carm. II 2, 5 236 sq. 'nos . . . cogemur' schol. Veron. 82, 22 K.

VARIA LECTIO.

pallentes *Bigotianus* pubentis *Kvičala* iuuenili *m, Macrobii Par. Salisb.* languor *vel* torpor *Schraderus* 222 ac (*corr. in* ut), *mg.* ut γ2c ut *Menteliani*, χ 223 VOLGI (O *corr. in* V) *P* VVLGI *MRγbc* LABENTIA *R* 224 CAMERTI *MPRγbc, Diomedis et Arusiani exempl., Prisciani Heidelb.* camert. *Prisciani* 797 *Par. R* camerte *Mentel. pr., Moret. tert., Prisciani* 797 *et* 799 *Bongars.,* 799 *Bamb., Macrobii Salisb.* camer . te *Prisciani* 797 *Halb.* camertae *Prisciani et Macrobii* ω. *Sed ipsum Macrobium* Camerti *legisse necesse est, qui eundem* Camertem *hic dici statuat, quem in decimo* (562) *Aeneas occiderit* 225 QVΘI *P* CVI *MRγbc* 227 inscia *Mentel. pr. et Menag. pr.* haud nescia rerum *post v.* 222 *sq. satis otiosa esse iudicavit Wagnerus* 230 an] AC (C *in ras.*) *P* AEQVIS *Pγχ*: *cf.* 218 231 ſi-muſ γ: *cf. prol.* 394 hi γ HINC *R* 232 *suspectus Heynio, lectus a Servio* FATALIS *Pγc* 235 VIVOS (O *corr. in* V) *P* UIUUS *Mγbc*

cogemur, qui nunc lenti consedimus arvis.'
talibus incensa est iuvenum sententia dictis
iam magis atque magis, serpitque per agmina murmur;
ipsi Laurentes mutati ipsique Latini.
qui sibi iam requiem pugnae rebusque salutem
sperabant, nunc arma volunt foedusque precantur
infectum et Turni sortem miserantur iniquam.
his aliud maius Iuturna adiungit et alto
dat signum caelo, quo non praesentius ullum
turbavit mentes Italas monstroque fefellit.
namque volans rubra fulvos Iovis ales in aethra
litoreas agitabat avis turbamque sonantem
agminis aligeri, subito cum lapsus ad undas
cycnum excellentem pedibus rapit improbus uncis.
arrexere animos Itali, cunctaeque volucres
convertunt clamore fugam (mirabile visu)
aetheraque obscurant pinnis hostemque per auras
facta nube premunt, donec vi victus et ipso
pondere defecit praedamque ex unguibus ales
proiecit fluvio penitusque in nubila fugit.

---

TESTIMONIA. 237 'qui . . . arvis' Servius ecl. I 4 comm. Bern. Lucani II 488 U. 248 'litoreas a. a.' Servius Aen. XII 262 253 sq. 'hostemque . . . premunt' Servius Aen. XII 264 255 sq. 'praedamque . . . fluvio' Servius Aen. IX 24 256 Marius Victorinus VI 35 K. 'penitusque . . . fugit' Servius Aen. XII 263

---

VARIA LECTIO. 237 lentiſ γ1 lenti *Servius confirmat* AR-MIS (v) *Mγ* lentis ... armis *placebat Heinsio et Bentleio* 239 *om. Goth. pr.* Tam *b*1 TVM *Pγ*, *ut* 218 240 IPSIET *P* (*initio v.*) 242 NUNC *suprascr. M* 244 hic *Peerlkampus, ut* II 199 Saturnia iungit *Peerlkampus* adiungit: ab alto *conici posse monet Wagnerus* 245 *cf. ge.* II 127 PRAESTANTIVS *Rcm* praesentius *Servius testatur* 247 rubra fuluoſ (v) *γ* RVBRAFVLVVS *Rb* rubra . uluuſ (*erasa* u *ut vid.*) *c*1 FULUUS RUBRA (*supra erasis transpon. notis*) *M* iouiſ *in ras. γ*2 ACER *P*: *voluerat* SACER *ut* XI 721 248 AVIS *P*1 AVES *MRγbc* 249 *an* tum? 252 visu] FVLSV *P* 253 penniſ *bc* 256 proiiecit *praecipi narrat Marius Victorinus: cf. prol.* 138 *sq.* 426 FLVvIO *R* que *om. M*

tum vero augurium Rutuli clamore salutant
expediuntque manus; primusque Tolumnius augur
'hoc erat, hoc, votis' inquit 'quod saepe petivi.
accipio adgnoscoque deos; me, me duce ferrum
corripite, o miseri, quos improbus advena bello
territat invalidas ut aves et litora vestra
vi populat: petet ille fugam penitusque profundo
vela dabit. vos unanimi densete catervas
et regem vobis pugna defendite raptum.'
dixit et adversos telum contorsit in hostis
procurrens: sonitum dat stridula cornus et auras
certa secat. simul hoc, simul ingens clamor et omnes
turbati cunei calefactaque corda tumultu.
hasta volans, ut forte novem pulcherrima fratrum
corpora constiterant contra, quos fida crearat
una tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gylippo,
horum unum ad medium, teritur qua sutilis alvo
balteus et laterum iuncturas fibula mordet,
egregium forma iuvenem et fulgentibus armis
transadigit costas fulvaque effundit harena.
at fratres, animosa phalanx accensaque luctu,

---

TESTIMONIA. 264 Eutychis ars V 482 K. 'vos . . . catervas' Servius Aen. XI 650  268 'simul h. s. i.' Priscianus 1021 P.  273 'balteus sutilis' Probi de nom. exc. IV 213 K.

---

VARIA LECTIO. 259 quo[d] $\gamma$ QVID (I *m. ant. corr. in* O) *P*  261 miſeri [rutuli] $\gamma$ rutuli *bcm*  bello] O *in ras., videntur fuisse duae litt. P*  263 petit *b*1  264 VNANIMI *Rb, Eutychis Par. Fris.* una . animi $\gamma$2 VNAANIME *P*$\gamma$1 unanimi . *c*1 UNANIMIS *M* unanimeſ *c*2$\chi$, *Eutychis Bob. Teg.: cf.* IV 8 VII 335  DENSETE *Rbc*$\psi$, *testantur Eutyches et Servius* XI 650 DENSATE *MP*$\gamma$: *cf. ge.* I 248. 419 *Aen.* VII 794 XI 650  266 HOSTES *P*2*R*$\gamma$  269 CALEFACTA *P*  273 MEDIAM *M* '*quidam vero* medio *legunt' Turon. Servii*  ALV[V]EO *P* aluoſ *c*1 aluum $\chi$ AURO *M* alvo *Servius confirmat*  274 LATERIM (I *in ras.*) *P* lateri $\gamma$  275 IVVENVM *R*  276 effundit (n *erasa*) *c* effundit, *in mg.* extend $\gamma$: *cf.* V 374 IX 589 extendit $\chi$  277 Et *c*1

pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
corripiunt caecique ruunt. quos agmina contra
procurrunt Laurentum, hinc densi rursus inundant
Troes Agyllinique et pictis Arcades armis:
sic omnis amor unus habet decernere ferro.
diripuere aras (it toto turbida caelo
tempestas telorum ac ferreus ingruit imber)
craterasque focosque ferunt. fugit ipse Latinus
pulsatos referens infecto foedere divos.
infrenant alii currus aut corpora saltu
subiciunt in equos et strictis ensibus adsunt.
Messapus regem regisque insigne gerentem,
Tyrrhenum Aulesten, avidus confundere foedus,
adverso proterret equo: ruit ille recedens
et miser oppositis a tergo involvitur aris
in caput inque umeros. at fervidus advolat hasta
Messapus teloque orantem multa trabali
desuper altus equo graviter ferit atque ita fatur:
'hoc habet, haec melior magnis data victima divis.'
concurrunt Itali spoliantque calentia membra.

---

TESTIMONIA. 280 ult. syll. IV 255 K. 'hinc . . . inundant' Eutychis ars V 472 K. 284 'ac...imber' Macrobius Sat. VI 1, 52 comm. Bern. Lucani IV 776 U. 'ferreus imber' Macrobius Sat. VI 6, 7 285 'craterasque f. f.' Servius Aen. XII 118 286 Nonius 372, 23 287 sq. 'aut . . . equos' Nonius 387, 18 schol. Bern. ge. II 19 'et corpora... equos' Servius ge. I 202 'corpora...equos' Diomedes I 412 K. Beda de orthogr. VII 288 K. Dositheus VII 415 K. 290 'avidus c. f.' Arusianus VII 450 K. 292 Servius Aen. XII 290 296 Nonius 317, 21 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 56 Servius Aen. XII 290

---

VARIA LECTIO. 281 *cf.* XI 93 282 OMNES *R* 283 '*more suo interiecit aliud, nam ordo erat* diripuere aras crateras[v]que f. f.' *Servius Dan.* it *in ras. b* ET *P1γ1* 284 INGRAUIT *M* 287 ET *M: cf. Wagnerus lectt. Verg.* 393 SALTUS *M*, [a] *Diomedis Monac. et exc. Paris.* 288 aut *γ* ADSUNT[TA] *M* assunt *m* 290 'avidus... *legitur et* avidum. *sed melius est* avidus' *Servius* 291 AUERSO *M* RECENDENS *P* 292 MISERO *R* 296 HABET *etiam M ut Servius Nonius Donatus* 297 cadentia *mχ*

obvius ambustum torrem Corynaeus ab ara
corripit et venienti Ebuso plagamque ferenti
occupat os flammis: olli ingens barba reluxit
nidoremque ambusta dedit. super ipse secutus
caesariem laeva turbati corripit hostis
inpressoque genu nitens terrae applicat ipsum:
sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum,
pastorem primaque acie per tela ruentem,
ense sequens nudo superimminet: ille securi
adversi frontem mediam mentumque reducta
dissicit et sparso late rigat arma cruore.
olli dura quies oculos et ferreus urget
somnus, in aeternam conduntur lumina noctem.

At pius Aeneas dextram tendebat inermem
nudato capite atque suos clamore vocabat:
'quo ruitis? quaeve ista repens discordia surgit?
o cohibete iras! ictum iam foedus et omnes

---

TESTIMONIA. 298—300 'obvius . . . os' Macrobius Sat. V, 15, 10 298 'obvius a.' ult. syll. IV 258 K. 299 sq. 'et . . . flammis' Nonius 355, 8. 369, 2 303 Priscianus 1204 P. 'impressoque . . . terrae' ult. syll. IV 261 K. 'terrae a. i.' Arusianus VII 453 K. 304 'rigido ense f.' schol. Bern. ge. I 143 schol. Leid. apud Suringarum II 299 306 'ense . . . imminet' Servius Aen. XII 801 309 'olli . . . oculos' comm. Bern. Lucani V 195 U. 311 'dextram t. i.' Servius Aen. XII 736 314 sq. 'ictum . . . leges' Priscianus 877 P. 314 'ictum i. f.' Priscianus 1207 P.

---

VARIA LECTIO. 298 Corynaeum IX 571 *sternit Asilas* 299 EBVSO *Pγbc, Macrobii exempl., Nonii Bern. B* EBYSO *MR*, *Nonii ω* 300 ILLI *PRγbc* 303 INPRESSV *P*1, *Goth. sec.* ADPLICAT *PRγ* implicat *m* applicat *testantur Arusianus et Priscianus* 304 Hic *b*1 sic *testatur Servius* FERET *M*1 ferit. (f *corr. ex* p, it *m.* 2 *in ras.*), aẗ fer& *γ* PEDIT (*an* PETIT?) *P* S 306 ſuperiminet *γ* ſup. eminet *c*2 308 Difficit *bc* DISICIT *M* diſicit *γ* DISIHCIT *P* DISCIDIT *R* cerebro *cχ*, *in ras. b: cf.* V 413 IX 753 309 *sq.* = X 745 *sq.* 310 aeternũ *c*1 CONDVNTVR *P*, *duo Rottend.* (*cf.* XI 187) CLAVDVNTVR *MRγbc* *ut* X 746 311 INERTEM (M) *M* inermem *testatur Servius Aen.* XII 736 313 QVOVE *Rc* recens *mχ* repens *Servius testatur*

compositae leges; mihi ius concurrere soli;
me sinite atque auferte metus; ego foedera faxo
firma manu; Turnum debent haec iam mihi sacra.'
has inter voces, media inter talia verba
ecce viro stridens alis adlapsa sagitta est
incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta,
quis tantam Rutulis laudem, casusne deusne,
attulerit: pressa est insignis gloria facti,
nec sese Aeneae iactavit volnere quisquam.
Turnus ut Aenean cedentem ex agmine vidit
turbatosque duces, subita spe fervidus ardet:
poscit equos atque arma simul saltuque superbus
emicat in currum et manibus molitur habenas.
multa virum volitans dat fortia corpora Leto,
semineces volvit multos aut agmina curru
proterit aut raptas fugientibus ingerit hastas.
qualis aput gelidi cum flumina concitus Hebri
sanguineus Mavors clupeo increpat atque furentis
bella movens immittit equos (illi aequore aperto

---

TESTIMONIA. 316 sq. 'ego . . . sacra' explan. in Don. IV 557 K. 320 'incertum . . . manu' Servius Aen. XII 856 329 sq. Diomedes I 418 K. 'aut . . . hastas' Augustini regul. V 521 K. 330 'aut . . . hastas' Dositheus VII 424 K. 331 'qualis . . . flumina' ult. syll. IV 253 K. 333 'bella m.' ult. syll. IV 245 K. 'bella . . . equos' ult. syll. IV 261 K.

---

VARIA LECTIO. 316 METVVS *R* 319 viro] umero *Peerlkampus: sed in pede potius vel in femore videtur vulneratus esse propter v.* 386. 398. 746 *sq.* '*utrum* alis stridens *an* alis adlapsa?' *Servius* 320 abacta *b*1 321 CASUSUE·DEUSUE *M ut* IX 211 323 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* VVLNERE *MRybc* 324 aeneam *c* aeneã *b* icedentem (aĩ credentẽ) *y*
S
326 ALTU *M* 329 ſeminecíſ *y* cursu *Diomedis libri* 330 PROTERET *M*1 ET *R, Diomedis exempl.* 332 CLVPEO (V *corr. in* Y) *P* clypeo *yb* CLIPEO *MRc* INCREPAT *Pyb, Servius confirmat: cf. Silius* XII 684 intonat (tonat *m.* 2 *in ras.*) *c* INTONAT *MR: cf.* VI 607 VIII 527 IX 709 XII 700
FV N S
FVRENTI *R* PREMEÑI (*voluit* frementis) *M: cf.* XI 610 *et* VII 638 XII 82

ante notos zephyrumque volant; gemit ultima pulsu
Thraeca pedum; circumque atrae Formidinis ora
Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur):
talis equos alacer media inter proelia Turnus
fumantis sudore quatit, miserabile caesis
hostibus insultans; spargit rapida ungula rores
sanguineos, mixtaque cruor calcatur harena.
iamque Neci Sthenelumque dedit Thamyrumque Pholumque,
hunc congressus et hunc, illum eminus; eminus ambo
Imbrasidas, Glaucum atque Laden, quos Imbrasus ipse
nutrierat Lycia paribusque ornaverat armis,
vel conferre manum vel equo praevertere ventos.
parte alia media Eumedes in proelia fertur,
antiqui proles bello praeclara Dolonis,
nomine avom referens, animo manibusque parentem,
qui quondam, castra ut Danaum speculator adiret,
ausus Pelidae pretium sibi poscere currus;

TESTIMONIA. 336 Acro ad Hor. carm. I 35, 17 'Iraeque . . . comitatus' Servius Aen. IX 85 337 'equos . . . Turnus' schol. Gron. Cic. 398 Or. 339 'hostibus i.' Servius Aen. XII 359 339 sq. 'spargit . . . sanguineos' Nonius 404, 32 Servius et schol. Med. ecl. VIII 15 schol. Lucani VII 837 'spargit . . . harena' Macrobius Sat. V 12, 1 342 'illum e.' ult. syll. IV 246 K. 342 sq. 'eminus a. Imbrasidas' Servius ecl. VI 18 343 sq. 'quos . . . nutrierat' Servius Aen. II 394 345 'praevertere v.' Priscianus 803 P. 346 sqq. 'Eumedes Dolonis proles bello praeclara animo manibusque parentem refert' Macrobius Sat. V 15, 12 348 Arusianus VII 506 K. 'nomine a. r.' Pompeius V 140 K. de propriis nom. VII 540 K. 350 Servius Aen. XII 374

VARIA LECTIO. 334 zephyrum (z *in spatio duarum litt. ex corr.: an* diephyrum?) *γ*: *cf. prol.* 454 335 THRAICA *R* THRACA *MPγbc* ATRA *R* oraſ *b*1 horaſ *c* 337 alacres *schol. Gron. Cic.* 338 Fumantiſ (F *m.* 2 *in ras.*) *b* 339 rapida] rara *Macrobii exempl.* 341 THAMYRUM *MPR* thamurum *γ*1 thamirũ *b* tamirã *c*, *fortasse recte.* thamyrim *Vind. teste Hoffmanno 'plura ὁμοιοτέλευτα' Servius* pholũ (p *del.*) *b* POLVM *R* 342 amboſ *γ*2*c* ambo *testatur Servius* 343 EMBRASIDAS *PRc: cf.* X 123 EMBRASVS *PRγc*1 345 *cf.* VII 807 uentoſ *m.* 2 *in ras. c* gentes *χ* 346 eumedeſ (d *m.* 2 *corr. in* n) *γ* EVMENIDES *Rc* 348 AVOM (O *corr. in* V) *P* AUUM *Mγbc*

illum Tydides alio pro talibus ausis
adfecit pretio, nec equis adspirat Achillis.
hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto,
ante levi iaculo longum per inane secutus
sistit equos biiugis et curru desilit atque
semianimi elapsoque supervenit et pede collo
inpresso dextrae mucronem extorquet et alto
fulgentem tinguit iugulo atque haec insuper addit:
'en agros et quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens: haec praemia qui me
ferro ausi temptare ferunt, sic moenia condunt.'
huic comitem Asbyten coniecta cuspide mittit
Chloreaque Sybarimque Daretaque Thersilochumque
et sternacis equi lapsum cervice Thymoeten.
ac velut Edoni Boreae cum spiritus alto
insonat Aegaeo sequiturque ad litora fluctus,
qua venti incubuere, fugam dant nubila caelo:

---

TESTIMONIA. 351 sq. 'illum...pretio' Donatus ad Ter. Andr. III 5, 4 352 'nec . . . Achillis' Servius Aen. I 30 354 'longum p. i. s.' Isidorus orig. XIII 7, 1 anecd. Helv. p. 220 359 sq. Beda de trop. 384 Cap. 'en . . . iacens' Diomedes I 462 K. Donati ars IV 402 K. Pompeius V 312 K. Sacerdos VI 462 K. Servius Aen. II 547 X 650 de schem. dian. p. 62 H. 359 'en a.' ult. syll. IV 247 K. 363 cf. Macrobius Sat. V 15, 12 365 'ac . . . spiritus' comm. Bern. Lucani I 675 U.

---

VARIA LECTIO. 352 neq, *c* ACHILLES *M* Achillei *coni. Heinsius conl. ge.* III 91, *sed* Achillis *testatur Servius Aen.* I 30 353 conſpexit *bc* 356 ELABSO *P* elapſo *bχ* 'elapsoque *pro* lapso' *Servius, quae Wagnerus qu. Verg.* XVI 2 *frustra temptavit* IN LAPSO *MRγc* 357 EXPRESSO *M* DEXTRA *Rγ1c* dextrae *Servius in lemm.* 358 intinguit *b*1 359 petiſtiſ *c* petebas *Pompeius* 361 CONDANT (A *m. ant. in ras.*) *P* 362 ASBYTEN *M* ASBVTEN *Rγb* ASBVTEM *P* haſbutem *c* 363 CHLOREAM *P* Clorē *c* ſu.barim *γ* ſubarim *c, Mentel. alt.* THERSILOCUM *M* (H *supra*) THERSILOCVM *P* t̃ſilocũ *c* 364 THYMOTEM *M* 365 EDONEA *M* (II *supra*) udonii (u *corr. in* e) *γ* 'Edoni . . . *sane sciendum hoc loco errasse Donatum qui dicit* Edonii *legendum' Servius: cf. Bentleius ad Hor. carm.* III 25, 9. *prol.* 179

sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt
conversaeque ruunt acies; fert impetus ipsum,
et cristam adverso curru quatit aura volantem.
non tulit instantem Phegeus animisque frementem:
obiecit sese ad currum et spumantia frenis
ora citatorum dextra detorsit equorum.
dum trahitur pendetque iugis, hunc lata retectum
lancea consequitur rumpitque infixa bilicem
loricam et summum degustat volnere corpus.
ille tamen clipeo obiecto conversus in hostem
ibat et auxilium ducto mucrone petebat:
cum rota praecipitem et procursu concitus axis
impulit effunditque solo, Turnusque secutus
imam inter galeam summi thoracis et oras
abstulit ense caput truncumque reliquit harenae.

Atque ea dum campis victor dat funera Turnus,
interea Aenean Mnestheus et fidus Achates
Ascaniusque comes castris statuere cruentum,
alternos longa nitentem cuspide gressus.
saevit et infracta luctatur harundine telum
eripere auxilioque viam, quae proxima, poscit:
ense secent lato volnus telique latebram
rescindant penitus seseque in bella remittant.

---

TESTIMONIA. 373 Diomedes I 499 K. Nonius 440, 20. 459, 9. 377 sq. Nonius 283, 4   382 'truncumque r. h.' Servius Aen. XI 87   386 Arusianus VII 495 K.   390 'seseque in b. r.' Servius Aen. IV 606

---

VARIA LECTIO. 368 QUA . CUMQ· *M*   371 Phegeus: *cf.* IX 765   fremītem (re *in ras.*) *c* furentem *Hamb. pr.*   373 dextra] cursu *Diomedes*   374 HVIC *Pγ* HIC *R*   376 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UULNERE *MRγbc*   378 DVCTOA *R*   379 CUM·.· (*erasa* T *ut vid.*) *M* Quem (Quom?) *cm*   380 EFFVDIT *Rγc*   381 ORA *P*   382 HARENA *Rγb*1 arena *c* harenae *Servius Aen.* XI 87 *confirmat*   384 aeneam *γc*   385 puer *in ras.*, N *in mg.* comeſ, *b* PVER *R velut* II 598 *et alibi*   389 SECET *M*   lato *om. m*   VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *MRγbc*   N latebra *b*1 latebrāſ *b*2 LATEBRAS *M*   390 REMITTAT *M*

iamque aderat Phoebo ante alios dilectus Iapyx
Iasides, acri quondam quoi captus amore
ipse suas artes, sua munera, laetus Apollo
augurium citharamque dabat celerisque sagittas.
ille ut depositi proferret fata parentis,
scire potestates herbarum usumque medendi
maluit et mutas agitare inglorius artes.
stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam
Aeneas magno iuvenum et maerentis Iuli
concursu, lacrimis immobilis. ille retorto
Paeonium in morem senior succinctus amictu
multa manu medica Phoebique potentibus herbis
nequiquam trepidat, nequiquam spicula dextra
sollicitat prensatque tenaci forcipe ferrum.
nulla viam Fortuna regit, nihil auctor Apollo
subvenit; et saevos campis magis ac magis horror
crebrescit propiusque malum est. iam pulvere caelum

---

TESTIMONIA. 391 sq. 'Iapyx Iasides': cf. Macrobius Sat. V 15, 12 Ausonius epigr. 19, 7 394 sq. Acro ad Hor. carm. saec. 61 394 Servius ge. II 486 395 Nonius 279, 21 Macrobius Sat. IV 4, 7 schol. Gron. Cic. 402 Or. Pseudoascon. Cic. 157 Or. 396 sq. 'scire . . . maluit' Arusianus VII 510 K. 397 'et . . . artes' Servius ge. II 486 398 'ingentem n. in h.' Arusianus VII 495 K. 402 Servius Aen. XII 396 403 'nequiquam t.' ult. syll. IV 247 K. 407 sq. 'iam . . . vident' Servius Aen. I 646 Porphyrio ad Hor. carm. I 9, 1 Nonius 391, 33 'pulvere . . . vident' Servius Aen. VI 22 Acro ad Hor. carm. I 9, 1 'stat pulvere c.' schol. Lucani VI 224 cf. Gellius VIII 5

---

VARIA LECTIO. 391 DELECTVS *Pγ*1 IAPYX *MPRγb*2, *Macrobii et Ausonii* ω iapix *b*1*c*, *Macrobii Par. P* iapis *χ* 392 QVΘI (O *corr. in* C) *P* CVI *MRγbc* 393 artiſ *γ* 394 citharamve . . . celerisve *Bentleius* que . . . que *Servius legit* DEDIT *M, schol. Hor.* dedi *γ*1 dab[at] *γ*2 'dedit: *vera lectio est* dabat' *Servius* 396 poteſtatiſ *γ* 397 MVLTAS (N) *P* multaſ *c*1 mutas *Servius testatur* artiſ *γ* 398 FIXUS *M* nixus *Arusianus testatur* 400 LACRIMISQVE *R, Servius Dan. in lemm.* REPORTO *R* reperto *m* 401 PAEONIDUM *M* PAEON(B)VM *P: cf.* VII 769 Paeonium *Servius legit* 402 HERMIS *M* armis *Dorvill.* 403 ASPICVLA *P* 404 PRESSAT *R* FORFICE *R: cf.* VIII 453 forcipe *Servius Dan. legit* 406 SAEVOS (O *corr. in* V) *P* SAEVVS *MRγbc*

stare vident: subeunt equites, et spicula castris
densa cadunt mediis. it tristis ad aethera clamor
bellantum iuvenum et duro sub Marte cadentum.
hic Venus, indigno nati concussa dolore,
dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida,
puberibus caulem foliis et flore comantem
purpureo (non illa feris incognita capris
gramina, cum tergo volucres haesere sagittae):
hoc Venus, obscuro faciem circumdata nimbo,
detulit; hoc fusum labris splendentibus amnem
inficit occulte medicans spargitque salubris
ambrosiae sucos et odoriferam panaceam.
fovit ea volnus lympha longaevos Iapyx
ignorans, subitoque omnis de corpore fugit
quippe dolor, omnis stetit imo volnere sanguis;
iamque secuta manum nullo cogente sagitta
excidit, atque novae rediere in pristina vires.
'arma citi properate viro! quid statis?' Iapyx
conclamat primusque animos accendit in hostem.
'non haec humanis opibus, non arte magistra

TESTIMONIA. 408 sq. 'subeunt . . . mediis' Servius Aen. XII 462 412—418 'dictamnum puberibus...medicans' Priscianus 1100 P. 414 sq. 'non . . . gramina' Servius Aen. IV 73 418 sq. 'spargitque... panaceam' Priscianus 776 P. 419 'odoriferam p.' schol. Lucani IX 918 420 Nonius 311, 26 421 'subitoque . . . fugit' ult. syll. IV 261 K.

VARIA LECTIO. 408 uidet *Nonii ex.* SVBEVNT *Pyb, suprascr. M* SVBEVNTQVE *Rc* 410 et *om. π* 412 DICTAMNVNC *R* ipsa manu *Donatus: cf. ge.* III 395 *Aen.* III 372 VII 143 dictamnum *Servius et Priscianus* CRETEA *Rc* cre.tea (t *m.* 2) *γ* Dictea *Donatus* CARPSIT *R* 417 sPLENDENTIBVS *P* PENDENTIBVS *R* 418 INFECIT (E *corr. in* I) *M* salubris] I *corr. in* E *P* 420 VOLNVS (O *corr. in* V) *P* VVLNVS *Rybc* LONGAEVOS (O *corr. in* V) *P* LONGAEVVS *MR* iapix *b1c, Nonii ω* 421—425 *om. in textu, singulari scheda m. recentiore add. γ2* 422 IMO^IN *P* IMOIN *Rγ2cχ* VOLNERE (O *corr. in* V) *P* VVLNERE *Rγ2b* 423 MANVM *Rbc* MANU^M· *M* MANVS *P* manu. (*erasa* ſ) *γ2* 425 uiri *bm* iapix *bc* 426 *extat bis, et in textu et in scheda γ*

proveniunt neque te, Aeneā, mea dextera servat:
maior agit deus atque opera ad maiora remittit.'
ille avidus pugnae suras incluserat auro
hinc atque hinc oditque moras hastamque coruscat.
postquam habilis lateri clipeus loricaque tergo est,
Ascanium fusis circum complectitur armis
summaque per galeam delibans oscula fatur:
'disce, puer, virtutem ex me verumque laborem,
fortunam ex aliis. nunc te mea dextera bello
defensum dabit et magna inter praemia ducet.
tu facito, mox cum matura adoleverit aetas,
sis memor, et te animo repetentem exempla tuorum
et pater Aeneas et avonculus excitet Hector.'

Haec ubi dicta dedit, portis sese extulit ingens,
telum immane manu quatiens; simul agmine denso
Antheusque Mnestheusque ruunt omnisque relictis
turba fluit castris: tum caeco pulvere campus
miscetur pulsuque pedum tremit excita tellus.
vidit ab adverso venientis aggere Turnus,

---

TESTIMONIA. 429 'maior a. deus' Victorini ars VI 197 K. cf. Audacis exc. VII 328 K. 430 'suras i. a.' Servius Aen. IV 228 X 546 431 'oditque m.' comm. Bern. Lucani VII 240 U. 434 Servius Aen. I 256 435 sq. 'disce . . . aliis' Servius Aen. III 260 VIII 260. 294 435 Arusianus VII 467 K. Macrobius Sat. VI 1, 58 'disce . . . me' Nonius 286, 38 Ennodius epist. I 18 437 'defensum d.' Servius Aen. XII 367 438 'mox . . . aetas' Priscianus 872 P. 'mox adoleverit aetas' Diomedes I 378 K. 440 'et p. Aeneas' Ennodius epist. I 18 schol. Hor. carm. IV 4, 27 446 'vidit . . . venientis' ult. syll. IV 261 K.

---

VARIA LECTIO. 428 TE *suprascr. M* AENEAN *M* ME-ÐIA *P* 429 'maiior . . . *sic enim ista scribi per geminatam* i *litteram metri ratio deposcit' Maximus Victorinus: cf. prol.* 426 430 pugna *γ*1 431 recusat *m* 437 praelia *'plerique veteres' Pierii, Menag. pr., χ* 438 TUM *M* ADOLEUERAT *M* 439 *sq.* et te . . . Hector *reiecit Peerlkampus* 440 = III 343 AVONCVLVS (O *corr. in* V) *P* AVVNCVLVS *MRybc* EXCITAT *P* 441 VBE (E *corr. in* I) *P* 443 OMNES *M* 444 RVIT *P: cf.* XI 236 tunc *c* uulnere *m, Menag. alt.* 445 *cf.* VII 722 plausuque tremit magno excita *Zulich.* 446 UENIENTES *Mc* .AGMINE *R* aggere *Servius testatur*

videre Ausonii, gelidusque per ima cucurrit
ossa tremor: prima ante omnis Iuturna Latinos
audiit adgnovitque sonum et treme facta refugit.
ille volat campoque atrum rapit agmen aperto.
qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
it mare per medium (miseris heu praescia longe
horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
arboribus stragemque satis, ruet omnia late);
ante volant sonitumque ferunt ad litora venti:
talis in adversos ductor Rhoeteius hostis
agmen agit, densi cuneis se quisque coactis
adglomerant. ferit ense gravem Thymbraeus Osirim,
Arcetium Mnestheus, Epulōnem obtruncat Achates
Ufentemque Gyas; cadit ipse Tolumnius augur,
primus in adversos telum qui torserat hostis.

TESTIMONIA. 449 'audiit a.' cf. ult. syll. IV 238 K. 453 'dabit i. r.' Donatus ad Ter. eun. V 2, 60 453 sq. 'dabit . . . satis' Donatus ad Ter. adelph. III 4, 4 'dabit . . . arboribus' Donatus ad Ter. eun. II 3, 9 454 'ruit o. l.' Diomedes I 441 K. 456 'talis in a.' ult. syll. IV 233 K. 458 'ferit . . . Osirim' Nonius 315, 14 Donatus ad Ter. hec. V 1, 32 Servius Aen. V 114 X 207 XII 5 de schem. lex. p. 53 H. 'gravem T. O.' schol. Veron. 106, 19 K. 460 Servius Aen. VII 745 'Ufentemque G.' schol. Veron. 106, 22 K.

VARIA LECTIO. 448 omniſ (i *m. ant. corr. in* e) *b* 449 AVDIIT *P* ADGNOSCIT *P* et *om. m* TREMIFACTA *R* 450 CAMPOS *P* ATRVVM *P* 451 VBE *P* 452 ET (E *corr. in* I) *M* 453 ruinam *Donatus ad eun.* 454 RUIT *Mb*1, *Diomedis exempl.* 455 VOLANT [S] *P* uolanſ [t] *b* UOLANS *Mγ*1 *Distinguitur in M post* volans, *non post* late 456—468 *Veron. fol.* 213 *b* 457 densis *Sprot.* COACTIS *PRVγbc: cf.* VII 509 COACTIS *M* coacti *probavit Wagnerus.* 'cuneis . . . coactis . . *in cuneorum modum compositi*' *Servius* 458 OSIRIm *V* OSIRI~ *M* oſyrim *c, Nonii φ* oſyrim (yrim *in ras.*) *b* osirin, orisim, oristim *alii* Osinim *Bergkius opusc.* I 311. 527 *conl.* X 655 459 ARCETIVM *PR* Arcetium (A *corr. ex* O) *b* Arc&im [v] *γ* ARCHETIUM *M* ARcetiVM *V* arcentim, arcetum, artheum *alii.* Tarchetium *Bergkius opusc.* I 311 *conl. Plutarchi Rom.* 2 MNESTHEOS *ut vid. V* EPULON [EM] *M* 460 TOLVMIVS *R* 461 *fortasse ab interpolatore repetitus ex* 266 AVERSOS *R* torserat] TORSITIN *R ut* 266

tollitur in caelum clamor, versique vicissim
pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
ipse neque aversos dignatur sternere Morti
nec pede congressos aequo nec tela ferentis
insequitur: solum densa in caligine Turnum
vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
hoc concussa metu mentem Iuturna virago
aurigam Turni media inter lora Metiscum
excutit et longe lapsum temone reliquit:
ipsa subit manibusque undantis flectit habenas,
cuncta gerens, vocemque et corpus et arma Metisci.
nigra velut magnas domini cum divitis aedes
pervolat et pinnis alta atria lustrat hirundo,
pabula parva legens nidisque loquacibus escas,
et nunc porticibus vacuis, nunc umida circum
stagna sonat: similis medios Iuturna per hostis
fertur equis rapidoque volans obit omnia curru
iamque hic germanum iamque hic ostentat ovantem
nec conferre manum patitur, volat avia longe.
haut minus Aeneas tortos legit obvius orbes
vestigatque virum et disiecta per agmina magna

---

TESTIMONIA. 468 'Iuturna v.' schol. Veron. 106, 26 K. 470 cf. schol. Veron. 107, 7 K. 473 sq. Sacerdos VI 465 K. 477 'similis... hostes' Servius Aen. XII 456

---

VARIA LECTIO. 464 NEQVEAVERSOS *R, Oblongus Pierii* NEQ·ADUERSOS *M* neque aduerſoſ *γc* NECADVERSOS *Pb, ut videatur* abversos *scriptum fuisse* (*cf. prol.* 237 *sq.*) NE*que avers*OS *V*
A V A
465 CONGRESSVS *P* EQo (*m.* 1 EQ·) *M* nec equo χ aequo *Servius Dan. legit* FERENTES *R* 466 DENSO *R* 469—481
N
*Veron. fol.* 213 *a.* 470 RELIQVIT *PRγbc* RELIQUIT *M* RELINQVIT *V* 472 METISTII *V* 474 PENNIS *Vc*
A
478 cursu χ 479 IAMQ·HICOSTENÐIT (I *post. corr. in* T) *M* IAMQVEHICOST*entat V* IAMQVEHICO*stentat P* iam hic oſtentat *γ* iamque hic oſtendit *b* iamq, hoſtendit, *in mg. m.* 2 † oſtentat *c* 481 TOTOS *V* TO*rtos P* tortos *Servius confirmat* orbiſ *bc* 482—508 *Veron. fol.* 255 482 magna] longa *Bentleius cum Heinsio*

voce vocat. quotiens oculos coniecit in hostem
alipedumque fugam cursu temptavit equorum,
aversos totiens currus Iuturna retorsit.
heu quid agat? vario nequiquam fluctuat aestu,
diversaeque vocant animum in contraria curae.
huic Messapus, uti laeva duo forte gerebat
lenta levis cursu praefixa hastilia ferro,
horum unum certo contorquens derigit ictu.
substitit Aeneas et se collegit in arma,
poplite subsidens; apicem tamen incita summum
hasta tulit summasque excussit vertice cristas.
tum vero adsurgunt irae; insidiisque subactus,
diversos ubi sensit equos currumque referri,
multa Iovem et laesi testatus foederis aras
iam tandem invadit medios et Marte secundo
terribilis saevam nullo discrimine caedem
suscitat irarumque omnis effundit habenas.

Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine caedes
diversas, obitumque ducum, quos aequore toto

---

TESTIMONIA. 483 'quotiens . . . hostem' ult. syll. IV 250 K. 484 schol. Hor. carm. I 27, 24 491 sq. 'substitit . . . subsidens' Nonius 273, 25 491 'et . . . arma' Servius Aen. X 412 492 sq. 'apicem . . . cristas' Nonius 401, 23 'apicem . . . tulit' Macrobius Sat. VI 1, 53 Acro ad Hor. carm. I 34, 14 494 cf. schol. Veron. 107, 8 K. 495 cf. schol. Veron. 107, 10 K. 500 'quis . . . deus' Acro ad Hor. serm. I 5, 53

---

VARIA LECTIO. 483 coniecit *b*2 cor...... *b*1 485 AUERSOS *M* Aduerſoſ *γc: cf.* 464 486 *cf.* IV 283 489 *cf.* V 557 leui *γχ* 490 dirigit *γbc* 491 CONLEGIT *R* con.... *b*1 492 SVMMAM *R* 493 excussit] extra *vel* exti *Nonii exempl.* 494 ſubactıſ *c* ſubactiſ *b*1 495 SENTIT *M* 496 TESTATVR *PR* 497 TAMEN *P* '*potest et* Marte secundo *distingui, ut sequatur* terribilis saevam . . . *potest et iungi, ut sit* Marte secundo terribilis' *Servius Dan. In M non post* secundo, *sed post* terribilis *distinguitur* 498 *in mg.* A *M* TERRIBILES (E *post. corr. in* I) *P* 499 *sq. m.* 2 *vel rec. add. ima pag. notis* B *et* C *adpositis in mg. M* 499 OMNES *M*2 ETFVNDIT (*i. e.* ecfundit) *P* 501 *in mg.* D *M* obituſ *c*2 (obitum *c*1)

inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troïus heros,
expediat? tanton placuit concurrere motu,
Iuppiter, aeterna gentis in pace futuras?
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentis
pugna loco statuit Teucros) haut multa morantem
excipit in latus et, qua fata celerruma, crudum
transadigit costas et cratis pectoris ensem.
Turnus equo deiectum Amycum fratremque Dioren,
congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
hunc mucrone ferit curruque abscisa duorum
suspendit capita et rorantia sanguine portat.
ille Talon Tanaimque Neci fortemque Cethegum,
tris uno congressu, et maestum mittit Oniten,
hic fratres Lycia missos et Apollinis agris 516
nomen Echionium matrisque genus Peridiae, 515

TESTIMONIA. 503 'tanton' cf. Priscianus 1252 P. 'tanton ... motu' Servius Aen. I 11 504 cf. schol. Veron. 107, 11 K. 507 'et ... crudum' Priscianus 760 P. 511 sq. 'curruque ... capita' Servius Aen. I 156 ge. I 208 516 Servius Aen. III 8 515 Servius Aen. II 89 VI 758

VARIA LECTIO. 503 *om.* *V* tanto$^{n}$ *γ* TANTO *R* tanton *testatur Servius: cf.* X 668 504 SEGENTIS (I *corr. in* E) *M* GENTES *Rγbc* futuraſ (aſ *in ras.*) *c* 505 ruentiſ (i *m. ant. corr. in* e) *b* FVRENTIS *V* 506 MORAÑIS *V* moratum *Servius Dan. legit idque Bentleio placuit, sed* moratus *ad* 507 *Serviana exempl. exhibent: cf.* III 610 507 LATUM$^{S}$ *M* CELERRIMA *MRb* CERRIMA *V* 508 CRATES *Mbc* 509 amicum *γc* AMOTVM$^{E}$ (T *m. rec. corr. in* C *ut* AMOECVM *legatur*) *P* (*cf. prol.* 439) Amycus *iam* IX 772 *a Turno occisus* DIORE̅ *Mc* diorem *γb* 511 abſciſa *c* ABSCISE$^{A}$ *P* abſci$^{ſa}$ *γ* ABSCISSA *MRb*1 513 talon (a *in ras.*) *b* THALON *M* talum, tagum *alii* tanaim$^{I}$ *b* TANAM *M* TANAIN *Rc* tauain (u *m.* 2) *γ* TALAIM *P* thalarum, talarim, taganum *alii* 514 TRES *Rc* onitem *bc*1 onyten *Servii Par. Regin.* onytem *Mon.* omentem, orontem *alii. cf. Lobeckius pathol. prol.* 387 *sq.* 516. 515 *sic ordinavit Peerlkampus, quamquam Servius v.* 515 *versui* 514 *adiunctum legit: vulgatum ordinem defendere conatur Koestlinus Philol.* XL 180 516 Hinc *γ*1 agr//iſ (agr *in ras.*) *b* aruiſ (ruiſ *m. rec. in ras.*) *c* agroſ *γ*1 515 NOMENECHIONIVM *Pb*2*c* NOMINECHIONIVM

et iuvenem exosum nequiquam bella Menoeten,
Arcada, piscosae cui circum flumina Lernae
ars fuerat pauperque domus nec nota potentum
munera conductaque pater tellure serebat.
ac velut immissi diversis partibus ignes
arentem in silvam et virgulta sonantia lauro,
aut ubi decursu rapido de montibus altis
dant sonitum spumosi amnes et in aequora currunt
quisque suum populatus iter: non segnius ambo
Aeneas Turnusque ruont per proelia; nunc nunc
fluctuat ira intus, rumpuntur nescia vinci
pectora, nunc totis in volnera viribus itur.
Murranum hic, atavos et avorum antiqua sonantem
nomina per regesque actum genus omne Latinos,
praecipitem scopulo atque ingentis turbine saxi
excutit effunditque solo: hunc lora et iuga supter
provolvere rotae, crebro super ungula pulsu

TESTIMONIA. 517 'exosum bella M.' Arusianus VII 472 K. 518 ult. syll. IV 231 K. 519 'pauperque d.' Probi inst. art. IV 82 K. 520 'conducta . . . serebat' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 18 525 'quisque... iter' Cledonius V 59 K. 527 sq. 'rumpuntur . . . pectora' schol. Hor. carm. I 6, 5 'nescia v. p.' Arusianus VII 495 K. 529 sq. Servius Aen. VI 760 533 sq. 'quatit ungula . . . equorum' Priscianus 909 P.

VARIA LECTIO.

*Rγb*1 NOMINEECHIONIUM *M* 'Oniten *Donatus dicit aut gentile esse aut patronymicum . . . sed hoc non procedit . . . proprium ergo est, et sequens versus erit* nomen Echionium, *id est Thebana gloria . . . male quidam legunt* nomine Chionium' *e. q. s. Servius* PERIDIAE (I *post. corr. in* E) *M* 517 nequiquam *om. Arusianus* MENOETE~ *M* menoetem *γ*, *Arusiani ex.* 520 LIMINA *M velut Hor. epod.* II 8 munera *testatur Servius, quem* munia *legisse Marklandus praef. Stat. p.* IX *putabat* SEÐEBAT (R *supra*) *M* 521 ignif *γ* 522 ARÐENTEM *M* Aerentem *γ* arentem *Servius testatur* UERGULTA *M* 523 VBE *P* 525 populatur *χ*, *Cledonius* 526 ruont '*aliquot antiqui*' *Pieriani* RVVNT *MPRγbc* in proelia *χ*, '*aliquot antiqui*' *Pieriani* 528 *sqq. Hinc margines rescissi in b* 528 VOLNERA (O *corr. in* V) *P* UULNERA *MRγbc* 532 EXCIPIT *M: cf.* 507 IX 763 X 387 effudit *b* 533 PROUULNERE (V *supra*; U *post. corr. in* O) *M* super] SNOTANT (VPER *supra*) *M*

incita nec domini memorum proculcat equorum.
ille ruenti Hyllo animisque immane frementi
occurrit telumque aurata ad tempora torquet:
olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
dextera nec tua te, Graium fortissime Cretheu,
eripuit Turno. nec di texere Cupencum
Aenea veniente sui: dedit obvia ferro
pectora, nec misero clipei mora profuit aerei.
te quoque Laurentes viderunt, Aeole, campi
oppetere et late terram consternere tergo.
occidis, Argivae quem non potuere phalanges
sternere nec Priami regnorum eversor Achilles;
hic tibi mortis erant metae: domus alta sub Ida,
Lyrnesi domus alta, solo Laurente sepulchrum.
totae adeo conversae acies, omnesque Latini,
omnes Dardanidae, Mnestheus acerque Serestus
et Messapus equum domitor et fortis Asilas
Tuscorumque phalanx Euandrique Arcades alae,
pro se quisque viri summa nituntur opum vi:
nec mora nec requies, vasto certamine tendunt.

Hic mentem Aeneae genetrix pulcherrima misit,
iret ut ad muros urbique adverteret agmen
ocius et subita turbaret clade Latinos.
ille ut vestigans diversa per agmina Turnum

TESTIMONIA. 534 'nec . . . equorum' Priscianus 772 P. 539 sq. 'nec . . . sui' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 24 Servius Aen. II 396 IV 610 547 Macrobius Sat. IV 3, 11 552 'summa . . . vi' Macrobius Sat. VI 1, 17 553 'vasto c. t.' Donatus ad Ter. eun. IV 1, 12 555 'iret . . . muros' schol. Med. ecl. VIII 41

VARIA LECTIO.

super ungula pulsu] quatit ungula cursu *Prisc. exempl.: cf.* VIII 596 535 furenti π 536 aerata *Schraderus, fort. recte* 538 CRETEV *Pγc: cf.* IX 774 541—576 *valde corrosi in R* 541 aerei *Aldina pr.* AERIS *MPRγbcψ* 542 CAMPIS *M* 543 lato χ 544—546 *partim legi non poterant in R* 547 *in ras. b* LYRNASI *R* 548 omniſ *c* 549 *cf.* IX 171 Omniſ *c* 550 *cf.* 127 *sq.* EQVM *P* EQVVM *MRγbc* 551 *cf.* XI 835 552 *cf.* V 501 IX 532 553 *cf. ge.* III 110 *Aen.* V 458

huc atque huc acies circumtulit, aspicit urbem
immunem tanti belli atque impune quietam.
continuo pugnae accendit maioris imago:
Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum
ductores tumulumque capit, quo cetera Teucrum
concurrit legio nec scuta aut spicula densi
deponunt. celso medius stans aggere fatur:
'nequa meis esto dictis mora (Iuppiter hac stat),
neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
urbem hodie, causam belli, regna ipsa Latini,
ni frenum accipere et victi parere fatentur,
eruam et aequa solo fumantia culmina ponam.
scilicet expectem, libeat dum proelia Turno
nostra pati rursusque velit concurrere victus?
hoc caput, o cives, haec belli summa nefandi:
ferte faces propere foedusque reposcite flammis.'
dixerat, atque animis pariter certantibus omnes
dant cuneum densaque ad muros mole feruntur.
scalae improviso subitusque apparuit ignis.

---

TESTIMONIA. 558 'huc . . . circumtulit' ult. syll. IV 246 K. 559 Arusianus VII 485 K. 565 Arusianus VII 510 K. Macrobius Sat. VI 1, 19 'Iupiter h. s.' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 39 schol. Lucani VII 360 566 Macrobii exc. Bob. V 641 K. 'ne . . . inceptum' ult. syll. IV 254 K. 568 Charisius I 98 K. 'ni f. a.' Charisius I 93 K. Servius Aen. IV 40 569 'et . . . ponam' Servius Aen. XII 654 572 'hoc . . . cives' ult. syll. IV 227 K. Servius in Don. IV 424 K. de fin. VI 230. 242 K. Martianus Capella III 278 574 'dixerat . . . certantibus' ult. syll. IV 248 K. 576 Servius Aen. XII 566

---

VARIA LECTIO. 559 immune *Arusianus* tanti *om. Arusianus* QVIETEM *Rγ*1 quietum *Arusianus* 561 = IV 288 563 nec . . . deponunt *otiosa esse iudicavit Wagnerus, legit Servius cf.* 707 *prol.* 87 fessi *Zulich. m.* 2 565 dictis esto *Macrobii exempl.* hic *Donati exempl.* hac *testatur Arusianus, Ennii ann.* 263 *exemplo confirmat Macrobius* 566 ne *de ult. syll. et exc. Bob.* 568 frenum, *in mg.:* fedus *m* frenum *testantur Charisius et Servius Dan.* uicto (u *m.* 2, o *corr. in* i) *γ* dicto *χ*,
N
*Charisii cod., ut* III 189 FATETUR *M* 573 properi *m, Menag. pr.,* '*plerique*' *Pieriani, prob. Bentleius* 574 omnif *b*1
V
575 FERENTVR *P*

discurrunt alii ad portas primosque trucidant,
ferrum alii torquent et obumbrant aethera telis.
ipse inter primos dextram sub moenia tendit
Aeneas magnaque incusat voce Latinum
testaturque deos, iterum se ad proelia cogi,
bis iam Italos hostis, haec altera foedera rumpi.
exoritur trepidos inter discordia civis:
urbem alii reserare iubent et pandere portas
Dardanidis ipsumque trahunt in moenia regem,
arma ferunt alii et pergunt defendere muros.
inclusas ut cum latebroso in pumice pastor
vestigavit apes fumoque implevit amaro:
illae intus trepidae rerum per cerea castra
discurrunt magnisque acuunt stridoribus iras;
volvitur ater odor tectis, tum murmure caeco
intus saxa sonant, vacuas it fumus ad auras.

Accidit haec fessis etiam fortuna Latinis,
quae totam luctu concussit funditus urbem.
regina ut tectis venientem prospicit hostem,
incessi muros, ignis ad tecta volare,
nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:

---

TESTIMONIA. 584 'portas reserare iubent' anecd. Helv. p. 173 585 'ipsumque . . . regem' Servius Aen. II 480 589 'illae . . rerum' Arusianus VII 512 K. 593 Mico ap. Keilium in ind. univ. Halensis 1872 594 ult. syll. IV 250 K. 595 'venientem p.' cf. Priscianus 1175 P. 596 Eutychis ars V 482 K. Servius ge. IV 68 'incessi m.' Arusianus VII 488 K. schol. Bern. ge. IV 68

---

VARIA LECTIO. 577 fatigant *m, Moret. pr., Hamb. alt., Oblongus Pierii* 582 HAECALTERA (IAM) *M* 583 CIVIS (I *post. corr. in* E) *P* CIVES *Pγbc* 587 ut cum] UELUTI *M* *ut* 749 im *γ* 588 APESEŦ *P* 590 *cf.* IX 464 592 fumus] *expectes* volgus *secundum Apollonium* II 133 *sq.* 595 speculis *Peerlkampus* tectis *Servius confirmat* 596 INCESSI *P, testantur Arusianus Eutyches Servius: cf. Woelfflinus Arch.* IX 114 INCEÐI (SS) *M* (*voluitne* inscendi?) Ince//// (m) (*corr. m. rec.*) *b* Incendi, *in mg.* Aŧ incessi *c* INCENSI *R* Incendi *γ* IGNIS (I *post. corr. in* E) *P* ignisq, *c* IGNESQVE *R, Eutychis Par.* ADINTECTA *P*

infelix pugnae iuvenem in certamine credit
extinctum et subito mentem turbata dolore
se causam clamat crimenque caputque malorum,
multaque per maestum demens effata furorem
purpureos moritura manu discindit amictus
et nodum informis leti trabe nectit ab alta.
quam cladem miserae postquam accepere Latinae,
filia prima manu floros Lavinia crinis
et roseas laniata genas, tum cetera circum
turba furit: resonant late plangoribus aedes.
hinc totam infelix volgatur fama per urbem.
demittunt mentes; it scissa veste Latinus,
coniugis attonitus fatis urbisque ruina,
canitiem immundo perfusam pulvere turpans.

Interea extremo bellator in aequore Turnus 614
palantis sequitur paucos iam segnior atque
iam minus atque minus successu laetus equorum.

---

multaque se incusat, qui non acceperit ante 612
Dardanium Aenean generumque adsciverit ultro.

---

TESTIMONIA. 603 Lactantius de mort. persec. 30 606 'et r. comas' de schem. lex. p. 55 H. 610 'coniugis a. f.' Arusianus VII 455 K. 616 'iam m. a. m.' ult. syll. IV 248 K.

---

VARIA LECTIO. 598 INCERTAMINA *P* in cer$^{ta}$mina (a *post. corr. in* e) *c* $^{in}$certamina (a *post. corr. in* e) *γ* ACERTAMINE *R* certamine, *om.* in, *b* 599 et *om. γ* 603 ac *Lactantius* infamis *χ* 'informis leti *quasi mortis infamissimae*' *Servius* laquei *Peerlkampus* alta (a *post. e corr.*) *γ* 605 floros *in Leid. m. pr. et in Mentel. pr. fuisse coniciebat Heinsius.* FLAVOS *MPRγbcψ, parum feliciter defensum a Wagnero lect. Verg.* 362: *cf.* IV 559. 'flavos . . . *antiqua lectio* floros *habuit* . . . [*Probus sic adnotavit: neotericum erat* flavos, *ergo bene* floros]' *e. q. s. Servius* (*uncis inclusa in solo Paris. leguntur*) CRINES *PRbc* 606 comas *schem. lex.* genas *Servius confirmat* 607 LATAE *M* LATAE *Rc* 608 VVLGATVR *Pγbc* 609 it] et *Peerlkampus* 610 factis *Arusiani cod.* 611 turbanſ *c*1 turpat *Peerlkampus* 612 *sq. om. MPRγb, extant in cχ*: *cf.* XI 471 612 acceperat *c*1 613 aeneam *c* 614 *sqq. alia, sed et ipsa ant. m. in b*

attulit huc illi caecis terroribus aura
commixtum clamorem, arrectasque impulit auris
confusae sonus urbis et inlaetabile murmur.
'ei mihi! quid tanto turbantur moenia luctu?
quisve ruit tantus diversa clamor ab urbe?'
sic ait adductisque amens subsistit habenis.
atque huic, in faciem soror ut conversa Metisci
aurigae currumque et equos et lora regebat,
talibus occurrit dictis: 'hac, Turne, sequamur
Troiugenas, qua prima viam victoria pandit;
sunt alii, qui tecta manu defendere possint.
ingruit Aeneas Italis et proelia miscet:
et nos saeva manu mittamus funera Teucris.
nec numero inferior pugnae nec honore recedes.'
Turnus ad haec
'o soror, et dudum adgnovi, cum prima per artem
foedera turbasti teque haec in bella dedisti,
et nunc nequiquam fallis dea. set quis Olympo
demissam tantos voluit te ferre labores?
an fratris miseri letum ut crudele videres?
nam quid ago? aut quae iam spondet Fortuna salutem?
vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem

TESTIMONIA. 623 Diomedes I 411 K. Dositheus VII 415 K. 625 sqq. cf. Apuleius de deo Socr. 11 627 Servius Aen. XII 661 628 Servius Aen. II 301 'ingruit Aeneas armis' Servius Aen. XI 899 629 (om. 'manu') Servius Aen. XII 664 634 'nunc . . . dea' Porphyrio ad Hor. epist. I 3, 32 636 Servius Aen. X 443 Macrobius Sat. IV 2, 10 638 sq. 'vidi...Murranum' Servius Aen. XII 529 Macrobius Sat. IV 2, 10 638 'vidi . . . meos' Quintilianus IX 3, 46 Servius Aen. X 443

VARIA LECTIO. 617 huc *Hamburg. m.* 2, *Madvicus* HUNC *libri* illi. γ ILLICAESI (CI *sup. m. rec.*) *P* CAECIS ILLI *R* 618 AURIS *M*1*P*1*R*γ AURES *M*2*P*2*bc* 623 hic γ 624 GEREBAT *P* gerebat, al regebat γ tenebat *Moret. pr.* 627 POSSVNT *Pc*1 628 Italis] armis *Servii Aen.* XI 899 *exempl.: cf.* 654 630 NEQVE *R* 631 *om., add. m. rec. in mg.* γ humili respondet talia voce *add. Leid.* 635 TANTOSQ· *R* TEPERFERRE *R* 636 miseri fratris *Macrobii exempl.* 637 quā *c* SPONDIT *P*γ1 638 uocantē, al clamantē γ '*atqui hoc nusquam legimus*' *Servius: cf.* 529 *sqq.*

Murranum, quo non superat mihi carior alter,
oppetere ingentem atque ingenti volnere victum.
occidit infelix nostrum ne dedecus Ufens
aspiceret; Teucri potiuntur corpore et armis.
excindine domos (id rebus defuit unum)
perpetiar, dextra nec Drancis dicta refellam?
terga dabo et Turnum fugientem haec terra videbit?
usque adeone mori miserum est? vos o mihi manes
este boni, quoniam superis aversa voluntas!
sancta ad vos anima atque istius nescia culpae
descendam, magnorum haut umquam indignus avorum.'

Vix ea fatus erat: medios volat ecce per hostis
vectus equo spumante Saces, adversa sagitta
saucius ora, ruitque implorans nomine Turnum:
'Turne, in te suprema salus: miserere tuorum.
fulminat Aeneas armis summasque minatur
deiecturum arces Italum excidioque daturum;

---

TESTIMONIA. 640 de schem. lex. p. 52 H. 644 'nec . . . refellam' Priscianus 706 P. 646 'usque . . . est' Seneca epist. 101, 13 Quintilianus VIII 5, 6 Suetonius Ner. 47 Servius Aen. X 644 Macrobius Sat. V 16, 7 646 sq. 'vos . . . voluntas' Servius Aen. I 387 IV 610 XI 51 648 sq. 'sancta . . . descendam' Macrobius Sat. III 3, 6 649 Priscianus 1127 P. 'magnorum . . . avorum' Arusianus VII 480 K. 651 'vectus . . . Saces' Donatus ad Ter. eun. III 1, 9 652 'ruitque . . . Turnum' Servius Aen. I 76 ge. IV 321 653 Suetonius diff. serm. p. 279, 4 Reiff. 'Turne . . . salus' explan. in Don. IV 535 K. 'miserere t.' Arusianus VII 491 K. 654 'fulminat A. a.' Servius Aen. VIII 527

---

VARIA LECTIO. 639 ſuperat (p *m.* 2, *corr. ex* ſ *ut vid.*) *γ* S P FUERAT *M* fuerat *mχ* superat *testatur Servius* 640 *cf.* X 842 N UOL///ERE (*eras.* U *vid.*) *M* VVLNERE *PRγbc* 641 NOSTRVMNE *P* NENOSTRVM *MRγbc* 644 Drancis dextra *m* refallam *γ*1 645 VIDEBO *R* 647 ADUERSA *M* (Ð), *γb* 648 nescia *Menag. alt., Goth. tert.* INSCIA *MPRbcmψ*, *Servii et Macrobii excmpl.: argutatur Wagnerus lect. Verg.* 364 inſcia . *γ*2 inſciuſ *γ*1 anima, atque anima istius inscia culpae *prop. Lachmannus Lucr.* 76: *cf. Bergkius opusc.* I 256 649 NUMQUAM (N *crasa*) *M* 650 HOSTES *MP2b* 651—687 *deficit R* 655 italũ arceſ *cm* italis arces *Montalb.*

iamque faces ad tecta volant. in te ora Latini,
in te oculos referunt; mussat rex ipse Latinus,
quos generos vocet aut quae sese ad foedera flectat.
praeterea regina, tui fidissima, dextra
occidit ipsa sua lucemque exterrita fugit.
soli pro portis Messapus et acer Atinas
sustentant aciem. circum hos utrimque phalanges
stant densae, strictisque seges mucronibus horret
ferrea: tu currum deserto in gramine versas.'
opstipuit varia confusus imagine rerum
Turnus et obtutu tacito stetit. aestuat ingens
uno in corde pudor mixtoque insania luctu
et furiis agitatus amor et conscia virtus.
ut primum discussae umbrae et lux reddita menti,
ardentis oculorum orbes ad moenia torsit
turbidus eque rotis magnam respexit ad urbem.
ecce autem flammis inter tabulata volutus
ad caelum undabat vortex turrimque tenebat,
turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse
subdideratque rotas pontisque instraverat altos.
'iam iam fata, soror, superant; absiste morari;

---

TESTIMONIA. 656 sq. 'in . . . referunt' Servius Aen. XII 3 657 sq. 'mussat . . . vocet' Servius Aen. XI 345 ge. IV 188 657 'mussat r. i. L.' Donatus ad Ter. adelph. II 1, 53 Servius Aen. XII 718 schol. Stat. Theb. III 92 K. 659 sq. 'praeterea . . . sua' Priscianus 1123. 1125 P. 659 'regina t. f.' Arusianus VII 473 K. 661 sq. 'soli . . . aciem' Diomedes I 414 K. Beda de orthogr. VII 283 Dositheus VII 416 K. 664 'tu . . . versas' Servius Aen. XII 667 ecl. X 68 671 'magnam . . . urbem' Donatus ad Ter. Andr. II 5, 6 673 'ad . . . vortex' Eutychis ars V 472 K. 674 Servius ecl. II 36 675 Servius Aen. IX 527

---

VARIA LECTIO. 661 Atinas: *cf.* XI 869 asilas $\pi\chi$, *fortasse rectius: cf.* 127. 550 662 SUSTINEANT (I *corr. in* E, E *in* T) *M* ACIES *M*$\gamma$ utrumque *c*1 663 denſę *m.* 2 *in ras. c* 665 OBSTUPUIT *M* 666 *sqq. cf.* X 870 *sqq.* 667—692 *Veron. fol.* 254 669 diſiectae *b* uox, *in mg.* At lux *c* uox *Menag. alt., Mentel. alt.,* $\chi$: *cf.* III 40 VII 95 670 ARDENTES *M*2*b* 673 vortex *Eutyches* VERTEX *libri* 675 instruxerat *m*$\chi$ 676 iam nos *m* iam iam *Servius testatur* MORARE *P*$\gamma$

quo deus et quo dura vocat Fortuna, sequamur.
stat conferre manum Aeneae, stat quidquid acerbist
morte pati; neque me indecorem, germana, videbis
amplius. hunc, oro, sine me furere ante furorem.'
dixit et e curru saltum dedit ocius arvis
perque hostis, per tela ruit maestamque sororem
deserit ac rapido cursu media agmina rumpit.
ac veluti montis saxum de vertice praeceps
cum ruit avolsum vento, seu turbidus imber
proluit aut annis solvit sublapsa vetustas;
fertur in abruptum magno mons improbus actu
exultatque solo, silvas armenta virosque
involvens secum: disiecta per agmina Turnus
sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
sanguine terra madet striduntque hastilibus aurae,
significatque manu et magno simul incipit ore:
'parcite iam, Rutuli, et vos tela inhibete, Latini;
quaecumque est Fortuna, mea est: me verius unum
pro vobis foedus luere et decernere ferro.'
discessere omnes medii spatiumque dedere.

At pater Aeneas audito nomine Turni
deserit et muros et summas deserit arces

TESTIMONIA. 678 'stat c. m.' Servius Aen. VII 553 'stat . . . Aeneae' Arusianus VII 462 K. Servius Aen. I 582. 646 678 sq. 'stat . . . pati' Servius Aen. II 750 679 sq. 'neque . . . amplius' ult. syll. IV 248 K. 680 cf. schol. Veron. 107, 14 K. 'hunc . . . furorem' Donatus ad Ter. eun. III 5, 39 Arusianus VII 474 K. de schem. lex. p. 58 H. 684 'praeceps' schol. Veron. 107, 19 K. 686 'annis . . . vetustas' schol. Hor. carm. III 30, 4 687 Diomedes I 457 K. Servius Aen. VI 360 694 sq. Priscianus 1180 P. 'me . . . ferro' (om. 'decernere') Porphyrio ad Hor. serm. II 3, 312 694 'quaecumque...mea est' Marius Victorinus VI 67 K.

ET

VARIA LECTIO. 677 DEVSQVA *P, fort. recte* 678 ACERBIST *P* ACERBIEST *Mγbc* ACER— *V* acerbum est *Goth. pr., Servii exempl.* 682 hoſteſ *b* 684 montis] Pindi *Peerlkampus ex Silio* IV 520 685 AUULSUM *MP2γbc* 687 abrumptum *γ* ictu *mχ*, *Oblongus et Porcius Pierii* actu *Servius* 688 EXSULTAT *MV* 692 magno incipit (ſſo) *γ* 693—705 *Veron. fol.* 214 *b* 695 FERRVM (*V corr. in* O) *P* 698 *sq. inverso ordine V*

praecipitatque moras omnis, opera omnia rumpit
laetitia exultans, horrendumque intonat armis:
quantus Athos aut quantus Eryx aut ipse coruscis
cum fremit ilicibus quantus gaudetque nivali
vertice se attollens pater Appenninus ad auras.
iam vero et Rutuli certatim et Troes et omnes
convertere oculos Itali, quique alta tenebant
moenia quique imos pulsabant ariete muros,
armaque deposuere umeris. stupet ipse Latinus
ingentis, genitos diversis partibus orbis,
inter se coiisse viros et cernere ferro.
atque illi, ut vacuo patuerunt aequore campi,
procursu rapido, coniectis eminus hastis,

TESTIMONIA. 700 'horrendumque i. a.' Servius Aen. XII 654 (om. 'que') de schem. lex. p. 58 H. 701 'quantus . . . Eryx' schol. Guelf. Lucani II 677 703 'pater Appenninus' Servius Aen. I 65 III 89 707 cf. schol. Veron. 107, 23 K. 708 sq. Seneca epist. 58, 3 708 'genitos . . . orbis' Arusianus VII 476 K. 709 Priscianus 557 P. Servius Aen. II 508 ge. II 256 711 ult. syll. IV 255 K.

VARIA LECTIO. 701 ADHOS *R* adoſ *γ*1 athon *b*1*cχ*, *schol. Lucani* 'Athon: *haec est vera lectio. nam si* Athos *legeris, brevis est et versus non stat*' *Servius* et *c* 706—718 *Veron. fol.* 214 *a* 709 COIISSE (I *pr. corr. ex* L) *M* coiſſe *γ* COISSE (s *suprascr.*) *RVbc* COISE *P* et *om. cχ* que *Prisciani ω* cernere *Mentel. m.* 2, *testantur schol. Veron.* (*ann. philol.* 1866 *p.* 72) *et Seneca* ('*quaedam simplicia in usu erant, sicut* cernere ferro inter se *dicebantur. idem Vergilius hoc probabit tibi:* ingentis . . . cernere ferro, *quod nunc* decernere *dicimus. simplicis illius verbi usus amissus est*') (DE *suprascr.*) CERNERE *P* DECERNERE *MRγcmψ*, *Prisciani Halb. Sangall. Karolir. Grut. corr., Heidelb.* (s *in metro apud vetustissimos vim suam frequenter amittere hoc exemplo probantis*), *legit Servius ge.* 256 *Aen.* II 508, *qui ad nostrum locum haec adnotavit:* 'inter se coisse viros et cernere ferro: *vera et antiqua haec est lectio . . . posteritas coepit legere* et decernere ferro. *secundum quam lectionem synaloepha opus est, sed exclusa* s, *ut sit* vir' et decernere ferro.' diſcernere *b, Prisciani cetera exemplaria* 710 aequore campi *m. rec. in ras. c* 711 CONLECTIS *R* COLECTIQ·SEMINUS (N *suprascr.*) *M*

invadunt Martem clipeis atque aere sonoro.
dat gemitum tellus; tum crebros ensibus ictus
congeminant: fors et virtus miscentur in unum.
ac velut ingenti Sila summove Taburno
cum duo conversis inimica in proelia tauri
frontibus incurrunt (pavidi cessere magistri,
stat pecus omne metu mutum mussantque iuvencae,
quis nemori imperitet, quem tota armenta sequantur);
illi inter sese multa vi volnera miscent
cornuaque obnixi infigunt et sanguine largo
colla armosque lavant; gemitu nemus omne remugit:
non aliter Tros Aeneas et Daunius heros
concurrunt clipeis; ingens fragor aethera complet.
Iuppiter ipse duas aequato examine lances
sustinet et fata imponit diversa duorum,
quem damnet labor et quo vergat pondere letum.'
emicat hic, impune putans, et corpore toto

---

TESTIMONIA. 712 schol. Veron. 107, 25 K. 714 'fors . . . unum' comm. Bern. Lucani IV 634 U. 715 Asper 115, 1 Servius ge. III 219 718 cf. schol. Veron. 107, 32 K. 722 ult. syll. IV 253 K. 725 sq. Macrobius Sat. V 13, 39 727 Nonius 277, 7 Priscianus 798 P. Agroecius VII 120 K. 'quem d. l.' Beda de orthogr. VII 270 K.

---

VARIA LECTIO. 712 *Teste schol. Veron. fuerunt, qui* clipeis... sonoro *referrent ad sequentia. Post* clipeis *et* sonoro *distinctum in M* 713 TUMCREBR[O]IS *Mγ* ICT[U]IS *M* 714 MISCETVR *V* miscentur *Servii ex. in lemm.* 715 *sqq. cf. ge.* III 219 *sqq.* 715 SILA *MPbcψ, Asper, om. V* SILVA *Rγ*1 'Sila . . . *pessime quidam* silva *legunt' Servius* 719 NEMORI *MPRγ*1*bψ, suprascr. c, confirmat Servius Dan.* pe . cori *γ*2 pecori *m, aliquot Pieriani* Q[M]UAE *M* SEQUU[A]ÑUR *M* ſequN' *b* 720 UULNERA *MRbc* [V]VLNERA *P* proelia, al uulnera *γ*: *cf. ge.* III 220 721 Cornu[a] *b* 723 *sq. ordine inverso R* 725 exagmine *γ*1 727 ET *MPRγc* aut *bχ*, *Prisciani exempl., Nonius et Servius, qui* damnet *pro* liberet *positum esse statuant. 'quem virtus sua absolvat aut victorem faciat. numquam enim tantus auctor in duabus diversis lancibus unam rem ponebat, praesertim cum interponeret* aut *coniunctionem disiunctivam' Agroecius. Similiter Beda*

alte sublatum consurgit Turnus in ensem
et ferit: exclamant Troes trepidique Latini,
arrectaeque amborum acies. at perfidus ensis
frangitur in medioque ardentem deserit ictu . . . .
ni fuga subsidio subeat. fugit ocior euro,
ut capulum ignotum dextramque aspexit inermem.
fama est praecipitem, cum prima in proelia iunctos
conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci.
idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
suffecit: postquam arma dei ad Volcania ventumst,
mortalis mucro glacies ceu futtilis ictu
dissiluit; fulva resplendent fragmina harena.
ergo amens diversa fuga petit aequora Turnus
et nunc huc, inde huc incertos implicat orbes;
undique enim densa Teucri inclusere corona,
atque hinc vasta palus, hinc ardua moenia cingunt.

Nec minus Aeneas, quamquam tardata sagitta
interdum genua impediunt cursumque recusant,
insequitur trepidique pedem pede fervidus urget:

---

TESTIMONIA. 733 'ni f. s.' ult. syll. IV 252 K. 738 sq. 'idque... suffecit' Nonius 386, 3 738 'terga d.' Probi inst. IV 127 K. 748 'trepidique . . . fervidus instat' Arusianus VII 483 K.

---

VARIA LECTIO. 732 MEDIO(Q·)TARDENTEM *M* ICTU˙ *M* ICTVM *R* *Post hunc versum* quid superest? *inserit Bigot. Ego lacunam signavi* 733 (S)GVBEAT *P* ni f. subsidio, subeat (*ictum scil.*) *Madvicus* 734 ignotum] *an* ignavum? *sed cf.* 759 735 PRIMVM *PRγ* in ad (ad *eras.*) *γ* AD *P* 739 VVLCANIA *Pγbc* VENTVMST *P* VENTV(E)MEST *M* (EST· *m. rec. add.*), *Rγc* 740 fusilis *m, Leid.* futtilis *Servius Dan.* 741 RESPLENDENT *Pγb* RESPLENDENT (N *corr. vid. ex* T) *M* refplen(n)det *c2* RESPLENDET *R* refplendit *c1* FRAGMINA (I *corr. in* E) *M* FRAGMEN *R* 744 TEUCRI.DENSA *M* densa Teucri *Servius in lemm.* 746 TARDATA *PRγb* TARDATA (N E) *Mc* 747 que *om. γ* 748 VRGVET *PRγc* instat *Arusianus testatur: cf.* 751 IX 350 X 788

inclusum veluti siquando flumine nanctus
cervom aut puniceae saeptum formidine pinnae
venator cursu canis et latratibus instat;
ille autem, insidiis et ripa territus alta,
mille fugit refugitque vias; at vividus Umber
haeret hians, iam iamque tenet similisque tenenti
increpuit malis morsuque elusus inani est.
tum vero exoritur clamor, ripaeque lacusque
responsant circa et caelum tonat omne tumultu.
ille simul fugiens Rutulos simul increpat omnis,
nomine quemque vocans, notumque efflagitat ensem.
Aeneas mortem contra praesensque minatur
exitium, si quisquam adeat, terretque trementis
excisurum urbem minitans et saucius instat.
quinque orbis explent cursu totidemque retexunt
huc illuc; neque enim levia aut ludicra petuntur
praemia, set Turni de vita et sanguine certant.
forte sacer Fauno foliis oleaster amaris
hic steterat, nautis olim venerabile lignum,
servati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti divo et votas suspendere vestes;

---

TESTIMONIA. 758 Servius Aen. XII 268 'ille s. f.' ult. syll. IV 261 K. 764 sq. 'neque . . . certant' Priscianus 769 P. 766 sq. 'forte . . . olim' Servius Aen. XII 779 766 Arusianus VII 511 K. 768 Arusianus VII 507 K. schol. Hor. carm. I 5, 13

---

VARIA LECTIO. 749 in flumine c NANCTVS *R* NACTVS *MPγbc* 750 *cf. ge.* III 372 CERVOM (O *corr. in* V) *P* CERVVM *MRγbc* et *Peerlkampus* aut *Servius Dan.* PVNICEA (E *corr. ex* I) *P* pennę *c* 753 A$^{T}$G *M* ac *b*1 754 TENENS *Rc* 755 LV$^{E}$PSVS *P* eluſ$^{uſ}$ *γ* elapsus *Dorvill.* EST *add. vid. in M* 756 '*quidam quaerunt, an iam recessum sit his versibus a comparatione. sed non dubie videtur*' *Servius Dan.* LACVVS *R* LAC$^{V}$OS *M* 757 CIRCAET *in ras. R* tumultu] fragore *m, in ras. b, ut* IX 541 758 OMNES *MP*2 759—831 *deficit R* 759 QVEMQVAM *Pγ* 761 TREMENTIS (I *corr. in* E) *MP* trementes *b* 763 ORBIS *P*1 ORBES *MP*2*γbc* 764 nec *γ*1, *Prisciani Bong.* 769 ueſtiſ *c*1

set stirpem Teucri nullo discrimine sacrum
sustulerant, puro ut possent concurrere campo:
hic hasta Aeneae stabat, huc impetus illam
detulerat fixam et lenta radice tenebat.
incubuit voluitque mauu convellere ferrum
Dardanides teloque sequi quem prendere cursu
non poterat. tum vero amens formidine Turnus
'Faune, precor, miserere' inquit 'tuque optima ferrum
Terra tene, colui vestros si semper honores,
quos contra Aeneadae bello fecere profanos.'
dixit opemque dei non cassa in vota vocavit.
namque diu luctans lentoque in stirpe moratus
viribus haud ullis valuit discludere morsus
roboris Aeneas. dum nititur acer et instat,
rursus in aurigae faciem mutata Metisci
procurrit fratrique ensem dea Daunia reddit.

---

TESTIMONIA. 770 sq. Servius Aen. XII 117 'sed . . . sustulerant' Cledonius V 40 K. Charisius I 109 K. Servius Aen. XII 779 ge. I 171 Macrobius Sat. III 3, 4 770 Consentius V 345. 346 K. Servius Aen. I 626 III 94 VII 99 'stirpem . . . sacrum' Probi de nom. exc. IV 210 K. 'stirpem sacrum' anecd. Helv. p. 238 772 'hic . . . stabat' Marius Victorinus VI 66 K. 777—779 Macrobius Sat. III 3, 4 777 sq. 'Faune . . . tene' schol. Veron. 102, 17 K. 'tuque . . . tene' Macrobius Sat. IV 6, 10 777 'Faune . . . inquit' Servius Aen. IX 402 781 Nonius 227, 3 ult. syll. IV 251 K.

---

VARIA LECTIO. 771 sustulerunt *Charisii codd.* 773 ET *M* et *suprascr. b, om. Paldamus* lenta radice *ycm, Servius in lemm.* LENTARADICE (*suprascr.* AB) *M: cf.* 787 LENTABARADICE (*suprascr.* A) *P* lenta . . radice *b* lenta in radice *χ* 775—777 *repetuntur post* 777 *adposito in mg. utrimque signo* () *in M. Itaque hos* $M^b$, *priores* $M^a$ *signavi* 775 TERGO (*suprascr.* L) *P* 777 OPTIME (*suprascr.* A) $M^a$ OPTIME $M^b$ 779 bello, at ferro *γ* ferro *Zulich., Rottend. duo, quod allitteratione commendatur* 780 VOCAVIT (B *sup. m. rec. ut vid.*) *P* 782 DISCLVDERE *Pb* DISCURRERE (*suprascr.* L D) *M* difclvdere (d *corr. ex* c *vel* a, ifcl *m.* 2 *in ras.*, v *corr. ex* e), at difcurrere *γ* conuellere *cχ* discindere *Venet. Coniectando* disrumpere disiungere discerpere distringere divellere *possis proponere* 784 mutata *bcm* mutata . . *γ* MUTATA (*suprascr.* CONVERS) *M* CONVERSA *Pχ ut* 623

quod Venus audaci nymphae indignata licere
accessit telumque alta ab radice revellit.
olli sublimes, armis animisque refecti,
hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta,
adsistunt contra certamina Martis anheli.

Iunonem interea rex omnipotentis Olympi
adloquitur fulva pugnas de nube tuentem:
'quae iam finis erit, coniunx? quid denique restat?
Indigetem Aenean scis ipsa et scire fateris
deberi caelo fatisque ad sidera tolli.
quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus haeres?
mortalin decuit violari volnere divom,
aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
ereptum reddi Turno et vim crescere victis?
desine iam tandem precibusque inflectere nostris:
ventum ad supremum est. terris agitare vel undis
Troianos potuisti, infandum accendere bellum,
deformare domum et luctu miscere hymenaeos:
ulterius temptare veto.' sic Iuppiter orsus;
sic dea summisso contra Saturnia voltu:
'ista quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas,
Iuppiter, et Turnum et terras invita reliqui;

TESTIMONIA. 787 'de stirpe revellit' Diomedes I 372 K. 789 Servius Aen. XII 747 792 'fulva . . . tuentem' Agroecius VII 125 K. Beda de orthogr. VII 272 K. Servius Aen. XII 810 794 'indigetem . . . ipsa' comm. Bern. Lucani I 556 U. 797 Servius Aen. XII 320 'vulnus mortale' Servius Aen. X 30 800 Servius Aen. XII 793 803 'ventum . . . est' Servius Aen. XII 808 806 'sic I. o.' Servius Aen. I 325 II 2 808 sq. 'ista . . . Iuppiter' Donatus ad Ter. eun. II 3, 73 808 'ista . . . mihi' ult. syll. IV 251 K.

VARIA LECTIO. 787 de stirpe revellit *Diomedes* 788 ANIMVM$^{IS}$ *P* animi$^{f}$ *c* animis *Servius confirmat* 790 CERTAMINA *MPγc* certaminė *bχ* 'certamina . . . *alii* certamine *legunt*' *Servius* ad certamina *Schenkelius* 794 INDIGITEM *M* aeneam *γ* 795 FATIS·CAELOQVE *P* 797 Mortali$^{n}$ *γ* VVLNERE *MPγbc* DIVOM (O *corr. in* V) *P* DIUUM *Mγbc* 799 uicto *b* 801 *sq. post v.* 832 *transposui* 807 VOLTV (O *corr. in* V) *P* UULTU *Mγbc* 808 magna *c*1 809 RELIQVIo$_{N}$ *P ut* 818 relinqui *c*1

nec tu me aëria solam nunc sede videres
digna indigna pati, sed flammis cincta sub ipsa
starem acie traheremque inimica in proelia Teucros.
Iuturnam misero (fateor) succurrere fratri
suasi et pro vita maiora audere probavi,
non ut tela tamen, non ut contenderet arcum:
adiuro Stygii caput inplacabile fontis,
una superstitio superis quae reddita divis.
et nunc cedo equidem pugnasque exosa relinquo.
illud te, nulla fati quod lege tenetur,
pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:
cum iam conubiis pacem felicibus (esto)
component, cum iam leges et foedera iungent,
ne vetus indigenas nomen mutare Latinos
neu Troas fieri iubeas Teucrosque vocari
aut vocem mutare viros aut vertere vestem.
sit Latium, sint Albani per saecula reges,
sit Romana potens Itala virtute propago:
occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.'
olli subridens hominum rerumque repertor

---

TESTIMONIA. 810 sq. 'nec . . . pati' Servius Aen. IX 637 813 sq. Arusianus VII 508 K. Servius Aen. X 10 Macrobius Sat. VI 6, 11 815 Servius Aen. XII 320 816 Arusianus VII 450 K. 820 Priscianus 1024 P. 823 sq. cf. Servius Aen. I 6 827 Servius Aen. IV 231 'Itala v. p.' Consentius V 347 K. 828 'occideritque . . . Troia' Acro ad Hor. carm. III 3, 40 829 'hominum r. r.' Lactantius div. inst. I 11

---

VARIA LECTIO. 810 nube *χ* sede *testatur Servius Dan.* 811 sed *om. c* accincta *in ras. c* IPSAM *M* 812 STARE ACIEM *M* Stareace (m i *suprascr.*) *γ* 813 fateor misero *Macrobii ω exc. Salisb.* 815 conderet (ten *suprascr.*) *c* 'contenderet . . . *alii* ostenderet, *id est adiuvaret tendentem' e. q. s. Servius Dan.* ARCU'M *M* 818 QVIDEM *P* exoſſa *γ*1 821 Coniam *c*: Quom iam *scriptum fuerat* CONVBIS (I *suprascr.*) *P cf.* IV 168 *et Lachmannus Lucr.* 281 824 que] VE (N *suprascr.*) *Pγ* 825 VESTES *Pγc* 826 sit] SINT *P* sint] SIT *M* 828 OCCIDAT (I *suprascr.*) *P* SIDAS (N *suprascr.*) *M* sine *m*

'es germana Iovis Saturnique altera proles:
irarum tantos volvis sub pectore fluctus.
verum age et inceptum frustra summitte furorem:
ni te tantus edit tacitam dolor et mihi curae 801
saepe tuo dulci tristes ex ore recursent, 802
do quod vis, et me victusque volensque remitto. 833
sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt,
utque est nomen erit; commixti corpore tanto
subsident Teucri. morem ritusque sacrorum
adiciam faciamque omnis uno ore Latinos.
hinc genus Ausonio mixtum quod sanguine surget,
supra homines, supra ire deos pietate videbis,
nec gens ulla tuos aeque celebrabit honores.'
adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit.
interea excedit caelo nubemque relinquit.

His actis aliud genitor secum ipse volutat
Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis.
dicuntur geminae pestes cognomine Dirae,

---

TESTIMONIA. 830 sq. Servius Aen. I 23 'Saturnique . . . tantos et reliqua' Servius Aen. IV 92. 372 832 'quare age et i.' ult. syll. IV 247 K. 801 'ne . . . dolor' Diomedes I 362 K. Acro Hor. epod. 3, 3 802 'dulci ex ore recuset' Augustini regul. V 500 K. 836 sq. 'morem . . . adiciam' Macrobius Sat. III 8, 13 841 Nonius 438, 11 845 Servius Aen. I 293 II 622 IV 609 'sunt geminae p.' Servius Aen. III 209

---

VARIA LECTIO. 832 verum] quare *testatur auctor de ult. syll.: cf.* VII 429 *Hic* 801 *sq. inserendos esse demonstrare studui in emend. Verg. p.* 16 *sqq.* 801 NI *P*1 NE *MP*2*γ*, *Diomedis exempl.* (A) nec *bc, Servius in lemm.* te nec *Acro* EDIT *Pγ* EDAT *Mbc* edit *testantur Diomedes* (B) *et Acro, legisse videtur Servius quoque* 802 dulci . *c* RECUSENT *Mc* 833 uo . lens (l *m.* 2) *γ* VOLVENS *P* 835 commixto *χ*, *Mediceus et Porcius Pierii* SANGVINE *R: cf.* 838 TANTO *Rχ*, *probaverunt Heinsius et Bentleius* TANTVM *MPγbc* 836 RETVS *P* 837 adicient *prop. Wagnerus, cui de toto loco non liquet* OMNES *M*2*Pγ*2*b* 838 ſurgit *γ*1: *de M non satis constat* 841 vultum *Schraderus* (at deſiſtere) 842 CAELVM (V *corr. in* O) *P* 844 demittere *b* dimittere *γ* descendere *Goth. tert.* (*voluit* discindere) dimittere *Servius confirmat*

quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram
uno eodemque tulit partu paribusque revinxit
serpentum spiris ventosasque addidit alas.
hae Iovis ad solium saevique in limine regis
apparent acuuntque metum mortalibus aegris,
siquando letum horrificum morbosque deum rex
molitur meritas aut bello territat urbes.
harum unam celerem demisit ab aethere summo
Iuppiter inque omen Iuturnae occurrere iussit.
illa volat celerique ad terram turbine fertur.
non secus ac nervo per nubem inpulsa sagitta,
armatam saevi Parthus quam felle veneni,
Parthus sive Cydon, telum inmedicabile, torsit,
stridens et celeris incognita transilit umbras:
talis se sata Nocte tulit terrasque petivit.
postquam acies videt Iliacas atque agmina Turni,
alitis in parvae subitam conlecta figuram,
quae quondam in bustis aut culminibus desertis
nocte sedens serum canit importuna per umbras,
hanc versa in faciem Turni se pestis ob ora
fertque refertque sonans clupeumque everberat alis.
olli membra novos solvit formidine torpor,

---

TESTIMONIA. 849 sq. 'saevique . . . apparent' Servius Aen. XII 845 858 Servius Aen X 325 862—864 'alitis . . . sedens' Asper 115, 4 K. 862 Servius Aen. III 246 863 Sacerdos VI 503 K. 865 sq. 'Turni... refertque' Arusianus VII 496 K. 865 'Turni . . . ora' Servius Aen. I 233

---

VARIA LECTIO. 849 saevique ad limina $\chi$ saevoque in limine *m* 852 ac $\gamma$ 856 *An* nimbum? 859 celereſ *b* *Conicci* ec tenebris: *Servius Dan.* celeris *testatur* 'umbras . . . *male enim quidam* auras *legunt' Servius* 860 talem $\pi$ 862 SUBITAM *MR*$\gamma$2*c* SVBITO *P*$\gamma$1*b*, *Servius Dan.* III 246 CONLECTA *R* collecta *bc*, *Servius* coniecta (i *corr. in* l) $\gamma$ CONIECTO *P* CONUERSA *M*: *cf.* 623 864 SERIM (I *m. ant. corr. in* V) *P* UMBRA[S.] *M* umbram *m*, *Menag. pr.* 865 UERSA[M] *M* OB *Rb*, *testantur Arusianus et Servius Aen.* I 233 IN~~OB~~ (*ut vid.*) *M* AD *P*$\gamma$*c* in *Goth. tert.* 867 olli *b* Iolli (o *eras.*) $\gamma$ ILLI *MPRc* NOU~~O~~S[V] *M* ·NOVVS *R*$\gamma$*bc* NOVS[V] *P*

arrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.
at procul ut Dirae stridorem adgnovit et alas,
infelix crinis scindit Iuturna solutos,
unguibus ora soror foedans et pectora pugnis:
'quid nunc te tua, Turne, potest germana iuvare?
aut quid iam durae superat mihi? qua tibi lucem
arte morer? talin possum me opponere monstro?
iam iam linquo acies. ne me terrete timentem,
obscenae volucres: alarum verbera nosco
letalemque sonum, nec fallunt iussa superba
magnanimi Iovis. haec pro virginitate reponit?
quo vitam dedit aeternam? cur mortis ademptast
condicio? possem tantos finire dolores
nunc certe et misero fratri comes ire per umbras!
*inmortalis ego? aut quicquam mihi dulce meorum
te sine, frater, erit? o quae satis ima dehiscat
terra mihi manisque deam demittat ad imos!'*

---

TESTIMONIA. 875 sq. 'ne . . . volucres' Nonius 357, 5 875 'ne... timentem' Servius Aen. XII 761 876 'dirarum verbera n.' Acro Hor. carm. I 2, 1 878 'haec . . . reponit' Servius Aen. X 623 882 'inmortalis ego' Macrobius Sat. IV 4, 25 882 sq. 'aut... erit' Priscianus 993 P. 883 'te s.' anecd. Helv. p. 265

---

VARIA LECTIO. 868 = IV 280 869 AC *R* 870 SCINDITCRINIS *Rc* 871 = IV 673: *hic uncis inclusit Guelhlingius, fort. recte* 873 durae γ dirae *Goth. tert.* curae *coni. Thilo conl. ge.* III 286 durae *Servius confirmat* (at misere) ſuper ẽ *b* 874 POSSIM *R, haud male* 875 trementem *Oudart: cf.* 761 876 dirarum *Acro testatur* 879 EST *PRγc* 880 ut possem *mχ* POSSIM *M* 881 EI (I *corr. in* T) *M* per umbraſ (*eraso* ūbraſ *ut vid.*) γ (at ſup .....) sub umbras χ, *Medic. Pierii: cf.* IV 660 882 aut (t *corr. in* d) γ haud *cχ, Oblongus Pierii, Prisciani Bamb., Paris. R m.* 2 883 FRATRE *P* o *suprascr. b* QUAE *MRγ2b* q̄ *c* QVAM *Pγ*1 qua *Leid.* IMA *MR* IAM (A) *P* ſima (ſ *erasa*) γ alta *cm, 'praestantiores' Heinsii, Mediceus et Porcius Pierii, prob. Bentleius: cf.* IV 24 X 675 DEHISCET (A) *P* 884 MANIS (I *corr. in* E) *M* MANES *Pbc* DEMITTIT (A) *P* dimittat *c*1 AIMAS (D O) *M* *Videntur versus tres 882—884 in trium superiorum 879—881 vicem compositi esse a poeta*

tantum effata caput glauco contexit amictu
multa gemens et se fluvio dea condidit alto.
  Aeneas instat contra telumque coruscat
ingens arboreum et saevo sic pectore fatur:
'quae nunc deinde morast? aut quid iam, Turne, retractas?
non cursu, saevis certandum est comminus armis.
verte omnis tete in facies et contrahe quidquid
sive animis sive arte vales; opta ardua pinnis
astra sequi clausumve cava te condere terra.'
ille caput quassans 'non me tua fervida terrent
dicta, ferox: di me terrent et Iuppiter hostis.'
nec plura effatus saxum circumspicit ingens,
saxum anticum ingens, campo qui forte iacebat
limes agro positus, litem ut discerneret arvis.
vix illud lecti bis sex cervice subirent,
qualia nunc hominum producit corpora tellus:
ille manu raptum trepida torquebat in hostem
altior insurgens et cursu concitus heros.
set neque currentem se nec cognoscit euntem
tollentemve manu saxumve immane moventem;

---

TESTIMONIA. 887 'telum c.' de dub. nom. V 573 K. 888 'ingens a.' Servius ge. I 55 891 'verte . . . facies' schol. Veron. 97, 23 K. 896 sqq. cf. schol. Iuv. XV 65 K. 898 Isidorus orig. XVIII 15, 4 'limes a. p.' Servius ge. I 126 899 sq. Augustinus de civ. dei XV 9 900 schol. Bern. ge. I 497 903 sq. Isidorus orig. I 35, 15

---

VARIA LECTIO. 889 MORA$^{S}$SET (S *sub litura inc.*) *M* MORAEST *PRγbc* . 890 *post v.* 893 *videtur ponendus esse* 891 OMNES *Pbc* 892 pennis *bc* 893 QVE *MRγbc*, *defendit Wagnerus quaest. Verg.* XXXVI 10 895 DII *Pγbc* 896 ingens *offendit Wagnerum* 897 *om. Parrhas.* ANTIQVM *R* ANTIQUUM *Mγbc* qui *Goth. pr.*, *χ*, *testatur Servius* Q·$^{VOD}$ *M* QVOD *PRγbc* 898 agro] erat *Isidorus* A$^{V}$~~V~~RIS *P* arvi *χ* agri *Isidorus* 899 illud (d *in ras.*) *c* ILLUM *Mb*, *Augustini exempl.* levarent *Leid.* moverent *Goth. tert.* 903 eundem *Peerlkampus* 904 tollentemq$^{ve}$; *γ* TOLLENTEMQ· *Mc*, *Isidori exempl.* MANUS *MRγ1*, *fort. recte* manum *Moret. sec.* que *γc* IAMMANE *P* INMANE *Mc* MOVE$^{N}$~~BA~~T$^{EM}$ *P*

genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis.
tum lapis ipse viri, vacuum per inane volutus,
nec spatium evasit totum neque pertulit ictum.
ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
nocte quies, nequiquam avidos extendere cursus
velle videmur et in mediis conatibus aegri
succidimus (non lingua valet, non corpore notae
sufficiunt vires, nec vox aut verba secuntur):
sic Turno, quacumque viam virtute petivit,
successum dea dira negat. tum pectore sensus
vertuntur varii. Rutulos aspectat et urbem
cunctaturque metu letumque instare tremescit;
nec quo se eripiat, nec qua vi tendat in hostem,
nec currus usquam videt aurigamve sororem.
cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
sortitus fortunam oculis, et corpore toto
eminus intorquet. murali concita numquam
tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
dissultant crepitus. volat atri turbinis instar
exitium dirum hasta ferens orasque recludit
loricae et clipei extremos septemplicis orbes.
per medium stridens transit femur. incidit ictus

TESTIMONIA. 905 Sacerdos VI 546 K. 'genua l.' Servius in Don. IV 425 K. Sergius de pedibus IV 480 K. Cledonius V 30 K. Pompeius V 120. 121 K. Sacerdos VI 452 K. 907 Servius Aen. XII 901 916 de schem. lex. p. 58 H. 919 'telum coruscat' de dub. nom. V 573 K. 920 'sortitus f. o.' Priscianus 1188 schol. Veron. 82, 27 K.

VARIA LECTIO. 906 '*mire* viri *addidit*' *Servius Dan.* ruit *Gentius* 907 'nec spatium evasit: *hic distinguendum est, ut sit:* totum neque pertulit ictum' *Servius, et sic distinctum in M* totum evasit *Servii ad. v.* 901 φ (A) ne(c)que γ NEC *Rb*, *Servii Regin.* 908 VBE *P* 911 UΘLET *M* 912 SEQUUNTUR *M* ſequntur *b* 913 QVAM̶CVMQVE *P* 916 LETVM *P*, *schem. lex.* TELUM *MRγc*, *Ausonius cent. nupt.* 92 tremiſcit *cm* 917 QVOS(E) *P* quoſ ſe γ1 qua ſe γ2 NE *R* 918 CVRRVVS *R* QVE *Rγb* 919 *sqq. desunt in b* 919 cunctanti] cum tandem π 922 TANTO *P* 924 reclud& γ1 925 ORBIS *R* 926 Et medium *cm*

ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
consurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
mons circum, et vocem late nemora alta remittunt.
ille humilis supplex oculos, dextramque precantem
protendens 'equidem merui nec deprecor' inquit:
'utere sorte tua. miseri te siqua parentis
tangere cura potest, oro (fuit et tibi talis
Anchises genitor), Dauni miserere senectae
et me seu corpus spoliatum lumine mavis
redde meis. vicisti, et victum tendere palmas
Ausonii videre; tua est Lavinia coniunx:
ulterius ne tende odiis.' stetit acer in armis
Aeneas, volvens oculos, dextramque repressit;
et iam iamque magis cunctantem flectere sermo
coeperat, infelix umero cum apparuit alto
balteus et notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri, victum quem volnere Turnus

TESTIMONIA. 927 Atilius Fortunatianus VI 292 K. 'vergens . . . poplite' Isidorus diff. II 84 'duplicato p. T.' diff. voc. 10 p. 226 Endl. 931 'protendens e. m.' ult. syll. IV 251 K. 'equidem . . . inquit' Priscianus 1029. 1032 P. Agroecius VII 115 K. Beda de orthogr. VII 284 K. Albini orthogr. VII 306 K. Donatus ad Ter. Andr. III 5, 15 Emporius de eth. p. 563 H. Grillius p. 601 H. 'equidem . . . deprecor' Sacerdos VI 445 K. 932 'utere s. t.' Diomedes I 316 K. Arusianus VII 513 K. Lactantius div. inst. epit. 48 Servius Aen. II 554 932 sq. 'miseri . . . oro' Nonius 408, 16 933 sq. 'fuit . . . senectae' Rufinianus p. 41 H. 'fuit . . . genitor' Macrobius Sat. IV 6, 9 934 'Dauni m. s.' Macrobius Sat. IV 3, 5 schol. Hor. carm. I 22, 13 935 sq. 'sive meum corpus . . . meis' ult. syll. IV 235 K. 936 sq. 'vicisti . . . videre' Macrobius Sat. IV 2, 11 'victum . . . videre' Servius Aen. X 443 941 sq. 'infelix . . . balteus' Charisius I 77 K. 'umero . . . balteus' Nonius 194, 15

VARIA LECTIO. 927 vergens ad terram *Isidorus* incidit ad terram *Atilius Fortunatianus* pondere *Atilius Fortunatianus* 929 UOCEMLATEŦ *M* LATEVOCEM *R* 930 ſupplex...oculoſ *γ* SUPPLEXQ·OCULOS *Mc* 934 ANCHISES· GENITOR· *M* 'fuit et tibi talis Anchises: *hic distinguendum, ut duo dicat: et* habuisti patrem, *et* pater es' *Servius* 935 sive meum *de ult. syll.* et me seu *Servius* 936 VICTVME *P* 939—952 *deficit R* 941 UMEROS *M* ALTOS *M* ultro *Parrhas.* alto ingens *Charisii Neap., de qua scriptura vide quae Keilius disputavit: ceterum cf.* X 579 943 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UULNERE *Mγc*

straverat atque umeris inimicum insigne gerebat.
ille, oculis postquam saevi monimenta doloris
exuviasque hausit, furiis accensus et ira
terribilis 'tune hinc spoliis indute meorum
eripiare mihi? Pallas te hoc volnere, Pallas
immolat et poenam scelerato ex sanguine sumit'
hoc dicens ferrum adverso sub pectore condit
fervidus. ast illi solvontur frigore membra
vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

---

TESTIMONIA. 944 'atque ... gerebat' Arusianus VII 476 K. Servius Aen. XII 941 946 'furiis ... ira' Lactantius div. inst. V 10 947 sq. 'tune...mihi' Donatus ad Ter. Phorm. II 2, 9 Asper 112, 5 947 'tune ... meorum' Arusianus VII 479 K. 948 sq. cf. Claudianus de laud. Stilich. I 97 'Pallas te ... sumit' Priscianus 1180 P. 'te ... immolat — ex dogmate sumit' Augustinus contra Iulianum Pelag. III 32 952 comm. Bern. Lucani IX 568 U.

---

VARIA LECTIO. 945 MONUMENTA *Mc* 946 Exequiaſ *c* incenſuſ *c* 947 hic *Parrhas.* etiam *Arusianus* 948 VOLNERE (O *corr. in* V) *P* UULNERE *Mγc* 949 poenas inimico (B EC) ex sanguine *Prisciani exempl.: ut* XI 720 950 SUMPTORE *M* 951 SOLVONTVR (O *post. corr. in* V) *P* SOLUUNTUR *Mγc* 952 = XI 831

P̃· UERGILI MARONIS AENEIDOS || LĨB· XII EXP̃L· FELICITER *M* AENEIDOS LIB XII *P* PUBLII UIRGILII MARONIS ENEIDOꝝ LIBER XII EXPLICIT BMIN. *m. rec. γ* EXPLICIT VLTIMVS LIBER VIRGILII QVI EST AENEIDOR DVODECIMVS (*sequuntur versus Vergilii de nutrice sua quatuor et* 'versus Sibillę' *novem*) *c*

**Addenda et Corrigenda** pleraque, quae quasi manticam magis quam mantissam in tergo Vergilii mei non renati potius quam recocti et deminuti suspendo, MAXIMILIANI HOFFMANNI insuperabili debentur diligentiae. qui cum anno 1881 Florentiae **Medicei** codicis apographum Studemundo praeceptore dignum confecisset, commentatione scholastica Portensi a. 1889 edita et descriptionem accuratissimam et speciminis causa cum pulvisculo, ut aiunt, excussas bucolicon, georgicon, Aeneidos librorum I et VI lectiones exprompsit. unde in apparatum meum transtuli quae consilii fines in praefatione constitutos non viderentur excedere. nam ad recensenda poetae verba verum est non ita largam ex spicilegio quamvis copioso messem colligi. neque aut fieri per officinae rationes poterat aut opus esse videbatur, ut manuum, quas novem distinxit Hoffmannus, liturarumque vicissitudines religiose indicarem. denuo quidem perlustrato thesauro illo pauca, quae oculorum aciem vel mentem aliud agentem effugissent, in usum meum revocanda esse intellexi. Idem vero ille vir non subtilitate magis quam liberalitate insignis non tantum reliquos ad Aeneidos libros copias suas Mediceas mihi commodavit, sed etiam ex codice **Vaticano** *F*, quem non minore cura contulerat, item ex libris *APR* hic illic inspectis supplementa apparatus mihi obtulit. atque haec omnia (partim inter plagulas corrigendas, partim absoluto demum opere accepta) quamvis ad certius cognoscendam librorum illorum indolem non nullius sint pretii, tamen ad textum constituendum fateor ne uno quidem loco momenti instar attulisse. neque aut in adnotatione ipsa aut in his additamentis enotare quisquilias omnes sustinui, cum praesertim spes sit fore ut Hoffmannus ipse apographa sua publici iuris faciat. ego neque litterarum formam (e. c. U vel A in *M*) imitari volui nec liturarum manuumque diversarum imaginem reddere neque apertos librariorum errores aut scholasticas admonitiones repetere. unum autem tenendum, textum meum singulis locis eorum librorum auctoritate firmari, quorum differentiam in adnotatione exhibuerim nullam. **De Mediceo** igitur codice haec notanda sunt. ecl. VIII 91 MIHI *sine interp.* IX 66
NUNC
PUER· QUODNUNC *ge.* III 20 DECERNIT, *corr. in* DECERTET
A·
167 CERUICE, E *fin. corr. in* I IV 86 TANTU~ 121 UIRIDIS, I *postr. corr. in* E 199 NEXIB·, E *corr. ex* I 293 USQ· 550 EXIMIOS Aen. I 2 LAUINIAQ, Q *erasa* 3 ALTAO 81 RU-
~ U
DENE, *adscr. m.* 2 U 168 NARES, E *an* I *inc.* 224 IACENTES, E *post. an* I *inc.* 244 FRONTEM *ut vid., del.* R 338 URBIS *m.* 1 357 PATRIAE 358 UETERIS, I *corr. ex* E 375 AUSTRIS,
S
I *corr. in* E 411 GRADIENTIS, I *corr. in* E 469 AHESTI

471 UASTABATMULTA 472 ARDENTIS, I *corr. in* E 525 IGNIS, I *post. corr. in* E 527 PENATIS 543 ADSPIRATE, I *corr in* E 616 ATPLICAT, T *pr. corr. in* D II 49 TIMEO· 51 FERIT (T *del m.* 2) 81 AURIS (I *m.* 2 *corr. in* E) 114 *m.* 1 *fort. fuerat* SCITANTEM 123 QUAE *sine ras.* . 129 RUPIT 178 OMINANI (NAN *in ras.*) 202 ARA~ (S *m.* 2) 226 DIFFUGIUNT, *m.* 2 *corr.* DI *in* E 291 SPESS .. S (*erasis* S *tertia et quarta, ut fort.* SPES *repetitum fuerit*) 396 IMMIXTIS 401 EQUUM 418 *m.* 1 *additus ima pag. fuit, praeposita littera* B *ut v.* 417 A *et* 419 C, *tum tempore multo recentiori erasa omnia fere, totusque v.* 418 *denuo scriptus* 465 RUINA[M] (M *m.* 2) 480 POSTIS (I *corr. in* E) 524 ETFATA 561 UULNERE 562 EXIHALENTEM 683 LUMEN *sine corr.* 696 SILUAM *m.* 1, SILUA·M *corr.* 719 ATTRECTARE 731 AURIS *m.* 1, I *corr. in* E 741 ANIMUMQ· 750 OMNIS 755 *post* ANIMO *interp.* 763 HUNC 770 ITERUM ITERUMQ· *ut γα* 778 PROTARE, *suprascr. m.* 1 AS, *eras.* O, *add. fort. supra* PR 787 IOUAE (I *corr. in* D *m.* 2) 794 PARS 804 MONTIS (I *m.* 2 *corr. in* E) III 37 NISU 131 SITANDEM *corr. m.* 2 SETANDEM 180 PARENTIS, I *corr. in* E 202 UIA//////MEDIA: *erasum quid sit elici iam nequit* 209 PRIMA, *suprascr. m.* 2 A, *infra quae legitur* A *fort. ex corr. posita* 221 HERBAM· 226 GRANCORIB· *corr.* GL///ANCORIB · (L *m. al.*) 230 *punctum supra* M *suspectum, sed inter* S *et* A *a corr.* I *videtur suprascr. esse: cf.* clauſi *b2c2χ* 244 RELINQUIT *m.* 1 *corr. in* RELINQUIN 267 RUDENTIS, I *corr. in* E 303 *m.* 1 *fort.* MANIS 310 UERUM, S *erasa* 341 ETQUA 348 LACRINAS *erasa ut vid.* N 360 LUROS, O *m. rec. corr. ex* U 380 *interp. post* SCIRE 407 *m.* 1 OMNIA 408 SOCIOS 422 FLUCTUAT *m.* 1, *corr.* FLUCTU/// *erasa fort.* M 433 *interp. post* PRUDENTIA 531 iam] *m.* 1 TUM *ut vid.* 538 TONDENTIS, I *corr. in* E 621 AFEABILIS, E *corr. in* F 651 CLASSEM, M *m.* 2 665 FLUCTUS *corr. m.* 1 670 DEXTRUM *corr. m.* 2 685 LAETI, A *erasa* 686 RDARE (*suprascr.* CETUMEST) 684/6 *interp.* 684 *post* HELENI, 685 *post* UIAM, 686 CURSUS' 690 RELIGENS, I *corr. in* E IV 20 POS 34 MANES, N *corr. ex* R 123 TEGUNTUR *corr. m.* 1 132 MASSYLIIS 148 FRONTE 175 UIRES, E *corr. ex* I 182 OCULIS *post* SUBTER *interp.* 187 MAGNASET 257 AC, C *corr. vid. ex* T 262 ENSES *an* ENSIS *ambiguum* 273 *ima pag. minio add., sed erasus; item* 528 387 MANIS, I *m.* 1 *corr. in* E 482 ATTORQUET 498 IUBET, *eras.* UA 520 SIQUOD *sine corr.* 632 EST *add., sed m.* 1 662 SECUMNOSTRAE 692 RE-

PERTA~ *add. interpunctione, litterae* M *nota* (~) *m.* 2 *del.* 701 ADUERSOSOLE V 40 GAZZA *corr. m.* 1 180 PUPPE, *corr.* RUPPE 186 PRIORPRAEEUNTECARINA· *m.* 2 *add.* 235 ESTPELAGI 263 SACRIS *m.* 2 *corr. in* SAGRIS (A) 279 NIXANTEM (E TE) *corr. m.* 1, *nisi quod* E *supra* I *minio p., sed del.* 285 CHRESSA (U) 316 RELINQUIT, *m.* 1 *corr.* RELINQUN (U) 347 REDDANTUR, U *suprascr. m. ut vid.* 1, *non rec.* 357 OSTENTA . . BAT, *eras. vid.* TE 384 QUAE *ras. corr. in* QUI 407 ~~S~~ET, S *erasa* 426 *de signo, cuius haec fere forma* ⊦ (*ut* 709) *vide Hoffmanni progr. p.* XVIII 446 UIRES, E *corr. ex* I 451 *m.* 1 EN, *corr.* I~~N~~ (T) 503 DEUERBERAT, *sed prima* E *corr. in* I 573 TRINACRAE (I) 586 SPECULA, E *non satis certa* 609 CELEḂRANS 634 ĀM̄NIS 679 *m.* 1 MULTAE, *corr.* MUTTAE (A) 697 SEMIUSTA 725 *m.* 1 ILLACENATES, *corr.* ILIACINATE~~S~~ (S) 738 UALEṄ *add. supra* E *interp.* 786 TRAXISSE, *corr.* TRAXE~~SSE~~ 811 PERITURAE 814 QUAERIS, I *corr. ex* E 830 OMNIS, *item* 833 843 SUAFLAMINA *supra erasis litt.* 871 *m. eadem, sed in singulari pagina, quinionis ultima* VI 123 ~~A~~EMI 126 AUERNO<sup>EST·</sup>

*Praeterea moneo quae minio picta in M identidem teste Fogginio adnotavi* (*e. c. ad Aen.* II 765. 794 III 8. 152. 604. 627. 658. 686. IV 415. 682. V 142. 154. 565) *solere m.* 1 *vel* 2 *scripta, rubro colore postea demum inducta esse.* De Vaticano F notanda haec: ge. III 3 CARMINA *m.* 1 154 NAM *corr. vid. ex* CVM 167 CERUICE *m.* 1 178 ET 210 AMORES *m.* 1 291 PARNASIH *corr. m. ant.* 292 ~~E~~IRE 297 STIMULA *ut vid. m.* 1, M *corr. in* P *m. ant.* 308 HIC (N) *corr. m. ant.* 312 HIRQUI (C), *m. rec. factum* HIRCI 346 ~~S~~ACER *corr. m. ant.* IV 112 THUMUM *m.* 1 *vid. fuisse* 117 PRORA (M·) 169 FERUET *potius scriptum vid.* 482 INNEXAE, NE *vid. in ras. esse, eras. fort.* PLE Aen. I 246 PR.RVPTVM, *supra lacuna scr.* E, *m. rec.* OR 252 DIIVNGIMVR (S) *corr. m. ant.* 268 ILIVS *corr. m. ant.* RESTITIT *m.* 1, *corr. in* RESTETIT (S) 427 *rasuram nullam agnoscit Hoffm.* 436 FERUIT, I *corr. m. ant. in* E 444 MONSTRABAT, B *m. ant. corr. in* R 506 SAEPTAṀ 518 CUNCTINAM (S·) *et interp.* UENIANT 604 IUSTITIAEEST, *item* PR, *ut ipse mihi enotaveram* 664 NATȦE *corr. m. ant.* II 197 ~~C~~LARISEUS *corr. m. ant.* 275 ACHILL~~E~~I, *item* III 87 679 REPLERAT, R *post m. ant. corr. in* B III 28 LINQUUNTUR 111 CYBELI, I *m. ant. corr. in* E 115 C~~A~~NOSIA, *m. rec.* G~~A~~NOSIA (*insolentiorem prioris* A *formam* ∂ *male expressit typotheta*) 126 OLEARUM, E *m. ant. corr. ex* L 301 SOLLEMNES (E *fort. corr. esse ex* I *enotaveram*) 303 ANDROMACHE·Ṅ MANIS, I *corr. in* E 319 *interp. ut in M* 661 *adscripta, ut enotaveram, non supra scripta verba* de collo f. p. *reddere debebat typotheta* 665 FLUCTU~~R~~ *corr. m. ant.* 668 UERTIMUS,

*in* M *rasurae species* 672 OMNIS, I *corr. vid. in* E 676 COMPLENT *corr. m. ant.* 682 PRAECIPITIS, I *postr. m.* 1 *corr. in* E IV 7 DEMOVERAT, *rasurae species in* E *pr., ut* I *fieret* 19 POTUIS, UI *corr. ex* EN, *supr.* UI SUMCUMBERE (B *supr.*), M *pr. corr. in* B 31 DELECTA (CON *supr.*), E *pr. corr. in* I 39 SEDERIS, E *pr. m. ant. corr. ex* I 64 CONSPICIT *ut vid. m.* 1 65 MENTIS, I *corr. m. ant. in* E 73 LATERI, I *corr. m. ant. ex* E 290 PARENT, E *m. ant. corr. ex* A 302 THYIAS, I *erasa* 473 ULTRICES, E *m. ant. corr. ex* I 497 SUPERINPONANT *ut ipse enotaveram* 502 CONCEPIT, E *corr. m. ant. in* I 562 SPIRARE, I *corr. m. ant. ex* E 564 AESTUS· 566 TURBARE, E *corr. m. ant. in* I 567 FACIS, I *corr. m. ant. in* E 787 RELIQUIAS (L *supr.*) *corr. m. ant.* 797 HYBREM *corr. m. ant. in* ᵀHYBRIM 812 TIMORES *corr. ex* TIMORE~ *suspicatur* 813 ACCEDIT, I *corr. m. ant. in* E VI 47 UULTUS *ut ipse enotaveram* 247 *in mg. inf. additum, sed erasum esse ipse enotaveram* 255 LIMINA 256 SUP 262 ETFATA 398 QUAE *fort. in mg. adscr., sed erasum esse suspicatur* 407 tum] *olim* CUM *scriptum fuisse susp.* 415 INCOLUMIS, I *m. ant. corr. in* E 495 UIDET, E *m. ant. corr. ex* I 497 navis] N *tantum adgnoscit, labem, non* A *supra extare* 514 NECESSEST 624 OMNIS, I *corr. m. ant. in* E 663 ARTES, *ut ipse notaveram* 725 *typothetae culpa* E *suprascr. aberravit a suo loco:* LUNA[E·] 746 RELINQUIT Omnino in *F* conferendo satis fere habueram primam manum enotare, maxime mutatam in hoc libro saepissime et sine ratione I in E vel E in I mentione dignam raro habueram. Accedant codicum *A* (quod ipsum siglum in tabula bucolicis praemissa supplendum est) *PR* scripturae haece: ecl. IV 55 TERACIVS *ut vid. m.* 1, E *corr. m. rec. in* H, *P* 58—60 *in P m.* 2 *correctos esse adfirmat Hoffm.* ge. I 164 TRIBVLAEQ· *A* III 7 EBVNT *P* 16 IMMEDIO *P* IV 293 VTQVE *P*, *ut ipse enotaveram* Aen. I 690 *extare huic versui spatium in P testari volueram* III 714 *sqq. manum primam in P erasam esse monet Hoffm., sed ut reliquiae quaedam etiam agnosci possint: ita v.* 715 *m.* 1 *videri* ORIS, 717 CVRSVM *scriptum fuisse* V 46 COMPLETVR *R*, *ut ipse enotaveram* 56 DIVOM *P* DIVVM *R* 128 MERGIS *erasum vid. R* VI 265 *m. ant., antequam numeri supra scripti erant, sic in P corr. fuisse testatur Hoffm.:*

TACENTIA (SIL *supr.*) LATELOCA, *sed ipsam correcturam evanuisse sive deletam esse* 285 MOSTRA *m.* 1 *in P scriptum fuisse negat.*

Versuum, qui foliorum iactura in *P* perierint, numeri bis terve non ita, ut enotaveram, expressi sunt, quamquam facili paginarum computatione corriguntur. nam deficit *P* ab ecl. III 72 (non 71) usque ad IV 51, in Aen. XI a v. 645 ad 690 (non 692), in XII a v. 47 ad 92 (non 93). Typothetae errore deficere *R* narratur in georg. IV a v. 37 ad *81*: recte in proleg. p. 454 indicatur *180.*

Item codice *F* qui versus traditi sint docet tabula in proleg. p. 454 sqq. exposita: singulorum foliorum indices, qui quamvis in schedis meis diligenter enotati casu in adnotatione passim exciderunt, supplendi vel corrigendi sunt hice: extant igitur in singulis paginis georg. III 168—188. 189—208. 209—214. 322—327. 328—348 Aen. I 503—521 (non 522). VI 719—739. 740—755. VII 31—51. 52—58. Neque codicis *R* sub georg. III subscriptionem, quae casu omissa est, nimis desiderabis.

Restat ut unum in textu corrigam typothetae errorem: nam Aen. I 701 exprimi volebam *cererem* cum brevi initiali.

Denique centonum in hac editione rationem non habitam esse minime paenitet: nam neque ad corrigendum textum quidquam habent utilitatis neque memoriae antiquae notitiam ultra antiquiorum testium fidem augent. ceterum contulit illos cum librorum scripturis Carolus Schenkl in poetarum Christianorum minorum vol. I p. 688.

Iam igitur vale dico Maroni meo 'parcasque' oro Aproniani verbis, 'benigne, si qua minus vacuus praeteriit animus.'

Datum Lipsiae mense Maio exeunte.

# P. VERGILI MARONIS

# OPERA

APPARATV CRITICO IN ARTIVS CONTRACTO

ITERVM RECENSVIT

**OTTO RIBBECK.**

VOL. IV.

## APPENDIX VERGILIANA.

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCXCV.

# APPENDIX VERGILIANA

ITERUM RECENSVIT

OTTO RIBBECK.

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCCXCV.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

Absoluta genuini Vergilii recognitione ne eis quidem carminibus, quae partim certa testimoniorum fides, partim vetus superstitio eidem tribuit, iteratas curas meas deesse volui. nam in his potissimum artis ex parte immaturae reliquiis pessima fide traditis multa recentiorum hominum subtilitate vel a coniectandi periculis vindicata vel feliciore conatu emendata sunt, ut quem nunc propono textus admodum ab eo qui in proecdosi exhibebatur diversus evaserit. Culicem coniecturis sepultum ad novam quasi lucem excitavit Fridericus Leo, Catalepton potissimum versiculos haud paucos vel illustravit vel restituit Francisci Buecheleri ingenium et doctrina. accesserunt codices incogniti adhuc, Roberti Ellisii maxime studio excussi, inter quos unus saltem, Corfinianum dico, uni inprimis Culicis loco (v. 366) vere divinam attulit medelam: vide Cambridge Journal of Philology 1887 p. 153 sqq. et Classical Review VI 1892 p. 203 sqq. sed Aemilio Baehrenti, qui satis fere habuerit meas copias in usum suum convertere, vel nihil vel paucissima me debere confiteor. denique Diras et Lydiam huic appendici adiunxi, ne opellam meam olim in his carminibus positam praeclara sospitatorum noviciorum inventa nimia obruerent oblivione.

Ceterum Prolegomena appendicis repetere per condiciones huius editionis non licuit. itaque ne de libris quidem manuscriptis pleniorem notitiam hic requiras. aliorum diligentia si quid novi attulit, quod bonae frugis esset, grato animo collegi, collecta tamen non effudi, sed parca manu ad supplendam supellectilem criticam hic illic adhibui.

# Insunt haec:

# CULEX

## SIGLORUM TABULA.

*A* = Colbertinus I saec. X
*B* = Bembinus saec. IX
*C* = Cantabrigiensis saec. IX vel X
*Γ* = Corsinianus saec. XIV vel XV
*H* = Helmstadiensis saec. XV
*V* = Vossianus saec. XV
ς = unus vel alter codex deterior
*Ω* = librorum *ABCΓHV* consensus
*Ψ* = librorum eorundem praeter laudatos consensus
Rarius adhibiti
*E* = Colbertinus II saec. X
*G* = Parisinus saec. XIV
*O* = Harleianus saec. XIII
ε = Basileensis saec. XV
*α* et *α*[1] = Aldinae.

Lusimus, Octavi, gracili modulante Thalia
atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.
lusimus: haec pariter culicis sint carmina docta,
omnis et historiae per ludum consonet ordo
notitiaeque ducum voces, licet invidus adsit.
quisquis erit culpare iocos musamque paratus,
pondere vel culicis levior famaque feretur.
posterius graviore sono tibi musa loquetur
nostra, dabunt cum securos mihi tempora fructus,
ut tibi digna tuo poliantur carmina sensu.

Latonae magnique Iovis decus, aurea proles,
Phoebus erit nostri princeps et carminis auctor
et recinente lyra fautor, sive educat illum
Arna Chimaereo Xanthi perfusa liquore
seu decus Asteriae seu qua Parnasia rupes
hinc atque hinc patula praepandit cornua fronte

---

1 Thalia] camena *O* 3 pariter *scripsi* propter *Ω* propter culices *Leo, quasi genus culicum enarrandum esset* sunt *CV* dicta *HV* 4 ut *H* 5 que *om. V* notitiae, doctumque voces *Ellis* 6 eris *Γ*, *quod si verum est, v.* 7 fereris *scribendum.* feratur *Scaliger* 8 tibi *om. H* $^{\text{mea}}$ musaq. (*suprascr. m.* 2) *H* 9 nostra] Dicta *V*, *unde* docta *Baehrens* maturos *Heinsius* 10 digna tuo *Bembus* dignato *Ω* poliantur *ΓV* spoliantur *ABC* spolientur *H* 13 recanente *C* 14 Arna *Hauptius* Alma *Ω* liquore, *suprascr. m. rec.* l'colore *B* 15 nemus *Bembus* Asteriae *Bembus* asterie *Γ* astrieri *C* astrigeri *B* astig$^{\text{r}}$eri (r *suprascr. m. rec.*) *H* astrigeris *A* astrigerum *V*

Castaliaeque sonans liquido pede labitur unda.
quare, Pierii laticis decus, ite, sorores
naïdes, et celebrate deum ludente chorea;
et tu sancta Pales, ad quam † ventura recurrit
agrestum † bona fetura sit cura tenentis,
aërios nemorum cultus silvasque virentis,
te cultrice vagus saltus feror inter et antra.

Et tu, cui meritis oritur fiducia chartis,
Octavi venerande, meis adlabere coeptis,
sancte puer, tibi namque canit non pagina bellum
triste Iovis ponitque . . . . . . . . . .
Phlegra, Giganteo sparsa est quae sanguine tellus,
nec Centaureos Lapithas compellit in enses;
urit Erichthonias Oriens non ignibus arces,

---

17 que *om.* *C* liquida *Γ* liquide *H* plabitur *H* 18 latices, e *m. eadem corr. in* i, *m. rec. factum* latium *B* nemoris *V* 19 laudente *C* plaudente *Bembus* 20 palem *H* parens *V* adquē *C* bona turba *Heinsius* gens dura *Silligius* votiva *Schraderus* recurrunt *H*, *prob. Buechelerus* 21 bona secura (fetura *ΓV*) sit cura *ΓACV*, *item, nisi quod in* secura *litterae* s *pars inferior in litura est, B.* bona sors sit secura[que] sit cura *O* dona uobis sit cura *H* bona cura sequi sit cura *Bembus* tenentes *ABV* [re]tentum (re *m. rec.*) *H* tenentum *et* tenentem ς uoti secura, tuere tenentem *Baehrens* bona sors, cui rura serena, tenesque *Ellis* bona gens secure rura tenentum *Hauptius* 20 *sq.* secura recurrit Agrestum bona dicturus *coni. Leo* bona turba recurrit Agrestum secura sibi sua rura tenentes *olim ausus sum*: *nunc* veritura recurrit A. bona feturam sic cura tuentem *propono* 22 herbiferos saltus nemorum *G* aerios estus nemorum *O* uirentes *CHV* 23 tutrice *malit Scaliger*

antra *Heynius* astra *Ω* arua ς 24 cuius monitis *Baehrens* tu, cui fretis *ci. Leo* chartis *Γ* cartis *BV* castis *CH* castris ς canis *G* tantis $\alpha^1$ 27 *ante* 26 *in A*, *om.* *HV* ponitque *Ω* Rhoetique *coni. Gronovius* canit non pagina bellum *e v.* 26 *repet.* *Ψ*: *quibus hic servatis v.* 26 humilis conamine primo *olim supplevi,* sonant nunc carmina, quamquam *Baehrens. contra v.* 27 *supplementum hoc* in Olympo Pelion, hic non *proposuit Leo,* acies quibus horruit olim *Buechelerus* 28 quo *HV* 30 *post* 34 *traiecit Baehrens*

non perfossus Athos nec magno vincula ponto
iacta meo quaerent iam sera volumine famam,
non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Graecia cum timuit venientis undique Persas:
mollia sed tenui pede currere carmina, versu
viribus apta suis Phoebo duce ludere gaudet.
hoc tibi, sancte puer: memorabilis et tibi certet
gloria perpetuum lucens, mansura per aevum;
et tibi sede pia maneat locus, et tibi sospes
debita felicis memoretur vita per annos,
grata bonis lucens. sed nos ad coepta feramur.
Igneus aetherias iam sol penetrabat in arces
candidaque aurato quatiebat lumina curru,
crinibus et roseis tenebras Aurora fugarat:
propulit e stabulis ad pabula nota capellas
pastor et excelsi montis iuga summa petivit,
lucida qua patulos velabant gramina colles.
iam silvis dumisque vagae, iam vallibus abdunt
corpora, iamque omni celeres e parte vagantes
tondebant tenero viridantia gramina morsu.
scrupea desertas haerebant ad cava rupes,

---

31 non] Nec *G* 32 Iacta *A* Lecta *G* Laeta *BC* Leta *ΓB* (*corr.*) *HV* quaerunt ς iam sera] per tanta *G* uolumine *Bembus* uolumina *Ω* 34 uehementis *C* 35 molli *Hauptius* tenuis *Hauptius* pede carmina currere *V* decurrens (*vel* decurrere) carmina *Heinsius* decurrens carmine *Hauptius* percurrens carmina *Gronovius* pede currens carmina *Baehrens* uersum ς versus *Hauptius* 36 acta *G* meis *H* gaudent *G* 37 Hec V pater *C* memorabili *Γ* memorabile *H* memorabitur *G* venerabilis *Bembus* haec tibi sacra, puer *olim temptavi* haec tibi, sancte, fero *Baehrens* cernet *C* crescet *Silligius* certa est *Bothius* certest *Baehrens* 39 serum sede *Baehrens* 40 numeretur *Gronovius* remoretur *Baehrens* 42 aethneas *G* Oetaeas *Scaliger* penetrabat *H* penetrarat *Ψ* penetrat (ra *suprascr. m. rec.*) *B* 44 fugabat *Γ* 45 et (*i. e.* ec) estabulis *H* pascua ς lęta *B* leta *HV* 47 lucida, *rore nimirum,* ς (*cf.* 102) Lurida *Ψ* Humida ς florida *Iacobsius* uvida *Heinsius* herbida *Schraderus* rorida *Hauptius* 50 tondentur *Bembus, qui ante posuit v.* 51 51 desertis *AHV* desertae *Bembus* errabant *V*

pendula proiectis carpuntur et arbuta ramis
densaque virgultis avide labrusca petuntur.
haec suspensa rapit carpente cacumina morsu
vel salicis lentae vel quae nova nascitur alnus, 55
haec teneras fruticum sentes rimatur, at illa
imminet in rivi, praestantis imaginis, undam.
talibus in studiis baculo dum nixus apricas 98
pastor agit curas et dum non arte canora
compacta solitum modulatur harundine carmen: 100
tendit inevectus radios Hyperionis ardor
lucidaque aetherio ponit discrimina mundo.
qua iacit Oceanum flammas in utrumque rapaces. 103
O bona pastoris (siquis non pauperis usum 58
mente minus docta fastidiat et probet illis
somnia luxuriae spretis), incognita curis, 60
quae lacerant avidas inimico pectore mentes!

---

53 Nonius p. 211, 24 labrusca neutro. Vergilius in Culice: 'densaque' e. q. s.

---

perrepunt *Bembus* rupis *V* ripis *H* 52 raris, *in mg.* ramis *Γ* 53 petita est *H* petuntur *Nonius testatur* 55 Vel *G* Hec *HV* Haec *Ψ*, *sed litterae* H *non solita forma in B* 56 miratur *G* 57 intuici (*an* intuitu?) *Γ* et riui *H* inrigui *Scaliger* perstantis *Γ* prātis *V* praestanti *vel* properanti *Scaliger* properantis *Baehrens* marginis *Scaliger* undae *Scaliger* ulvae *Hauptius* *Versus* 98—103 *post* 57 *ponendos esse demonstravi mus. Rhen.* XVIII *p.* 102 *sq.: vulgatum ordinem libri tuentur, sed in B v.* 98 *non, ut solet in capitis initio fieri, utque v.* 104 *insignitus est amplioribus miniatisque litteris. praeterea v.* 98 *sq. ordine inverso in V. intercedunt autem inter v.* 57 *et* 104 *versus quadraginta, ut facilis coniectura sit post integrum folium sex illos a librario transpositos fuisse. summa licentia in toto hoc loco grassatus est Scaliger* 98 dulcibus *Escor.*

apricam *V* (apricans?) 99 pastor] letus *Escor.* 100 solitum *A* solidum *Ψ* 103 Qaia *m.* 1 *ut vid.,* Qua *m. rec. B*

oceanus *Γ* 59 minus *Heinsius* prius *Ω* illi ς 60 somnia *Hauptius* Omnia *Ω*, *defendit cum Leone Vahlenus ind. lect.* 1894, *p.* 15, *sed exemplis usus alienis* munera *Silligius* spretis ς sp̄tis *V* praetus *Γ* pretiis *Ψ* prauis *Escur.* 61 nimia cuppedine *Ellis*

si non Assyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera, si nitor auri
sub laqueare domus animum non angit avarum
picturaeque decus, lapidum nec fulgor in ulla
cognitus utilitate manet nec pocula gratum
Alconis referent Boethique toreuma, nec Indi
conchea baca maris pretio est: at pectore puro
saepe super tenero prosternit gramine corpus,
florida cum tellus, gemmantis picta per herbas,
vere notat dulci distincta coloribus arva;
atque illum calamo laetum recinente palustri
otiaque invidia degentem et fraude remota
pollentemque sibi viridi cum palmite lucens
Tmolia pampineo subter coma velat amictu.
illi sunt gratae rorantes lacte capellae
et nemus et fecunda Pales et vallibus intus
semper opaca novis manantia fontibus antra.
quis magis optato queat esse beatior aevo,
quam qui mente procul pura sensuque probando
non avidas adgnovit opes nec tristia bella
nec funesta timet validae certamina classis,
non, spoliis dum sancta deum fulgentibus ornet

---

62 fulgent *Schraderus* fervent *Ellis* lota *Γ*, *C suprascr.* 64 domus *GH* domos *Ψ* tangit *G* anget *Buechelerus* 65 nō *V* 66 manet *Ω*, *tuetur Buechelerus* movet *Schraderus* manus *vel* manum *Hauptius* grata *H* Graiam *vel* Grai *Hauptius* Graium *Heinsius* 67 Alconi *Γ* Alconem *G* referunt *G* boeti *ΓC* bocti *V* beti *H* coeti *B* Rhoeci *Lachmannus Lucr.* p. 136 68 at] a *ΓACH* 70 cum] nũc *V* 71 nouo *V* novat *Heinsius* dulci *H* dulcis *ΓABC* duris *G* dubiis *V*, *quod defendit Naekius Cat. p.* 50 ligonibus *G* 72 retinente *H m.* 1 *V* recanente *ABC* redimente *G* 73 *sq. inverso ordine G* 73 inuidie *V* Otia deducit degendo *G* et *GH, om. Ψ* ac *vulgo* 74 sui *Heinsius et Schraderus* ludens *ex membrana Pithoei Scaliger* bace *G* 75 Pmolea, *m. rec. factum* тmolia *H* Molea *C* Molia *m.* 1, Mollia *m.* 2 *A* Thentolia *V* 77 uenus ς fecunda] secuȝ *V* imis *H* 80 Et qui *H* procul cura ς procul dura *Silligius* potens pura *Heinsius* procul prava *conieceram* 81 agnoscit *V* inhiavit *Heinsius* 83 Nec *G* ornat *H*

templa vel evectus finem transcendat habendi,
advorsum saevis ultro caput hostibus offert?
illi falce deus colitur, non arte politus;
ille colit lucos, illi Panchaïa tura
floribus agrestes herbae variantibus adsunt;
illi dulcis adest requies et pura voluptas,
libera, simplicibus curis: huc imminet, omnis
derigit huc sensus, haec cura est subdita cordi,
quolibet ut requie victu contentus abundet
iucundoque liget languentia corpora somno.
o pecudes, o panes et o gratissima tempe
fontis hamadryadum, quarum non divite cultu
aemulus Ascraeo pastor sibi quisque poetae
securam placido traducit pectore vitam!
 Et iam compellente vagae pastore capellae
ima susurrantis repetebant ad vada lymphae,
quae subter viridem residebant caerula muscum;
iam medias operum partes evectus erat sol,
cum densas pastor pecudes cogebat in umbras.
at procul aspexit luco residere virenti,
Delia diva, tuo, quo quondam victa furore
venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agaue,

---

84 vel *Bembus* nec *Ψ*, *suprascr. manu fort. eadem B* euentus *C* transcendat *Bembus* transcendit *Ω* 85 Aduorsum *V* Aduersum *Ψ* 88 herbae *V* herbe *H* herbas *Γ* herbis *ABC* spirantibus *Baehrens* addunt *Γ*, *fort. recte: cf.* 137 adflant *Hauptius* *Sententia haec:* illi parata sunt P. tura, scil. agrestes h. floribus v. 89 uoluntas *H* 90 sollicitis *Schraderus* huic *V* eximit *G* 91 Derigit *Γ* Dirigit *Ψ* 92 Qualibet *H* requie *HV* requiem *Ψ*, *tuetur Buechelerus* uictu *ΓHV* uictus *BC* uictos *in litura A* et uictu *Escur.* 93 liget *V* licet *ΓAB* (*m.* 1) *C* locet *B* (*m. rec.*) *H* libet ς levet *Heinsius* 95 frondis *Heinsius* hortus *ci. Leo* fontibus, ac Dryades *Schraderus* fontis Hamadryasin *Silligius* fontibus Hydriadum *Ungerus* quarei *V* culte (*corr. m. rec.*) *B* 96 sibi *om. V* poete *H* poeta *Ψ* 97 traducit *HV* traducis *Ψ* 104 iam pallente uage fuerant p. c. *H* 105 lene *Schraderus* repedabant *C* repebant *Scaliger* reptabant *Heinsius* 109 at *scripsi* (haut *olim conieceram*) Vt *Ω*, *servat Leo* Et ε accessit *Barthius* adspiciens *coni. Gronovius* cliuo *A*

infandas scelerata manus ec caede cruenta:
quae gelidis bacchata iugis requievit in antro,
posterius poenam nati de morte datura.
hic etiam viridi ludentes panes in herba
et satyri dryadesque choros egere puellae
naïadum coetu. tantum non Orpheüs Hebrum
restantem tenuit ripis silvasque canendo,
quantum te, pernix, remorantur, diva, chorea
multa tuo laetae fundentes gaudia vultu,
ipsa loci natura domum resonante susurro
quis dabat et dulci fessas refovebat in umbra.
nam primum prona surgebant valle patentes
aëriae platanus, inter quas impia lotos,
impia, quae socios Ithaci maerentis abegit,
hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
at quibus insigni curru proiectus equorum
ambustus Phaëthon luctu mutaverat artus
Heliades, teneris implexae bracchia truncis,
candida fundebant tentis velamina ramis.

---

112 Infanda *B* ec *scripsi.* et *Ω* e *Bembus* 114 *ante* 112 *H* nati de morte *α* nati se // morte (*litura post* se) *B* natis est morte *C* (te *suprascr.*) natis ae morte *Γ* nati se morte *vel* natis e morte *Ψ* datura *α* futurum *ΓH* (*m.* 1) *V* futuram *Ψ* 116 Et satyriades chorosque egere puelle *V* dryadesque] et quicunque *A* 117 cetus *H* coetum *Γ* et coetus *Heynius* oridus *C in textu* orridus *A* horridus *ΓB mg. H* h . . . . . . . *B m.* 1, *quod* hortylus *fuisse suspicatur Zangemeisterus* non tantum Oeagrius *Ellis* 118 ripis *ΓB* rupit *C* riuis *AV* riuos *H* siluis *Γ* 119 Quantum *B* Quam tum *AV* Quam *ΓC* Quã *H* pernix, remorantur *Hauptius* pernix remorantem *V* pernigre morantem *ΓABC* p gira (pigra *suprascr. m. rec.*) morantem *H* pernix remoratae *α* pernice morantur *Ellis* 120 tuo *B m.* 1 *CHV* tuae *Ψ* late *CH* 121 domũ *m. rec. suprascr. H* doraum, *suprascr.* domum *Γ* 122 molli ϵ fessos *H* feras *Γ* antro ϵ 124 platanus *Γ* platane (us *suprascr. m. rec.*) *B* platanae *C* platani *AHV* 127 Et *H* insigni] ignipedum *Heinsius* prouectus ϛ 128 Ambustus *H* Ambusto *Γ* Ambustos *Ψ* mutauerit *V* artus *om. A* 129 implexae *Heinsius* amplexae *Ω* truncu *V* 130 pandebant

posterius cui Demophoon aeterna reliquit
perfidiam lamentandi mala, (perfide, inultis,
perfide Demophoon et nunc deflende puellis!)
quam comitabantur fatalia carmina quercus,
quercus ante datae Cereris quam semina vitae
(illas Triptolemi mutavit sulcus aristis).
hic magnum Argoae navi decus addita pinus
proceros decorat silvas hirsuta per artus:
appetit aëriis contingere motibus astra.
ilicis et nigrae species nec laeta cupressus
umbrosaeque manent fagus hederaeque ligantes
bracchia, fraternos plangat ne populus ictus,
ipsaeque excedunt ad summa cacumina lentae
pinguntque aureolos viridi pallore corymbos;
quis aderat veteris myrtus non nescia fati.
his suberat gelidis manans e fontibus unda, 148
quae levibus placidum rivis sonat acta liquorum.
at volucres patulis residentes dulcia ramis 146

---

*Schraderus* teneris *H* 131 qui *V* 132 perfidia ϵ lamenta, doli *Hauptius* male *Bothius* perfide *HV* perfida *ΓABC* perdita *Handius* prouida *Silligius* inultis *scripsi* multis *Ω* multum *Baehrens* Phyllis *Handius* 133 *om., in mg. m. rec. add. B* et] i *V* non *Bmg., Hauptius* deflende, *i. e. cum fletu memorande, Scaliger* defende *Ψ* defuncte *H* dicende *Leo. Si quid mutandum,* damnande *unice aptum videtur* puellas *V* puellam *Bmg.* 136 Illis *C* triptolemi (e *m. rec. corr. in* o) *B* triptolomi *ΓH* (*ut* neoptolomi *c Aen.* III 469: *cf. prol.* 437) aristas *Γ* 137 addita *Γ*, *ut Heinsius et Schraderus* adita *V* edita *Ψ* 138 Proceros *Heinsius* Proceras *Ψ* Proceratus *Γ* artes *H* 139 ac petit *Heinsius* motibus *Scaliger* montibus *Ω* 140 nec *Heinsius* et *Ω* leta *BHV* fleta *Ellis* Lethaea *Gifanius* 141 monent ς, *Silligius* ligantes *ΓHV* ligantis *Ψ* 142 frater uero non plagat nec p. ictum *Γ* plangent me, *corr. m.* 2 plangant ne *H* 143 Ipsa *Γ* excedunt *Ψ* accedunt *Γ*: (ascendunt?) escendunt *Heynius* lente *HV* 145 ascia *Γ* facti *H* 146—159 *sic turbati* 154. 148 *sq.* 146 *sq.* 150/3. 157. 155 *sq.* 159. 158 *in Escur.* 148 *sq. ante* 146 *Hauptius* 148 suberat ϵα superat *Ω* 149 acta *V* orta *Ψ* liquorum *Hauptius* liquorū̊ *C* liquorem *Ψ*

carmina per varios edunt resonantia cantus;
et quaqua geminas avium vox obstrepit aures,
hac querulae referunt voces quis nantia limo
corpora lympha fovet; sonitus alit aëris echo,
argutis et cuncta fremunt ardore cicadis.
at circa passim fusae cubuere capellae
excelsis supter dumis, quos leniter adflans
aura susurrantis poscit confundere venti.

Pastor, ut ad fontem densa requievit in umbra,
mitem concepit proiectus membra soporem,
anxius insidiis nullis, sed lentus in herbis
securo pressus somno mandaverat artus:
stratus humi dulcem capiebat corde quietem,
ni Fors incertos iussisset ducere casus.
nam solitum volvens ad tempus tractibus isdem
immanis vario maculatus corpore serpens,
mersus ut in limo magno subsideret aestu,
obvia vibranti carpens, gravis aëre, lingua
squamosos late torquebat motibus orbes:
mollibant herbae venientis ad omnia nisus.

---

150 quaqua *B, Barthius: cf. Ovidius metam.* VI 376 q̃q *V* q̃· q̃· *H* quamquam *Ψ* hinc illi *Escur.* 151 Ac *V* nec *H* hinc *Escur., Scaliger* querule *ΓHV* querulas *Escur., Scaliger* uoces referunt *V* 152 alit aeris echo *om. Γ* etheris *V* 153 tremunt *V* arbusta *Heinsius* stridore *ci. Ellis* 154 Et *H* Quem *Escur.* fuse passim *Escur.* passim (passum *Γ*) fessae *Ω* fusae *Schraderus coniecerat* 155 excelsis supter *Heynius* Excelsisque super *Ω, nisi quod* supra *habet Γ* quos ς, *Bembus* que *V* q̄ *H* quae *Ψ* leniter *Γ* leuiter *Ψ* 156 possit ς uentis *V* 160 pressus *Γ* pressos *Ψ* fessos *Nodellius obss. critt. p.* 38 mandauerit *H m.* 1 161 soporem *V* 162 Si *H* fortis inceptos iussisse *V* 163 isdem *Bembus* ide *ΓV* idae *B* idae *AC* hydre *H* 165 subsideret *Bembus* subsideris *Ω* 166 gravis a. l. *om. Γ* aera lingua *H* ore trilingui *Schraderus* linguae *Ellis* 167 squamosis *H* mōtibus *V* montibus *del. n. m. rec. B* montibus *A* 168 mollibant *conieci.* Tollebant *Ω* Pallebant *α* herbae *conieci.* arte *V* aurae (aure *Γ*) *Ψ* irae *Leo* uenientis, *in mg. m. rec.* l. uiuentis *B* nisus *scripsi.* uisus *Ω*

iam magis atque magis corpus revolubile volvens
attollit nitidis pectus fulgoribus, ecce
sublimi cervice caput, cui crista superne
edita, purpureo lucens maculatur amictu,
aspectuque micant flammarum lumina torvo.
metabat sese circum loca; cum videt ingens
adversum recubare ducem gregis, acrior instat
lumina diffundens intendere et obvia, torvos
saevius arripiens infringere, quod sua quisquam
ad vada venisset. naturae comparat arma.
ardet mente, furit stridoribus, intonat ore,
flexibus eversis torquetur corporis orbis,
manant sanguineae per tractus undique guttae.
spiritibus rumpit fauces. cui cuncta paranti
parvulus hunc prior umoris conterret alumnus
et mortem vitare monet per acumina: namque
qua diducta genas pandebant lumina gemmis,
hac senioris erat naturae pupula telo
tacta levi, cum prosiluit furibundus et illum

---

169 resolubile *Heinsius* 170 corpus *V* ecce *scripseram, item Leo* et se *Ω* et fert $\alpha^1$, *unde* ecfert *olim posui.* exit *Schraderus* 171 quoi *V* 172 miculatur *H m.* 1: *an* minitatur? *olim* iactatur *conieci.* cumulatur *Mächly* 173 micant ϵα, *Bembus* micat *Ω* flammantia ϵα lumina *A* lumine *Ψ* 174 Metebat *H m.* 1 metata est *Silligius* metatur *Hauptius* nictatur *olim conieci* sese] late *V* quom *V* anguis *H* 176 torvus *Silligius* tornus *H* toruo *Ψ* 177 saevius *Bothius et Silligius* Saepius *Ω* infrendere ς 178 computat *Γ* 179 insonat *Schraderus* 180 et uersis *H* euexis *Γ* torquentur ς corpora in *Heinsius* orbes *Γ* 181 per tractim *Γ* 182 Spiritus ς, *Heinsius* erumpit *Heinsius* quo *Ascensiana* parante *Scaliger* 183 huic *H* propior *H* continet *Γ* conterit *C* contētet *V* tenet *H* alumnis *C* 184 uitam remouet *Γ* 185 genae *Bothius* pandebat *m.* 2, pandebit *m.* 1 *H* gemmas *Γ* gemmans *Schraderus* 'culex provolavit atque inter duo tempora aculeum fixit pastori' *Donatus in vita Verg. p.* 58 *R.* 186 Hoc *H* senioris *CV* seuioris *H* se moris, *in mg. m. rec.* l' senioris *B* semoris *ΓA* nature *H* ne *V* natura *Γ* mature *Bothius* pabula *C* palpebra *Baehrens* 187 tacta *Schraderus* Iacta *ΓABC*

obtritum Morti misit: cui dissitus omnis
spiritus excessit sensus. tum torva tenentem
lumina respexit serpentem comminus; inde 190
impiger, exanimus, vix compos mente refugit,
nescius aspiciens (timor occaecaverat artus). 199
set quod erat tardus somni languore remoto 198
hoc minus implicuit dira formidine mentem, 200
et validum dextra detraxit ab arbore truncum 192
(quam casus sociarit opem numenne deorum
prodere sit dubium, valuit sed vincere talis
horrida squamosi volventia membra draconis) 195
atque reluctantis crebris foedeque petentis
ictibus ossa ferit, cingunt qua tempora cristae.
quem postquam vidit caesum languescere, sedit. 201
  Iam quatit et biiugis oriens Erebois equos Nox
et piger aurata procedit Vesper ab Oeta,
cum grege compulso pastor duplicantibus umbris
vadit et in fessos requiem dare comparat artus. 205
cuius ut intravit levior per corpora somnus

---

Icta *HV*   quom *V*   188 quoi *V* cum *H*   189 sensum *H* sensim *V* membris *Heynius*   cū *CH* dum *Γ*   190 Lumine *H m.* 1   cominus *HV* quominuſ *Γ*   unde *Γ*   191 exanimis *V* exanimi *Γ*   resurgit *HV*   199. 198. 200. 192—197. 201 *hoc ordine restitui: vulgatum libri tuentur*   199 nec prius *Silligius* nec secus *Ellis*   excecauerat *V*   198 set *scripsi* et *Ω* quo *Baehrens, fort. recte*   utque erat haud tardus *Heinsius* et quod erat virtus, omni *Leo*   somni $\alpha^1$ omni *Ω*   200 Hoc, *suprascr. m. rec.* non *H* Oc *Γ*   inpleuit *V*   192 ualida *V* detraxit ab arbore truncum *Γ* truncum detraxit ab ore (orno $\alpha^1$) *Ψ*

193 quam *Schraderus* Q' *V* Qui *Ψ* cui *Scaliger*   sociarit $\alpha^1$ *Bembus* sociaret *Ω*   ne *V* ue *Ψ*   194 sic *H*   ualuit *Hauptius* uoluit *Ω*   talis *Silligius* tali *V* tales *Ψ* callens *H*   196 crebro *H*   197 cristae *E* cristam *Ω*   201 sedit] cepit *H* 202 cepit, *m.* 2 *suprascr.* quatit *H*   biiuges *H*   erebois *Γ*, *Silligius* ereboeis *ABC* erebo cis *H* creb° cis (*suprascr. m. eadem*) *V* Erebeis *Hauptius*   et quo non *Γ*   203 aurato *V*   ora *H* 204 Quom *V* Cum, *suprascr.* t et *C* Tum *H*   undis *Γ*   205 in requiem fessos ς   corporat, *suprascr.* t comparat *C*   206 Quoius *V*

languidaque effuso requierunt membra sopore,
effigies ad eum culicis devenit et illi
tristis ab eventu cecinit convicia mortis.
'quis' inquit 'meritis ad quae delatus acerbas
cogor adire vices! tua dum mihi carior ipsa
vita fuit vita, rapior per inania ventis.
tu lentus refoves iucunda membra quiete,
ereptus taetris e cladibus; at mea manes
viscera Lethaeas cogunt transnare per undas:
praeda Charonis agor. video ut flagrantia taedis
limina conlucent infestis omnia templis.
obvia Tisiphone, serpentibus undique compta,
et flammas et saeva quatit mihi verbera. pone
Cerberus: en diris flagrant latratibus ora,
anguibus hinc atque hinc horrent cui colla reflexis
sanguineique micant ardorem luminis orbes.
heu, quid ab officio digressa est gratia, cum te
restitui superis leti iam limine ab ipso?
praemia sunt pietatis ubi, pietatis honores?
in vanas abiere vices. et rure recessit

---

207 requiem dare m. soporem *Γ* (*cf.* 205) 208 aduenit *H* 210 quis inquit *Heynius* Quid inquit *Γ* inquit quis *H*,
tu
*prob. Naekius Cat. p.* 111 inquit quid *Ψ* meritis *C* en quid ait meritus *Heinsius* adq (*h. e.* ad quae) *V* ad quem *Γ* atque *Ψ* aut quo *Heinsius* dilatus *BC* delectus *H* acerbis *H* 211 dum mihi $\alpha^1$ dum me *Ψ* me dum *H* 212 uectus *H* Averni *Heinsius* 215 tranare *H* 216 caronis *V* video ut *scripsi* uidi et *Γ* uidi ut *Ψ* viden ut *Bembus* 217 *om. V* Limina *A* Lumina *Ψ* colucent *Γ* cum lucent *Ψ* infernis *Domitius Calderinus* moenia *Ellis* 219 pone *Hauptius, cui* pone est *praeivit Peerlkampus ad Hor. carm.* III 11 *p.* 224 poene *B* pene *HV* poenae *Ψ* 220 en *scripsi* et *Ω* flagrat *H* flagrans *Scaliger* latrantia rictibus *Hauptius* 221 horrent cui *H* arent cui (quoi *V*) *Ψ* 222 Sanguinei (*Γ*?) *CHV* Sanguinea *AB* Sanguineum ε ardore micant iam *H* arbos, *in mg. m. rec.* l' orbes *B* 223 quom *V* 224 loetium *Γ* lumine, *corr. m. ant.* limine *B* 226 et] ex *Ellis* rure εα iure *Ψ* uita *V* victa *Baehrens*

Iustitia et prior illa Fides. instantia vidi
alterius, sine respectu mea fata relinquens
ad pariles agor eventus: fit poena merenti.
poena sit exitium, modo sit dum grata voluntas,
existat par officium. feror avia carpens,
avia Cimmerios inter distantia lucos,
quem circa tristes densentur in omnia poenae.
nam vinctus sedet immanis serpentibus Otos,
devinctum maestus procul aspiciens Ephialten,
conati quondam cum sint inscendere mundum;
et Tityos, Latona, tuas memor anxius iras
(inplacabilis ira nimis!) iacet alitis esca.
terreor, a, tantis insistere terreor umbris!
ad Stygias revocatus aquas vix ultimus amni
extat nectareas divum qui prodidit escas,
gutturis arenti revolutus inania sensu.
quid, saxum procul advorso qui monte revolvit,
contempsisse dolor quem numina vincit acerbans,

---

227 Iustitia et *Schraderus* Iustitie *V* Iusticie *ΓH* Iustitiae *Ψ* vici *Heinsius* fudi *Baehrens* 228 facta *H* 229 sit *Γ* 230 sit *Γ* fit *Ψ* modo sit] m^o^ fit *V* modo sit *H* dum] tua *Hertzbergius* 231 aui (*corr. m. rec.*) *B* Aui *Γ* 232 Quia *H. m.* 1 cymmerios *AB* cumc̄ios *V* cum merios (*suprascr.* chi *m. rec.*) *H* infra *coni. Leo* ducentia *Wakefieldus* 233 tristes circa *V*, *fort. recte* densantur *H* obvia *conieci.* agmina *Iacobsius* ostia *Ellis* ponę *B* pene *H* pena *Γ* 234 uinctus *B* uictus *Ψ* etos, *corr. m.* 2 otos *H* othon *Γ* othos *Ψ* 235 Deuinctum *A* Deuinctus *Ψ* ephialtem *CHV* 236 quom sint quondam *V* inscendere *B* incendere *CH* rescindere *V* escendere *Heinsius* celum *V*: *cf. ge.* I 280 *Aen.* VI 583 237 tue *V* ire *V* *Accusativi ab* anxius *voce pendent* 238 latet *H* 239 a] et (ei?) *H* 240 enni *V* annus *Γ* 241 Extat *Heinsius* Restat *Ω* 242 inania *scripsi, ut pro adverbio sit.* in omnia (ōia *V*) *Ω* 243 Quid εα Qui *Ω* aduorso *V* aduerso *H* auerso *Ψ* qui] de *V* 244 dolet *V* labor *Heinsius* numine *V* uicit *V* acerbans *Ellis* acerbās *V* acerbas *A* acerbas (u *suprascr.*, *corr. m. rec.*) *B* acerbam *Γ* acerba *C* acerbus *H*

otia quaerentem frustra sibi? ite, puellae,
ite, quibus taedas accendit tristis Erinys
sicut Hymen praefata: dedit conubia mortis.
atque alias alio densas super agmine turmas!
impietate fera vecordem Colchida matrem,
anxia sollicitis meditantem volnera natis!
iam Pandionias miseranda prole puellas,
quarum vox Ityn edit Ityn, quo Bistonius rex
orbus epops maeret volucres evectus in auras!
at discordantes Cadmeo semine fratres
iam truculenta ferunt infestaque lumina corpus
alter in alterius; iamque aversatus uterque,
impia germani manat quod sanguine dextra.
eheu mutandus numquam labor! auferor ultra
in diversa, magis distantia nomina cerno:
Elysiam tranandus agor delatus ad undam.

---

245 querentes *H* sibi? ite *Heinsius* siblite, *in mg. m. rec.* l' sublite *B* siblite *AC* sublite *ΓH* ceu uite *V* vos ite *Bembus* cervice *Baehrens* simul ite *Vossius* sinite, ite *Leo* frustratibus? ite p. *Ellis* 246 ite] In *V* et tedas *V* accendens *Hauptius*
247 sicut] saevus *Schraderus* pro fata *Hauptius* praesaga *Heynius* *Hic distinxi quae vulgo continuantur* 248 densat *Bembus* densant *Ellis* supero *Hauptius* sequor *Birtius* agmina *H m.* 1 turbas *V* *Versum, e. c.* atque alias scelerum facies, iam cernere cogor, *excidisse putat Leo: exclamandi signis defungor*
249 uecordem *V* ui cordam *B m.* 1 *ut vid.* tucordam *ΓABC* tum quond' *H* colchida *H* conchida *BC* colchita *V* conduda *Γ*
250 Ansia *H* 251 Iamq · *H* miseranda *Γ* miserandas *Ψ*
252 Quare *V* vox Ityn edit Ityn *Silligius* uox it in ed ytyn *B* uoxit (uexit *C*) ineditynt *ΓC* uox sit in edyntyn *A* uox sit in itim *H* uox iterat itim *V* vox iterabat Ityn *Schraderus* quo *V* quod *Ψ*
254 Ad *ΓBCV* sanguine, *suprascr.* ł semine *C* sermone *Γ*
255 infectaque *AH* 256 que *om.* *ΓH* aduersatus *ΓHV* auersatur ς 257 germania *H* 258 Heu heu *V* Heu *ΓH* ramquam *Γ* aufero *Γ* 259 *post* diversa *distinxit Heynius: fortasse post* ultra *distinguendum, tum* iam diversa *e. q. s. continuanda* nomina *ΓAV* numina *Ψ* 260 Eridanus *Schraderus* tranandum *H m.* 1, *corr. m. rec. an* transflandus? Elysium tranamus *Ellis* dilatus *B*

obvia Persephone comites heroidas urguet
adversas praeferre faces. Alcestis ab omni
inviolata vacat cura, quod saeva mariti
in Chalcodoniis Admeti tura morata est.
ecce, Ithaci coniunx semper decus Icariotis,
femineum concepta decus, manet et procul illa
turba ferox iuvenum telis confixa procorum.
quid misera Eurydice tanto maerore recessit?
poenaque respectus et nunc manet Orpheos in te?
audax ille quidem, qui mitem Cerberon umquam
credidit aut ulli Ditis placabile numen,
nec timuit Phlegethonta furens ardentibus undis,
nec maesta obtenta Ditis ferrugine regna
defossasque domos ac Tartara nocte cruenta
obsita nec faciles Ditis sine iudice sedes,
iudice, qui vitae post mortem vindicat acta:

261 per sophone *BC mg.* heroida (heroia *Γ*) surget *ΓAC* herodia surgunt *H* 262 preferre *Γ* perferre *Ψ* uaces *B* vices *prop. Heinsius* acies *Schraderus* 263 vacat] manet *Ellis* q̃ *i. e.* quae *H* 264 Chalcodoniis *Dorvillius: cf. Apollonii Rhod.* I 49 chalcedoniis *ABC* calcedonis *Γ* calcedoneis *V* calchedoniis *H* admaeti *B* adameti *Γ* tura, *i. e. funera scripsi* cura *Ω* iura *dubitanter Leo* fata *Bembus* morata est, *suprascr.* at negata *C* 265 sempe *m.* 1, *corr. m. rec. B* simplex *Kochius* Icariotis $\alpha^1$, *Bembus* ichariotis *V* iharotis *AB* iarotis, *in mg.* ł harentis *C* in artis *Γ* enitet oris *H: cf. Aen.* IV 150 266 concoepta *C* conspecta *Birtius* consaepta *Baehrens* incorrupta *Bembus* concepta *nimirum a matre ut decus feminarum futurum* secus *Ellis* illa *V* illam *Ψ* 268 Qui *ΓC* Quin *A* erudice *H* tantum *Ellis* recesti *Barthius adv.* XXI 20 269 Pene *V* que] ne *Schenkelius* conspectus *H* Orpheos *scripsi* orpheus *Ω*: *pro vocativo habet Leo, qui v.* 270 *refutatur* nunc in te manet, Orpheu *Scaliger* 270 $^{in}$mitem (*suprascr. m.* 2) *H* cerberon unquam *V* cerbero numquam *Γ* cerbera numquam *Ψ* 271 aut *ΓH* haut *A* haud *BCV* illi *H* illum *V* 272 furentem *Bembus* 273 mestu *V* obtenta *HV* obtentu *Ψ* 274 Defossas *V* ~~Nec~~$^{de}$fossas (*corr. m. rec.*) *B* Necfossas *ΓC* Nefossas *A* Nec fessas *H* depressas *Iacobsius* ecfossas *Ellis* 275 facilem *Γ* Dictaeo *Scaliger* (*cf. Aen.* VI 431) uindice *H* 276 Iudice, *m. rec. factum* Vindice *H* uitem *Γ* uindicet *H* iudicat *V* actam *Γ*

sed Fortuna valens audacem fecerat ante.
iam rapidi steterant amnes et turba ferarum
blanda voce sequax regionem insederat Orphei;
iamque imam viridi radicem moverat alte
quercus humo . . . . . silvaeque sonorae
sponte sua cantus rapiebant cortice avara.
labentis biiuges etiam per sidera Lunae
pressit equos, et tu currentis, menstrua virgo,
auditura lyram tenuisti Nocte relicta.
haec‿eadem potuit Ditis te vincere coniunx
Eurydicenque viro ducendam reddere: non fas,
non erat in vitam dirae exorabile Mortis.
illa quidem, nimium manes experta severos,
praeceptum signabat iter nec rettulit intus
lumina nec divae corrupit munera lingua;
sed tu crudelis, crudelis tu magis, Orpheu,
(peccatum meminisse tuom grave sede piorum) 295
oscula cara petens rupisti iussa deorum: 293

---

277 favens *Heinsius* 278 omnes *ΓAB V* 279 Blande *H* insederat *H* insiderat *Ψ* in sidera *Γ* Hebri *Baehrens* 280 uiri *AH* radiis *V* uiridis *ς* euridicem *H* 281 humo steterant amnes *Ψ cf.* 278. humo steterantque amnes *A* humo steterant omnis *H* sequiturque comes *Heinsius* steteratque comes *Hertzbergius* pinusque simul *Leo* sonor̄ *V* sonoros *Heinsius* 282 rapiebat *ΓH* amara *H*

283 Labentis *Γ* Labentes *Ψ* etiam biiuges *V* lunae *A* lune *ΓHV* luna *Ψ* Phoebus *conieceram* carmen *Schenkelius* 284 currentes *V* cupientis *Leo* 285 tenuisti menstrua uirgo [nocte relicta] (*corr. m.* 2) *H* tenuit statione relicta *del.* 284 *Kochius* 287 viro *Heinsius* ultro *Ω* 288 inuitam *Ψ* inuicta *H* invitae *Ladevicus* invictae *Hauptius* ire viam *Ellis* dire *V* diuae *Ψ* durae *Ellis* ius *Baehrens* invita diva *Silligius* Mortis] numen *Bembus* 289 experte *B* securos *H* 290 Prereptum *H* 291 corrumpit munere linguam *H* 292 crudelis *semel AV* orpheus *Γ*

295. 293 *sq. sic ordinavi: vulgatum ordinem libri tuentur, vindicare studuit Leo* 295 tuom grave *scripsi* tuo graue *A* tuos graue *CH* graues tuos (graue uos *mg. m. rec.*) *B* graues uos *V* gravest: nos *Baehrens* grave: at vos *Scaliger* at nos, grave *Silligius* 293 iura deorum *C*

dignus amor venia, gratum si Tartara nossent.
has manet heroum contra manus. hic et uterque
Aeacides (Peleus namque et Telamonia virtus
per secura patris laetantur numina, quorum
conubis Venus et Virtus iniunxit honorem:
hunc rapuit †ferit ast, illum Nereis amavit).
adsidet hac iuvenis, sociatae gloria sortis,
acer in excessum, referens a navibus ignis
Argolicis Phrygios torva feritate repulsos.
o quis non referat talis divortia belli,
quae Troiae videre viri videreque Grai,
Teucria cum magno manaret sanguine tellus
et Simois Xanthique liquor, Sigeaque praeter
litora cum Troas saevi ducis Hectoris ira
funderet in classes inimica mente Pelasgas
vulnera tela neces ignis inferre paratos?

---

294 gratum] veniam *Baehrens* noscent *ΓH* nosset *V* 294 *sq.* gratum, si T. nossent, peccatum: meminisse gravest. vos s. p. *Leo* 296 has *scripsi.* Hos *Thuan.* Vas *H m.* 1 Vos *Ψ* nos *Silligius* 298 lumina *H* 299 conubis *Hauptius* conubiis *vel* connubiis *Ω* coniunxit *C* 300 ferit ast *Ψ* illum ferit ast *Γ* feritas *V* ferrum ast *H* serva, ast *Bembus* Periboea *Schraderus* praeda, ast *prop. Leo* rapit Hesiona, ast *Ellis* *Non satisfaciunt* peritura, illum *vel* trepida, ast illum: *certe de periculo Hesionae cogitandum* 301 ha *V* hec *H* huic *Ellis* iuvenum *Heynius* sociatae *Ascensiana* sociat de *ΓABC* societate *V* sociat quem *H* sociat te ς sociat quos *Hertzbergius* fortis *H* 302 acer *Bembus* Alte *Γ* Alter *Ψ* in excessum *edd. vett.* inexcissum *m.* 1 *B* inexcussum *A, B corr.* inexcisum *ΓC* in excelsum *V* in excidium *H* inaccessum *Ellis* ignes *H* 303 torua ς turba, *in mg. m. rec.* l' torta *B* turba *Ψ* feritare *V* ferit arte *Γ* fremitante *H* trepidante *Ellis* refulsos *ΓA* refusa *V* 304 quisnam *H* talis *B corr., HV* tali *Ψ* belli *HV* bellis *ΓBC* belis *A* 305 Quo *H* Troes *Heinsius: cf. Naekius Cat. p.* 313 grai *ΓC* graii *Ψ* 306 quom *V* multo *Schraderus* 307 propter *Heinsius* 308 quom *V* ducis *ΓAV* duos, *in mg. m. rec.* l' uos *B* duos *CH* 309 funderet *scripsi* Videre *ΓB* (*corr.*) *V* Vidi *AB m.* 1 *C* Vidit et *H* truderet *Baehrens* vi daret *prop. Leo* inimico marte *Baehrens* 310 neces ignes *B corr., HV* ne te signis *C* ne te signes *Γ* nece

ipsa iugis namque Ida potens feritatis, ab ipsa
Ida faces altrix cupidis praebebat alumnis,
omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora
classibus ambustis flamma lacrimante daretur.
hinc erat oppositus contra Telamonius heros
obiectoque dabat clipeo certamina, et illinc
Hector erat, Troiae summum decus, acer uterque,
† fulminibus veluti fragor est a turbine nise
† tegminibus telisque super . . . . .
eriperet reditus, alter Vulcania ferro
vulnera protectus depellere navibus instat.
hos erat Aeacides vultu laetatus honores,
Dardaniaeque alter fuso quod sanguine campis
Hectoreo victor lustravit corpore Troiam.
rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat et huius

---

signas *A* nete signas *B m.* 1 paratas *V* parentes *H* 311 Ipsas *Γ* iugis *Bembus* uagis *Ψ* uagit *Γ* natis *H* sudis *Ellis* patens *BC* parens *Ellis* feritatis ab *ΓV* feritatis et *Ψ* frondentibus *Heinsius* viridantibus *Baehrens* potens feritatis *coniungenda* 312 Ida *ΓV* Datque *H* Daque *Ψ* cupidis *ΓH m.* 2 cupidus *Ψ* cupide *V* cupidas (*sc.* feritatis) *Leo* alumnus *BC* 313 Omnes *H* in *om. V* hora *HV* 314 flagrante *Hauptius* lacerante *Silligius* darentur *H* 315 oppositus *V* conto *Schraderus* 316 Obiecta *Γ* 318 Fulminibus *AH* Fluminibus *Ψ* ẽatbinẽ nise *V* et libet in se *Γ* et tedibus inse *H* edibus (aedibus) in se *ABC* editus ingens *Scaliger* atro et t. nisus (*vel* est ac t. missus) *olim conieci* est e turbine nisis *Ellis* flaminibus...mixtis *Baehrens* fluminibus...missae *suppleto versiculo* de scopulo molis; flammas iaculabat ut illis *Leo* 319 *om. V* ignibus hic *Bembus* hic manibus *Ellis* taedisque *Heinsius* asper *Hauptius* furens *Heynius*. *versus sic cluditur:* sigeaque praeter *Ω*: *cf.* 307 si classibus Argos *Bembus* tegminibus telisque superne arcentibus Hector *Leo* 322 hos *Hauptius* Hoc *Ψ* Hinc *V* hic *Scaliger* erat] sedet *conieci* pater *Baehrens* vultu] vultus *Scaliger* alter *Bembus* elatus *Scaliger* honore *εα* 323 fusci *C* suo *H* quo *V* campus, *m.* 2 campos *H* alter Dardanio fusis quod s. campis *Bembus* 324 Hectoreo *εα*, *Bembus* Hectore *C* Hector *HV* Hectora *Ψ* victor lustravit *Bembus* uictor lustrarit *εα* lustrauit uictor de *Ψ* lustrauit deuicto *H* 325 hinc *C* huic *V* quod letat (lętat *C*) et *AC* quod letat *B*

firma dolis Ithaci virtus quod concidit icta.
huic gerit aversos proles Laertia vultus
et iam Strymonii Rhesi victorque Dolonis,
Pallade iam laetatur ovans, rursusque tremescit:
iam Ciconas iamque horret atrox Laestrygonas ipse.
illum Scylla rapax canibus succincta Molossis
Aetnaeusque Cyclops, illum Zanclaea Charybdis
pallentesque lacus et squalida Tartara terrent.
hic et Tantaleae generamen prolis Atrides
adsidet, Argivum lumen, quo flamma regente
Doris Erichthonias prostravit funditus arces.
reddidit heu Graius poenas tibi, Troia, ruenti,
Hellespontiacis obiturus reddidit undis.
illa vices hominum testata est copia quondam,
ne quisquam propriae fortunae munere dives
iret inevectus caelum super: omne propinquo
frangitur invidiae telo decus. ibat in altum

---

quod letat' *Γ* delectat et *H* pars destinat *V* hunc *H* illi *V* 326 firma *Leo* Arma *Ω* alma *α*, *Bembus* alta *Scaliger* quod] quoq· *H* qq *V* cecidit *V* incidit *H* 327 Hinc *HV* regit *Heinsius* auersos *Petav.*, *Bembus* euersos *Ω* 329 Palladio *α* tremiscit *V* 330 Iam cicones iamque *H* Iam oicon asiam quae (*in mg. m. rec.* l' pamoicon) *B* lestrigones *HV* lestrigone *ΓABC* ipse *V*, *om.* *ΓABC* et *H* Laestrygonas atros *Bembus* Laestrygone natos *Silligius* Laestrygonis antrum *Hertzbergius* Laestrygone limen *Ellis* 331 Illam *H m.* 1 molosis *ΓABC* 332 Zanclaea *Schraderus* ranolea *V* metuenda *Ψ* et uerida *Γ* 333 Pallantes *AB* Pallentis *H* tartara *om.* *V* 334 est *H* tantaleum *H* generamen prolis *scripsi* generamen pbis *V* gener amplis *ABC* gener ante prolis *Γ* genus iam plisten *H* atrides *H* atridae *Ψ* atride *ΓBV* 335 quod *C* regentem *H* repente *Γ* 336 portauit *Γ* aras *vel* arcis *Γ* 337 Reddiebit *Γ* graius *α*[1] grauius *Ω* pena *Γ* Troia, ruenti *Bembus* troias uenti *Γ* t. furenti *Ψ* 338 redditur *C* 393 uires *H*

340 Ne quisquam *V* Nec quicquam *Γ* Neq; [neq̄sq̄] (*corr. m. rec.*) *B* Ne quis *A* Neque *C* Haec etenim *H* Cur aliquis *Escur.* proprio *Heinsius* diuos *V* fidens *Schraderus* 341 iret] tendit *Escur.* inevectus] in ętheriū є iret humo evectus *Heinsius* tenderet evectus *Schraderus* propinquom *coni. Leo* 342 decus єα,

vis Argea petens patriam ditataque praeda
arcis Erichthoniae; comes huic erat aura secunda
per placidum cursu pelagus; Nereïs ab unda
signa dabat, pars inflexis super acta carinis:
cum seu caelesti fato seu sideris ortu
undique mutatur caeli nitor, omnia ventis,
omnia turbinibus sunt anxia. iam maris unda
sideribus certat consurgere, iamque superne
corripere et soles et sidera cuncta minatur
ac ruere in terras caeli fragor. hic modo laetans
copia nunc miseris circumdatur anxia fatis
immoriturque super fluctus et saxa Capherei
Euboicas aut per cautes Aegaeaque late
litora, cum Phrygiae passim vaga praeda peremptae
omnis in aequoreo fluitat iam naufraga fluctu.
hic alii sidunt pariles virtutis honore
heroes mediisque siti sunt sedibus omnes,

---

*Bembus* deus *Ω* 343 Vix *H* Argea (*vel* Argiva) petens *Heinsius et Schraderus* argoa petens *V* argoa appetens *Γ* argo|re‿petens (*sic corr. m. rec.*) *B* argo repetens *Ψ* agros repetens *H* Argos repetens *α* 344 Artis *HV* secundis *Γ* 345 ab unda *Paldamus* ad undas *Ω* Nereides udae *Heinsius* 346 Signabat *H* parsim flexis *Γ*, *unde* sparsim *Ellis* super acta *Thuan.* super‿iacta (*sic corr. m. rec.*) *B* sup iacta *C* superiecta *A* super icta *Γ* sr icta *V* subacta *H* 347 Cum ceu *Γ* 348 motatur *B* 349 iam *m. rec. suprascr. H* 351 corruere *Bembus* concidere *Baehrens* soles *Γ* solis *Ψ* minatur *Heynius* minantur *Ω* 352 At *ΓAH* ruere *HV* uere *Ψ* caelo *Schraderus* caelifraga. sic *Sprenger* laetans *Ellis* letus *H* letam *Γ* laetũ *C* letum *ABV* laeta ϵ 354 Immoriatur *C* Immoratur *Γ* que *om. H* super *om. A* saxa] sidera *Γ* capherei *ABC* capharei *V* pherei *H* capheren *Γ* 355 aegea ς, *Scaliger* egea *ΓV* erea *AB* nerea *C* pherea *H* tela *Γ* 356 peremptae *H* perempta *Ψ* 357 Omnis in equoreo fluitat *ΓV* Fluctuat omnis in aequoreo (equoreo *C* equore *H*) *Ψ* Omnis fluctuat aequoreo ς iam naufraga *V* ia naufrage *Γ* naufraga *H* naufragi *A* naufragia *Ψ* male naufraga *Heinsius* navifraga *Scaliger* fluctu *V* luctu *Ψ* tractu *Bembus* iactatur n. f. *coni. Leo* 358 sidunt *AHV* sident *Ψ* se dant *Heinsius, prob. Leo* resident *Ellis* parides *V* 359 placidis *Kochius*

omnes, Roma decus magni quos suspicit orbis.
hic Fabii Deciique, hic est et Horatia virtus,
hic et fama vetus numquam moritura Camilli,
Curtius et mediis quem quondam sedibus urbis
devotum bellis consumpsit gurges in unda,
Mucius et prudens ardorem corpore passus,
cui cessit Lydi timefacta potentia regis;
hic Curius clarae socius virtutis et ille
† Flaminius, devota dedit qui corpora flammae
(iure igitur tales sedes pietatis honores);
Scipiadaeque duces, quorum devota triumphis
moenia rapinis Libycae Karthaginis horrent.
illi laude sua vigeant: ego Ditis opacos
cogor adire lacus, viduos, a, lumine Phoebi,
et vastum Phlegethonta pati, quo, maxime Minos,

---

360 Omnes *H* Omnis *Ψ* como *V* dācus (dā *ex corr.*) *V* suspicit *Heinsius* suscipit *Ω* 361 hic deciique *Γ* hic *suprascr. m. eadem in V* et *om. ΓH* oratia *Γ* oratio *ABC* oro, *suprascr. m. rec.* oracia *H* gracchia *V* 362 *ante* 361 *H* moritura camilli *Γ*, *Bembus* moritura metelli *HV* mora melli *AB m.* 1 *C* mora itur ~~melli~~ pereuũ (*sic corr. m. rec.*) *B* 363 medius *ABC* mecius *H* 364 tellus *Wakefieldus* divis *Silligius* pallens *Leo* gurges inundans *Scaliger* gurgitis unda *Heynius* gurgitis haustus *Bembus* 365—371 *hoc ordine* 365. 367. 366. 370. 371. 369 (*om.* 368) *Baehrens* 366 Cui cessit lidithime facta *Γ* Legitime cessit cui facta (fata *C*) *Ψ*, *vanis coniecturis temptata* 368 Flamminius *BC* Flamineus *H* Caecilius *Nic. Loensis misc. epiph.* IX 2 lumina *Nic. Loensis* 369 tales *Heynius* talis *Ω* tali *Baehrens* honorat *α* honorest *Baehrens* 370 *sq. ante* 369 *posuit Hauptius, fort. recte* 370 Scipiadaeque *Hauptius* Scipiadasque *V* Scipiatosque *Γ* Istarum sci piadasque (*suprascr. m. rec.*) *B* Istarum piadasque *C* Istarum pia ad asque *A* Istarum pii ad asque *H m.* 1 Istic scipiadasque *H m. rec.* illic Scipiadaeque (*om.* quorum) *Bembus* 371 rapinis, *i. e. agris rapa consitis, scripsi* rapidis, *m. rec. sic corr.* rapi*ni*dis *B* iapidis *H* romanis *ΓV* responsis *vel* arundinibus *Naekius Cat. p.* 294 vepretis *Hauptius* sub lappis *Ellis* Romanos *Kochius* 372 opacas *Γ* 373 locos *Schraderus* uacuos *C* a *interiectionem agnovit Heinsius* 374 flegeton *V* maxime Minos *Schra-*

conscelerata pia discernis vincula sede.
ergo iam causam mortis, iam dicere vitae
verberibus saevae cogunt sub iudice Poenae,
cum mihi tu sis causa mali nec conscius adsis.
sed tolerabilibus curis haec immemor audis,
et mane ut uades, dimittes somnia ventis.
digredior numquam rediturus. tu cole fontis
et viridis nemorum silvas et pascua laetus,
set mea diffusas rapiuntur dicta per auras.'
dixit et extrema tristis cum voce recessit.
Hunc ubi sollicitum dimisit inertia vitae,
interius graviter regementem (nec tulit ultra
sensibus infusum culicis de morte dolorem):
quantumcumque sibi vires tribuere seniles
(quis tamen infestum pugnans devicerat hostem),
rivum propter aquae viridi sub fronde latentem

---

*derus* maximinos *A* maxima minos *Ω* 375 Cum scelerata *V* discernis *Schraderus* discernit *Ω* saecula *Schraderus* limina *Iacobsius* sede] poene *C* 376 iam *Petav.* quam *Ψ* qua *A* clausam *Γ* iam, *in mg.* l'quā *B* quam *V* me *Petav.* dicere *Γ* discere *Ψ* 377 sceue *H* saevo *Bembus* sub *Scaliger* ab *Ψ* a *H* pene *H* pena *Γ* 378 Quom *V* mali nec *V* mali ne *ΓC* maligne *H* malignae *AB* axis *V* 379 Sed tolerabilibus *ΓC* Sed tolerabilius (toll. *H*) *BHV* nec tolerabilibus *Bembus* intolerabilibus *Hertzbergius* sed tu mobilibus *conieceram* sed tolerabilius cures *Ellis* hoc *HV* non *Baehrens* 380 et mane ut vades *Usenerus et Dziatzko* (*Herm.* 27, 310 *adn.*) Et tamen ut uadis *Ψ* Erramus ut uada *A* et tamen in vanis *εα* et tamen usque vagis *Silligius* et cave ne vanis *Hertzbergius* et tamen etsi audis *Hauptius* et lamenta vagis *Birtius* ut tamen audieris *Ellis* et tamen ut noctis *Baehrens* dimittes somnia *Baehrens* dimittes omnia *A* dimitte somnia *BCH* dimitteres omnia *Γ* dimittẽ (*h. e.* dimittere) sōpnia *V* dimittis somnia *α* dimittens omnia *Bembus* 381 Disgredior *V* moriturus *V* moniturus *Baehrens* fontis *B* fontes *CHV* frontes *A* fontem *Γ* 382 uirides *ΓV* siluis *H m.* 1 383 *versui* 380 *adiunxit Scaliger* set *scripsi* et *Ω* rapientur *Scaliger* rapiantur *ε, Bembus* 385 ubi] mihi *C* ibi *scripseram* 388 uires sibi *V* 390 propter aquae *CV* id praeter aquae *ΓBH* propterea *A* fronte *C* fronte *H m.* 1

conformare locum capit impiger, hunc et in orbem
destinat; ac ferri capulum repetivit in usum,
gramineam ut viridi foderet de caespite terram:
iam memor inceptum peragens sibi cura laborem
congestum cumulavit opus, atque aggere multo
telluris tumulus formatum crevit in orbem.
quem circum lapidem levi de marmore formans
conserit, adsiduae curae memor. hic et acanthos
et rosa purpureum crescens pudibunda ruborem
et violae genus omne, hic est et Spartica myrtus
atque hyacinthos et hic Cilici crocus editus arvo,
laurus item Phoebi surgens decus, hic rhododaphne
liliaque et roris non avia cura marini
herbaque turis opes priscis imitata Sabina
chrysanthusque hederaeque nitor pallente corymbo
et bocchus Libyae regis memor; hic amarantus
bumastusque virens et semper florida tinus;
non illinc narcissus abest, cui gloria formae
igne Cupidineo proprios exarsit in artus;

---

391 cepit *H* in *om.* *V* 393 ut *Bembus, om.* *Ω* fodiens *H* 395 Coniestum *H* *Post* 396 *repetuntur* 392 *sq. in V* 397 lapidū *V* adornans *Ellis* 398 congerit *Heinsius* assidue *CHV* achant[h]os (*suprascr. m. eadem*) *B* achantos *ACH* achanto[s] *Γ* achantus *V* acanthus *Bembus* 399 purpureo ς crescens ς crescent *Ψ* crescit *H* celans *Baehrens* pudibunda *ΓV* rubibunda *B* rubicunda *Ψ* ruboẽ3 *V* terorem *A* tenorem *H* terrorem, *suprascr. m. rec.* l' colore *B* perorbem *C* rubore *Wakefieldus* 400 genus omne *edd. vett.*, omne genus *Ω* partica *V* pastica *Γ* parthica ς, *Scaliger conl. Athen.* XV 682c 401 crosus *AB* auro *H* 402 surgens decus *H* decus (*om.* surgens) *V* decus surgens *Ψ* hic rhododaphne] et sua pagina dicit *V* 403 *om.* *V* roris *ΓH* rosis *Ψ* turba *Heinsius* mari[H]na *C* marina *A* 404 mutata *H* sabina *ΓBC* sabinas *AV* sabinis *H* 405 chrysanthes *Scaliger* que (*priore l.*) *om.* *V* palante *Heinsius* 406 bochus *ΓABC* boccus *H* bocus *V* 407 Bamastus *B* Humastus *ΓH* buphthalmus *Bembus* tinus *Salmasius* pinus *Ω* 408 illic *ΓV* illicre *H* quoi *V* qui *Leo:* *sed* gloria *est gloriatio, admiratio* 409 armis *Γ*

et quoscumque novant vernantia tempora flores,
his tumulus super inseritur. tum fronte locatur
elogium, tacita firmat quod littera voce:
'parve culex, pecudum custos tibi tale merenti
funeris officium vitae pro munere reddit.'

---

411 Hic *Γ* infertur *Γ* tum] tũ *V* cum *H* 412—414 *om. V vacuis in pagina relictis sex lineis, aliena manu add. in H* 412 firmat *ΓCH* firma$^{t}$ (t *suprascr. m.* 2) *B* format *A* 413 *sq. laudat Donatus in vita p.* 58 *R.*

*Subscripta in B haec:* Libellus Qui Nominatur ‖ Culex Publii Virgilii · Finit ‖ Dirę Eiusdem Incipiunt. *in C litteris miniatis:* LIBELLVS QVI NOMINATVR CVLEX VIRGILII ‖ MARONIS FINIT · *Deest subscriptio in V, sed initio* VIRGILII MARONIS LIB INC. *suprascripta sunt.*

# CIRIS

## SIGLORUM TABULA.

*A* = Arundelianus saec. XV
*B* = Bruxellensis saec. XII (inde a. v. 454)
*C* = Corsinianus saec. XVI
*H* = Helmstadiensis a. 1470
*L* = Vaticanus n. 3255 saec. XV
*R* = Rehdigeranus saec. XV
*O* = *BHLR*
*ω* = libri praeter laudatos
$a^1$ = Aldina a. 1517
*a* = editio Aldina a. 1534 (ubi consentit cum $a^1$, hanc solam laudavi)
*ε* = cod. Basileensis

Etsi me vario iactatum laudis amore
irritaque expertum fallacis praemia vulgi
Cecropius suavis expirans hortulus auras
florentis viridi sophiae complectitur umbra
(tum mea quae ratio dignum sibi quaerere carmen?
longe aliud studium atque alios accincta labores
altius ad magni subtendit sidera mundi
et placitum paucis ausa est ascendere collem):
non tamen absistam coeptum detexere munus,
in quo iure meas utinam requiescere musas
et leviter blandum liceat deponere amorem.
quod si mirificum † genus omnes

---

P. VIRGILII MARONIS AD MESSALAM CVRIS· *L* P·M· VIRGILII ILLV. POETAE CIRIS FELICITER INCIPIT *R* De cirrina (*litteris rubris*) *H* 1 *cf. Catulli* LXV 1 3 *cf. Catulli* LXIV 87 suaues *L* 4 Florentes uiridis *O* umbras *O* 5 mea quae ratio *interroganti responderi vult* nulla, *sententia ut sit:* alienum a mea, qua nunc utor, ratione est d. s. q. c.' mea (ea *R*) quęret (queret *H*) eo *O* nec mea quit Erato *Scaliger* nec mea quit ratio *Hauptius* dum mea fert ratio *Hertzius ann. ph.* 1871 *p.* 860 dum mea avens ratio *Ellis* tum mens quaerit eo *Baehrens* nec mens quaerit eo *Puetzius* iamque mea ratione indignumst q. c. *olim conieceram* 6 atque *om. L* aliosq: *L* (quae *add. Puetzius*) 7 subtendit *Scaliger* suspendit *HR* suspensi *L* suspexit *Schraderus* 8 placidum *R* multis *L* Nec facilem multis *Paulus Leopardus* 9 adsistam *H* 10 In quę *R* rite *Schraderus* 11 *cf. Catulli* LXXVI 13 Et leniter *R* leniter et *Heinsius* amorem *Leopardus* morem *O* 12 mirificum] maiorum *Scaliger* perferre ualent genus omnes *A* genus omnes philosophiam *C* proferre valet g. omne *Turnebus* Valeri, genus omne tuorum *Scaliger* saeclis proferre valerem *olim ego* genus omne sonare valerem

mirificum saeclis † modo sit tibi velle libido,
si me iam summa Sapientia pangeret arce,
quattuor antiquis heredibus edita consors,
unde hominum errores longe lateque per orbem
dispicere atque humilis possem contemnere curas:
non ego te talem venerarer munere tali,
non equidem (quamvis interdum ludere nobis
et gracilem molli liceat pede claudere versum),
sed magno intexens, si fas est dicere, peplo,
qualis Erechtheïs olim portatur Athenis,
debita cum castae solvuntur vota Minervae
tardaque confecto redeunt quinquennia lustro,
cum levis alterno zephyrus concrebruit euro
et prono gravidum provexit pondere currum.
felix illa dies felix et dicitur annus,
felices qui talem annum videre diemque:
ergo Palladiae texuntur in ordine pugnae,
magna Giganteis ornantur pepla tropaeis,
horrida sanguinea pinguntur proelia Gorgo;
additur aurata deiectus cuspide Typhon,

---

*Birtius Halieut.* 63 caelum omne sonare valerem *Baehrens* sophiae genus omne secutum *Ellis* 13 mirifice *Scaliger* seclis *Leopardus* secli (sedi *R*) ω set enim *C, Ellis* *cf. Birtius l. l.* m. mundi genus omne (o bella libido) *ipse olim* 14 me, *corr. m. rec.* mea *CH* sumã[s] (s *m. rec.*) *H* patiētia *LR* artes *O* si mihi iam summas S. panderet arces *Friesemannus* 15 haeresibus *Paulus Leopardus* heroibus *vel* heroisin *Heinsius* edita *Baehrens* est data *O* (*unde* quae h. est d. *ante Scaligerum*) addita *Heinsius* 17 Dispicere *H* Despicere *LR* humiles *L* possem *ante Scaligerum* possim *R* possũ *HL* 18 vili *Schraderus* 20 libeat *coni. Heynius* 21 intexem *Marklandus ad Statii silv.* I 6, 24 22 Erechtheis *Loensis* (*cf. Manilius* I 884) eritheis, *suprascr. m. rec.* erictoniis *H* eritheis *R* erichtheis $\epsilon\alpha^1$ qualiter Actaeis *Ellis* 23 vota] dona *L* 24 que *Taubmannus* ue *LR* ne *H* 25 averso *Wakefieldus* zephiris *H m.* 1 concrebuit *H* 26 currum *Barthius* cursũ *O* 27 ille *HL* 28 talem qui *R* 29 texentur *HR* 31 sanguinea *Baehrens* sanguineo *O* Gorgo *Baehrens* corco *H* cocco *L* socco *R* succo *varia lectio apud Loensem* fuco *Heinsius* 32 deiectus $\alpha^1$ delectus *O*

qui prius, Ossaeis consternens aethera saxis,
Emathio celsum duplicarat vertice Olympum.
tale deae velum sollemni tempore portant;
tali te vellem, iuvenum doctissime, ritu
purpureos inter soles et candida lunae
sidera, caeruleis orbem pulsantia bigis,
naturae rerum magnis intexere chartis:
aeternum sophiae coniunctum carmine nomen
nostra tuum senibus loqueretur pagina saeclis.
sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes,
nunc primum teneros firmamus robore nervos,
haec tamen interea, quae possumus, in quibus aevi
prima rudimenta et iuvenes exegimus annos,
accipe dona meo multum vigilata labore
promissaeque diu iam tandem exordia ⟨curae⟩:
impia prodigiis ut quondam exterrita amoris
Scylla novos avium sublimis in aëre coetus
viserit et tenui conscendens sidera pinna
caeruleis sua tecta super volitaverit alis,
hanc pro purpureo poenam scelerata capillo,
pro patrio solvens excisa et funditus urbe.
complures illam et magni, Messalla, poetae
(nam verum fateamur: amat Polyhymnia verum)

---

34 duplicabat *O, corr. Baehrens* 35 in tempore *L* 38 orbem] cęlum *L* signis *L* 39 uerũ *R* 40 aeternum ut *Nicolaus Loensis misc. epiph.* VIII 24 41 tecum *R* sequeretur *L*
44 *sqq. cf. Catulli* CI 7 *sqq.* 45 *om. R* iuuenes *AH ut Ovidius metam.* VII 295 primos *L* exigimus *HL* 47 promissaeque diu *scripsi* Promissa atque diu *HR* et promissa tuis *L* iam tandem *HR* non magna *L* exordia. curae *Baehrens, om. HR* exordia rebus *L* e. opellae *olim posui* e. musae *amicus quidam*
48 exterrita *Schraderus* exterruit *HL* terruit *R* exhorruit *Vossius* exercita *Scaliger* amoris *Scaliger* amplis *O* diris *vel* miris *Heinsius* mollis *Ellis* 50 viserit *Baehrens* Viderit *O* sidera *HL* aetera *R* pẽna *LR* pinne *H* 51 *cf. ecl.* VI 81 sup *H* 52 *cf. ge.* I 405 conscelerata (con *del. m.* 2) *H* 53 Proque *L* patrio *scripsi* patris *O* patria *Hauptius quaest. Catull.* 76 et *H*, *om. L* est *AR* 54 Cum plures *O* illa *HR* et *om. HR* 55: *cf. Catulli* LXII 16 amăt *L*

longe alia perhibent mutatam membra figura
Scyllaeum monstro saxum infestare voraci;
illam esse aerumnis quam saepe legamus Ulixi
candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates et gurgite in alto
deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
sed neque Maeoniae patiuntur credere chartae
nec malus istorum dubiis erroribus auctor.
namque alias alii volgo finxere puellas,
quae Colophoniaco Scyllae dicantur Homero.
ipse Crataein ait matrem; sed sive Crataeis
sive illam monstrum genuit grave Echidna biformis,
sive est neutra parens atque hoc in carmine toto
inguinis est vitium et Veneris descripta libido;
sive etiam iactis speciem mutata venenis
infelix virgo (quid enim commiserat illa?
ipse pater timidam saeva complexus harena
coniugium castae violaverat Amphitrites;

---

56 aliam *HR* prohibent *R* mutata ĩ *R* figuram *HR* 57 monstro saxum *Hauptius* monstra saxum *H* monstra in saxum *L* saxo monstra *R* monstra saxosum *A* infestare *Hauptius* infectata *H* infectata *AR* contenta *L* voraci *Hauptius* uõri *H* uocari *L* uocaui *AR* infestante vocari *Ellis* 58 esse *A corr.* messe, *suprascr. m. rec.* messana *H* messea *R* se *L* erũpnis *H, om. R* errantis *Ellis* 59—61 *cf. ecl.* VI 75—77 60 uexase *R*

61 latrasse *R* 62 Meonię hęc *L* 64 fulgo (*corr. m. rec.*) *H* fingere *H* 65 dicuntur *AR* 66 Crataein ait *Heynius* cratein *L* gratinei *AHR* Crataein ei *Silligius* sive illi Lamie mater est sive Crateis *Nicolaus Loensis* ipsi seu Lamio mater sit *α* sine *H* Crataeis *α* erithei *O* 67 monstrum *Hauptius* (*qui* genuit monstrum *nescio qua causa transposuerit*) monstro *O* grave Echidna *Hauptius* grauena *AHR* grandeua *L* germana *Silligius* glanyaena *finxit Ellis* biformis *Hauptius* biformi *O* 69 est] id *L* et *om. L* 70 exactis *L* tactis *Baehrens* 72 timidam seua *HL* "scaeuam" nudã *R* timidam flava *Heynius* t. sicca *Hauptius* t. vacua *Baehrens* t. Sicula *Ellis* nudam saeua *Loensis* nudam fulva *Kochius* complexit *HR* 73 castae *Schwabius* carte *HR* carae *L* carçe (*in mg.* care) *A* amphitrite *H*

at tamen exegit longo post tempore poenas,
ut, cum cura sui veheretur coniugis alto,
ipsa trucem multo misceret sanguine pontum);
seu vero, ut perhibent, forma cum vinceret omnis
et cupidos quaestu passim popularet amantes,
horribilis circum vidit se sistere formas
piscibus et canibusque malis vallata repentest
(heu quotiens mirata novos expalluit artus!
ipsa suos quotiens heu pertimuit latratus!)
ausa quod est mulier numen fraudare deorum
et dictam Veneri votorum avertere poenam,
quam, mala multiplici iuvenum quod saepta caterva
vixerat atque animo meretrix iactata ferarum,
infamem tali merito rumore fuisse
docta Palaepaphiae testatur voce Pachynus:
quicquid et ut quisque est tali de clade locutus,
somnia sunt; potius liceat notescere cirin
atque unam ex multis Scyllam non esse puellis.
quare quae cantus meditanti mittere coeptos

---

74 Ast·*H* quae *Baehrens* 75 tum *L* sui *Nic. Loensis, Scaliger* suę *L* tuę *R* tue *AH* pheheretur (*corr. m. rec.*) *H* alte *A* altę *R* 76 miseret *R* 77 prohibent *R* om̃s *R* omnes *AL* 78 procularet *H* spoliaret *L* 80. 79 *sic collocavit Hauptius: inverso ordine O, quem servat cum Schwabio Ellis*
80 Horrib *in ras. m. eadem R* horribiles *L* sibi sistere *L*
79 et] heu *Schwabius* haec *Ellis* canibus rapidis *L* c. rabidis *εα* fallata (*corr. m. rec.*) *H* ualata *R* repentest *Hauptius* repente est *O* repente, *om.* est, *α* 82 pertimuisse *L* 84 lucrorum *Hauptius* donorum *Baehrens* avertere *Scaliger* uertere *O* voto intervertere *Silligius* praedam *vel* partem *Schraderus*
85 quae *Scaliger* 86 vixerat atque *Scaliger* Dixerat atque *O* vixit eratque *Hauptius* utque modo *Baehrens* 87 merito rumore *Nic. Loensis* meritorum more *O* 88 Palaephatia $\alpha^1$ papyrus $\alpha^1$ *cf. Diels in I. Schraderi Palaephateis et E. Schwartz Berl. philol. Wochenschr.* 1894 *n.* 51 *p.* 1603 89 quisquis tali *L*
90 somnia sunt *Heinsius* Omnia sunt (sim *H* sint *α*) *HLα* Omne suam *R* Mnemosyne *Hauptius* omne sinam *Unger* cirim *H* cyrim *AR* crein *L* 92 et quae *L* meditati *L* coeptos

magna mihi cupido tribuistis praemia, divae
Pierides, quarum castos alvaria postes
munere saepe meo inficiunt foribusque hyacinthi
deponunt flores aut suave rubens narcissus
aut crocus alterna coniungens lilia caltha
sparsaque liminibus floret rosa, nunc age, divae,
praecipue nostro nunc adspirate labori
atque novum aeterno praetexite honore volumen.
Sunt Pandioniis vicinae sedibus urbes
Actaeos inter colles et candida Thesei
purpureis late ridentia litora conchis,
quarum non ulli fama concedere digna
stat Megara, Alcathoi quondam munita labore,
Alcathoi Phoebique: deus namque adfuit illi;
unde etiam citharae voces imitatus acutas
saepe lapis recrepat Cyllenia munera pulsus
et veterem sonitu Phoebi testatur amorem.
hanc urbem ante alios qui tum florebat in armis
fecerat infestam populator remige Minos,
hospitio quod se Nisi Polyidos avito

---

(*cf.* 9. 47. curtos *olim*) *scripsi* co[e]cos (e *suprascr. m. rec.*) *H* caecos *R* certos ς, *def. Ellis* laetos *L* doctos *Bergkius mus. Rhen.* VII 160 93 magna mihi $\alpha^1$ Magnas hii *H* Magnam hi *AR* magna nimis *L* cupidis *L* tribuisti *L* diuae $\alpha^1$ diua *O* 94 alvaria *post Ungerum Ellis* altaria *O* alabastria *Bergkius* calparia *Hauptius* libamina *Silligius* 96 *cf. ecl.* III 63 Deponunt *O, vindicavit Unger* dependent *Heinsius* 97 *cf. ecl.* II 50 98 agite *AR* agite almae *coni. Ellis* 100—135 *post* 172 *Adalb.* 100—105 *om., m. rec. in mg. add. H* 102 Thesei] tempsa *L* 104 nulli *ALR* 105 alcathoi *H* (*ut legere visus sum*) acthei *AR* actei *H m.* 2 (*si fides Baehrenti*) *L* munita *H* mutata *H mg. LR* 106 Alcathoi $\alpha^1$ Allcato ꝭ *H* Alc[h]athoae *R* Alchatoe *A* Arcadio *L* deus $\alpha^1$ decus *O* 107 imitatus (*ut mihi visum*) *Hα* innittatur *R* imitantur *AH* (*teste Baehr.*) *L* 108 munera, *h. e. lyram AH* murmura *R* mȩnia *L* (*sed* munia *alienum esset*) 109 solitọ[v̄] (v̄ *m. rec.*) *H* solitu͡ *R* honorem *HL* 110 ante] inter *R* tunc *AR* fore[u]bat (u *m.* 2) *H* ferebat *R* 111 populato *H* populata *AR* 112 quod ς, *Heynius*

Carpathium fugiens et flumina Caeratea
texerat. hunc bello repetens Gortynius heros
Attica Cretaea sternebat rura sagitta.
sed neque tum cives neque tum rex ipse veretur
infesto ad muros volitantis agmine turmas
reicere et indomita virtute retundere Martem,
responsum quoniam satis est meminisse deorum.
nam capite a summo regis (mirabile dictu)
candida caesarie frondebant tempora lauro,
at roseus medio surgebat vertice crinis;
cuius quam servata diu natura fuisset,
tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum
concordes stabili firmarant numine Parcae.
ergo omnis caro residebat cura capillo,
aurea sollemni comptum quem fibula ritu
Cecropiae tereti nectebat dente cicadae.
  Nec vero haec urbis custodia vana fuisset,

---

q3 *R* q.'*H* q; *AL* qua *Scaliger* quo *Contarenus var. lect.* 8 se Nisi Polyidos avito *Contarenus* senis hypolidosa uito *H* senis hipolidosa (hipolisoda *A*) uiro *AR* se Nisus Pelopeus avito *Scaliger* 113 Caeratea *Scaliger* ceratea *HL* cerathea *AR* 114 huc *L* cortinius *H* cortimus *A* corynthius *L* continuis *R* 116 tum *bis Hauptius* tunc *O* 117 Infestos *HL* ad *om. L* uolitantes agmine *R* uolitante (e *m. rec. corr. in* i, *suprascr.* s) exagmine *H* uolitanti ex (et *A*) agmine *AL* 118 reicere *Heinsius* Dicere *HR* Ducere *AL* vincere *Silligius* icere *Ellis* et *m.* 1 *in litura L* indomita εα indomitas *O* indomitum *Baehrens* Martem *Heinsius* mentes *O* gentes *Heinrichius* 120 ab *AH* 121 caesaries *L* frondebant *R* florebant ω ramo *Baehrens* 122 *cf. Catulli* LXIV 309 At α Et *O* *v.* 121 frondent qua *vel* ubi *et v.* 122 hic *mavult Ellis* 124 nisi se *H* inse *R* 125 *cf. ecl.* IV 47 firmarant *Heynius* firmarunt *AHL* firmarut *R* numina *H* 126 caro $\alpha^1$ cano *O* 127 quem α, *Loensis* $\overset{o}{\text{q}}$· (o *m.* 2) *H* $\overset{o}{\text{q}}$: *L* quoq3 *AR* 128 Cecropiae *Scaliger quamvis incerta coniectura* Corpselle *H* Corpsele *A* Corpselae *R* Corselle *L* Mopsopio α crobylus et *Loensis* rostello et *Birtius mus. Rhen.* XXXIII 625 *sqq.* Cecropis et *Ellis* morsilis et *idem prop.* nectebat *L* nectebant *HR* nectabant *A* 129 urbis *Heinsius* uobis *O* votis *Scaliger* crinis *Baehrens* volucris *Birtius*

nec ruerat, ni Scylla novo conrepta furore,
Scylla, patris miseri patriaeque inventa sepulchrum,
o nimium cupidis Minoa inhiasset ocellis.
sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
iratum potuit, quem nec pater atque avus idem
Iuppiter (ille etiam Poenos domitare leones,
et validas docuit vires mansuescere tigris,
ille etiam divos homines — sed dicere magnum est),
idem tum tristis acuebat parvulus iras.
Iunonis magnae (cuius periuria divae
olim † se meminere diu periura puellae
† non nulli liceat) violaverat inscia sedem,
dum sacris operata deae lascivit et extra
procedit longe matrum comitumque catervam,
suspensam gaudens in corpore ludere vestem
et tumidos agitante sinus aquilone relaxans.
necdum etiam castos gustaverat ignis honores,
necdum sollemni lympha perfusa sacerdos
pallentis foliis caput exornarat olivae:
cum lapsa e manibus fugit pila. cumque relapsa est,

---

130 hec *H* Ni *C* ruerat *scripsi* fuerat *O* defuerat *Schraderus* profuerat *Hauptius* nec frustra *Birtius* Nisaei *Baehrens* ni *H* in *R* nisi *AL* si *Schraderus* correpta *α*, *Loensis* concepta *O* 132 o nimium] Minoem *Heinsius* Minoa *Lachmannus Lucr. p.* 162 si non *O* Minoi *Schraderus* 135 eciam ille *H* dormire *conieceram* 136 rabidas *Heynius* rabidae *Heinsius* novit *Hauptius* doctus *Baehrens* uictas *L* 137 divos *sc. docuit amare* homines 138 cum *L* superis *L* 139 periuria] fera iurgia *Baehrens* 140 se] si *Silligius* sic *Schwabius* sed *Ellis* ipsae *Baehrens* di *vel* sat *conieci* metuere *Baehrens* diu] ut iam *proposui* ut periurare *Schwabius* eheu peritura (*L*) puella (*H corr.*) *Baehrens* 141 non *om. L* non ulli *Silligius* nunc nulli *Schwabius* nulli non *conieci* lictam *L* licitam *Ellis* licitum *Heinsius* libeat *Schwabius* sanctam *Baehrens* liceant *conieceram* 143 catervam *Iuntina* caterua *O* 145 agitare *R* 146 etiam] et *H* custos *H* castros *R* agitauerat *L* 148 exornat *R* exornatus *L* 149 lapse manibus *AHR* vas e m. fudit p. *Baehrens* quoque *Ellis* relapsa est *Heinsius* relapse *HR* relaxe [ss] (*suprascr. m. cadem*) *L* ea lapsa

procurrit virgo. quod uti ne prodita ludo
auratam gracili solvisset corpore pallam!
omnia, quae retinere gradum cursusque morari
possent, o tecum vellem tu semper haberes:
non umquam violata manu sacraria divae
iurando, infelix, nequiquam iura piasses..
set si quis nocuisse tibi periuria credat,
causa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
* * * * *
at levis ille deus, cui semper ad ulciscendum
quaeritur ex omni ventosa iniuria dicto,
aurea fulgenti depromens tela pharetra
heu nimium celeri nimium torrentia nisu
virginis in tenera defixerat omnia mente.
  Quae simul ac venis hausit sitientibus ignem
et validum penitus concepit in ossa furorem,
saeva velut gelidis Edonum Bistonis oris

---

est *Maehly* 150 quo *L* 151 auratam *Iacobsius* Aurea iam *O* aurea tam *Heinsius* solvisses *Greenius* 153 tu *Silligius* tua *O* 154 manus *AHR* 155 urendo *Silligius* iure *Heinsius* tura *Silligius* 156 set *Schwabius* Et *O* at *conieceram* nocuisset *R* 157 se *conieci* Iuno *vocativum interpretans* *Post hunc v. quaedam excidisse suspicor* 158 ad ulciscendum $\alpha^1$ adolescendum *AHR* adolescentum *L* 159 uentosa *scripsi* uerborum *O* verbo atque *Hauptius* dictu *H* facto *Hauptius* iactu *Maehly* 161 celeri *Schraderus* tereti *L* teret (r *suprascr. m. rec.*) *H* terret *AR* Terei *Scaliger* certo *vir doctus apud Schraderum* mentem et *Silligius* certa et *Keilius* terrent *Puetzius* taetro *Hauptius* teritur *Ellis* torrentia *Schraderus* tiricia *R* thirintia *H* tyrynthia *L* tiřita *A* ferientia *vir doctus* penetrantia *Heinsius* terrentia *Keilius* irritantia *Silligius* Tirynthius *Baehrens* nisu α uisu *AHR* iussu *L* viro *Hauptius* usu *Baehrens* 162 in tenera *L* interea *AHR* defixent *H m.* 1 horrida *coni. Silligius* defixit acumina *Heinsius, fort. recte* 164 *cf. Catulli* LXIV 92 *sq.* rabidum *Schwabius* 165 Scaeua *R* gelidis Edonum *Constantius, Scaliger* gelilidi sidonum *H* gelidi si donū (sydonū *AR*) *ALR* oris *Scaliger* in-oris α honoris *H* honores *ALR* gelidis Ciconum Bistonis in oris *defendit Bentleius ad Hor. carm.* I 25, 11: *cf. Meinekius ad Steph. Byz. s. v.* Βιστονία

ictave barbarico Cybeles antistita buxo,
infelix virgo tota bacchatur in urbe,
non storace Idaeo fragrantis tincta capillos,
cognita non teneris pedibus Sicyonia servans,
non niveo retinens bacata monilia collo.
multum illi incerto trepidant vestigia cursu:
saepe redit patrios ascendere perdita muros
aëriasque facit causam se visere turris;
saepe etiam tristes volvens in nocte querellas
sedibus ex altis caeli speculatur in orbem
castraque prospectat crebris lucentia flammis.
non arguta sonant tenui psalteria chorda, 178
non Libyco molles plauduntur pectine telae,
nulla colum novit, carum non respicit aurum. 177
nullus in ore rubor: ubi enim rubor, obstat amori.
atque ubi nulla malis reperit solacia tantis
tabidulamque videt labi per viscera mortem,
quo vocat ire dolor, subigunt quo tendere fata,
fertur et horribili praeceps impellitur oestro,
ut patris, a demens, crinem de vertice sectum

---

166 acta *Wakefieldus* tacta *Heinsius* que R 167 *cf. Aen.* IV 300 *sq.* 168—170 *cf. Catulli* LXIV 63—65 168 flagrantis *AHR* flagrantes *L* tincta *Schraderus* picta *O* uncta *Heinsius* 169 commoda *Leopardus* condita *Scaliger* mollia *Lenzius ad Catulli* LXIV 129 candida *Puetzius* coccina *Baehrens*

Sicyonia *Constantius*, *Leopardus* sicoĩa *AH* sic omĩa *LR* seruas *R* 170 retines *LR* baccata *AH* bacchata *LR* 171 Multo *R* 172 petit *Baehrens* perdita *Dousa* prodita *O* (*sed* ro *punctis not. in H*) 173 Senas, *suprascr. m. rec.* Aerias, *H* Aereas ω sibi *Hauptius* turres *ALR* 175 tecti *Heynius* arcis *Baehrens* in orbem *scripsi* amorem *O* ad oram *Scaliger*

178 *sq.* 177 *sic collocavi*; 177—179 *ordine vulgato O, quem parum feliciter defendit Schwabius:* 179 *saltem ante* 178 *poni voluit Heynius. cf. Catulli* LXIV 39 *sqq.* 63 *sqq.* 177 nec *L* 180 ubi, *om.* enim *H* nisi cum *Schraderus* ubi non (*interrogando*) *Ellis* pudor *Schraderus* 181 repetit *H* 185 ah demẽs *R* ademptum *L* ah demum *A cf. ecl.* II 60 serum, *corr. m. rec. H* serum *AR* sẽuet (*h. e.* seruet) *L* sacrum *Silligius* ferret *Baehrens*

furtimque arguto detonsum mitteret hosti;
namque haec condicio miserae proponitur una;
sive illa ignorans (quis non bonus omnia malit
credere quam tanti sceleris damnare puellam?)
heu tamen infelix: quid enim imprudentia prodest?
Nise pater, cui direpta crudeliter urbe
vix erit una super sedes in turribus altis,
fessus ubi extructo possis considere nido,
tum quoque avis metuere: dabit tibi filia poenas.
gaudete, o celeres, subnisae nubibus altis,
quae mare, quae viridis silvas lucosque sonantes
incolitis, gaudete, vagae, laudate, volucres;
vosque adeo, humani mutatae corporis artus,
vos o crudeli fatorum lege, puellae
Dauliades, gaudete: venit carissima vobis
cognatos augens reges numerumque suorum
ciris et ipse pater. vos, o pulcherrima quondam
corpora, caeruleas praevertite in aethera nubes,
qua novus ad superum sedes haliaeetus et qua
candida concessos ascendet ciris honores.

---

186 Furtim atq· *HL* 187 miserae proponitur $\alpha^1$ nisi erepto ponitur *H* nisi ereptae (creptę *R*) ponitur *AR* nisi rapto opponitur *L* Niseidi ponitur *Heinsius* deceptae ponitur *Silligius* raptori ponitur *Puetzius* 188 non] ue *R* 189 tanti sceleris ς tanto sceleri *L* tanto scelere ω tanto sceleris *Ellis* 190 prudentia *AR* 191 quoi direptae *A* cū quo rapta *L* 193 extincto *H m.* 1 consedere *AHR* conscendere *L* 194 *cf. ge.* I 405 tum *scripsi* Tu *O* metuere *G. Hermannus* moriere *O*

195 *sqq. cf. Catulli* LXIV 22 *sqq.* 195 subnix(a)e *AHL*

196 *cf. ecl.* X 58 uirides *L* fluuiosq: *L* 197 laudate ω blandeq; *L* gaudete *Schwabius* exultate *Ellis* 198 V sq: *L*

humani *L* humane *H* humanos *AR* 199 Uox (s) (*corr. m. rec.*) *H* Vix *L* crudeli $\alpha^1$ crudelis *HL* crudeles *AR* 200 gaudete *Scaliger* crudele *O* querulae *Heinsius* nobis *R* 201 sororum *Barthius* 203 peruertite *AR* praeverrite *Heinsius* aethere *Schraderus* 204 haliaeetus *Loensis* calcheius *O* et qua *L* et aqua *AR* et aq̄ *H* 205 ascendet *Hauptius* ascendat *ALR* ascendunt (*m.* 2 ascendant) *H* ascendit *Schwabius*

Iamque adeo dulci devinctus lumina somno
Nisus erat, vigilumque procul custodia primis
excubias foribus studio iactabat inani:
cum furtim tacito descendens Scylla cubili
auribus arrectis nocturna silentia temptat
et pressis tenuem singultibus aëra captat.
tum suspensa levans digitis vestigia primis
egreditur ferroque manus armata bidenti
avolat; at demptae subita in formidine vires:
caeruleas sua furta prius testatur ad umbras.
nam qua se ad patrium tendebat semita limen,
vestibulo in thalami paulum remoratur et alte
suspicit ad celsi nictantia sidera mundi,
non accepta piis promittens munera divis.
Quam simul Ogygii Phoenicis filia Carme
surgere sensit anus (sonitum nam fecerat illi
marmoreo aeratus stridens in limine cardo),
corripit extemplo fessam languore puellam
et simul 'o nobis sacrum caput' inquit 'alumna,
non tibi nequiquam viridis per viscera pallor
aegrotas tenui suffundit sanguine venas,
nec levis hoc faceret (neque enim pote) cura subegit,

---

206 *cf. Catulli* LXIV 122  deuictus *LR*  207 primis (i *post. in litura m.* 1) *L* primus *Lindenbruchius*  208 *cf. ecl.* II 5 ductabat *Heinsius*  210 ereptus (p *corr. ex* c) *H* arreptis *L* erectis *R* $\overset{a}{\text{e}}$rectis *A*: *cf. Aen.* II 303  211 et primum *L*  213 progreditur *Schwabius*  214 avolat *Baehrens* euolat *O* at *L* aut ω  215 testantur *H*  217 alte *Hertzbergius* alti ω altum *L*  218 ad celsi *Scaliger: cf.* 7 ad cęli (celi *H*) *O* ad gelidi *Ellis* ad Lunae *Silligius* aetherii *Ladevicus* · nictantia *Scaliger* nutantia *AL* mutantia, m *corr. m. rec. in* n *H* mutantia *R* mundi] multa *ad* munera *relatum Baehrens*  220 chãme *L*  221 somnum *Urbin., unde* somnum n. fuderat *vel* vicerat *coniecit Ellis*  224 simul o *L* famulo ω carum *malit Schraderus*  226 Aegrotas *AR* Egrotos *L* Egroto *H* tenuis ς suffudit *L* uultus *L*  227 levis] febris *Schwabius* hoc faceres *vulgo* hanc faciem *Pithoeus, non male* hoc fieri *Baehrens* puto *L* subedit *Marklandus ad Statii silv.* V 3, 258

haut fallor, quod ut o potius, Rhamnusia, fallar.
nam qua te causa nec dulcis pocula Bacchi
nec gravidos Cereris dicam contingere fetus,
qua causa ad patrium solam vigilare cubile,
tempore quo fessas mortalia pectora curas,
quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
dic age nunc miserae saltem, quod saepe petenti
iurabas nihil esse mihi, cur maesta parentis
formosos circum virgo remorere capillos.
ei mihi, ne furor ille tuos invaserit artus,
ille, Arabae Myrrhae quondam qui cepit ocellos,
ut scelere infando (quod nec sinit Adrastea)
laedere utrumque uno studeas errore parentem!
quod si alio quovis animi iactaris amore
(nam te iactari, non est Amathusia nostri
tam rudis ut nullo possim cognoscere signo),
si concessus amor noto te macerat igni:
per tibi Dictynnae praesentia numina iuro,
prima decus quae dulce mihi te donat alumnam,
omnia me potius digna atque indigna, laborum
milia visuram, quam te tam tristibus istis
sordibus et senio patiar tabescere tali.'

---

228 haud *L* Aut ω quod ut o *Schraderus* quo duta *H* quod te *AL* quod . . . *R* fallar *Iuntina* fallor *O* 229 qua *L* que *AH* quę *R* 231 qua α quę *L* que ω 234 quod] q. *H* quae *Baehrens* 235 cur *L* cuꝫ (r *m. ant.*) *H* cum *AR* 236 remorere *Iuntina* morere *H* remore ς morerere *ALR* remorare *Loensis* 238 arabee *H* arabea *A* arabis *L* mirra *H* 239 ne *Schenkelius* sinit adrastea *AL*, *om. R* sinita tristea *H* sinat Adrastea *Loensis* 240 ymo *H* 241 *cf. Catulli* LXIV 372 quouis alio *AR* animi *Hauptius quaest. Catull.* 75 animis *HR* animo *AL* nimio *vel* animum *Scaliger* animos *Schraderus* amore *L* amorē *R* amorem *H* amorem *A* 242 *cf. Catulli* LXVIII 17 Nec te *AR* 244 Sin *L* igne *R* 245 Dictynnae *om. lacuna relicta R* numina] nuīe *H* uino, *suprascr. m. rec.* iuro *H* 246 Prona *Baehrens* decus *Schraderus* deum *O* deum dulcem mihi te quae donat *Ellis* 247 atque] tuq: *L* laturam *L* relatu *prop. Ellis* 248 filia *Heinsius* nisuram *H* 249 senio *vir doctus in misc. obss.* IV 323

Haec loquitur, mollique ut se velavit amictu,
frigidulam iniecta circumdat veste puellam,
quae prius in tenui steterat succincta crocota.
dulcia deinde genis rorantibus oscula figens
persequitur miserae causas exquirere tabis,
nec tamen ante ullas patitur sibi reddere voces,
marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intro.
illa autem 'quid nunc me' inquit 'nutricula, torques?
quid tantum properas nostros novisse furores?
non ego consueto mortalibus uror amore,
nec mihi notorum deflectunt lumina vultus,
nec genitor cordi est: ultro namque odimus omnis.
nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
nil, quo falsa tamen lateat pietatis imago;
sed media ex acie mediisque ex hostibus. heu heu,
quid dicam quove ausa malum hoc exordiar ore?
dicam equidem, quoniam tibi me non dicere, nutrix,
non sinis: extremum hoc munus morientis habeto.
ille (vides), nostris qui moenibus adsidet hostis,
quem pater ipse deum sceptri donavit honore,

---

seonia *H* saria *L* scoria *A* morbo *R* cura *Heinsius* scabre *Scaliger* carie *Baehrens* 250 nudavit *Baehrens a mente poetae aberrans* 252 in] ut *L* crocota *Scaliger* corona *O* 254 Persequitur ε Perseqũimur (˜ *m. rec.*) *H* prosequitur ω tabis *vir doctus misc. obss.* IV 325 talis *AHR* tales *L* 255 illam *Maehly* 256 quē *A m.* 1 *R* intro *scripsi* intra ω int̃ *H* 257 quod *R* nunc *L, om.* ω io nutricula *Hauptius* quid me inquirens *Baehrens* 258 nostro *R* 261 oīs *H* oms̄ *R* omnes *AL* 262 oportet] par sit *melius futurum esse dicit Lachmannus ad Lucr.* I 778 263 nil *Heynius* In *O* 264 mediisque *AR* mediis *L* medius *H* heu *semel H* 265 quove] quidue *R* ausa *Silligius* agam *AHR* ipsa *L* aegra *Baehrens* hoc *om. L* 266 quoniam tibi me non *scripsi* quoniam quid non tibi *L* quoniam tunc (tum *A*) ñ *AH* quoniam tu non *R* quoniamque tibi non *Hauptius* quoniam tu me non *Baehrens* quoniam fictum non *Bothius* quoniam tu me quid *Ellis* 267 *cf. ecl.* VIII 60 268 quin *H* assi$\overset{d}{s}$tet (*corr. m. rec.*) *H*

cui Parcae tribuere nec ullo vulnere laedi —
dicendum est, frustra circumvehor omnia verbis —
ille mea, ille idem oppugnat praecordia Minos.
quod per te divum crebros obtestor amores
perque tuum memori sanctum mihi pectus alumnae,
ut me si servare potes ne perdere malis;
sin autem optatae spes est incisa salutis,
ne mihi quam merui invideas, nutricula, mortem.
nam nisi te nobis malus, o malus, optima Carme,
ante in conspectum casusve deusve tulisset,
aut ferro hoc' (aperit ferri quod veste latebat)
'purpureum patris dempsissem vertice crinem
aut mihi praesenti peperissem vulnere letum.'

Vix haec ediderat, cum clade exterrita tristi
intonsos multo deturpat pulvere crines
et graviter questu Carme complorat anili:
'o mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
o nimium nostrae Minos inimice senectae!
semper ut aut olim natae te propter eundem
aut amor insanae luctum portavit alumnae!
tene ego tam longe capta atque avecta nequivi,
tam grave servitium, tam duros passa labores,

---

270 Qui *H* et tribuunt *L* nec ullo] nullo qđ *L* 271 est *om. LR* 273 te per *HL* testamur *AR* 274 memori sanctum *Silligius* memoris auctum *AHR* memoris haustum *L* memori haustum *Scaliger* 275 Ui *H* seruare potes *α* uersare potes *L* uersa repetes *ω* ne *a* nec *O* 277 ne *α* Nec *O* inuidens *H* inuideris *AR* 278 nisi] si *L* charme *AR* 279 in *Drakenborchius* huic (*vel* hinc) *H* hunc *ω* ante expectatum *Scaliger* 280 *cf. Aen.* VI 406 auferri hoc *L* operit *R* capiti *L* ferri *L* ferrum *ω* 282 mihi praesenti *desunt in lacuna L* 283 tristi *α* tristis *O* 284 incanos *Schenkelius* incomtos *Heinsius cf. Aen.* XII 611 *et Catulli* LXIV 224 turpauit *L* 285 carmie *H* charme *ω* 287 nimium *L* iterum *ω* 288 ut *Schraderus, om. AHR* et *L* 289 Haud *H* lectum *A* lętum *R* lessum *vel* fletum *prop. Ellis* portaret *Schraderus* 290 *om. L* aduecta *A m.* 1*R* captiva avecta *Baehrens*

effugere, o sistam exitium ut crudele meorum?
iam iam nec nobis aequo senioribus ullum
vivere uti cupiam vivit genus. ut quid ego amens
te erepta, o Britomarti, mei spes una sepulchri,
– te, Britomarti, diem potui producere vitae?
atque utinam celeri ne tantum grata Dianae
Gnosia neu Partho contendens spicula cornu 299
venatus esses virgo sectata virorum! 298
Dictaeas ageres ad gramina nota capellas:
numquam tam obnixe fugiens Minois amores
praeceps aërii specula de montis iisses,
unde alii fugisse ferunt et numen Aphaeae
virginis adsignant, alii, quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.
sint haec vera velim; mihi certe, nata, peristi:
numquam ego te summo volitantem in vertice montis
Hyrcanos inter comites agmenque ferarum

---

292 o sistam exitium ut *scripsi* obsistam exitium *AHR* exitium obsistam *L* ut sistam exitium *Pithoeus* exitium ut sistam *Ellis* 293 uobis *HR* aequo *Hauptius* ea q̂ *H* eaquę *L* eaque *AR* aevi *Heinsius* seuioribȝ *R* 294 vivere uti *Silligius* Viuendi *O* visere si *prop. Ellis* cupiam *α*, *lacuna in L* copiam *ω* ut] a *Baehrens* quod eo *R* 295 erepta, o Britomarti *α* erepto brito marte *HL* crepto britho (brito *A m.* 1) mortē *AR* mei *H* ei *AR* meae *α* est *L* uana *L* salutis *AR* senectae *Heinrichius* 296 *om. L* Britomarti *α* brito marto marte *H* brithe morte *AR* 297 cereri *L* ne *α* nec *O* 298 *sq. inverti voluit Heynius* 299 *cf. ecl.* X 59 neu partho *α* Neupharto *L* naupharto *AR* naufarto *H* naupacto *Iuntina* heu Partho *Silligius* nec P. *Hauptius* 298 ferarum *Schraderus* 300 *cf. Cul.* 45 puellas *R* 301 fugeres ó Minos *L* 302 *cf. ecl.* VIII 59 aerii *Scaliger* aerei *AR* aeriis *H*, *lacuna in L* montis *Scaliger* montibus *O* iisses *Hauptius* isses *O* abisses *Scaliger* ibi isses *Ellis* 303 et *om. A et relicta lacuna R* numen Aphaeae *Parrhasius et Loensis* numina phoee *H* numina phoce (phocae *L*) *ω* (*cf. Naekius Cat.* 273) nomen Aphaeae *Scaliger* numina Aphaeae *Heynius* 305 lumine *R* 306 Sunt *R* perisses *L* 307 in *L, om. ω* montis *om. HR* 308 Hyrtacios *prop. Ellis* interque canes *Schraderus* ferorum *Baehrens*

conspiciam nec te redeuntem amplexa tenebo.
verum haec tum nobis gravia atque indigna fuere,
tum, mea alumna, tui cum spes integra maneret;
ęt vox ista meas nondum violaverat aures.
tene etiam Fortuna mihi crudelis ademit,
tene, o sola meae vivendi causa senectae?
saepe tuo dulci nequiquam capta sopore,
cum premeret natura, mori me velle negavi,
ut tibi Corycio glomerarem flammea luto.
quo nunc me, infelix, aut quae me fata reservant?
an nescis, qua lege patris de vertice summo
edita candentes praetexat purpura canos,
quae tenuis patrio praes sit suspensa capillo?
si nescis, aliquam possum sperare salutem,
inscia quandoquidem scelus es conata nefandum;
sin est quod metuo, per te, mea alumna, tuumque
expertum multis miserae mihi rebus amorem,
perdere saeva precor per lumina te Ilithyiae,
ne tantum facinus tam nulla mente sequaris.
non ego te incepto, fieri quod non pote, conor
flectere amore, neque est cum dis contendere nostrum;

---

310 tum *H* tunc *AR* cū *L* haut *Baehrens* non sic *Silligius* 311 Tu *L* cui *H m.* 1 tibi *AR* manebat *Heinsius* 312 Et *L* Nec ω nam *Ellis* 313 Te etiam *R* 314 o *L*, *om.* ω 315 lepore *Heinsius* 317 coritio *L* caritio *R* 318 *cf. Aen.* V 625 VIII 575 aut quo me *AR* ad quae me *vir doctus in misc. obss.* IV 326 quae nunc .. aut quo me *Ellis* numina seruant *L* 319 summo] canos *L* 320 pretexerat *R* canos] crines *L* 321 quam *Scaliger* tenui patriae α praes sit *Ellis* pressit ω pręsit *R* spes sit α capilla *H* 323 es conata εα est contata *L* es (est *m.* 2 *H*) cantanda *AH* esca tentanda *R* 324 per te, mea *Gronovius ad Liv.* XXIX 18, 9 per me mea *L* per me tua *H* ꝑmetuo ꝑ me tu *R* te per mea *Scaliger* 326 Per te α perdita *olim conieci* scaeua *R* sacra α lumina *Scaliger* flumina ω flumina sacra *L* numina *prop. Heynius* te *addidi, om. O* que *Hauptius* et *Silligius* elithię *L* elithie *H* elythię *R* olythie *A* Lethaeea *Salmasius* 327 ne *Loensis* Nec *O* facinus *Baehrens* in facinus *O* nulla] molli *L* stulta *Heinrichius* feraris *Scaliger* 329 amore α amor *O*

sed patris incolumi potius denubere regno
atque aliquos tamen esse velis tibi, alumna, penates.
hoc unum exitio docta atque experta monebo.
quod si non alia poteris ratione parentem
flectere (sed poteris: quid enim non unica possis?),
tunc potius tamen ista, pio cum iure licebit,
cum facti causam tempusque doloris habebis,
tunc potius conata tua atque incepta referto;
meque deosque tibi comites, mea alumna, futuros
polliceor: nihil est, quod texitur ordine, longum.'
His ubi sollicitos animi relevaverat aestus
vocibus et blanda pectus spe luserat aegrum,
paulatim tremebunda genis obducere vestem
virginis et placidam tenebris captare quietem
inverso bibulum restinguens lumen olivo
incipit ad crebrosque insani pectoris ictus
ferre manum, adsiduis mulcens praecordia palmis.
noctem illam sic maesta super morientis alumnae
frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.
postera lux ubi laeta diem mortalibus almum
et gelida venientem ignem quatiebat ab Oeta,

neque *L* nec ω est α sit *O* diis *ALR* concedere *H m.* 1
te
330 denubere (*corr. m. rec.*) *H* te nubere *L* 331 velim *vir doctus in misc. obss.* IV 327 332 exitium *L* 333 aliqua *vel* ulla *Schraderus* 334 non *AR* nisi *HL* 335 Tu *AR* tum *Hauptius* tamen ista *vir doctus misc. obss. l. l.* tamen ipsa ω ipâ tm̂ *H* tandem ista *Baehrens* iura *H m.* 1 336 témpus cáusamque *A*, *prob. Ellis* 337 tum *Hauptius* tuo *L* tue *A* incepta α incerta *O* 338 deos, *om.* que *AR* 339 texitur *exc. Paris.* (*cf. Baehrens PLM* I 223) texuit *AHR* texat *L* texas α in ordine *L* texis in ordine *prop. Ellis* 340 his α Hic ω Hoc *L* ubi] tibi *L* sollicitus *HL* reuelauerat, *suprascr. m. rec.* relaueuerat (*sic*) *H* uelauerat *L* 341 spe *om. H* luserat α iusserat (*i. e.* lusserat) *AR* uiserat *H* clauserat *L* uicerat *Iuntina* 344 restinguens *C* restringens *AHR* restrigens *L* 345 que *Bothius, om. O* 347 marcentis *vel* maerentis *Heinsius: cf.* 182. 225 348 cubitos *H* cubitis *L* 349 *cf. Aen.* V 64 350 *Catulli* LXII 7 gelido *L* venientem ignem *Hauptius*

quem pavidae alternis fugitant optantque puellae
(Hesperium vitant, optant ardescere Eoum),
praeceptis paret virgo nutricis et omnis
undique conquirit nubendi sedula causas.
temptantur patriae submissis vocibus aures,
laudanturque bonae pacis bona: multus ineptae
virginis insolito sermo novus errat in ore.
nunc tremere instantis belli certamina dicit
communemque timere deum, nunc regis amicis,
iamque ipsi veritast: orbum flet maesta parentem,
cum Iove communes qui nolit habere nepotes.
nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
invenit et divum terret formidine cives;
nunc alia ex aliis (nec desunt) omina quaerit.
quin etiam castos ausa est corrumpere vates,
ut, cum caesa pio cecidisset victima ferro,
essent qui generum Minoa auctoribus extis
iungere et ancipites suaderent tollere pugnas.
At nutrix, patula componens sulphura testa,

---

ueniente mihi ω uenientem mane *L* veniens mani *vulgo* venientis enim *in parenthesi Ellis* obeta *H m.* 1 351 *sq. cf. Callimachi Hecalae fr.* 52 quę *L* optant *L* obstant ω 352 Eoum *Bentleius ad Callimachi l. l.: cf. Naekii opusc.* II p. 38, *om. AHR* solem *L* 354 conq̄rit *H* conqrit *R* 355 Tentantur *L* Temptatus ω patriae *L* proprie *AH* proprię *R* summissis *L* 356 Laudanter *H* bone *H m.* 1 *L* novae *Ellis* multus, *m. rec.* uultus *H* multis *R* ineptae *Pithoeus* inepte *H* inempt(a)e *AR* inepto *L* 357 insolito *Pithoeus* insolite *AH m.* 1 insolitę *LR* sermunculus *Ellis* erat *HR* 358 bellis *H* ducit *H* 359 amici *L* 360 iamque *Hauptius* Namq· *O* nunc *Kochius* ip̄o *L* ueritast *Ellis* ueritas est *AHR* uerita est *L* orbum *AHR* orbari *L* flet *AR* fit *H, om. L* paretē *R* parente *L* 361 qui nolit *scripsi* quin *H* quin *R* qui quondam *L* quem par sit *Hauptius* qui non dat *Ellis* qui mittat *Baehrens. olim praeterea* qui possit *proposui* habere *Hauptius* habuere *O* avere *Baehrens* 362 conficta α confecta *O* conserta *'alias' Loensis* 364 nec] nunc *L* omnia *R* quaerit α quaerunt, *corr.* quaerit *H* quaerunt ω 366 *cf. Catulli* LXIV 369 ut α Et *O* 367 essent α Et sinēt (˜ *m. rec.*) *H* Et sit *A* (*ut vid.*) *R* Vt sint *L* esset *Silligius* estis *AH m.* 1 *R* 368 suaderet *AHR* 369 Et *H*

narcissum casiamque herbas incendit olentes,
terque novena ligans triplici diversa colore
fila 'ter in gremium mecum' inquit 'despue, virgo,
despue ter, virgo: numero deus impare gaudet.'
inde mago geminata Iovi Stygialia sacra,
sacra nec Idaeis anubus nec cognita Grais
pergit, Amyclaeo spargens altaria thallo,
regis Iolciacis animum defigere votis.
verum ubi nulla movet stabilem fallacia Nisum
nec possunt homines nec possunt flectere divi
(tanta est in parvo fiducia crine cavendi),
rursus ad inceptum sociam se iungit alumnae
purpureumque parat rursus tondere capillum,
tam longo quod iam captat succurrere amori,
non minus illa tamen, revehi quod moenia Rhauci
gaudeat: et cineri patria est iucunda sepulto.
  Ergo iterum capiti Scylla est inimica paterno:

---

370 *cf. ecl.* II 11 incendit *AH* contundit *LR* 371 ligans *scripsi* ligant *H* ligant *AR* ligat *L* 372 gremium] circum *L* 373: *cf. ecl.* VIII 75 374 inde] hinc *L* mago geminata (*olim* generata) Iovi *scripsi* magno geminat ioui *AHR* magno generata Ioui *L* Ioui geminat magno $\alpha^1$ Iovi magno geminat (geminans *Ellis*) *Silligius* Iovi ingeminat magico *Schraderus* magico venerata Iovi *Scaliger* Stygialia *Scaliger: cf. Aen.* IV 638 frigidula *AHR, om. lacuna relicta L* furialia *Bothius* Iunoni Stygiae facit inde Hecateia sacra *exempl. Loensis* 375 idaeis $\alpha$ ideis *O* Aeaeis *Heinsius* anubus (u *corr. in* i) *H* auibus *L* senibus *AR* graiis *L* 376 Perdit *R* amicleos *AR* emicleos *H* pergens *AR*, (e *pr. m. rec. corr. in* a) *H* tallo *H* talo *AR* 377 defigere *L* defugere *AHR* 378 stabulis *L* 380 Tanto *H* mouendi cauēdi (*m. eadem*) *H* 381 adiungit *HL* cingit *Silligius* 382 rursus] nutrix *Hertzbergius* 383 tam longo *Heynius* cum longo *L* Cum longe *AHR* infando *Kochius. an* tam lento? quoniam *Iuntina, fort. recte* 384 rephehi (*corr. m. rec.*) *H* rauci *AR*, *lacuna in L* Rhauci *scripsi* (*cf. Ellis journal of Philol.* VIII 10 XV 488) crescat *HL* crescāt *AR* Cressa *Schraderus. Fortasse duplex lectio* Cressa *et* Rauci *fuit* Rhauci quod m. crescant *Ellis* 385 gaudebat *Bothius* patrie *L* 386 iterum *Heinsius* metu *O*

tum coma Sidonio florens deciditur ostro,
tum capitur Megara et divum responsa probantur,
tum suspensa novo ritu de navibus altis
per mare caeruleum trahitur Niseïa virgo.
complures illam nymphae mirantur in undis,
miratur pater Oceanus et candida Tethys
et cupidas secum rapiens Galatea sorores;
illam etiam iunctis magnum quae piscibus aequor
et glauco bipedum curru metitur equorum
Leucothea parvusque dea cum matre Palaemon;
illam etiam alternas sortiti vivere luces,
cara Iovis suboles, magnum Iovis incrementum,
Tyndaridae niveos mirantur virginis artus.
has adeo voces atque haec lamenta per auras
fluctibus in mediis questu volvebat inani,
ad caelum infelix ardentia lumina tendens,
lumina, nam teneras arcebant vincula palmas:
'supprime tu paulum turbati flamina venti,
dum queror et divos (quamquam nil testibus illis —
profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
vos ego, vos adeo, venti, testabor, et aurae.
vos, Odomantina si qui de gente venitis, —

---

capiti *α* capitis *O* paterni *L* 387—389 *cf. Catulli* LXIV 19—21 387 Tunc *AR* sidonia *AH m.* 1 sydonia *R* deciditur *Silligius* deceditur *AHR* succiditur *L* 388 Tunc *AR* probantur] proñd' *H* 389 Tunc *ALR* maīb9 (*h. e.* manibus), *suprascr. m. rec.* nauibus *H* 392 tethis *A* thetis (i *m. ant. corr. in* y) *R* theseis *H* 394 illa *L* et *R* quae] quoque *AR* 396 Leucothea *R* Leuchothea *A* Leucotoa *H* Leuchothoe *L*: *an* Leucothee? 397 illam *Heinsius* Illi *O* alternas *α* eternas *H* ętemas *L* ęternos *R* ęthernos *A* luces *L* lucos *ω* 398 *cf. ecl.* IV 49 399 Tyndarides *R* Tindarides *A* 402 *cf. Aen.* II 405 tollens *L* 403 = *Aen.* II 406 404 turbata *H* turbata o *L* turbantia *Maehly* 405 *sq.* = *ecl.* VIII 19 *sq.* 408 vos, Odomantina *scripsi, Boreae Thracis gentem intellegens* Uos o numantina *AHR* Vosq: Numantina *L* vos o Mantinea *Loensis* vos matutina *Scaliger* Vos, Pandionia *Heynius* vos Orithyiae *Hertzbergius* vos, horum antiqua *Ellis* si quid *H m.* 1

cernitis: illa ego sum cognato sanguine vobis
Scylla (quod o salva liceat te dicere Procne);
illa ego sum Nisi pollentis filia quondam,
certatim ex omni petiit quam Graecia regno,
qua curvus terras amplectitur Hellespontus;
illa ego sum, Minos, sacrato foedere coniunx
dicta tibi: tamen haec, etsi non accipis, audis.
vinctane tam magni tranabo gurgitis undas?
vincta tot adsiduas pendebo ex ordine luces?
non equidem me alio possum contendere dignam
supplicio, quod sic patriam carosque penates
hostibus immitique addixi ignava tyranno.
verum istaec, Minos, illos scelerata putavi,
si nostra ante aliquis nudasset foedera casus,
facturos, quorum direptis moenibus urbis
o ego crudelis flamma delubra petivi;
te vero victore prius vel sidera cursus
mutatura suos, quam te mihi talia captae
facturum metui. iam iam scelus omnia vincit.
ten ego plus patrio dilexi perdita regno!
ten ego! nec mirum, vultu decepta puella
ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.
non equidem ex isto speravi corpore posse
tale malum nasci: forma vel sidera fallas.

---

409 nobis *H* 410 licet *H* tibi *L* mihi *Scaliger* 411 Ille *H m.* 1 Scylla *L* 412 Certam̄ (*suprascr. m. rec.* tim) *H* 413 Qua *L* Quam ω terras *L* e terris *AH* terris *R* complectitur *L* 415 facta *L* hoc *L* aspicis *Heinsius* 416 Victane *R* 419 quot *H* Q̃ q̧ *L* 420 adixi *H* adduxi *A* aduxi *R* ingrata *vel* ignava *Heinsius* ignara *O* gnara *Maehly* 421 istaec *Schraderus* esthec *AHR* est hoc *L* esto. haec α illos *L* illo ω 422 aliquid *H* nudassent *H* 423 dereptis *H* 424 flam̄am *L* flammis *A* 425 vero] non, *suprascr. m. rec.* vō *H* 426 mihi *om. R* 427 Facturum *L* Factorum *H* Fatorū *AR* uicit *H m.* 1 430 = *ecl.* VIII 41 432 sydere *LR* fallas *Hauptius* falle, *m. rec. factum* fallat *H* fallor *ALR* formae vel sidere falli *Iortinus* f. quae s. fallor *prop. Ellis*

me non deliciis commovit regia dives,
dives curalio fragili et lacrimoso electro,
me non florentes aequali corpore nymphae,
non metus incensam potuit retinere deorum:
omnia vincit amor; quid enim non vinceret ille?
non mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha,
pronuba nec castos accendet pinus honores,
nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
magna queror: ne tu illa quidem communis alumnam
omnibus iniecta tellus tumulabis harena.
men inter matres ancillarisque maritas,
men alias inter famularum munere fungi,
coniugis atque tuae, quaecumque erit illa, beatae
non licuit gravidos penso devolvere fusos?
at belli saltem captivam lege necasses!
iam fessae tandem fugiunt de corpore vires,
et caput inflexa lentum cervice recumbit,
marmorea adductis tabescunt bracchia nodis.
aequoreae pristes, immania corpora ponti,

---

433 non me *L* delictis *H* delectis *A, in ras. R* 434 dives $\alpha^1$, *om. O* curalio *Iahnius: cf. Heinsius ad Ovidii met.* IV 749 Coralio *L* Corallo ω curalio dives *Ellis* aut *Loensis* atque *Heynius* lachrimoso mouit Electro *L* movit l. e. *Loensis* electro lacrimoso *Scaliger* 435 non me *Loensis* 436 incendens *A, def. Ellis* incendens *H* incendes *R* 437 *cf. ecl.* X 69 uicit *H* 439 dascos *AR* accendit *HR* spinus *Leopardus teste Nic. Loensi l. l.* 27 odores *HL: cf.* 145 440 Non *L* 441 vana *Heinsius* ne tu *Ellis* ne ut *HL* nec et *AR* nec me *Scaliger* me ne *Heynius* alumnam *Heinsius* alumna *LR* alūpna *AH* 442 *cf. Catulli* LXIV 153 tumulabis *Ellis* tumulabit *L* cumulabit ω 443 matres] comites *L* ancillaris *Silligius* ancillari *HR* ancillarū *AL* maritas *R* marinas *AH* cateruas *L* matrisque ancillari atque maritae *Hertzbergius* 444 mene alias α Menalias *HL* Moenalias *AR* men famulas *Ellis* 445 beata *L*, *quod placuit Naekio Cat.* 407 448 iam] *aptior a interiectio videtur: cf.* 454 fessę (*dativus*) *R* fesse ω fesso *Schraderus: cf. Catulli* LXIV 189 450 tabescunt *Schraderus* labescunt *AHR* labascunt *L* livescunt *vir doctus in misc. obss.* IV 330 *et Heinsius* 451 Equoreę *L* Equorea *H* Aequorei *AR* pristes *Barthius:*

undique conveniunt et glauco in gurgite circum
verbere caudarum atque oris minitantur hiatu.
iam tandem casus hominum, iam respice, Minos.
sit satis hoc, tantum Scyllam vidisse malorum,
vel fato fuerit nobis haec debita pestis
vel casu incerto, merita vel denique culpa:
omnia nam potius quam te fecisse putabo.'
  Labitur interea resoluta ab litore classis,
magna repentino sinuantur lintea coro,
flectitur in viridi remus sale, languida fessae
virginis in cursu moritur querimonia longo.
deserit angustis inclusum faucibus Isthmon,
Cypselidae magni florentia regna Corinthi;
praeterit abruptas Scironis protinus arces
infestumque suis dirae testudinis exit
spelaeum multoque cruentas hospite cautes.
iamque adeo tutum longe Piraeea cernit,
et notas eheu frustra respectat Athenas.
iam procul e fluctu Salaminia suspicit arva
florentesque videt iam Cycladas; hinc sinus illi

---

*cf. Aen.* III 427 pestes (*suprascr. m. rec.* pistres) *H* pestes *L* pisces *AR* minantia *R* 453 Verbera *AHR* 455 Scyllam *Hauptius* solam *BL* sola *AHR* 457 incerto *Scaliger* inceptu (u *m. rec. corr. in* o) *H* incepto *ABL* incoepto *R* 458 non *H* fecisse *B* legisse *AHR* lesisse *L* 459 resoluta *Heinsius* reuoluta *O* a *AR* 460 littora, *m. recentiore corr.* lintea *B* choro [l] *ABLR*

463 histhmo *L* ismon *R* idmon *H* 464 Cypseide *H* Cypseide *R* Cipseide *B* Cypselidae et *Schraderus* Corinthum *Heynius* 465 abrustas *R* scironis *B* chironis *HR* chyronis *L* duronis *A* 467 hospita *H* cautas *H m.* 1 468 Tamque *B*

Piraeea [e] *α* pireia *HLR* pirreia *A* pierida *B* 469 eheu *B* secum heu *ω* Aegei *olim conieci* atenas *H m.* 1 harenas *AR*
470 efluctu *B* e fluctus *AR* et fluctus *H* effluxus *L* Salaminia *Heynius* salamina [i] *B* alia minos *HR* minoia *AL* Salaminos *Silligius* suspicit *Silligius* respicit *ABL*, *def. Ganzenmueller* aspicit *HR* dispicit *Baehrens* 471 sinus illi *Hauptius* uenus illi *ABHR* strophadaq: [s] (s *suprascr. m.* 1) *L* vetus illi *Hertzbergius*

Sunius, hinc statio contra patet Hermionea.
linquitur ante alias longe gratissima Delos
Nereidum matri et Neptuno Aegaeo.
prospicit incinctam spumanti litore Cythnum
marmoreamque Paron viridemque adlapsa Donysam
Aeginamque simul sementiferamque Seriphum.
fertur et incertis iactatur ad omnia ventis,
cumba velut magnas sequitur cum parvula classes
Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo,
donec tale decus formae vexarier undis
non tulit ac miseros mutavit virginis artus
caeruleo pollens coniunx Neptunia regno.
sed tamen aeternam squamis vestire puellam
infidosque inter teneram committere pisces
non statuit (nimium est avidum pecus Amphitrites):

---

472 Sunius *Hauptius* Sinius *B* Summus *AHR* hinc sinus *L* Sunion *Heynius* petet *A* petit *R* herimonea *corr. m.* 2 her///monea (i *suprascr.*) *B* hermionia *L* hermonia *H* hermiona *AR* 473 *sq. spurios habet Hertzbergius* 473 *cf. Aen.* III 73. 124 474 = *Aen.* III 74 475 hospicit *H m.* 1 intinctam *H* hinc cinctam *Schraderus* gurgite *Schraderus* Cythnum *Loensis* Cythnon *α* cynthum *L* cinthum (*post eras.* chi) *B* cyntū *R* cyncum *A* chintum *H* 476 *cf. Aen.* III 125 *sq.* Donysam *α* donisam *BH m.* 2 *L* donissã *AR* donisa *H* m. 1 477 et Diam et Siphnon *Heynius* Olearonque s. *Puetzius* sementiferam *L* salutiferam *ω* serpentiferam *Scaliger coll. Strabone* X p. 487. absinthiferam *Silligius* sarmentiferam *Iebbius* serpulliferam *Schenkelius* Syrumque colubriferam *prop. Ellis* seriphon *A* seryphon *R* 478 ad omnia *ω* (*cf. Leo ad Cul. p.* 60) ad onnā (a *post. m. rec. add.*) *H* ad aëra *conieceram* 479 Cumba *B* Cimba *AHR* cymba *L* 480 hibernos *H m.* 1 481 vexarier *B*, *Heinsius* uexauit et *AHR* uexauerit *L* undis *B* egros *AH* aegros *R* egrā *L* Aegon *Hertzbergius* ultra *Heinsius* auris *Baehrens* 482 et *AR* 484 eternam *B* externam *AHR* et rigidis *L* eximiam *Hauptius* extremam *Hertzbergius. an* aeternis? *cf.* 504 aeternum *Kreunen* hesternam *prop. Ellis* 485 teneras, *corr.* teneras *B* connetere *H* comittere *B m.* 1 *R* 486 nimium (*corr. ex* minimum) *B* nimiumq: *L* auide regno *L* amphitdes (des *m. ant. sed* 2 *add.*) *H*

aëriis potius sublimem sustulit alis,
esset ut in terris facti de nomine ciris,
ciris Amyclaeo formosior ansere Ledae.
hic velut in niveo, tenera est cum primitus, ovo
effigies animantis et internodia membris
inperfecta novo fluitant concreta calore:
sic liquido Scyllae circumfusum aequore corpus
semiferi incertis etiam nunc partibus artus
undique mutabant atque undique mutabantur.
oris honos primum et multis optata labella
et patulae frontis species concrescere in unum
coepere et gracili mentum producere rostro;
tum qua se medium capitis discrimen agebat,
ecce repente velut patrios imitatus honores
puniceam concussit apex in vertice cristam;
at mollis varios intexens pluma colores
marmoreum volucri vestivit tegmine corpus,
lentaque perpetuas fuderunt bracchia pinnas.
inde alias partes minioque infecta rubenti
crura nova macies obduxit squalida pelle
et pedibus teneris ungues adfixit acutos.
et tamen hoc demum miserae succurrere pacto
vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
numquam illam post haec oculi videre suorum
purpureas flavo retinentem vertice vittas,

---

487 sublimen *C* 489 Amyclaeae *Heinsius* 490 tenera est *Hauptius* tener est *AR* teneres (s *del.*) *H* tenere *BL* protinus *L* 494 etiam tum *Silligius* 495 mutab$^{u}$antur, *corr. m. eadem B* mutabuntur *H* mutabatur *L* 496 et *om. L* multi *B* 499 qua se] quasi *B* quia se *L* 500 paruos *L* 501 puream *L* 502 mollis] membris *L* 503 Mansurum *L* 504 funderunt *BHR*: fundebant? pinnas *B* pennas *ω* 506 noua macies *α* nouamque ac$^{i}$es *B* nouamq· acie *H* nouamq; aciem *A* nouemq: aciem *L* nouatiq3 aciem *R* novam macies *Silligius* pelle *scripsi* pellẽ *BR* pellem *H* pellis *L* pelli *Pithoeus, prob. Lachmannus Lucr. p.* 425 507 pellibus *H* teneros *H m.* 1 509 placide *AR* 510 illum *B* post hac *L* 511 *cf. Ca-*

non thalamus Syrio fragrans accepit amomo,
nullae illam sedes: quid enim cum sedibus illi?
quae simul ut sese cano de gurgite velox
cum sonitu ad caelum stridentibus extulit alis
et multum late dispersit in aequora rorem:
infelix virgo nequiquam a morte recepta
incultum solis in rupibus exigit aevum,
rupibus et scopulis et litoribus desertis.
nec tamen hoc ipsum poena sine: namque deum rex,
omnia qui imperio, terrarum milia versat,
commotus talem ad superos volitare puellam,
cum pater extinctus caeca sub nocte lateret,
illi pro pietate sua (nam saepe nitentum
sanguine taurorum supplex resperserat aras,
saepe deum largo decorarat munere sedes)
reddidit optatam mutato corpore vitam
fecitque in terris haliaeetos ales ut esset:
quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscis.
huic vero miserae, quoniam damnata deorum

---

*tulli* LXIV 63 flauo *B* saluo *ω* renitentem *B* retinentes *R* 512 thalamis *R* Syrio *post Heynium Baehrens* tyrio (thirio *H* tirio *B*) *O* flagrans *O* 513 nulla *Scaliger* illū, u *corr. in* a *B* fides *R* cum *Heinsius* iam *O* illi *B*, *Heinsius* illis *ω* 516 (a)equora *BH* aequore *ALR* 517 a *α*, *om. O* 520 hac *H* ipsum *B mg. m.* 2, *Loensis* iterum *ω* penas *HLR* 521 et terras ac sidera *Heynius* rerum mortalia *Heinsius* terras mare sidera *olim conieci* stellarum milia *Baehrens*. *cf. Lucr.* IV 412 522 talem] tamen *C* ad celum, *in mg. m.* 2 superos *B* uiolare (it *suprascr. m. rec.*) *H* 523 dum *Silligius* 524 nitentum *vett. edd.: cf. Aen.* III 20 uidemus *O* tepenti *α*¹ bidentum *Scaliger* vigentum *Ellis* 525 respexerat *BH m.* 1 auras *ABHL* 526 longo decorauit *AR* 527 Reddit (et *suprascr. m. rec.*) *H* 528 Fecit et *L* haliaetus ales *α* halietos ales *B* aliethos ales *L* helicone sales *H* helice sales *AR* essent *R* 529 aquilis *L* aliis, *in mg. m.* 2 aquilis *B* aliquis *AHR* choruscis *B* coruscus *HLR* coruschus *A* 530 vero] ero (g *m. rec.*) *H* ero *AR* quoniam damnata *B* quoniam iam

iudicio patriaeque et coniugis ante fuisset,
infesti apposuit odium crudele parentis:
namque ut in aetherio signorum munere praestans,
unum quem duplici stellarum munere vidi,
scorpios alternis clarum fugat Oriona:
sic inter sese tristis haliaeetos iras
et ciris memori servant ad saecula fato.
quacumque illa levem fugiens secat aethera pinnis,
ecce inimicus atrox magno stridore per auras
insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
illa levem fugiens raptim secat aethera pinnis.

---

nata *L* quĩ iam nata *H* quoniam iam nacta *AR* 531 patriaeque *Silligius* natique *AHLR* nâque, *in mg. m.* 2 natique *B* patrisque *Heynius* fatique *Baehrens* pactique *prop. Ellis* 532 apposuit *Silligius* apposuitq̃ *H* apposuitq· ω 533 Iamq: *L* ut in etherio *B* utinam (a)ethereo (etherio *L*) ω lumine *Schraderus* 534 stellatum *Iuntina* mu$^{n}_{\vee}$ere *B* sidere ω 535 Scorpios *B* Scorpius ω alterius *R* fugant *AHR*, *lacuna in L* orionem *L* 536 se ///// se (*erasum* tristi) *B* tristes *L* haliaeetus *B* alietos *BH* aliethos *A* aliethus *L* aliethes *R* in iras *ALR* 537 ciricis *AH* cyricis *LR* seruans *L* sedula *AR* facto *AR* facta *H* 538—541 = *ge.* I 406—409 538 secat] in *L* aera *AR* pennis *ABLR* pinnus (*m. rec. suprascr.* pennis) *H* 541 aera *AR* pennis *ABLR* P. VIRGILII MARONIS CYRIS FINIT *R*

# COPA

## SIGLORUM TABULA.

*A* = Colbertinus I
*B* = Bembinus
*G* = Gudianus saec. XV
*H* = Helmstadiensis
*M* = Monacensis n. 305 saec. XI
*R* = Monacensis n. 261 saec. XV
*T* = Tegernseeensis saec. XII
*W* = Monacensis n. 21562 saec. XII
*Ψ* = *MRTW*
*V* = Vossianus n. 81
*Y* = Thuaneus
*Z* = Vossianus n. 849
*ω* = libri praeter laudatos.

Copa Surisca, caput Graia redimita mitella,
crispum sub crotalo docta movere latus,
ebria fumosa saltat lasciva taberna,
ad cubitum raucos excutiens calamos:
'quid iuvat aestivo defessum pulvere abisse,
quam potius bibulo decubuisse toro?
sunt topia et kalybae, cyathi, rosa, tibia, chordae
et triclia umbrosis frigida harundinibus;
est et vappa cado nuper defusa picato, 11
est crepitans rauco murmure rivus aquae.

---

Charisius *p.* 63 K. 'cupo cuponis... quamvis Vergilius librum suum Cupam inscripserit' (*cf. Bentleius ad Hor. serm.* II 2, 123) Publii Virgilii Maronis || Dirę Finiunt; Copa Eiusdẽ || Maronis Incipit *B* PRIAPEIA EXPł·COPA INCIP̄· *T* Finis Rosarum libri. Et cope Liber Incipit *V* Copa *H* 1 sui risca, *in mg. m. rec.* l' sirisca *B* sirisca *HV* furisca *Ψ* graia *V* greca *BΨ* CRECA *Y* metalla, *in mg. m. rec.* l' mitella *B* capella mitella *H* 2 crotala (crotola *W*) *Ψ* 3 famosa *BV* 5—38 *Copam loqui non vult Buechelerus mus. Rhen.* 45, 323 5 abisse *Ilgenus* abesse *ω* adẽe *V* 6 potis *Y* potum *Z* uiduo *G* vivo *Schenkelius* 7 topia, *in mg. m. rec.* l' trophi *B* cuppe *GV* strophia *Gaibac.* calybae '*membrana Contii*', *Scaliger* kalibes *B* calibes *H* chalibes (chalybes) *Ψ* calices *V* obba et calices *Heinsius* obbae, calices *Ilgenus* crati rosa *A* crathrosa *Ψ* 8 triclya (tryclia) *Ψ* triaclia *BV* t triachria *in mg. m. rec. B* tricila *G* trichila *Z* triclina *H* umbrosis *HΨ*: *cf. Aen.* VIII 34 umbris, *in mg. m. rec.* l' umbrosis *B* umbris *V* umbriferis *Z* harundineis *V* 11 *sq.* 9 *sq. transposui, vulgato ordine libri* 11 est *om. Ψ* diffusa *HV* 12 Et *HY* crepitans *V* strepitans *ω* trepidans

en et Maenalio quae garrit dulce sub antro 9
  rustica pastoris fistula more sonat.
sunt et Cecropio violae de flore corollae 13
  sertaque purpurea lutea mixta rosa;
et quae virgineo libata Achelois ab amne 15
  lilia vimineis attulit in calathis.
sunt et caseoli, quos iuncea fiscina siccat,
  sunt autumnali cerea pruna die;
sunt et mora cruenta, et lentis uva racemis 21
  et pendet iunco caeruleus cucumis,
castaneaeque nuces et suave rubentia mala: 19
  est hic munda Ceres, est Amor, est Bromius.
est tuguri custos, armatus falce saligna, 23
  sed non et vasto est inguine terribilis.
huc calybita veni: lassus iam sudat asellus; 25
  parce illi, Vestae delicium est asinus.
nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadae,
  nunc varia in gelida sede lacerta latet.

---

*coni. N. Heinsius* 9 Eti *H m.* 1 Est *G* 10 in ore *HY* ab ore *Baehrens* sonans *G* 13 et cecropio *GVZ* etiam croceo (crocee *H*) ω et Corycio *Burmannus* et cum croceo *prop. Leo* uincte *V* iunctae *Z* de more *V* coronae *GZ* corone *V* 14 mixta rosa *HVΨ* mistatrosa (*corr. m. rec.*) *B* ministrosa *Y* 15 Sunt q̃ *V* Sunt et *GZ* achalois *Ψ* acheloio *V* 16 Filia *Ψ* vimineis] quae niueis *GZ* emineis *V* 17 iuncea] scirpea *V* fascina *BH* 18 autunalis *V* dee *V* 19. 22. 21. 20 *hoc ordine Baehrens* 21 *sq.* 19 *sq. transposuit Ilgenus, vulgato ordine libri* 21 Suntq3 cruenta mora *V* est *Wernsdorfius* letis *Y* uva] at3 uua *V* 22 pendens *GZ* 20 hic] et *V* en *Baehrens* amor et *V* 24 et *olim* ec *interpretabar* ex *Ilgenus* hic *Baehrens* est *om. Ψ* sed uasto non est *in litura Colbertinus* 4, *Hauptius* 25 Huic *ABY*, *def. Leo* nunc *H* calibida *V* cybelista *Hertzbergius* salsus *supr. m. rec. B* lapsus *R* fessus *V* sedet *V* 26 Vestae *Is. Vossius* uestrae *BYΨ* nostrum *V* deliciae *Ψ* Parce illi idelice est asinus uestre *H* 27: *cf. ge.* III 328 rumpiunt *B* cupiunt *R* 28 uaria in *Ψ* uerearia *H* uere in *ABY* etiam in *V* verna in *N. Heinsius* veprum *Hauptius* viridis *Burmannus* vepris in *Ellis* saepe *Gaib., cum N. Heinsio Burmannus et Hauptius* sepe *Colbertinus* 4

si sapis, aestivo recubans nunc prolue vitro
  seu vis crystallo ferre novos calices.
hic age pampinea fessus requiesce sub umbra
  et gravidum roseo necte caput strophio,
formosum tenerae decerpens ora puellae.
  a pereat quoi sunt prisca supercilia!
quid cineri ingrato servas bene olentia serta?
  anne coronato vis lapide ista tegi?
pone merum et talos. pereat qui crastina curat!
  mors aurem vellens 'vivite' ait, 'venio'.'

---

29 nunc] te *Colb.* 3, *Scaliger* os *Ellis* 30 cristallo *V* cristalle *B* cristalli *HΨ* 31 *cf. Nemesiani ecl.* IV 46 Hic *H* Hec *W* Haec *MT* Nec *R* Hia *B* Huc *V* Eia *Y* 32 trophio *V* stripheo *H* 33 Formosus *duo Vossiani teste Burmanno* formosum *adverbii loco ad* tenerae *adpositum.* per morsum *Ellis* candida formosae decerpens *Bembus de cul. Verg. p.* 85, *sed librum antestqtus nullum* 34 Aperiat *Ψ* hapereant *H* quoi *VZ* quibus *H* cui *ω* sit *V* hec *H* prisca, *in mg. m. rec.* l' crispa *B* 35: *cf. Aen.* VI 213 cinere, *corr. m. ant.* cineri *B* seruās *V* 36 ossa *Ilgenus* ipse *Hauptius*

Publii Virgilii Maronis || Copa Finit. Versiculi Eiusdẽ | Maronis De Est · Et · Non · Incip̃ *B* P. VIRGILII MARONIS COPE LIB. EXPL. *V*

# MORETUM

## SIGLORUM TABULA.

*A* = Colbertinus I
*B* = Bembinus
*E* = Colbertinus V saec. XIII
*H* = Helmstadiensis
*P* = Sorbonianus saec. XI
*R* = Vindobonensis I saec. XI
*S* = Stabulensis saec. XI
*T* = Vindobonensis II saec. XV
*V* = Vossianus n. 81
*Y* = Thuaneus
*Z* = Vossianus n. 849
*m* = Monacensis I saec. XI
*n* = Monacensis II saec. XIII
*o* = Monacensis III saec. XI
*M* = Monacenses tres
ε = Basileensis
*O* = *BHMPRSV*
ω = libri praeter laudatos.

Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas
excubitorque diem cantu praedixerat ales,
Simylus exigui cultor cum rusticus agri,
tristia venturae metuens ieiunia lucis,
membra levat vili sensim demissa grabato
sollicitaque manu tenebras explorat inertis
vestigatque focum, laesus quem denique sensit.
parvulus exusto remanebat stipite fomes
et cinis obductae celabat lumina prunae.
admovet his pronam submissa fronte lucernam
et producit acu stuppas umore carentis
excitat et crebris languentem flatibus ignem.
tandem concepto tenebrae fulgore recedunt;
oppositaque manu lumen defendit ab aura
et reserat clausam qua pervidet ostia clavi.

---

Publii Virgilii Maronis ‖ Egloga de Rosis Finit ‖ Eiusdem Maronis ‖ Moretum Felicit Incip̄ *B* Incip̄ publii Virgilii Maronis feliciter Moretum *V* INCIP̄ MORETVM PVBLij VIRGIℂ maRONIS *S* Moretum incipit *H* 3 Symilus *B* Similus *R* Simulus *HV* orti *V* 5 sensim uili *HV* grabatto *BR* grabacto *V* 6 extersit *MR* (tenebras *ut oculos intellexerint*) inertes *V* inhertes *H* 7 lęsus. (*erasa* q) qui *B* quem laesus *P* sensit *BMR* 8 fomes *Scaliger* fumus *O* 9 Sed *V* lumine *H* 10 is *HV* 11 acus *R* carentis *H* carentes ω 13 tenebrae fulgore recedunt *HV* sed lux fulcore recedit, *m. rec. sic corr.*: sed lux fulgore recedūt, *et in mg.* ≶ tenebrae *B* sed lux fulgore recedit ω sed vix f. r. *Buechelerus* se lux f. recepit *Scaliger* 15 clausam *scripsi* clausa *HMRV* clausae *BPS* casulae *E*, *Scaliger* cellae *Barthius* clausum *Baehrens* plausa *Ellis* qua *MPR* quae *BS* que *HV* preuidet *HV* claui *HV m.* 1? clauis ω cellae *Heynius*

fusus erat terra frumenti pauper acervus:
hinc sibi depromit quantum mensura patebat,
quae bis in octonas excurrit pondere libras.
Inde abit adsistitque molae parvaque tabella,
quam fixam paries illos servabat in usus,
lumina fida locat; geminos tum veste lacertos
liberat et cinctus villosae tegmine caprae
praeverrit cauda silices gremiumque molarum.
advocat inde manus operi, partitus utrimque:
laeva ministerio, dextra est intenta labori.
haec rotat adsiduum gyris et concitat orbem
(tunsa ceres silicum rapido decurrit ab ictu),
interdum fessae succedit laeva sorori
alternatque vices. modo rustica carmina cantat
agrestique suum solatur voce laborem,
interdum clamat Scybalen. erat unica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura,
torta comam labroque tumens et fusca colore,
pectora lata, iacens mammis, compressior alvo,
cruribus exilis, spatiosa prodiga planta.
[continuis rimis calcanea scissa rigebant.]
hanc vocat atque arsura focis imponere ligna
imperat et flamma gelidos adolere liquores.
Postquam implevit opus iustum versatile finem,

---

16 tere *V* terrae *EZ* paruus *Z* 17 petebat *MPRV* sinebat *E* 18 bis in] bifido *PRn* bis et *mo* occurrit *H* 21 tum *Silligius* tunc *O* 22 tergore *MPRZ* 23 Pre uerrit *V* Preuertit *m.* 2 *corr. in* Preuerrit *H* Peruerrit *BPS* Peruertit *R* Praeuertit *M* Euertit *Z* silicem *V* 24 utriq; *MPR* utrumque *H m.* 1 26 Hinc *V* assiduis *H* concutit *H* 27 Tonsa *BS* Tusa *P* Trita *H* rapido silicum *H* decurrat *mo* 31 Interea *Z* cibalem *V* thibale *H* hec erat *HVZ* *Post v.* 31 *repetitur v.* 7 *in MR: cf. Hauptii quaest. Catull. p.* 50 32 Ipsa *MR* patrium tota *MPR* 33 calore *B* 34 Pectore *EZ* gerens *MR* complexior *V* comprensior *m* 35 spaciose *T* prodigia *BV* plante *T* 36 *habent in textu HTZ, add. m. rec. imo mg. B, om.* ω 37 focis arsura *E* 38 bullire *MR* 39 Sed postquam *T* opus *om. BS*

transfert inde manu fusas in cribra farinas
et quatit, ac remanent summo purgamina dorso.
subsidit sincera foraminibusque liquatur
emundata ceres. levi tum protinus illam
componit tabula, tepidas super ingerit undas;
contrahit admixta nuce fontis atque farinas,
transversat durata manu liquidoque coacto
interdum grumos spargit sale. iamque subactum
levat opus palmisque suum dilatat in orbem
et notat impressis aequo discrimine quadris.
infert inde foco (Scybale mundaverat aptum
ante locum) testisque tegit, super aggerat ignes.
dumque suas peragit Vulcanus Vestaque partes,
Simylus interea vacua non cessat in hora,
verum aliam sibi quaerit opem, neu sola palato
sit non grata ceres, quas iungat comparat escas.
  Non illi suspensa focum carnaria iuxta,
durati sale terga suis truncique, vacabant,
traiectus medium sparto sed caseus orbem
et vetus adstricti fascis pendebat anethi:
[ergo aliam molitur opem sibi providus aeris]
hortus erat iunctus casulae, quem vimina pauca
et calamo rediviva levi muniebat harundo,

---

iusto *MPR* fine *MPR* 40 Transferat *B* illa *MPR* manus *HV* 41 ac *S* hanc (*corr. m. ant.*) *B* hec *R* haec *MP* et *HV* 42 Subsedit *HV* sincere *B* colatur *V* 43 Emendata *BM* tunc *HV* illa *BMPR* 45 admixta *Baehrens* admixtos *HV* admixtas ω nuce *Baehrens* tunc *V* tum *H* nunc ω fontis *V* fontes *HMR* frondes *BP* 46 Transversa *Scaliger* duratque *Heinsius ad Ovidii fast.* I 338 47 grumo *H* gremio *MPR* 48 suum] unum *E* 49 quatris *V* 50 cibole *H* cibale *V* actum *V* 53 Symilus *B* Similus *Rno* Simulus *HV* Simili$^{u}$s *m* cessit *H* 54 poscit *T* 55 non] cū *R* 58 Transiectus *H* sparto] parco *HV* sed] sale *V* 59 pandebat *H* 60 *spurium habeo, ut qui male concilietur cum antecedentibus; fictus e v.* 54 aeris *AESY, item adscr. in mg. m. rec.* l' heros *B* heros *MRV* hoš *H* herbis *conieci* escis *Baehrens* 62 redimita *V* redemita *H*

exiguus spatio, variis sed fertilis herbis.
nil illi derat, quod pauperis exigit usus:
interdum locuples a paupere plura petebat.
nec sumptus erat ullus, sed recula curae.
si quando vacuum casula pluviaeve tenebant
festave lux, si forte labor cessabat aratri,
horti opus illud erat. varias disponere plantas
norat et occultae committere semina terrae
vicinosque apte curvans summittere rivos.
hic olus, hic late fundentes bracchia betae
fecundusque rumex malvaeque inulaeque virebant,
hic siser et nomen capiti debentia porra,
[hic etiam nocuum capiti gelidumque papaver]
grataque nobilium requies lactuca ciborum,
. . . . . . . crescit quae in acumina radix
et gravis in latum dimissa cucurbita ventrem.
verum hic non domini (quis enim contractior illo?)

---

64 Non *PV* derat *BP* deerat ω exigat *o* 65 multa *H* patebat *V* 66 Non *H* erat *om. R* ullius *MR* ullus *BPS* huius *V* ille[ud] (*corr. m.* 2) *H* opus *add. O, del. Maehly: cf.* 69 ullus honos *Buecheler* recula curae *scripsi* regula curae *O*, *nisi quod* fercula cure[b] regula[a] *corr. m.* 1 *T* regula uitae *E* 67 casulę *R* ve] que *PRV* 68 ve] q; *MR* uel si *P* lux] uel *R* 69 erat huius opus *E* deponere *H* 71 apta *Hauptius* curvans *scripsi* cura *O*, *nisi quod* curat ς ruri *Baehrens* sulcis *Wakefieldus* circa *Buechelerus*

72—74 *om. m.* 1, *sed vacuis relictis tribus lineis, add. m. rec. in V* 72 locus *MPR* lothos *T* et late *H* fundentis *MR* frondentis *E* betae *om. S* 73 que *om. R* matuae, *om.* que *BHP* inilę *MR* milae *P* uiolae *H* *Post v.* 73 plurima crescit ibi surgitque in acumina radix *HZ* (77) 74 sesir, *in mg. m. rec.* l' siser l' cicer *B* acer *H* capiti nomen *H* tepentia *MPR* porri *AY* (*cf.* 84) portat *R* cepa *H* caepe *V m. rec.* 75 *habent HV, om.* ω 77 *hic om. Z* Crescitq; in acumina radix *MPR* Quae crescit in acumine radit *B* Plurima crescit ibi surgitque in acumina radix *B m. rec. in mg., T* Plurimaque in terram detrudit acumina radix (acumina radix detrudit *V*) *HV*: *cf. Ovidii metam.* XI 72. *possis fortasse* plurima ibi raphani *supplere.* plurimaque asparagi *Sieroka ann. philol.* 1874 *p.* 396 78 demissa *HV*

79 hec *M* illo est *H*

sed populi proventus erat, nonisque diebus
venales umero fasces portabat in urbem:
inde domum cervice levis, gravis aere redibat,
vix umquam urbani comitatus merce macelli.
caepa rubens sectique famem domat area porri
quaeque trahunt acri vultus nasturtia morsu
intibaque et venerem revocans eruca morantem.
  Tunc quoque tale aliquid meditans intraverat hortum.
ac primum, leviter digitis tellure refossa,
quattuor educit cum spissis allia fibris;
inde comas apii graciles rutamque rigentem
vellit et exiguo coriandra trementia filo.
haec ubi collegit, laetum consedit ad ignem
et clara famulam poscit mortaria voce.
singula tum capitum nodoso cortice nudat
et summis spoliat coriis contemptaque passim
spargit humi atque abicit. servatum in germine bulbum
tinguit aqua lapidisque cavum demittit in orbem.
his salis inspargit micas, sale durus adeso
caseus adicitur, dictas super ingerit herbas,
et laeva vestem saetosa sub inguina fulcit:
dextera pistillo primum fragrantia mollit
allia, tum pariter mixto terit omnia suco.

---

80 profectus *MPR* nonis *Pithoeus* notis *aut* nonis '*membrana Pithoei itemque aliae*' *teste Scaligero* notis ω noctis *S* 81 umero] olerum *V* 82 *cf. ecl.* I 35 83 uacua mercede *MPR* 85 uultum *V* 86 Intuba *V* 87 Tum *Z, fortasse recte* 88 Hac *BS* refusa *P* 89 spicis *BS* alea *P* 90 gracilis *V* graciles ω uirentem *HV* 92 lentum *Heinsius ad Ovidii fast.* II 578 94 tunc *HV* corpore *PRno* uertice *H* pectore *m* mundat *Tellerianus* 95 spoliat *om. n* coniectaq; *MR* temptataq; *T* 96 abicit *M* adicit *BPR* adiicit *H* abdicat *V* in *V*, *om.* ω germine *Schraderus* ~gmine *HRV* gramine ω bullū *Rm* bolu *no* 97 aquę *R* demittit *V* 98 Hic *V* Hec, *corr. m.* 2 Hic *H* inspergit *P* aspergit *HV* obeso *V* 99 aduehit *V* aduehitur ς ingerit *HV* inserit ω interit *Ellis* 100 vestem] testum *vel* testam *Sieroka* inguine *B* 102 Alea *T* tunc *H*

it manus in gyrum: paulatim singula vires
deperdunt proprias; color est e pluribus unus,
nec totus viridis, quia lactea frusta repugnant,
nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.
saepe viri nares acer iaculatur apertas
spiritus et simo damnat sua prandia vultu;
saepe manu summa lacrimantia lumina tergit
immeritoque furens dicit convicia fumo.
procedebat opus: non iam salebrosus, ut ante,
sed gravior lentos ibat pistillus in orbes.
ergo Palladii guttas instillat olivi
exiguique super vires infundit aceti
atque iterum commiscet opus mixtumque retractat.
tum demum digitis mortaria tota duobus
circuit inque globum distantia contrahit unum,
constet ut effecti species nomenque moreti.
eruit interea Scybale quoque sedula panem,
quem lautis recipit manibus, pulsoque timore
iam famis inque diem securus Simylus illam
ambit crura ocreis paribus tectusque galero
sub iuga parentes cogit lorata iuvencos
atque agit in segetes et terrae condit aratrum.

103 Et *R* 104 ex *HV* 105 lactea] singula *MR* frustra *BMPV* resultant ς 106 ad herbis *H m.* 1 in erbas *V*
108 simo, *in mg. m. rec.* camure *vel* camuro *B* 109 terget *BPS* 110 feruens *H m.* 1: *an* fremens? 111 nec *HPRmo, om. n* tam *H* 112 gravio *P* grauiter *HV* lentus *BHR* lentusq; *V* orbē *RV* 113 distillat guttas *H* 115 recuruat *H*
116 Tunc *HV* digitis demum *V* 117 Circumit *BS* Circum mit *P* 118 Constat *H* 119 cybale *B* cibale *V* cibala *H*
120 lautis recipit *scripsi* lotis recipit ς recipit lotis *H* recipit letis *V* laetus recipit *M* recipit letus *R* retus recipit *B* recipis rectis *T* tectis recipit є tertis recipit *Ellis* 121 Iam famis] Infamis *BS* Hinc famis *T* simulus *HVm* illum *m* 122 Abit *P* obreis *V* que *om. V* 124 hys egentes *H m.* 1 in segetem *m* immittit *H*

Septem Ioca Iuuenalia Virgilii Finiunt *B* Versus centum XXIIII[or] Moreti liber Virgilii pueri explicit *p* FINIS *TV*

# CATALEPTON

## SIGLORUM TABULA.

*A* = Arundelianus
*B* = Bruxellensis
*H* = Helmstadiensis
*M* = Monacensis
*R* = Rehdigeranus
*X* = Vossianus n. 78
*Z* = Vossianus n. 849
*a* = Aldina II
*I* = *AHMR*
*O* = *ABHMR*

## I*.

Vere rosa, pomis autumno, aestate frequentor
spicis: una mihi est horrida pestis hiems.
nam frigus metuo et vereor, ne ligneus ignem
hic deus ignavis praebeat agricolis.

## II*,

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
ego arida, o viator, ecce populus
agellulum hunc, sinistra et ante quem vides,
erique villulam hortulumque pauperis
tuor malaque furis arceo manu.
mihi corolla picta vere ponitur,
mihi rubens arista sole fervido,
mihi virente dulcis uva pampino,
mihi glauca oliva duro cocta frigore;

---

Catalepton uirgilii incipit *HM* Vẽgilii catalepton *R* P. Virgilii Catalepton *A* I*—III* *in O antecedunt ceteris carminibus: cf. Naekius Cat. p.* 228.

I* 1 pomis autumno *Lachmannus Lucr. p.* 199: *ordine inverso O* 3 igneus *R* linticus *B m.* 1 lentus in *L. Mueller* igne *i. e.* igni *Scaliger* 4 hic *adverbium esse puto: nam vere huius anni in agro positus Priapus quid per hiemem ligneo deo faciant rustici nondum expertus est.* hac *α* ignauis *X* ignaris *O*: *an* ingratis? *cf. cir.* 420 praebear *X*

II* 1 Ego *om. R* aec *R* 2 o *Z, om. O* 3 agellulum *X* agellum *O* sinistra et ante *scripsi* sinistre tante *BHM* siuistre stantem *AR* sinistera ante *Scaliger ad Catulli Attin* 5 *p.* 66 4 uillulam *XZ* uillam *O* 5 tueor *O* malas *X* futuris *H* furibus *Z* manus *XZ* malam...manum *scripseram*

9 oliua duro cocta frigore *XZ* oliuo duro cocta frigo . . *B*

meis capella delicata pascuis
in urbem adulta lacte portat ubera,
meisque pinguis agnus ex ovilibus
gravem domum remittit aere dexteram,
et tenera matre mugiente vaccula
deum profundit ante templa sanguinem.
proin, viator, hunc deum vereberis
manumque sursum habebis: hoc tibi expedit.
parata namque trux stat ecce mentula.
'velim pol' inquis. at pol ecce vilicus
venit, valente cui revulsa bracchio
fit ista mentula apta clava dexterae.

III*.

Hunc ego, o iuvenes, locum villulamque palustrem
tectam vimine iunceo caricisque maniplis
quercus arida rustica fomitata securi
en tuor: magis et magis sit beata quotannis.

oliua duro frigore cocta (coacta *R*) *I* duro cocta oliva frigore *α* mihique g. duro oliva frigore *Muretus* m. caduca duro oliva frigore *Heysius* mihi coacta d. o. f. *Baehrens* mihique glauca o. cocta f. *L. Mueller* 10 capellae *X* 11 adultera *H* portant *X*
13 *cf. ecl.* I 35 remittit aere dextram *B, om. I*
14 et tenera *scripsi* Teneraque *O, sed* tenerque *X quod suppleto* vitulus *defendit Naekius Cat. p.* 156 tenaxque *Doeringius* tenella *Dorvillius* tenace *Baehrens* matrem *H* matrẽ *R* mugiente3 *H* mugientẽ *R* uacula *BHR* buculus *Hauptius opusc.* III 582
15 Dum *B* profudit *X inter* profundit *et* ante 5 *vel* 6 *litt. eras. B* 16 proin tu *scripseram* 17 Nanũ *H* sorsum *dederam* habebit *HR* 18 neque *R* trux *Is. Vossius* crux *O* stat ecce *scripsi* uestat, *in mg. m.* 2 ecce *B* aestatē (estate *H*) e *I* est arte *X* sine arte *Muretus* stat ista *Buechelerus* stat hasta *L. Mueller* ab hace *Baehrens* 19 velis *Baehrens*
20 ualenti *O* cum *AR* 21 Fuit *I* capta *R*
III* 1 ego *B*, *om. I* o *Lachmannus ad Prop. p.* 289, *om. O* 2 tecta (-tam *R*) munimine *I* iunco *I* caricis *α* caris *O* 3 fomitata *Is. Vossius* formicata *BM* formitata *H* formidata *Z* formata *ARX* conformata *α* confomata *Salmasius ad Solinum p.* 181 fabricata *Schraderus* 4 en tuor *scripsi* Nutrior *BHM* Nutriui *AR* nunc tuor *Scaliger* nutrio *Vossius* tutor ut *Buechelerus* sit *Vossius* ut *O* nunc ς fit *Baehrens* quodannis *B*

huius nam domini colunt me deumque salutant
pauperis tuguri pater filiusque adulescens,
alter assidua colens diligentia ut herbae
asper aut rubus a meo sint remota sacello,
alter parva manu ferens semper munera larga.
florido mihi ponitur picta vere corolla,
primitus tenera virens spica mollis arista,
luteae violae mihi lacteumque papaver
pallentesque cucurbitae et suave olentia mala,
uva pampinea rubens educata sub umbra.
sanguine haec etiam mihi (sed tacebitis) arma
barbatus linit hirculus cornipesque capella.
pro quis omnia honoribus tot necesse Priapo est
praestare et domini hortulum vineamque tueri.
quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas.
vicinus prope dives est neglegensque Priapus:
inde sumite, semita haec deinde vos feret ipsa.

I.

Delia saepe tibi venit. mihi, Tucca, videre
non licet: occulitur limine clausa viri.

---

5 domū *R* me deum *Z* medium *O* 6 adulescens *B*, *om*. *I* coloni *Scaliger* tenellus *Is. Vossius* 7 *bis scriptus in H* assiduam *HM* cavens *L. Mueller* herba *XZ* 8 Asper aut rubus a *B* Aspera drubus a *HM* Aspera dumosa *AR* aspera ut r. a *Baehrens* sit *BHM* 9 manu *B*, *om*. *I* ferens manu *Z* sed semp *R* saepe *Schraderus* 10 Florida *B* ponitur *B* ponit *I* 11 viret *Hertzbergius* 12 Luttee *B* Lutea *H* Luctae *R* ue *AR* 13 palantes *N. Heinsius* *Post* 14 *unum v. excidisse putat Baehrens* 15 sanguine haec *Vossius* Sanguinea *O* sanguine hanc *Muretus* tacebis *R* aram *Muretus* 16 lini *AMR* hircus *R* cornu//////pesque (*eras.* usque) *B* capelle (ę) *I* 17 munia *Buechelerus* mutua *Baehrens* tot *scripsi* hoc *O* nunc *Buechelerus* huic *olim conieci* priapo est *B* priapo *XZ* priape *I* 18 ꝗ *suprascr*. *H* hortulum uineam *BX* h. niueã *H* uineam hortum *AR* que *om*. *B* 19 mala *BH* male *M* 20 Vicimus *AR* diues *om*. *R* 21 semita *XZ* semitam *O* de iñ *H*

I. 1 Delia *Scaliger* De qua (Deq̃ *H*) *O* tibi *hic om*. *R* mihi *scripsi* sed *O* uiderẽ tibi *R*

Delia saepe tibi, non venit adhuc mihi: namque
si occulitur, longe est tangere quod nequeas.
venerit: audivi. sed iam mihi nuntius iste
quid prodest? illi dicite, quoi rediit!

## II.

Corinthiorum amator iste verborum,
iste iste rhetor, iamque quatenus totus
Thucydides, tyrannus Atticae febris.
tau Gallicum, min et sphin ut male illi sit!
ita omnia ista verba miscuit fratri.

## III (XII).

Aspice quem valido subnixum gloria regno
altius et caeli sedibus extulerat:

TESTIMONIA. II. Quintilianus VIII 3, 28 'multa alia etiam audentius inseri possunt, sed ita demum, si non appareat adfectatio, in quam mirifice Vergilius: Corinthiorum ... fratri. Cimber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est: Germanum Cimber occidit.' Ausonius grammaticom. (technop. 13 Sch.) v. 5 sqq. 'dic quid significent Catalepta Maronis? in his al (6) Celtarum posuit, sequitur non lucidius tau. (7) Estne peregrini vox nominis an Latii sil (8) et quod germano mixtum male letiferum min? (9) imperium litem venerem cur una notat res?' sed in libris *Cω* haec leguntur: 'scire uelim catalepta legens quid significet tau', sequentia in *V* hoc ordine se excipiunt: 9. 7. 8, in *C* hoc: 8. 9. 7, in *ω*: 9. 7 (om. 8).

3 Delia *Scaliger* De I qua (*sic*) *R* De qua (Deq *H*) *ceteri* non tibi *I* 4 Sic longe occutusr (*om.* est) *R* 5 audiui *B* aut tibi (ibi *H*) *I* illa tibi *Heynius* audisti *Baehrens* sed iam *O* iam iam *XZ* 6 dicito *Scaliger* dic ita *Baehrens* quoi *Hauptius, sed ante eum* cui *Heynius* qui *B* quae *I*

II. *cf. Buechelerus mus. Rhen.* 38, 507 *sqq.* 1 Corinthearum *HM* Orinthiorũ *R* 2 *om. Quintilianus* iamque *Buechelerus* namque (naqȝ *R*) *O* 3 tyrannus *A* tirannus *R* tyrannũ *B* tirannũ *HM* brittannus *Quintiliani ex.* aticae *R* atice *H* attica *B* Attica est *Ellis* febres *Quintiliani ex.* 4 Thau *BHM* galligum *B* galicum *AR* min et sphin et *ex librorum scripturis elicuit Baehrens* (*nisi quod* ut *pro* et *correxit*) enim et spinet *Quintiliani ex. opt.* minet psinet *HM* mi et psin et *B* minet prominet *R* minet prosmet *A* min sil et al *Salmasius* min al spinae *Huschkius* min al sil ut *Wagnerus* illi sit *O*, *Quintiliani codd.* elisit *Wagnerus* 5 ita] Ista *AR*

III. 1 S spice *R* uideo *AR* 2 et] e *M* a! *vel* en *Baehrens* caeli] regni *AR*

terrarum hic bello magnum concusserat orbem,
  hic reges Asiae fregerat, hic populos;
hic grave servitium tibi iam, tibi, Roma, ferebat
  (cetera namque viri cuspide conciderant),
cum subito in medio rerum certamine praeceps
  corruit, e patria pulsus in exilium.
tale deae numen, tali mortalia nutu
  fallax momento temporis hora dedit.

## IV (XIII).

Quocumque ire ferunt variae nos tempora vitae,
  tangere quas terras quosque videre homines,
dispeream, si te fuerit mihi carior alter.
  alter enim qui te dulcior esse potest?
cui iuveni ante alios divi divumque sorores
  cuncta neque indigno, Musa, dedere bona,
cuncta quibus gaudet Phoebi chorus ipseque Phoebus.
  doctior o quis te, Musa, fuisse potest?
o quis te in terris loquitur iucundior uno?
  Clio nam certe candida nunc loquitur.
quare illud satis est, si te permittis amari,
  non contra ut sit amor mutuus unde mihi.

---

3 Magnus *Vossius et Burmannus* 4 populus *HM* 5 tibi iam (*om. altero* tibi) *B* tibi iam, Romane *coni. Buechelerus* 7 conamine *Burmannus* 8 Coruit *R* et (*i. e.* ec) *BHM* e *AR* 9 dee *BH* deum *X* ritu *Hauptius* motu *Baehrens* 10 premit *Ruhnkenius* ruit *Hauptius* ferit *Baehrens* terit *Ellis*

IV. 1 Quodcumque *B* hi referunt *B* inde ferunt *Baehrens* 2 Pangere *I* quoscunque *corr. m.* 2 quosque *B* quasq. *HM* uideris *HM* 4 quis *Z* 5 Cui iuueni *B* Cui cumuenit *I* diui diūq· *H* diui dm̄q; *M* q3 *post lacunam AR* Clio Cliusque *Heinsius, Baehrens* furores *I* 6 Musa *α*: *vocativum agnovit Scaliger* multa *O* 7 gaudent *AR* phebi chorus ipseque phebus *B*, *ut iam Scaliger ordinavit.* phebi ipeq· phebi *HM* phoebi ip̄eq3 phoebei *AR* Phoebus deus ipseque Phoebo *X* Phoebus, chorus ipseque Phoebi *α* 8 muse *HM* 10 namq3 *R* tam *Casaubonus* certe] per te *Baehrens* nunc *Baehrens* non *O* 11 ille *M* 12 Non *XZ* Nam *O* nutuus *H* nutrius *M* inde *XZ* nam causa...unde mihi? *Baehrens* nam contra...unde mihi? *Ellis*

## V (VII).

Ite hinc, inanes, ite, rhetorum ampullae,
inflata rhoso non Achaico verba;
et vos, Selique Tarquitique Varroque,
scholasticorum natio madens pingui,
ite hinc, inane cymbalon iuventutis.
tuque, o mearum cura, Sexte, curarum,
vale, Sabine; iam valete, formosi.
nos ad beatos vela mittimus portus,
magni petentes docta dicta Sironis,
vitamque ab omni vindicabimus cura.
ite hinc, camenae; vos quoque ite iam sane,
dulces camenae (nam fatebimur verum,
dulces fuistis): et tamen meas chartas
revisitote, sed pudenter et raro.

## VI (III).

Socer, beate nec tibi nec alteri,
generque Noctuine, putidum caput,

---

V. 1 Iste *HM* Te *R* rhetorū (*om.* ite) *AR* ampulle *B* manipulle *HM* manipulae *AR* 2 rhoso *vindicavit Buechelerus* rhorso *B* roso *HM*, *om. lacuna rel. AR* rore *α* achaio *B* archaico *R* achiaco *H* turba *Scaliger* 3 nos *HM* nosq3 *AR* Selique Tarquitique *tuetur Ellis, om. lacuna relicta AR* aelique tarquitique *cod. antiquus Is. Vossii* (*observ. ad Cutull.* X *p.* 39) se liquntar qnq; *B* se liquit argutiq; *M* se liqunt argutiq· *H* seliquir arquitique *X* Sile Albuti Arquitique *α* Stilo Aeli Tarquitique *Scaliger* Stiloque Tarquitique *Hauptius* uario *I* 4 uario *RZ* 5 inane cymbalon iuventutis *om. lacuna relicta AR* inane *Heinsius* inani *BHM* inanis *α* inanes *Burmannus* cibalon *HM* 6 causa *Hauptius* Musarum *Heinsius* chartarum *Schraderus* 7 ualeto *R* 9 'dicta"docta *B* 10 uendicabimus *α* uindicauimus *I* uindicamus *B* 11 ite iam, sane *Hauptius: rectius dist. Buechelerus* iam ite sane *B* lamite seue *HM* limite seue *A* limite scaeuę *R*· hinc leves ite *Turnebus* ite lascivae *Scaliger* ite salvete *Ellis* 12 Dulcis *HM* Dulcer *R* fatebitur *B, def. Buechelerus* 13 tamen meas *B* timeas *HM* in meas *AR* 14 sed] et *R* pudenter (r *suprascr. m. eadem*) *H* prudenter *R*

VI. 1 beat *HM* 2 Noctuine, putidum *α* noctu inpuditū *H*

tuone nunc puella talis et tuo
stupore pressa rus abibit? ei mihi,
ut ille versus usquequaque pertinet
'gener socerque, perdidistis omnia'!

## VII (IX).

Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
  dispeream, nisi me perdidit iste putus.
sin autem praecepta vetant me dicere, sane
  non dicam, sed me perdidit iste puer.

## VIII (X).

Villula, quae Sironis eras, et pauper agelle,
  verum illi domino tu quoque divitiae,
me tibi et hos una mecum, quos semper amavi,
  siquid de patria tristius audiero,
commendo, in primisque patrem. tu nunc eris illi
  Mantua quod fuerat quodque Cremona prius.

## IX (XI).

Pauca mihi, niveo sed non incognita Phoebo,
  pauca mihi doctae dicite Pegasides.
victor adest, magni magnum decus ecce triumphi,
  victor qua terrae quaque patent maria,
horrida barbaricae portans insignia pugnae,
  magnus ut Oenides utque superbus Eryx,

---

noctu inpudicũ *AMR* noctu in prudentum *B* 3 Tuone *Scaliger* Tuoque *ABR* Tuaq· *HM* tunc *R* et] ei *Hauptius* heu *Scaliger* 4 pressurus *B* abibit, hei *Scaliger* abibit et *B* habitet *I* 5 percinat *AR* 6 *cf. Catulli* XXIX 24 socer generque *Spengelius* fuistis perdidistis *B*

VII. 1 Si licet *α* dulcedine *HM* 2 putus *Scaliger* potus *ARXZ* pothus *BHM* nothus *Baehrens* 3 sin artis *proposuit Heynius*

VIII. 2 tum *Schraderus* 4 sed, *m.* 2 *corr. in* si quid *B* tritius *R* tricius *A* 5 inprimisque *α* primisque *O* tu nunc] tunc *AR* eris et illi *AR* 6 quodue *Z*

IX. 1 ignita *B* 3 Victoria est *I* triumpho *HM* 4 quod terrem *HM* 5 barbariae *AR* 6 et *HM* oenides *B*,

nec minus idcirco vestros expromere cantus
maximus et sanctos dignus inire choros.
hoc itaque insuetis iactor magis, optime, curis,
quid de te possim scribere quidve tibi.
namque (fatebor enim) quae maxima deterrendi
debuit, hortandi maxima causa fuit.
pauca tua in nostras venerunt carmina chartas,
carmina cum lingua, tum sale Cecropio,
carmina, quae Pylium, saeclis accepta futuris,
carmina, quae Pylium vincere digna senem.
molliter hic viridi patulae sub tegmine quercus
Moeris pastores et Meliboeus erant,
dulcia iactantes alterno carmina versu,
qualia Trinacriae doctus amat iuvenis.
certatim ornabant omnes heroida divi,
certatim divae munere quoque suo.
felicem ante alias o te scriptore puellam!
altera non fama dixerit esse prior:
non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
quae volucrem cursu vicerat Hippomenen,
candida cycneo non edita Tyndaris ovo,
non supero fulgens Cassiopea polo,
non defensa diu volucrum certamine equorum,

---

*Heinsius* Aenides *X* eonides *AR* eenides *H* eucides *M* 7 nostros *S* doctos *coni. Wagnerus* expromite *R* 8 sanctus *HM* 9 magnis *HM* cāpis *AR* 10 Quod *AR* scriberem *H* 13 carmine *H* 14 tum] tam *HM* 15 *habent AR, m. rec. in mg. sup. adscr. B, om. B in textu, HM* pilium *AR* prciū *B mg.* Phrygium *Marklandus ad Statii silv.* III 4, 103 nimium *Langius* 16 quae *om. HM* quam, *corr.* quid *B* sed *X* 17 hic *XZ* hinc *HM* huic *ABR* 19 cantantes *R* carmine *B* 21 epiredia *A* epyredia *R* diui *Ianus Dousa praecidan. ad Tibulli c.* 13 *p.* 78 diue. *B* diuę *R* diue *AHM* 22 quoque *B* q̃q· *H* quaeque *AMR* 23 alios *R* o te *B* tot *HM* tanto *AR* 24 Altera *Scaliger* Alter *O* fama *B, Scaliger* phamā *R* famam *AHM* esse *ABR* ipse *HM* vixerit usque *Heinsius* 26 uocrem *B* hyppomenem *H* ypomanē *AR* 28 casieque apollo *I* 29 uolucrum *α* multum *O* vultum *Ellis* equorum *AR* quorum *BHM*

optabant gravidae quom sibi quaeque manus,
saepe animam generi pro qua pater impius hausit,
saepe rubro similis sanguine fluxit humus;
regia non Semele, non Inachis Acrisione,
inmitti expertae fulmine et imbre Iovem;
non cuius ob raptum pulsi liquere penates
Tarquinii patrios, filius atque pater,
illo quo primum dominatus Roma superbos
mutavit placidis tempore consulibus.
multa, neque inmeritis, donavit praemia alumnis,
praemia Messallis maxima Poplicolis.
nam quid ego inmensi memorem studia ista laboris?
horrida quid durae tempora militiae?
castra foro solito, huic urbi praeponere castra,
tam procul hoc gnato, tam procul hac patria?
inmoderata pati iam frigora iamque calores?
sternere vel dura posse super silice?
saepe trucem adverso perlabi sidere pontum?
saepe mare audendo vincere, saepe hiemem?

30 grauidae *R* (*sc. donis*) grauide *ABHM* Graiae *α* avide *Baehrens* quom *scripsi* quod *I* quid *B* quam *α* nurum *Tollius* domus *Baehrens* multum certamen e. Optabaut gravidae quid s. q. m.? *parenthesin esse vult Buechelerus* 32 similis *O* Eleis *α* pinguis *Baehrens* fulsit *R* 33 *habet B, om. I, sed servata initiali littera* R, *vacuo reliquo versiculi spatio: cf. Naekius Cat. p.* 351 34 Inmiti *B*, *quod placebat Scaligero et Ellisio* Imiti *R* Inuiti *A* immissum *Langius* expertae *Scaliger* expectat *B* expectant *I* 35 cuius ob *B* ob cuius *HM* obuius *AR* raptim *AR* cuius raptu *Ellis* 36 Tarquini *AR* Tarquiniique *B* 38 tempore *α* tempora *O* 39 praemia] mater *X* 40 maxime *R* 41 ista *om. HM* 43 solito *scripsi* solitos *I* castra *B* toties *Ellis* huic *addidi, om. O* urbe *B* castra foro, te castra u. p., castra *Buechelerus* 44 Iam *B* hoc] ac *HM* haec *Ellis* gnato *B* nato *AR* irato *HM* hoc Latio *Wernickius* a gnatis *Salmasius* hac] ac *H* a *R* haec *Ellis* 45 pati iam *B* pati nunc *AR* patriam *HM* frigora *X* sidera (syd. *R*) *O* nuncque *AR* 46 stertere *α* 47 perlabi *α* perlabens *O* perlapsos *Baehrens* sidera *B* 48 audendo mare *AHM*

saepe etiam densos inmittere corpus in hostes,
  communem belli non meminisse deum?
nunc celeres Afros, periurae milia gentis,
  aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem,
  vincere et Oceani finibus ulterius?
non nostrum est tantas, non, inquam, attingere, laudes,
  quin ausim hoc etiam dicere, vix hominum est:
ipsa haec, ipsa ferent rerum monumenta per orbem,
  ipsa sibi egregium facta decus parient;
nos ea quae tecum finxerunt carmina divi,
  Cynthius et Musae, Bacchus et Aglaïe,
si laudem adspirare humiles, si adire Cyrenas,
  si patrio Graios carmine adire sales
possumus, optatis plus iam procedimus ipsis.
  hoc satis est; pingui nil mihi cum populo.

## X (VIII).

Sabinus ille, quem videtis, hospites,
ait fuisse mulio celerrimus,
neque ullius volantis impetum cisi
nequisse praeterire, sive Mantuam
opus foret volare sive Brixiam.
et hoc negat Tryphonis aemuli domum

---

50 nec *α* meminisse] timuisse *AR* metuisse *Tollius* 51 celeris *BHM* periurae *Wernsdorfius* periure *HM* periuria *AR* perniri (niri, u e *m.* 2) *B* periturаque *α* periuraeque ultima *Oudendorpius* 53 quere *H* 54 finibus] uiribus finibus *HM* 55 est tantas non inquam *B* tantas inquam est *I* est inquam tantas *XZ* 57 ipsa haec se ipsa *Salmasius* ipsa haec te ipsa *Oudendorpius* sese haec ipsa *Heinsius* ferunt *B* 59 fixerunt *HM*

60 Aglaie *α* egiale *ABR* egile *HM* 61 aspirarem *HM* aspirem *AR* humiles *scripsi* humilis *O* si *B* sed *I* et *Is. Vossius* audire *AHM* haurire *Baehrens* humili . . . camoena *α* humilis . . . camenas *Hauptius* 62 Sic *AHR* 64 hec *HM*

X. 1 quem] quidem *B* 2 mulio *XZ* multo *O* 3 ullius *Z* illius *B* ullus *I* impetus *R* 5 uolaret *HM* 6 et *Scaliger* Neque *O* negaret *HM* typhonis *B* domum *Salmasius* domus *O*

negare nobilem insulamve Caeruli,
ubi iste post Sabinus ante Quinctio
bidente dicit attodisse forcipe
comata colla, nequod horridum iugo
premente dura vulnus ederet iuba.
Cremona frigida et lutosa Gallia,
tibi haec fuisse et esse cognitissima
ait Sabinus: ultima ex origine
tua stetisse dicit in voragine,
tua in palude deposisse sarcinas
et inde tot per orbitosa milia
iugum tulisse, laeva sive dextera
strigare mula sive utrumque coeperat
. . . . . . . . . . . . . .
neque ulla vota semitalibus deis
sibi esse facta praeter hoc novissimum,
paterna lora proximumque pectinem.
sed haec prius fuere: nunc eburnea
sedetque sede seque dedicat tibi,
gemelle Castor et gemelle Castoris.

## XI (XIV).

Quis deus, Octavi, te nobis abstulit? an quae
 dicunt, a, nimio pocula ducta mero?

---

8 quincio *B* quintio *I* 9 dicet *AR* attodisse *B*, *Scaliger* atondisse *HM* attendisse *AR* attotonse *Livineius* forpice *AR* 10 nequod horridum *Hauptius, quod interim retinui, quamquam non sufficit. requiro quod ad Catulli* cytorio *facete adludat adiectivum.* nequid orion *B* nequis torion *I* nequa sordidum *α* nequa corium *coni. Vossius* ne Cytorio *Maehly* nequa torridum *Ellis* 12 lutuosa *R* luctuosa *A* 13 cognotissima *AMR* 15 Tuta *R* dicit *α* ultima *O* 16 Tuas *R* deposisse *Scaliger* deposuisse *O, nisi quod* deo posuisse *HM* 17 It inde *HM* Tunde *AR* tot] tona *AR* malia *HM* mala *AR* 19 mula *Scaliger* mulas *O* utrimque *Heinsius Hic unum versiculum excidisse Catullus* (4, 21) *docet* (*cf. Buechelerus l. l.* 525) 20 nota *AR* nocte *HM* 21 sibi *XZ* Tibi *O* facta *α* sancta (sancte *A*) *O* praeter (p̄ter) *B, Salmasius* propter *I* 22 buxinum *vel* puxinum (πυξινὸν) *Salmasius ad Flor.* III 20, 4 buxeum *Heinsius*
XI. 1 optauit *I* 2 Dicunt a nimio *X* Dicunt animi *B*

'vobiscum, si est culpa, bibi: sua quemque secuntur
  fata: quid immeriti crimen habent cyathi?'
scripta quidem tua nos multum mirabimur et te
  raptum et Romanam flebimus historiam,
sed tu nullus eris. perversi dicite manes,
  hunc superesse patri quae fuit invidia?

## XII (IV).

Superbe Noctuine, putidum caput,
datur tibi puella, quam petis, datur;
datur, superbe Noctuine, quam petis.
sed, o superbe Noctuine, non vides
duas habere filias Atilium,
duas, et hanc et alteram, tibi dari.
adeste nunc, adeste: ducit (ut decet!)
superbus ecce Noctuinus herniam.
thalassio! thalassio! thalassio!

## XIII (V).

Iacere me, quod alta non possim, putas,
  ut ante vectari freta

---

TESTIMONIA. XII. Marius Victorinus VI 137 K. 'ut aiunt fecisse Vergilium nostrum' (iambicum trimetrum) iambico epigrammate thalassio th. th.'

---

Dicunt animo *HM* Dicuntur animo *AR* ducta *Heinsius* dura *O* meo *R* mea *A* 3 *sq. respondere Octavium vidit Hauptius* 3 sic *AR* culpa, bibi *Hauptius* culpabili *I* culpabile *B* quamque *H* quidque *M* 4 Fata *AR* Facta *BHM* quid inmeriti *B* quidem menti *I* habere *AR* cyathi *om. lacuna relicta R* 6 et] ob *Baehrens* 7 tumulus *B* 8 Hunc *B* Nunc *I* que *B* quod *AMR* quot *H* quoi *Baehrens*

XII. 1 noctui ne putidum *B* noctu reputidum *I* 2 patis *HM* 3 noctuine *B* noctui nam *I* quid *M* 4 o *om. I* noctui nonne *AR* 6 duas *α*, *om. O* 7 ducit] dicit *suprascr. B* 8 nocturnus *I* herniam *Scaliger* hernia *Voss.* II hirneam *B* hi[r]neam (r *m. ead.*) *H* hiernam *M* yrneã *R* ymeam *A* 9 thalassio *ter Marius Victorinus testatur, bis in O*

XIII. 1 Iacere me *B* Iacerem *HM* Iacere *AR* alto *I* possum ς

nec ferre durum frigus·aut aestum pati
neque arma victoris sequi.
valent, valent mihi ira et antiquus furor
et lingua, qua adsultem tibi.
per prostitutae turpe contubernium
sororis — o quid me incitas?
quid, impudice et improbande Caesari?
seu furta dicantur tua
et heluato sera patrimonio
in fratre parsimonia
vel acta puero cum viris convivia
udaeque per somnum nates
et inscio repente clamatum insuper
thalassio, thalassio.
quid palluisti, femina? an ioci dolent?
an facta cognoscis tua?

---

3 aut] nec *AR* 4 neque] Nec quod *HM* 5 ira et] irate *B* re et *HR* irae et *coni. Burmannus* 6 adsultem *scripsi* adsim (assim *B*) *O* sat sim *Scaliger* iam adsim *Oudendorpius* haud desim *Salmasius* adsiem *Wagnerus* adsignem *Buechelerus* 7 per *scripsi* Et *O* ei *Scriverius* en *Heinsius* prestite *I* turbe *B* *m.* 1 *HM* contubernio *Hauptius* 8 *Post* sororis *vulgo fortiter interpungunt* o *om. I* 9 et *om. HM* cesaris *B* esaris *H* cesar *A* 10 Sed *I* si *Scriverius* furtim *HM* 11 heluato sera *α* helle uatos era *B* eleuato sera *HM* leuato sera *AR* 13 contimunia *R* 14 Utdeqȝ *HM* Vt *AR* somniū ..... (*lacuna*) *AR* uates *I* 15 et] E *R* 16 Talesio talesio *HM* thassalio, *Corr.* thalassio *bis B* *Post v.* 16 *in I duo disticha oscitantia nescio qua librarii intrusa leguntur haec*:

Callide mage sub hac caeli est iniuria saecli
Antiquis hospes non minor ingeniis.
Et quo Roma viro doctis certaret Athenis:
Ferrea sed nulli vincere fata datur.

*Diximus de his in proecdoseos proleg.* 49, *tum Buechelerus mus. Rhen.* 38, 524; *ad catal.* XI 8 *adnectenda esse mira peruersitate sibi persuasit Baehrens v.* 1 *corruptum talem concinnans:* Palladi magna suae visa est iniuria sedis (*ipse proposueram:* crudelis magis hac quaenam est iniuria saecli *vel* caeli: *hac enim dittographia medius versus videri potest mutilatus esse*) 17 an *om. B*

non me vocabis pulchra per Cotyttia
  ad feriatos fascinos?
dein te movere lumbulos in caltula
  prensis videbo altaribus
flavumque propter Thybrim olentis nauticum
  vocare, ubi adpulsae rates
caeno retentae sordido stant in vadis
  macraque luctantes aqua?
neque in culinam et uncta compitalia
  dapesque duces sordidas,
quibus repletus ut salivosis labris
  obesam ad uxorem redis
et aestuantes nocte solvis pantices,
  os usque lambis saviis?
nunc laede, nunc lacesse, si quidquam vales!
  et nomen adscribo tuum.
cinaede Luciene, liquerunt opes

---

19 *sqq. Interrogat poeta per ironiam, vulgo negat frigide* 19 Non me *B* Nonne *I* spurca *Hauptius* pulla *Baehrens* Cotyttia *Z* cocytia *I* cocitia *B* 21 Nec *initio versus B, delevi* Ne *HM* Haec *AR* dein te *HM, om. AR* deinde te *B* lumbulos *scripsi* lumbos *O* caltula *scripsi* ratulam *B* rotulã *I* crocotulam *α* Nec deinde te movere lumbos in stola *prop. Buechelerus* 22 uidebo *A* uide$^{b}$,o *B* uidebos *R* uideo *HM* 23 que *om. B* Thybrim *Dousa* Tybrim et *α* hebrī et *B* tibimet *I* 24 Vocare tibi *B* adpulsa aetatis *AR* adpulsa eratis *H*

25 caeno retentae sordido stant in vadis *L. Mueller mus. Rhen.* 24, 316 Stant (Sunt *HM*) in uadis (ualidis *R*) caeno retentae sordido *O* 27 et] in$^{ꝑ}$ *H* cuncta *B* 28 duces '*cod. Voss.*' *teste Burmanno, Scriverius.* dulcis *O*, *sed* dulcis *B* ducis *Scaliger*

29 repletis *HM* et *Baehrens* labris *Hauptius* aquis *O* 31 nocte *Scaliger* docte *BR* dote *AHM* dente *Eldikius* cole *Hertzbergius* saluis *HM* solvens *Hertzbergius* 32 Os usque *Scaliger* Osusque *continuat H, prob. Buechelerus* hossusq; *AR* Osiculisque *B* olusque *Colvius* udisque *Baehrens* lambis *α* blandis *del. et manu eadem suprascr.* lambis *B* labis *AHR* libis *M* sauiis *α* suauis *B* sauus *HM* sanus *R* san///s *A* 35 Luciene, liquerunt *Buechelerus* lucci iam te liquerunt *B* Luci, an te reliquerunt *α* Luci, iamne te liquere *Ellis* *in HM v.* 35 *sic legitur:* Cinae

fameque genuini crepant?
videbo habentem praeter ignavos nihil
fratres et iratum Iovem
scissumque ventrem et herniosi patrui
pedes inedia turgidos.

## XIV (VI).

Si mihi susceptum fuerit decurrere munus,
o Paphon, o sedes quae colis Idalias,
Troïus Aeneas Romana per oppida digno
iam tandem ut tecum carmine vectus eat:
non ego ture modo aut picta tua templa tabella
ornabo et puris serta feram manibus;
corniger — haud aries humilis, sed maxima taurus
victima sacrato sparget honore focos,
marmoreusque tibi, set mille coloribus ales
in morem picta stabit Amor pharetra.

---

dulcissimam (dulucissimaȝ *H*) et liquere opes 36 genuini *B* genium *I* 35 *sq. sic contracti*: Cune dulcissima que geniu͠ crepant *vacuo relicto versu sequenti in AR; denique Z haec:*

Cunae dulcissimae quae genium crepant
— — — — — ira uictus

37 hebentem *Z* hebetem *AR* hntem *HM* propter *AR* 39 scissumque *B* Scis umquam *I* uenerem *AR* herniosi *Scaliger* hirneosi *B* hirreosi *HM* hircosi *AR* 40 inedi *AMR*

XIV. 1 susceptum *XZ* suspectum *ABR* suspectam *HM* 2 que *B* qui *I* idalios *H* ydalios *M* 3 romano *HM* 4 erat *I* 7 corniger *tam ad taurum quam ad arietem pertinet*, humilis *autem cum victima coniungendum, ut* maxima *illi respondeat* haud *Burmannus* hos *O* humiles *Heinsius* hos *atque* et *retinens* sed *Burmannus* et *O* maxime *AR* maximus *HM* thauris *H* maxima taurus victima *redit in ge.* II 146 8 sacrato *Heinsius* sacratos *O* sparget *AR* spargit *BHM* pascet *Heinsius l. l.* uocos *HM* 9 Marmoreos *I* set *scripsi* aut *O* dea *Heinsius ad Ovidii metam.* XI 610 mille] digne *AR* ignicoloribus *Pithoeus* diversicoloribus *Scaliger* versicoloribus *Heinsius* insignicoloribus *Vossius* caput ignicolorius *Ellis* alis *Pithoeus*

adsis, o Cytherea: tuus te Caesar Olympo
et Surrentini litoris ara vocat.

XIV*.

Vate Syracosio qui dulcior Hesiodoque
maior, Homereo non minor ore fuit,
illius haec quoque sunt divini elementa poetae
et rudis in vario carmine Calliope.

---

12 ora *AR* *Post hunc versum in O sequitur epigramma* XIV*, *de quo dixi in prolegg. p.* 1 *sq. et* 48 *sq.*

XIV*. 2 homero *HMR* fluit *Burmanni ed.* 3 sint *HM* $\overset{e}{\text{p}}$ota *B* 4 nec *Birtius mus. Rhen.* 32, 417.

# D I R A E

## ⟨L Y D I A⟩

## SIGLORUM TABULA.

***B*** = Bembinus
***H*** = Helmstadiensis
***M***, ***R***, ***T***, ***W*** — Monacenses, quibus in Copa usus sum. hic passim eorum mentionem inieci
***Ψ*** = Monacenses omnes
***Y*** = Thuaneus
***Z*** = Vossianus
*ε* = Basileensis
*α* = Aldina II
ς = deteriores quidam vel unus eorum
*ω* = ***BHYΨ***
*ψ* = pars horum praeter laudatos.

# DIRAE.

Battare, cycneas repetamus carmine voces:
divisas iterum sedes et rura canamus,
rura quibus diras indiximus, impia vota.

ante lupos rapient haedi, vituli ante leones,
delphini fugient pisces, aquilae ante columbas,
et conversa retro rerum discordia gliscet,
multa prius fient quam non mea libera avena.

Montibus et silvis dicam tua facta, Lycurge,
impia. Trinacriae sterilescant gaudia vobis,
nec fecunda, senis nostri felicia rura,
semina parturiant segetes, non pascua colles,
non arbusta novas fruges, non pampinus uvas,
ipsae non silvae frondes, non flumina montes.

rursus et hoc iterum repetamus, Battare, carmen.
effetas, Cereris sulci, condatis avenas,

---

· Libellus Qui Nominatur | Culex Publii · Virgilii Finit | Dirę Eiusdem Incipiunt *litteris maiusculis, alternis versibus minio vel atramento pictis B* DIRAE MARONIS INCIPIVNT *Y* Incipit diras *H* P. Virgilii Mar[illegible]is: Dirę id est carmen execratorium ad Battarũ ϵ

di
2 hyuissas (*corr. m.* 2) *H*   3 Dura *BY*   induximus *H*
4 uituliq · leones *H*   7 muta p. fiet *Rothstein Herm.* 23, 514 fuerit ς fuerint *Boxhornius*   9 sterilescent *H*   nobis *H*
10 nostris *Ψ*   sinus nostri *Scaliger* satis nostris *Baehrens* suis olim *conieceram*   11 parturient *H*   13 frondes silue *H*
14. 20. 26. 30. 54. 63. 67. 71. 75. 84. 89. 95. 97 *initiali littera miniata B*   15 sulci *Z*ς sulcis ω   condamus *HZ*

pallida flavescant aestu sitientia prata,
immatura cadant ramis pendentia mala,
desint et silvis frondes et fontibus umor,
nec desit nostris devotum carmen avenis.

hinc Veneris vario florentia serta decore,
purpureo campos quae pingit verna colore,
hinc aurae dulces, hinc suavis spiritus agri
mutent pestiferos aestus et taetra venena:
dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur.
sic precor et nostris superent haec carmina votis.

Lusibus et multum nostris cantata libellis
optima silvarum, formosis densa viretis,
tondebis virides umbras nec laeta comantis
iactabis mollis ramos inflantibus auris,

(hoc mihi saepe meum resonabit, Battare, carmen)

militis impia cum succidet dextera ferro,
formosaeque cadent umbrae, formosior illis
ipsa cades, veteris domini felicia ligna.

nequiquam: nostris potius devota libellis
ignibus aetheriis flagrabit. Iuppiter, ipse
Iuppiter hanc aluit: cinis haec ibi fiat oportet.

---

16 flauescunt *H* 20 Hinc *H* Haec *B* Haec ψ 21 pinxit *H* pingunt *Heinsius* verna *Heinsius* auena ω 22 agris *H* 23 Mittent *RTW* 24 naribus *Heinsius* forantur *BY* 25 Hic *Y* Hęc *B* 26 lusibus *Silligius et Putschius* ludimus ω, *defendit Naekius* lusimus *Handius* tu nemus *Scaliger* 28 tondebis *Gronovius* Tondemus *B*Ψ Tundemus *HY* tonderis α herbas *HZ* et *H* comantes *H* 29 molles *H* euris *H*

30 *post v.* 36 *posuit Baehrens* hoc *scripsi: cf.* 54. 71. Hec *H* Haec *Y* Nec *B* resonabat *H* resonabis *Tollius* resonavit *Rothstein* 31 impia cum] im platanis Ψ succidet *Z* succedet (*h. e.* succaedet) ω 32 cadent ς cadunt ω 33 Ipsa Ψ Ipse ψ iteris *BY* regna *TW* 34 necquitq̄· *H* Nequicquam *Y* nequaquam *Hauptius Herm.* 8, 12 35 flagrabunt *HZ* flagrabis *glossator in Veneta Iensoni* ipse . . . aluit *parenthesin esse vult Naekius* 36 hanc] hec *H* ibi *scripsi* tibi ω Iove *Hauptius* fiet *H*

Thraecis tum Boreae spirent immania vires,
Eurus agat mixtam fulva caligine nubem,
Africus immineat nimbis minitantibus imbrem,
cum tua cyaneo resplendens aethere silva
noscet iter ducens Erebo, tua, Lydia, Ditis.

vicinas flammae rapiant ex ordine vites,
pascantur segetes, diffusis ignibus auras
transvolet arboribus coniungat et ardor aristas.
pertica qua nostros metata est impia agellos,
qua nostri fines olim, cinis omnia fiat.

sic precor: et nostris superent haec carmina votis.

Vndae quae vestris pulsatis litora lymphis,
litora quae dulcis auras diffunditis agris,
accipite has voces. migret Neptunus in arva
fluctibus et spissa campos perfundat harena.
qua Vulcanus agros pastus Iovis ignibus arsit,
barbara dicatur Libycae soror altera Syrtis.

tristius hoc, memini, revocasti Battare carmen.

nigro multa mari dicunt portenta natare,
monstra repentinis terrentia saepe figuris,
cum subito emersere furenti corpora ponto.
haec agat infesto Neptunus caeca tridenti,

---

37 Grecis *H* inania *H* 38 Eurus *Badius* Purus ω 39 imitantibus imbres *H* 40 resplendeat *Colb.* 3 41 noscet iter ducêns ς Non iterum dicens ω erebo *Y* herebo *H* erebro *B* crebro *Ψ* ditis ς dixti *HY* dixit *B* dixi *Ψ* cum tibi, cyaneo resplendens aethere silva, Non iterum dicet crebro quae Lydia dixit *M. Schmidt Philol.* VIII 192: *deteriora alii. cf.* 66 42 vicinas *Gronovius* uicinae ω 43 auras *Heinsius* aura ς aurae (aurę *B* aure *H*) ω 44 contingat *H* ardor *glossator* arbor ω 45 qua α quae (*vel* que) ω nostra *H* 46 fiat *B* fiant *H* fecit *YΨ* 49 dulces *H* aures *H m.* 1 50 uites *H* 51 perfundit *Y* 52 pastos *H* arsit *scripsi* arcet ω ardet *Scaliger* uret *Heinsius* 54 hec *H* reuocasti *H* reuocasset (*bis, sed semel expunctum B*) ψ reuocasses ς 55 dicent *BHY* 57 corpore *Y* 58 agit *H* infest$\overset{o}{a}$ *H corr. m. rec.* infesta *YΨ*

atrum convertens aestum maris undique ventis,
et fuscum cinerem canis exhauriat undis. 60

dicantur mea rura ferum mare. nauta caveto
rura, quibus diras indiximus, impia vota.

Si minus haec, Neptune, tuas infundimus auris,
Battare, fluminibus tu nostros trade dolores:
nam tibi sunt fontes, tibi semper flumina amica, 65
unde elapsa meos agros pervenerit unda. 79

flectite currentis lymphas, vaga flumina, retro 67
flectite et adversis rursum diffundite campis:
incurrant amnes passim rimantibus undis,
nec nostros servire sinant erronibus agros. 70

dulcius hoc, memini, revocasti Battare carmen.

piscetur nostris in finibus advena arator, 80
advena, civili qui semper crimine crevit.

emanent subito sicca tellure paludes, 72
et metat hic iuncos, spicas ubi legimus olim:
occubet arguti grylli cava garrula rana.

tristius hoc rursum dicit mea fistula carmen. 75

---

59 convertens] cū *Y* converrens *Scaliger* 60 crinem *H* 63 tuas *Heinsius* tuis ω auris t aruis *Y* aris *H* 64 nostris *H* *m.* 1, Ψ the *H m.* 1 65 flumica (n *suprascr.*) *corr. m. eadem B* flumina semper *Z* 79 *huc transposui* Undae *B* elapsa Ψ lapsa *BHY* illapsa *Heinsius* perverterit *Heinsius* 66 *post* 78 *collocavi* 67 nymphas *B* nimphas *HY* 68 cursum ς (exire *suprascr.*) aversi cursum *Scaliger* 69 remeantibus ς 70 seruire (u *m. ant. corr. in* ex, *suprascr.* exire *m. rec.*) *B* exire ψ erronibus *Bembus* erroribus ω 71 hec *H* *Hic inserui v.* 80 *sq.* 72 Et manent *Y* 73 hinc *Y* iuncos] miles ς: *cf. Bembus p.* 86 74 occubet *Naekius* Occulet ς Coculet Ψ Cocule t (*m. rec. coniuncta* t *cum* e), *in mg. m. rec.* l'occultet *B* Cogule t *Y* Concule ubi *H* Conchulae ubi *Z* Occupet εα conchula et *Goebbelius* grilli (grili *H*) ω 75 dicat ς dixit *coni. Naekius*

praecipitent altis fumantes montibus imbres
et late teneant diffuso gurgite campos,
qui dominis infesta minantes stagna relinquant.

Nil est quod perdam ulterius: merito omnia Ditis. 66
o male devoti, praetorum crimina, agelli, 82
tuque inimica tui semper discordia civis!

exsul ego indamnatus egens mea rura reliqui,
miles ut accipiat funesti praemia belli. 85
hinc ego de tumulo mea rura novissima visam;
hinc ibo in silvas: obstabunt iam mihi colles,
obstabunt montes. campos audire licebit

'dulcia rura valete et Lydia dulcior illis
et casti fontes et felix nomen agelli! 90
quamvis ignis eris, quamvis aqua, semper amabo: 102
gaudia semper enim tua me meminisse licebit.'

tardius a miserae descendite monte capellae: 91
mollia non iterum carpetis pabula nota.
tuque resiste, pater: en prima novissima nobis.
intueor campos longum: manet ensis in illis.

---

76 fumantibus *H* 78 Qui dominis ς, *Scaliger* Quid dominis *ψ* Quiq· domos *HZ* relinquant ς relinquunt ω 66 *hic inserui* Nihil *B* merito omnia Ditis *scripsi* merita omnia ditis *B* meritam omnia ditis *Y* omnia merita dit? (*h. e.* ditis) *H* merita omnia dictis α merito omnia dicis *Putschius* (dices *Hauptius*) 79 *post* 65, 80 *sq. post* 71 *transposui* 82 praetorum ς pratorum *BY* patrorum *H* parcarum *Ψ* raptorum *Scaliger* crimine *BM* 83 tui] boni *Baehrens* pii *Ellis* 84 relinqui *H* 88 adire *H* nec adire ς haud ire *Hauptius* licebat *W* *Post v.* 90 *inseruit* 102 *sq. Goebbelius* 102 *in libris reliquis non haberi dicit Bembus p.* 87: *om.* ς *cum expressis ante Bembum exemplaribus* 103 enim *om. H* tua [me]meminisse (me *suprascr. m. rec.*) *B* tua me minisset *Y* iuuabit α 92 non] cum *H*

93 Tu quoq· *H* puer *Y* caper *Heinsius* en *Antverpiensis a.* 1556 et ω haec $\alpha^1$ *Caprum adloquitur, qui olim primus gregis iam, cum resistat, ultimus factus est* *Post hunc v. lacunam statueram* 94 ensis in illis, al. obses *Z* esses in illis *BHY* esse sine illis *Ψ* hostis in illis ς longum manet esse

rura valete iterum, tuque optima Lydia salve
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .
sive eris, etsi non mecum morieris, utrumque
. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

extremum carmen revocemus, Battare, avena.
dulcia amara prius fient et mollia dura,
candida nigra oculi cernent et dextera laeva,
migrabunt casus aliena in corpora rerum,
quam tua de nostris emigret cura medullis.

---

sine illis *Rothstein* *Post v.* 95 *et* 96 *lacunas statui* 98 fient ς fiant ω 99 cernent ς cernant ω leuaq3 *H* 101 nostra de tuis *H*

# ⟨L Y D I A⟩

Invideo vobis, agri formosaque prata,
hoc formosa magis, mea quod formosa puella
heu vobis tacite nostrum suspirat amorem.
vos nunc illa videt, vobis mea Lydia ludit,
vos nunc adloquitur, vos nunc adridet ocellis,
et mea submissa meditatur carmina voce,
cantat et inter vos, mihi quae cantabat in aurem.

Invideo vobis, agri: discetis amare.

o fortunati nimium multumque beati,
in quibus illa pedis nivei vestigia ponet
(aut roseis digitis viridem decerpserit uvam, —
dulci namque tumet nondum vitecula baccho —
aut inter varios uenerem spirantia flores

1 *sqq. sine ullo spatio vel titulo adiuncti in* ω, *separavit Fridericus Iacobsius opusc. miscell. vol.* V *p.* 641 *sqq.* 1. 9. 20. 31. 37. 49. 63. 69. 74 *littera initiali miniata B* 2 nec *H* q̃' *H* quo Ψ quam ς 3 heu vobis *scripsi: cf.* 30 est uobis (nobis *H*) ω in vobis *Heinsius* 4 vobis m. L. l.] uos nunc arridet ocellis *H* 5 *om. H* 6 carmine *T* 7 inter vos *scripsi* interea ω, *in quo merito haesit Silligius, male defensum a Naekio* interdum *Wagnerus philol. soc.* 38 8 dis^c^etis amare (c *m. rec. suprascr.*) *B* dissetis amare *Y* formosaque prata *H* 9 *cf. ge.* II 458 o *om. Y* nimiumque *Mutinensis cd.* 11 uiridem digitis Ψ 12 Dulcia *BY*Ψ namque: *cf. Lachmannus ad Lucr.* IV 604 ñtecula *m.* 1 ^vi^·ĩtecula *m.* 2 *H* 13 ueneris *H* veris *Heinsius* spirantia *Eichstadius* spirentia *Par. Escuchio* (*diss. Marburg.* 1889) *inspectus* spumantia Ψ stipantia *Z* stipendia, *in mg. m. rec.* l'stupētia *B* stipendia *HY* simulantia *Silligius*

membra reclinarit teneramque inliserit herbam),
et secreta meos furtim narrabit amores!

Gaudebunt silvae, gaudebunt mollia prata,
tardabunt rivi labentes currere lymphae 18
et gelidi fontes, aviumque silentia fient: 17
dum mea iucundas exponat cura querellas.

invideo vobis agri: mea gaudia habetis,
et vobis nunc est mea quae fuit ante voluptas.
at mihi tabescunt morientia membra dolore
et calor infuso decedit frigore mortis,

quod mea non mecum domina est. non ulla puella
doctior in terris fuit aut formosior, ac si
fabula non vana est, tauro Iove digna vel auro
(Iuppiter avertas aurem!) mea sola puella est.

Felix taure, pater magni gregis et decus! a te
vaccula non umquam secreta cubilia captans
frustra te patitur silvis mugire dolorem.
et pater haedorum felix semperque beate!
sive petis montes praeruptos, saxa pererrans,
sive tibi silvis nova pabula fastidire
sive libet campis: tecum tua laeta capella est.

---

14 declinarit *Y* declinarit (rit *m. rec. in litura*) *B* teneremque *BY* ueneri *H* 15 narrabat *H m.* 1 narrabis *Ψ* 17. 18 *versuum ordinem inverti* 18 labantes *T* labentis *Heinsius* currere *α* currite *ω* labenti c. lympha *Scaliger* 17 fiant (e *supra*) *Y* 21 nobis *H* mihi *Heinsius* 22 Et *T* mihi *α* male *ω* tabescunt *εα* thabescant *H* tabescant *ψ* 23 decedat *H* decepit *BY* 24 est domina *H* illa *BTWY* 25 aut] et *H* ac *BW* 27 *parenthesin agnovit Naekius* aurem *Ψ* aure *Y* aure, *in mg.* l' uro *B* aures *H* 29 Vacula *H* bucula *Heinsius: cf. catal.* II* 14 30 dolores *Z* 31 beatus *ς* beate errans *H* 32 praeruptaque *T* pherbas *H* pererras *Burmannus* 33 fastiditur *H* fas sit adire *Heinsius* 34 *om. R* lete *H* capelle *m.* 1, capella *m.* 2 *H* est *om. H*

et mas quicumque est, illi sua femina iuncta
interpellatos numquam ploravit amores.

cur non et nobis facilis, natura, fuisti?
cur ego crudelem patior tam saepe dolorem?
sidera per viridem redeunt cum pallida mundum
inque vicem Phoebi currus fugat aureus orbis,
Luna, †uus tecum est: cur non est et mea mecum?
Luna, dolor nosti quid sit: miserere dolentis!

Phoebe, gemens in te laurus celebravit amorem
et quae pompa deum (nisi silvis fama locuta est
somnia: vos scitis) secum sua gaudia gestat
aut insparsa videt mundo, quae dicere longum est;
aurea quin etiam cum saecula volvebantur,
condicio similisque fuit mortalibus illis,

haec quoque praetereo. notum Minoidos astrum
quaeque virum virgo sicut captiva secuta est.

---

35 quicumque *Veneta Scoti a.* 1555 quocumq· ψ quodcumque *W* 36 plorabit *W* 37 Quor *Z* uobis *TW* fuisti *Salmasius et Heinsius* fuisset ω 38 Quor *Z* 39 varium *Veneta Scoti*: *cf. Iacobus Philol.* III 549 radiant *vel* rident *Heinsius* cedunt *Hauptius* 40 uocem *H m.* 1 Phoebi currus (*sive* currum) *conieci* phoebe (phoebus Ψ) currens ω Phoebi *praeivit Heinsius* fugat *scripsi* atque ω cadit *Rothstein* abit *Escuche* redit a. orbi *Hauptius* argenteus orbis *Naekius olim* 41 tuus *Naekius praeeunte Scriverio* tui ω et *om. H* 43 Phębo *Y* Phọebo *B* pheope *T* gemens *scripsi* gerens ω merens (moerens) ς virens *Heinsius* decens *Silligius* recens *Naekius* querens *Escuche* geris quam tu *scripseram* celebrauit (u *corr. in* b) *H* celebrabis *Scaliger* Phoebo nata recens l. c. a. *Schopenus* Phoebe in fronte gerens laurus celebrabis amorem *M. Schmidt* 44 quạe *B* queịn *H* nisi] non Ψ nam *Naekius* vilis *Baehrens* 45 somnia *scripsi post Heinsium* omnia ω vos scitis *scripsi cum Sillgio* (pro veris *olim*) uos estis (estis *om. R*) ω vos nostis *Veneta Scoti* vos testes *Scaliger* gestant *Heinsius* 46 uidēt *H* est *om. R* 47 quein *H* quom *Angl.* 48 similisque fuit *scripsi* similisq · foret ω similis fuerat *Basil.* 1543 illis] usus *Hauptius* 49 praetereo *Basil.* praeterea (praẹterea *B*) ω motum *Y* motu *H* minoidos Ψ minoidus *Y* minoidus (*corr. m. rec.*) *B* minoidis *H* 50 sicut] sciuit Ψ

laedere, caelicolae, potuit vos nostra quid aetas,
condicio nobis vitae quo durior esset?
ausus ego primus castos violare pudores
sacratamque meae vittam temptare puellae?
immatura mea cogor nece solvere fata?

istius atque utinam facti mea culpa magistra
prima foret: letum vita mihi dulcius esset.
non mea, non ullo moreretur tempore fama,
dulcia cum Veneris furatus gaudia primus
dicerer atque ex me dulcis foret orta voluptas.
nunc mihi non tantum tribuerunt invida fata,
auctor ut occulti noster foret error amoris.

Iuppiter ante sui semper mendacia furti
cum Iunone, prius coniunx quam dictus uterque est,
gaudia libavit dulcem furatus amorem.

et mecum tenera gavisa est laedere in herba

---

51 Lede *H* nos *BY* qui *Ψ* etas *Ψ* aestas *B* aestas *Y* obstans *H* 52 uobis *H* quod *Y* 53 egon *Basil.* 54 vittam *Pomponius Sabinus* uitam ω $puell\overset{ae}{am}$ *Y* puellam *Ψ* *inter* 54 *et* 55 Inmatura mee uitam temptare puelle *H* 55 mea *Hauptius* meae ω cogor *Ψ* quoque ψ nece ψ nece, *in mg.* l' nexe *B* noxae *Z* necis ς meaeque est noxae solvere sacra *temptavi* (*i. e. num ego noxius sum matrimonii sanctitatem inmature solvisse?*) fata, *in mg. m. rec.* l' scā *B* 58 Nam *Z* nullo *BY* 59 primus *Basil.* primum ω 60 Diceret *HYΨ* 61 nunc *G. Hermannus* Nam ω invida fata *Heinsius* impia uota ω impia fata *G. Hermannus et Putschius* 62 et, *suprascr. m.* 2 ut *H* 63 tui *Peerlkampus ad Hor. carm.* I 4, 7 furti *H* factus ψ fastus *Scaliger* vultus *Baehrens* 65 libasti *Peerlkampus* amorem est *Ψ* 66 mecum ψ, *vindicavit Escuche interrogandi nota v.* 68 *posita.* mea cum *Ψ* mare cum *Lachmannus ad Lucr.* V 1001 secum *Scaliger* tecum *Gronovius* dea clam *Heinsius* dea cum *praeeunte eodem Wernsdorfius* quocum *Putschius* quicum *Naekius* moechum *Baehrens* tenero *cum Wernsdorfio Lachmannus* Cinyrae *coni. Wernsdorfius* gauisus est (u *altera corr. in* a) *H* uisa est ς dea visa *Gronovius* laedere *post G. Canterum Lachmannus* ludere ω lidere *Scaliger* elidere *Gronovius* et qui cum Venere est visus collidere *Naekius olim* in herba] Adoni *Wernsdorfius*

purpureos flores, quos insuper accumbebat,
bracchia formoso supponens Cypria collo?

tum credo fuerat Mavors distentus in armis;
nam certe Vulcanus opus faciebat et illi
tristi turpabat malas fuligine barba.

non Aurora novos etiam ploravit amores
atque rubens oculos roseo celavit amictu?

Talia caelicolae. numquid minus aurea promo?
ergo quod deus atque heros, cur non minor aetas?
infelix ego, non illo qui tempore natus,
quo facilis natura fuit. sors o mea laeva
nascendi miserumque genus, quoi sera libido est!
tantam saecla meae cordis fecere rapinam,
ut maneam quod vix oculis cognoscere possis.

---

67 quotiens super *Heinsius* 68 bracchia *Naekius* Grandia ω candida *Aldi Taurinensis a.* 1518 Cypria *Putschius* formosa *H m.* 1 Cypria *Naekius* gaudia ω brachia *Aldi Taurinensis* 69 Mavors fueras *Gronovius* 70 nam] Hoc Ψ cum *Peerlkampus* igni, *ut v. seq. librorum scripturam servaret, Rothstein* 71 turpabat *H* turpabatque *BY* turbabatque Ψ malas *Scaliger* mala ψ malum *Y* malam *prop. Naekius* barba *Scaliger* barbam ω 72 nothos *coni. G. Hermannus* suos *Hauptius* 73 roseo] rubeo Ψ caelauit *B* velavit *Broukhusius* 74 primo *TW* proles *Vonckius* 75 qđ *B* quid *H* decus *H* 77 lenta *D. Heinsius* 78 nascendum *T* nascentis *N. Heinsius* quoi *Naekius* quo ω o *vel* pro *N. Heinsius* est *om. HY* 79 Tantam ς Tantum *HY*Ψ Tanta *B* saecla meae (*sorti scil.*) *scripsi* uita meae Ψ uite meae *Y* uite mee *H* meae uitę *B* vota meae *Iacobus* fata meae *vel* meo *Heinsius* vitae in me *Naekius* cum dis *Scaliger* sortis *vel* cordi *Heinsius* partis (*om.* tantam) *Putschius* 80 maneas *H* possiꝫ *H* ⊙ fenix *H*